



Complet.

2 vols.

30

DECISIONES,
ET ENVELOFFATIONES
CRIMINALES, SEU
PRAXIS
REGII CRIMINALIS CONCILII
CATHALONIE.
VOLUMEN PRIMUM.

DECISIONES,
 ET ENVCLEATIONES
 CRIMINALES , SEV
 P R A X I S
 REGII CRIMINALIS CONCILII,
 CATHALONIÆ.

VOLUMEN PRIMVM.

DECISIONES
ET ENUNCIATIONES
CRIMINALES, SEV
PR A XIS
REGI CRIMINALIS CONGREGATIONIS
CATHALONICAE

FOI CAMEL. P. 11. 11. 11.

DECISIONES,
ET ENVCLEATIONES
CRIMINALES, SEV
PRAXIS
REGII CRIMINALIS CONCILII,
CATHALONIÆ,

CVRIARVM INFERIORVM, NECNON ALIORVM
Tribunalium, Ecclesiasticorum, & Secularium.

ELVCIDARIUM

ADMODVM EXOPTATVM, SINGVLATIM, ET ADAMVSSIM
recensens, vsq; ad minimas particulas, processus criminalis efformationem,
eius incidentia, sententiarum in ritu, & recto prolationem,
& subsequencia ad eas, pacis, ac belli
tempore.

CONCINNANTE

NOBILI DON PETRO DE AMIGANT,
*Minorissensi, olim in Lyceis Interprete, in Consistorijs togato splendore emi-
cante, postea Regio Consiliario in Tertia Aula, Fiscique Advocato Regia
Curia, nunc iterata huius muneris, rerumque Criminalium dimissione admissa
à Concilio suæ Maiestatis in Regia Audientia Civili Principatus
Cathalonie, atque in Sancto Fidei Pratorio
Consultore.*

CVM TRIBVS ELENCHIS, ARGVMENTORVM, QVÆ ENV-
cleantur, textuum, & iurium, quæ exponuntur, rerum, ac verborum no-
tabilium, quæ in toto hoc primo Volumine continentur.

BARCINONÆ:



Ex Typographia RAPHAELIS FIGVERÓ, Typographi
Domus Deputationis, Anno 1691.

DECISIONES
E TENOCLETTIONES
CRIMINALES, SEV
PRAxis
REGII CRIMINALIS CONCILII
CATHALONIE

CVRIARVM INFERIORVM, SECON ALIORVM
ALCIDARIVM

ADMODVM INOPTATVM, SINGVLTVM, ET ADAMVSTVM
EIVS FACIENDIS, SECON INQUIRITVM, SECON
EIVS FACIENDIS, SECON INQUIRITVM, SECON

CONCINIANTER
NOBILI DON PEDRO DE ALICANT
CATHALONIE

CVA TRIP? ENRONIS, ARGVMENTORVM QVE IN
CATHALONIE

BARCELONIE

EX TYPGRAPHIA RABRALLIS
Domi Dep...

DOLORVM
SPECTACVLI, ORACVLI, MIRACVLI

I N

BARCINONENSI SERVITARVM PIO SACELLO ADORA-
tæ Deitatis.

I N

SERVORVM TAM INCLYTÆ MATRIS SODALI CVLTV
designati simulacri.

DVLCISSIMÆ ANTIQVÆ SERVITVTIS JVRE, DEVOTI
pectoris accenso ardore, grati animi intimo
obritu

PRO OPVSCVLI

PEREXIGVI, AC LEVIVSCVLI VOLVMINIS INCOLVMI-
tate implorat, deprecatur, expetit

PATROCINIVM, TVTELAM, SVBLEVAMEN HV MILLIMVM
mancipium.



DECISIONES meæ, publicæ utili-
tatis causa, clara, recentique me-
thodo enucleatæ, necnon vtrique
foro (vt censeo) perutiles, vt omen
è cœlo ducant faustissimum, Sere-
nissimæ Altitudini tuæ non imme-
ritò prosternuntur. Cum enim Ma-
ter sis Altissimi, Cœli, Terræque

Imperatrix, Advocationis, & Patrocinii non dedigna-
ris officium etiam peccatoribus elargiri; *vti Virginis*
Eve Virgo fieret Advocata. Cumque sis Mater Verbi in-
carnati, *Fontis Sapientiæ*, & doctrinæ, vt ad mare spa-
tiosum intelligentiæ tuæ, à quo cuncta flumina scien-
tiarum emanant, ii Rivuli Jurisprudentiæ dirigantur, est
devotionis meæ monumentum, & debitum Clientelæ
tributum.

*Irenæus l. 5.
cap. 19. ad-
vers. hæres.*

Tibi

Tibi ob nobilitatem, ab Atavis enim Prophetis, & Imperatoribus edita es Illustribus, & generatione pro-
lis tam mirabiliter emicans, *filia siquidem Regum, sed mater Regis Regum*, cuncta orgyi causa debentur; & cum mirabilis sit dignitas, & potentia tua, itavt sub diversis invocationibus à Christicolis meruerit deprecari; me tamen sub invocatione dolorum maximopere voluisti delectari. Hoc enim videtur in te ò Virgo præcipuum, à quò nominis dolorosum vsurpasti vocabulū. Quid enim *Maria* nomen sonat? *Jacobus explicat à Voragine. Maria à mari, quasi amarum mare: Quia sicut in mari est amaritudo aquarum, ita in ipsa fuit amaritudo dolorum. Velut Vberto placuit. Christus dedit matri suæ primatum compassionis, ut esset mare magnum omnis deplorationis.* Quia ergo dolorum amaritudine evasura eras mare desolationis, ideo *Maria* nuncuparis, quasi *mare magnum omnis deplorationis*. Hinc Prophetarum *Heraclito*, propriam dolorum tuorum Allegoriam investiganti, mare tantum ob eius immensam amaritudinem, ansam suppeditavit. *Magna est velut mare contritio tua.* Sed si à præcis Philosophis è *mari surrexisse omnia*, minime ignoratur; ò quam benè pro magnitudine dolorum mare, vel *Maria* nuncuparis; Ex Oceano enim dolorum tuorum prægrandia flumina emanant nostrarum consolationum. *Seminant dolores, & metunt eos*, de impiis loquutus est *patiens*. Tu verò in lachrymis eminans fruges exultationis infinitæ coelitus collegisti. Nosque ex agro dolorum tuorum ligno crucis exarato manipulos coelestis consolationis cum hilaritate suscipimus.

Accipe ergo Domina mea, & Mater Domini mei lucubratiuncularum mearum, vnaque cum his animum, quem tibi cū omni humilitate consecro, leve munusculum. Suppliciter exorans benignitatem tuam, quatenus digneris non pensare materiam, sed devotionem. Et elevata imbecillitate mea immensum dolorum tuorum Oceanum aggressa; tuum experiatur in hac navigatione præsidium.

Pelagoque volans da vela petenti.

Petr. Dam. serm. 2. de Nativ. Virg.

V. Maria.

lib. 4. cap. 16.

Tbreni. cap. 2. 13.

Ve de Thales se refert Senec. quest. nar. lib. 3. cap. 13. Job. cap. 4. 8.

Georg. lib. 2.

EX-

EXC.^{MO} DOMINO

DON GASPARI
TELLEZ, GIRON, GOMEZ

DE SANDOVAL, ENRIQUEZ DE RIBERA,
Urfaonis Ducis, Pegna Fidelis, & Caracenæ Marchio-
ni, Supremo Insubrum Moderatori, Regii Sacri Cu-
biculi Præposito maximo, Notario Majori Regni
Castellæ, Clavigero Ordinis Militaris Calatravæ, The-
saurario perpetuo Regalis Domus Monetæ in Im-
periali Matritensi Villa, à Conciliis Sta-
tus, & belli suæ Maief-
tatis.



EDITAS omnino, non dicatas ali-
qualiter (Excellentissime Princeps
à primis exordiis meis, & vsque nunc
potentissime atavis progenite Regi-
bus Meccenas) decisiones has, non
spontè, non vltro, sed veluti suas
tua in me beneficia vendicant, ma-
ximè cum ab eo conditore emanent, qui se tot titulis ti-
bi obæratum profiteretur, & nihil, vel vigiliis, vel foelici-
tate acquirere valeat, quod obsequentissimus servus
tam noto heroi, tam decantato domino iure non ac-
quirat, reque, & consilio maiora prostertere non per-
optet. Accedit his de compescendis sceleribus præsen-
ti in volumine peragi, gubernii autem præclariora syn-
tagmata tam conspicuè enitent in te vno, ut quæ in
alijs divisim disquirimus, in te iuncta veluti in pro-
prio resideant domicilio. Ista sigillatim recensere stu-
dium

Lib. 2. Epist.
22.

dium inane futurum putarim, veluti si Solem certarem illustrare facibus: quandoquidem nonnulla eloquentius denotantur silentio, quam explicentur eloquio, melius mentibus commendantur, quam percipiuntur auribus. Atverò cum Symacho obsecrabor: *Quia parum sunt dicta, munerum tuorum imputa miraculis, magnitudo stuporis locum multis plausibus non reliquit.*

Illud de te mereri spero non quia dixerim, aut tacuerim, cum malis laudanda præstare, quam audire; profectò in aliis sublimia, in te vulgaria videbuntur, quid enim plus tritum in tua excelsa stirpe, inscriptos nomina Regum nasci flores, ut Virgilius canebat? Typographos plures defatigaret aggredi gesta; & facinora *Roderici Cifnerij Gironij*, ex Regia Cantabriæ Ducum prole procreati, qui Sanciam Regis filiam in thalamum duxit, post instauratas vrbes, Maurorum Exercitus suo ductu, & imperio cæfos, Toletanum Regnum suis victoriis Castellæ redditum, Alphonsum VI. adverso in prælio à morte, & captivitate liberatum. Nec concisus enarrari possent laudes *Petri Tellii Gironii* primi Vreniæ Comitum, Ordinis militaris Calatravæ Magistri, qui Joanni II. libertate cum Regno restituta, Archidona (Maurorum propugnaculo) expugnata Granatensi Rege ad annum tributum repetitis triumphis Castellæ adiecto, ab Henrico IV. Summi Pontificis suffragio, Regiis Isabellæ nuptiis ad Castellanae Monarchiæ hæreditatem fuit invitatus.

Adiicerem *Ioannem Tellium Gironium*, Vreniæ Comitum secundum, is Regum, quos oppugnavit meritis est amorem, is suis exercitibus, periculis, ac Mavortio pectore sceptrum dabat, & Regna. *Petrus Tellius Gironius*, Comes Tertius Vreniæ forma corporis, & virtute præfulgidus Mauris, sæpius in Africâ trucidatis, Turcarum Navibus captis, Imperato-

ris

ris Caroli vberioſorem gratiam, ſubiectorum amo-
rem; nominis immortalitatem adeptus inter fati ad-
huc cineres ſuperſtes agnoſcitur. Tranſirem ad elo-
gia *Iuannis Tellis Gironii IV. Vrenii Comitis*; iſte
fanè, ſed hæc relinquamus, eſſet enim ſi tam ſuper-
excellæ proſapiæ vellemus nitores aſpicere, vel
aſtrorum fulgores ſingulatim deſcribere, vel are-
narum maris certum numerum ad calculum redi-
gere.

Quid de tuis Regiis dotibus, & mira animi cel-
ſitudine ediſſeram! Acclamaris crebriori cogno-
mento invictiſſimus Mars, ſub cuius clypeo Ca-
thalia in expugnata permanſit (& recenter ſu-
blimia beneficia experiri non ceſſat) & cruentio-
ra arma proſperos creuerunt eventus, vt ſic Palla-
dis inſtar, & præliantium ſis firmum decus, & lit-
terarum dulce tutamen, plerique id teſtantur bel-
lici conflictus, & præter hunc Principatum extol-
lunt, demirantur Luſitania, Mediolanum, Matri-
tum, vbi eminentiora faſtigia te reuentem per-
quiſerunt; ſed & illud in te ſingularius elucet do-
num, quod ſub tuo incomparabili tegmine inſœli-
ces ſortes ad hilariorem fortunam convertuntur, vt
punctim de te Hiſpanus magnus *Juriſconſultus* con-
celebravit ex *Camer. ibi*:

*Maior in ad-verſis virtutis gloria vera eſt,
Uberior ventis myrrha agitata fluit.*

*Cent. 1. Em 5
blem. 11.*

Et itidem glorioſum augmentum prævidit *Cassiодо-
rus*, ibi: *Propoſitum Regale eſt oppreſſis pietatis reme-
dio ſubvenire, & acerbos caſus iniuriæ meliori ſorte
mutare.* Non reor tamen exiguitatem huius libri ob-
tuam præcellentiam deſerendam, quinimò ea de cau-
ſa ambire magis debet ingens tuum patrocini-
um. Accipe igitur ſervi tui operas.

*Lib. 4. Epith.
4.*

Lucan. in pa-
egy. ad Prif.

*Et hoc veri complectere pignus amoris,
Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
At voluisse sat est.*

Animum, non verba iacto. Vale bellantium Cory-
phæe, Altreæ honor, ætatum exemplar, & Monar-
chiæ gloria. Barcinonæ 20. Octobris 1691.

Don Petrus de Amigant.

AD.

ADMODVM
ILLVSTRIBVS
DOMINIS

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO
Don Fr. Benedicto Ignatio de Salazar, Episcopo
Barcinonæ, Regio Confiliario, Deputato
Ecclesiastico.

EGREGIO DON JOANNI DE LA NVZA,
& de Oms, Comiti Placentiæ, Vicecomiti de Ro-
da, & de Perellòs, Domino de Ceret, De-
putato Militari.

NARCISO CAMPS, ET AMAT. V. J. D. CIVI
honorato Barcinonæ, & Gerundæ, Depu-
tato Regali.

MICHAELI JOANNI BOSCH SACRÆ
Theologiæ, & V. J. D. Canonico Sedis Vicen.
Auditori Computorum Eccle-
siastico.

NOBILI JOANNI VIVET, ET DE PALOL
Auditori Computorum Militari.

ANTONIO BERENGVER, ET NOVELL
V. J. D. Civi honorato Illerdæ, Auditori Com-
putorum Regali Principatus Cathalonix,
Fidelissimum Sexvirale Consistorium
efformantibus.

*Don Petrus de Amigant
Reg. Confiliarius.*



VCI dum publicæ Decisiones præsen-
tancæ commendantur, vt quam optavi
diffundant, splendores eximii, ac Fide-
lissimi quærent Consistorii, cuius, &
præcellentium virorum illud componentium iubare
Rei.

Reipublicæ utilitati, vt spero, deservient, ac Principatus beneficio (vestræ Dominationis curæ non leviter addicti) secunda acceptatione illucescent. Exuberantem zelum vestrum aliqua ex parte in isto volumine descriptum, meritòque celebratum referre, & efferre non auferim, plus enim facere laudabiliter potuisti, quam ego indiseretè effari, & recentiora quotidie sequuntur facinora, novaque confirmant testimonia, veluti canebat vates.

Panegy. in
laud. Stili.
con.

*Singula complecti cuperem, sed densior instat
Gestorum series, laudumque sequentibus undis
obruimur,*

Vt autem cceptus adimpleatur scopus, & præcipuum consequar argumentum, hæc candidi animi, & ingenuæ mentis suscipite vigilias, non quales sint insipientes, sed quam sincera voluntate ad verum institutum scribentium comparandum emittantur, & diutissimè valete. Barcin. 1. Iunii 1691.

*Don Juan de Austria
R. Confessor.*



LECTURO.

DRVCTANTVR hisce cum enucleationibus ordo, & introductio iudicii, delicti substantia, iurisdictio à *decis. 1. ad 17.* ab hac pertractatur de personis delinquentibus vsque ad vigesimam, vbi de tempore delicti, & à *decis. 21. ad 26.* de verborum criminibus; à decisione autem 26. vsque ad finem operis de probationibus, pœnis, ac scelerum abolitione; hic sequutus fui, quæ Iustinianus docet *Princip. tit. Instit. de iur. personar.* post Caium in *l. 1. ff. de stat. homin.* ius ad personas, res, & actiones, seu iudicia redigi.

Personæ sunt ius iudicans, & fontes, quos coercet, sub quibus veniunt iurisdictio, introductio iudicii, & personæ delinquentes. Res formant substantiâ delicti, & verborum crimina, tempore addito, quo vindicantur. Denique sub iudicio probationes, pœnæ, & indultus comprehenduntur.

Vel, vt Philosophi observant, quæritur primo an sit iudex, vel competat iurisdictio, deinde quid sit delictum, postea quomodo sit, videlicet in quibus personis, propter quæ verba, quo tempore, quibusve probationibus, & pœnis dignoscatur, iudicetur.

Ordinatim ita primum volumen adstruitur. Secundum centuria decisionum constat Fabriano more ex maiori parte compacta, & compilatione practicali iudiciariam methodum servante cum suis etiam decisionibus, & animadversionibus. Tertium delicta omnia referat in Regiis præconiis generalibus expressa. Quartum prætermissa maleficia in tertio volumine, enodat, & de Magistratibus, ac officiis decisa, ac ad proxim criminalem pertinentia aggerat.

In hoc igitur priori volumine frequentiora ad iudicium criminale instituendum propalantur, cum qui sint Iudices scelerum, quo pacto eorum qualitas innotescat, patefiat, & quomodo immunitate protegi rei, vel aliis excusationib⁹, & qualitatibus possint, probationum insuper structura, flagitiorumque vindicta aperiuntur scelestiora ex illis percurrendo.

Reipublicæ commodo prospexi, licet recentiores prodierint de nostro instituto libri, edocente D. Augustino: *Utile esse plures libros à pluribus diverso stylo, etiam de eisdem qua-*

Div.
Aug.
de Tri.
cap. 3.

stionibus fieri, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios quidem sic, ad alios verò sic. Nec enim vilius (quamvis ex minoribus esset) scientiæ quisnam profus exhaustire lymphas nimis elatus putabit, esset siquidem velle Oceanum absq; aquis derelinquere, quod fatuitatis contineret speciem, columnis enim typographiæ nusquam finis potest præfiniri, quin quicquam non inutile superfit, & post evulgatum non plus ultra; plus ultra non subsequatur, ac vno fere Mundo comparato, alii non desint acquirendi, neq; ex hoc fastidium aliquod gigni valet, aut debet, veluti de Alexandro (etsi aliter magnò) exprobarunt scribentes, qui cum videret Anaxerchum Mundos esse infinitos differentem, illachrymasse fertur, *percuñctantibusque amicis quid lachrymis dignum ei contigisset? An indignum est, inquit, nos flere, si cum infiniti Mundi esse dicuntur, haud dum unius domini facti sumus?* Hinc aliquas materias, de quibus alii longos tomos excusserunt brevius, sed clarius perstrinxi novis adiunctis sententiis haud leviusculi ponderis, ac commodi

Plur.
de trã-
quil.
& se-
curit.
animi.

Invigilavi maleficiorum coertioni, ut ita utrique Maiestati divinæ, ac humanæ inservirẽ, sectatus Novarinum, qui ex aliis scribit: *A Deo elaboratus est homo, ut laboret Deo, amanti Deum, labor non labor est, & labor non laborare.* Novi viros magnos de se, suisque partibus humiliter sentientes, & in hoc se maiores novi, sicuti per contrarium de suis elucubrationibus altius sentientes in hoc pusillos reddi censui, & fensi; at ego, qui desiderio potius, quam implemento scopo suscepto respondere sategi, profuturum fortè opus (quod etiam rebus quibusdam abiectis accidit) offero eius tenuitatem non diffidens, & ab illecebris alienus vanis concludo cum Ovidio

Nova.
rin. in
fin. ob
servat.
sacro-
profes-
nar.

Ovid.
lib. de
Ponte.

*Cum relego scripsisse pudet, quia plurima cerno
Me quoque qui feci indice digna lini.*

REGIA EPISTOLA,

QVA AVCTOREM AB OFFICIO

Advocati Fiscalis Regiæ Curiaë levare
deprecantem.

IN EO PROSEQUI REGIÆ GRATITVDINIS FVTV.
RVM EXPONITVR.

EL REY.



ILLVSTRE Duque de Villahermosa Primo Gentilhombre de mi Camara, de mi Consejo de Estado, mi Lugarteniente, y Capitan General. Aviendo visto lo que informays en carta de 19. de este, sobre la suplica, que me ha hecho el Doctor Don Pedro de Amigant Oidor en la tercera Sala de essa Real Audiencia, y Abogado Fiscal de mi Regia Corte en esse Principado, de que en consideracion de la falta de salud que padece, sea servido mandar exonerarle de su Fiscalia. He resuelto encargar, y mandaros (como lo hago) digais à este Ministro, que tiene inconvenientes el condescender à su instancia en la coyuntura presente, expressandole juntamente en mi Real nombre, que serà de mi Real agrado continue en el exercicio de dicho empleo, no obstante lo que me ha representado, que yo tendrè atencion à hazerle merced en las ocasiones, que se ofrezcan de su alivio, y conveniencia, como merecen sus servicios, y prendas. Y assi lo executareys. Datt. en Madrid à 31. de Março 1689.

YO EL REY.

Don Joseph de Haro, & Laya Secret.

*Vt. Marchio de Castellon.
Vt. Marchio de Canales.*

*V. Don Iosephus Rull Reg.
Vt. Climente Reg.*

CAPITVLVM

*EPISTOLÆ NOBILISSIMI, AC EXIMII OLIM
Præsidis Sacri, Regii Supremi Aragonum Concilii, Excel.
Domini Don Petri ab Aragonia, super gemi-
natione earundem instantiarum ad
auctorem.*



VIENDOSE visto en el Consejo la carta que v.m. me escriviò el Correo passado, ha resuelto, que yo responda à v.m. con estimacion à su zelo, fineza, y servicios, assegurandole quan presentes se tendrán para favorecerle en las ocasiones, que se ofrecieren de sus conveniencias, y que assi continue v.m. en el exercicio por la satisfacion con que lo haze, pues el Consejo tiene muy à la vista su persona de v.m. para favorecerle en las ocasiones que se ofrecieren. Dios guarde à v.m. muchos años Madrid á 5. de Noviembre 1689.

Don Pedro Antonio de Aragon.

Señor Don Pedro de Amigant.

His non cessantibus appreciationibus, ab assiduo negotiorum criminalium pondere adversarum valitudinum iactura sustento per tot annos, & in expeditionibus militaribus, & in politicis enucleationibus, auctor solutus, Civili Aulæ fuit designatus. Verba autem Regii privilegii dati Matriti 12. Martii 1690. sunt sequentia.

Hinc

Hinc est, quod cum per te Nobilem, Magnificum, dilectumque Consiliarium nostrum Don Petrum de Amigant, Vtriusque Iuris Doctorem, variis in occasionibus fuerit nobis expositum te pro ingentibus, assiduisque laboribus susceptis in officio Advocati nostri Regii Fiscii causarum criminalium in Principatu nostro Cathalonix, & Comitibus Rosilionis, & Cęritanię, nonnullis gravibus afflicti morbis, & supplicatum, vt ab exercitio dicti muneris te liberare dignaremur. Nos verò respicientes te dictum Doctorem Don Petrum de Amigant, quantis vigiliis, atque integritate in officiis gelisse, doctrinęque affluentia, quam ediscisse, & in lycis laudabiliter docere: nostramque regale servitium, affectu, & effectu mira dexteritate efferentem, & competentem, tum in bellicis expeditionibus, tum in pacis tranquillitate, de quibus innumera testimonia dedisse à primordiis munerum quę tuo zelo, prudentię, & rectitudini commissa fuisse; primum Assessoris Baiulię Generalis, deinde Iudicis Regię Curię, postea Auditoris tertię Aulę in nostra Regia Audientia, & denique Advocati nostri Regii Fiscii causarum criminalium, quo posteriori munere egregiè functum fuisse ab anno millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, tam anxie elaborando, vt in negotiis primę magnitudinis in hoc tēpore sese offerētib⁹, assidue ærumnas substulisse indefessum cum magno facultatum tuarum, & salutis tuę detrimento, ac nostra, nostrorumque Locumtenentium generalium non levi approbatione, & satisfactione.

Intuentes etiam te à progenitoribus descendere nostro Regio Diademati singularibus facinoribus additissimis; Patremque tuumurbationum Cathalonix tempore periisse in publico supplicio ob suam ingentem erga Nos fidem suffocatum. Quę omnia, æquo vt par est animo perpendentes, & indubiè confissi, te eadem vigili, & huc vsque solertia, conceptę de te spectationi in posterum quoque responsurum. Tenore igitur præsentis &c.

EPIS-

EPISTOLA

*EXCELLENTISSIMI DOMINI DOMNI
Ioannis Claros Alphonfi Perez de Guzman el
Bueno, Ducis Civitatis Medinasidoniae, Marchio-
nis, & Comitis Carraxa in Affrica, Domini Oppi-
dorum Huelba, Ducis de San Lucar, & Medina
las Torres, Principis Arazena, Marchionis To-
ralis, & Mayrena, Comitis Azarcollari, Cubicu-
larii suae Maiestatis, à Consiliis Supremis Arago-
num, & Italia, Thesaurarii que Generalis Regno-
rum Corona Aragonum, eiusque Lucumtenentis, &
Capitanei Generalis in prasenti Principatu Ca-
thalonie, & Comitatus Rosilionis, & Carita-
nia, ac Capitanei Generalis Regalis Exercitus
Principatus eiusdem, inter Bonos optimi, inter
Mavortes acerrimi, prudentioris guber-
nii exempli, in utroque
Caesaris.*

AD AVCTOREM.



V Magestad (Dios le guarde) con su Real despacho de 12. del corriente se sirve de mandar dezirme, ha resuelto, que v.m. se restituya al exercicio de su Placa, por la satisfacion con que se halla de su proceder de v.m. y atendiendo à sus meritos, y à la fineza con q̄ se hã empleado en su Real servicio los de su familia, en cuya inteligẽcia participo esta noticia à v.m. para q̄ enterado de lo referido, venga luego à servir su Placa, en consecuencia de lo resuelto por su Magestad, que asseguro à
v.m.

v.m. me dexa gustoso, y lo estarè mas con verle por acà,
 donde en todo lo que se le ofreciere me hallarà v.m. siem-
 pre con igual voluntad, y afecto para facilitar lo que sea
 de su mayor consuelo, y satisfacion de v.m. que guarde
 Dios muchos años Barcelona á 23. de Enero 1691.

*Con mucho gusto doy à v.m.
 esta noticia.*

Medinasidonia.

Señor Don Pedro de Amigant.

... me heva gafado, y en el punto de vista de la
... todo lo que se refiere a la historia de la
... con igual voluntad y actividad para la
... en sus conclusiones y en la historia de la
... los muchos años de la vida de la...

... con respecto a la historia de la...

... en la historia de la...

... en la historia de la...

... en la historia de la...

... en la historia de la...

... en la historia de la...

... en la historia de la...

S V O
OMNIVMQVE COLENDISSIMO
PRÆCEPTORI,

INTER

JVRISPRVDENTIÆ GIMNASIARCHAS SVMMO,

INTER

POLITICOS MECœNATES MAXIMO,

IN PACE LYCVRGO, IN BELLO SELEVCO, IN VTRO-
que Augusto,

NOBILI DON PETRO DE AMIGANT

MAIORIBVS ADHVC, QVÆ OBTINET MVNERA,
digno.

JOSEPHVS ROMAGVERA V.I.D.

*In alma Barchinonensi Ecclesia Canonicus pœnitentiarius, in eius-
demque Civitatis Academia publicus Iuris Pontificii interpres,
in æternum obsequii obeliscum hoc consecrat.*

ELOQVIVM.



ELVCTVABAT animus in nume-
roso heroicatum Athlantico
à benevolo austro gratitudinis
excitatus, indagando polum,
aut potius ad illum viam, la-
cteam quidem ad huius labo-
riferi Arcopagi eloquiandi sen-
tentias, *rubent*, namque, *ra-*
dianti lumine Solis. Et mentis aciem vertens, hinc
colendo Auctorem Magistrum, hinc observando

Zucret.

*

opus

Cassiodor.

opus Minervæ Campidolium, proferebam admiratione raptus: *Habent hæc distincta præconium, coniuncta miraculum.*

Cassiodor.

Et longè, quantum à longè cupiebam volatum: nam si ad maiores Tuos, *O integerrime Senator*, ad summa quæque feliciter ortos, quantum humanæ curiositatis ambitio argolicè retrospectat solerti historiarum indagine, tantum antiquitatis nobilitas ab omni ævo sibi vendicat gloria: *Nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati, quot geniti.*

Nestoreo eloquio hoc concionatur tot variarum linguarum chonicis illius divini fœnicis, melioris Societatis institutoris, qui Minorissæ, ubi ex intimi sui cordis ethna tantæ perfectionis inflammavit exordium, in illo mirabili, & prælongo raptu, à Maiorum tuorum generositate recepit solatium, & in eorum magnanimo pectore, potius, quam in Regali æde nobile domicilium.

Sed illorum annosa propago Regicè laureata eminet, ex tui heroici Genitoris præclara fidelitate; obtulit enim pro Rege in publico holocausto suam fidelem vitam in nobile sacrificium, rubricando in dulcisonæ famæ colisseo nomen cum purpureo atramento vitalis humoris, ne dicam liquidis rubinis; & amplius ut ex pretiosis pyropis sui pectoris, instar ingenui Pelicani te in eadem fide procrearet eximiū alumnum, construendo suæ, & tuæ fidelitatis solare colosum.

Horat.

*Ære perennius
Regalique situ pyramidum altius,
Quod non imber edat, non Aquilo impotens,
Possit diruere, aut innuberabilis
Annorum series, & fuga temporum.*

Mamert.

Si ergo ex illo augusto stipite, qui senectute viget, antiquitate floret, & fidelitate fructificat, frondesceis pretiosus Smaragdinus ramus: *Et herculei generis hoc factum est, virtuti debere quod vendicat, Tecum nata*

nata sunt, excelsus animus, docile ingenium, cana
sÿnde resis, mira amabilitas, singularis comitas, sua-
vissima gravitas, humanissima pietas, ingenua fideli-
tas, præstantissimaque virtutum omnium ornamen-
ta, quibus tum puer, tum adolescens mirificè eni-
tuisti, in pueritia enim adolescentiam vicisti, & in
adolescentia virilem ætatem superasti, dum incon-
ditam plerumque iuventam stipendiis senectutis or-
nabas; adeo vt posses cum sapiente dicere: *Flores*
mei, flores honoris, & honestatis.

Eccles.

Sed in te adhuc sub illa ætatis rosea aurora, nihil
parvum, nihil mediocre, vt de illo cristallino fluvio-
rum Antesignano, qui arcanè labyrinthea saxorum
solertia ambitiosè celat originem, protulit Arcoreus.

*Non licuit populis parvum te, Nile videre,
Arcanum natura caput.*

Adoluisti ætate pariter, ac sapientia adoluisti, qua
in te ex Barcinonensi celebri Gymnasio opere im-
butus, & omnigenæ eruditionis lima excultus, ad
omnia summa, vt consummatus multiplicibus lau-
reis, & repetitis cathedrarum triumphis, te corona-
vit Altea: vnde exclamare possum, quod Panegy-
ristes de suo Olybrio:

*Actusque priores,
Commendat repetitis honor.*

Nec tua solum sapientia exornaris, sed & aliena, non
solum propter discipulorum ex illustri veneratam
catervam: sed quia tanto benevolentia studio eru-
ditos omnes amas, & laudum, & officiorum præ-
tiis impensè cumulas, vt liceat mihi Iusti Lipsii elo-
quentiam in te reflectere, ait ergo: *Inter præclaras,
& eximias virtutes tuas, maximè tamen quasi è su-
blimi quadam specula se ostendit, & extollit benigni-
tas illa tua, & innata propensio erga litterarum stu-
diosos, quæ ita in te elacet, vt videatur te ad hanc*

omnam virtutem natura genuisse, voluntas exercuisse,
fortuna servasse.

Ex his in te hinc inde cum celeritate decurrunt
honores, accumulantur, conglomeranturque ex sa-
pientum voto, & communi plausu Regia Senatoria
munera, cum ipsisque negotia publica, vt planè vi-
deatur vnius hominis mentem tantæ molis capacem
esse non posse, vnde

Virg.

Non tibi, sed toti genitum te credere mundo,
Principatusque huius orbis, sicut alter,
Cælifer Atlas
axem humero torquens, stellis ardentibus aptum.

In quorum omnium ex rectissimo celebrato pro-
gressu clariori luce experitur innata tua animi be-
nignitas, nam:

Ovid.

Quo quisque est maior, eo est placabilis ira,
Et facile motus mens generosa capit
Corpora magnorum satis est prostrasse leonum
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.

In ipsa tamen eadem affabili benignitate, ita elucet,
ita clarescit, tua selecti spiritus maiestas, senatoriaq;
iudiciaria auctoritas, vt de te promulgare possim,
quod Claudianus de Consule celebrat.

Rigidi, sed plena pudoris
Elucet gravitas factu iucunda remoto.

Animatam doctrinam, oculariaque documenta in
virtutis exemplo, quasi in continuo magisterio om-
nibus dictas, in tui regiminis rectitudine, ac in tua-
rum curarum moderamine, nam

Ovid.

Sic agitur censura, et tunc exempla parantur
Cum Index alios, quod monet ipse facit.

Tan-

Tandem infatigabili halitu quotidie omnibus omnia præbes, in tribunali enim, domi, ac foris, tam in toga, quam in bello, non solum exemplo; sed monitis omnium velut actionibus adstas, & perficis, ut alter Iulius, de quo decantat Poeta.

*Sed Cesar in omnia præceptis,
Nihil actum credens, cum quid superesset agendum,*

Ovid.

Sed iam ad opus dirigamus encomium, cuius maximum est, ipse Auctor, in illo namque, si Sidonii Apollinaris eloquiis utar: Sentit ut Pitagoras, dividit ut Socrates, explicat ut Plato, implicat ut Aristoteles, ut Diogenes irascitur, vernat ut Hortensius, incitat ut Cicero, suadet ut Cato, persuadet ut Tullius.

Stilus illius (ut de Niceno ait Photius) illustris, iucunditatem omnibus instillans, venustas enim orationis, & splendor iucunditatem mixtus in hoc opere decenter se ostendit; ita ut sicut unum ver inter anni partes, unus Sol inter sidera, unum cælum omnia complexu suo coercens, ita unus hic liber de omnibus triumphat: vnde cum Claudiano concentus fundam:

*Si carmen in unum
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Ossa:
Si partem tacuisse velim, quodcumque relinquam
Maius erit.*

Tandem in varia, & selecta comprehensione, ut vno contextu omnia comprehendam, ausim sine tedio, Naturalis Historiographi ore prorumpere; omnibus præbes, vetustis novitatem, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus naturam, & naturæ suæ omnia, dicat nunc Statius.

Plin.

*Cælo ne peractum
Fluxit opus.*

Vnde Auctori, & operi in æternitatis folio excelsum tronum præparat magesturosa famæ celebritas, nam

Per-

Ovid.

Permanet & memori laus semper pullulat Avo:

Seu affluenter verius exclamat Propertius:

At non ingenium quassitum nomen ab Avo

Excidet, ingenio stat sine morte decus.

Igitur concludam, ò Nobilissimè Magister:

Prop.

Scribe, doce, fulge, supera, moderare, potire,

Accipe iam meritis pramia digna tuis:

Expertaque benignitate, qua micat:

Martial.

Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis

Causa, sed officium, utilitasque fuit:

Vt ex mea cordiali gratitudine remaneat posteritati:

Ovid.

Hoc tibi doctrina monumentum, & pignus amoris

Sic parvo grates munere pensat amor.

PERDOCTISSIMI P. M. Fr. DIDACI CARLI
S. T. D. Prioris Cœnobii Divæ Catharinæ Martyris
Barchinonen. Vicarii Generalis Provinciæ Aragoniæ,
Ordinis Prædicatorum, & eiusdem Exdiffinitoris, Exa-
minatoris Synodalis Diœcesum Barchinonen. & Celfo-
nen. olimque Collegiorum similiter Barchinone, & Cel-
sonæ Rectoris, illiusve studiorum Regen-
tis in opus, & Authorem com-
mendatio.



GRADVM refer (humanissime Le-
ctor) & aut rigidis suffragiis
arcanam doctrinæ maiestatem
observare, aut sacro aridens
genio, hos perpolitos Civiles
sapientiæ flores attrahere con-
stituas, in sublime fastigium,
perspicacem aciei lucem accu-
ratè convertite. Quàm citissimè florenti assequeris so-
lertia, tantis, & omnibus numeris absolutis animad-
versionibus publicæ fidei libertatem redemptam.
Illæ etenim, quas pollicitationi officia exsolvens no-
va commendat scriptura perpulchræ sunt decisiones
Nobilis Don Petri de Amigant; cuius viri honestissi-
mi multo ab hinc tempore digna claruit existima-
tio, illustribus illis additionibus ad practicam *Don*
Ludovici de Peguera. Cum verò consummata probi-
tas, peculiari iure constanti famæ commendatione
celebranda sit multiplicies, & illius, & decisionum
dignitates in posterum excelsiori iudicio extolles.

In eo certè mutuis amplexibus florescentes litte-
rarii studii dotes, acumen, propensio, ac genii dulci-
tas concurrere; civilis doctrinæ labyrinthum in Bar-
chinonensi Academia Doctorum vocibus magister
exposuit. Tunc alacres clamantium plausus in fo-
rensi Regiæ Audientiæ curriculo industriè peroran-
tem suscipere. Nec Provinciam hanc admiratione
susci-

fulcipias: natura etenim tenera in ætate perfecerat absoluto spiritus robore, quæ iuventuri maturiori, confirmatis nondum fœcundi adumbratione figurat. Iure innato florida vindicabat adolescentia, quæ liberalis ingenuarum artium disciplina fœliciter cumulavit; sed tamen in his, quæ minus perspicacibus notissima sunt, exacta reflectionis trutina me à prisca Phylosophi sententia, firmante nomina non ex naturæ gremio, sed arbitrii facultate pollere revocavit.

Propterea ætatis flore, tanquam arbor, opimos datura fructus decantatus extitit à quodam *Reverendissimo Guzmanorum* familiæ magistro, venerabili Italiae Apostolico Inquisitore, dum pertransiens adstitit in eius litteraria prima phylosophiæ palestra in amplissimo Divæ Catharinæ Alexandrinæ Barcinonensi templo habita, & statim paucis ex tunc demonstravit annis, solus sine Præside vniuersum cursum phylosophicum mirabiliter impugnandum publicè exponens, & inexpugnatum defendens. Arbor fuit singularis, vt de alia conspicua Plinius excipit: *Novissima urbanarum germinat, ob id dicta sapientissima arborum, sed cum capit in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna die peragat cum strepitu.* Idcirco eum vidère Cathedræ subtiliter docentem, magistratus solidè iudicantem, decidentem, huius præclarissimæ Vniuersitatis musæa Cathedras acutissimè moderantem. Prudens natura molestas argutiarum nebulas hyprocaticis vinculis invidè persequitur, ac per electa media secundum vividas idearum luces in prævisos fines celeriter procedit. *Amigantis* laudata progenies, inter fortes eximia meherclè fidem facit, exactè commendat. Illustratur hæc clarissimis insignibus, binis lacertis explicatis hinc inde manibus amplexum mutuum arctissimè firmantibus, naturæ symbolum, quæ speciosam pulcherrimi orbis machinam firmiter illaqueat, ac mirabiles rerum omnium dotes beatius complet amore,

& amicitia. Testatur nostra Dominicana propago, quæ eximium ex hac sublimi stirpe Concionatorem colendæ memoriæ *Fr. Iacobum de Amigant* accepit.

Hæc tam antiqua, totque splendoris monumenta consummatam ingenuæ nobilitatis normam *Amigantibus* liberali gratia contulere. Amicitia ex eloquentiæ patre M. T. Cicerone. *Cunabula ducit fidelitate matre*, & Apostolo Paulo testante *Vera fide parente*. Conveniunt hæc intento; nam in finem vsq; pro Augustissima domo Austriaca, & Catholico Monarcha se se huius celeberrimæ prosapiæ heroes, immortalis obsequio mancipavere, excelsus amor clarissimum probacitatis encomium longè superans, divini spiritus elogium pro arctissimis amicitia vinculis, Cantico. vocibus expressis ibi: *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*. Sed magis magisque laureata efflorescet tum hæreditaria in virtutem professores liberali hospitalitate, tum egregia in meam sydeream præcellentem religionem, cui ab incunabulis addictus, & in scholis, & ubique præsidium fuit; Angeli Thomæ strenuus, constans alumnus, & inter eius veraces assecclas didascalus. Non ergo incongruè nostri Ordinis Generalis Magister, & argus gratitudinis oculos, tam in ipsum, quam in cæteros sui fulgentissimi generis sanguine conspersos, gratias, & privilegia quibus nostræ sacre commilitones militiae perfruuntur concessit, participes effecit, indulgit.

At quid mirum hisce gaudeat ornamentis, qui professionem in tertio militari ordine de pœnitentia sub magni *Dominici* instituti patrocinio emisit? Qui luctuosæ Virginis iuxta crucem dolorosis dulci mancipatus servituti per diutinum tempus gloriosè permanfit?

Paternam gloriosi exemplaris orbitam insignitu præmens *Nobilis Don Petrus de Amigant*, probatæ mentis fructus forensi investigationi suavi maturitate commendat. Celerrima, ac studiosa, illa sedulitas

**

per

De
amici-
tia
text.
20.
1. ad
Thim.

Cant.
8.

per varia perecurrrens munia Regali honoris culmini
ardua quæque consecravit, suprema inde insignitus
adoræa præstantius extollitur, & coronatur. Floridæ
hæ virtutes, haud ad vnguem exarata, vel marci-
dum capiant stomachum, aut amicæ mentis aciem
amæna, lector, delectatione constringant, meditata
de cisionum lectura nervosè comprobantur,

DE
-1008
2375
1257
20
ba
T

Perpende dicendi maiestatem, Laconicum Gotho-
Janorum, superfluum fluenti temperans orationis pe-
nicillo, nitidivsq; floridæ sermonis eloquium an-
gusto iuris circo annectens. Materix excellentia liti-
giosum Reipublicæ scopum fida consilii ratione
collimat. Mirare de morum sinceritate huius præ-
stantissimi Authoris, quibus effulgeat humanitatis
officiis, de sapientia, quam mutuam certaminis alcam
Nobilitas, & doctrina subeant, huius gloria, & illius
encomium; & tu quod acerrimi ingenii, & maturio-
ris consilii dotibus præditus sis, eo meditato decre-
to vberantiori decora illustratione elogia copiosiori
illustra foecunditate. Barchinone 15. Septembris
1686.

1008
2375
1257
20
ba
T

per varia perecurrrens munia Regali honoris culmini
ardua quæque consecravit, suprema inde insignitus
adoræa præstantius extollitur, & coronatur. Floridæ
hæ virtutes, haud ad vnguem exarata, vel marci-
dum capiant stomachum, aut amicæ mentis aciem
amæna, lector, delectatione constringant, meditata
de cisionum lectura nervosè comprobantur,

AVGVSTINVS A D. THOMA AQVINATE
Clericus Regularis Pauperum Matris Dei Scholarum
Piarum Collegii Modilian. primus ex Rector, & in
novis Hispaniarum Foundationibus à suo Præ-
posito Generali specialiter dele-
gatus.

Candido Lectori salutem.



EDITANTI Nobili Don Pe-
tro de Amigant Cathalonix
meritissimo, & doctissimo Se-
natore, necnon venerabilis
Sanctæ Inquisitionis Tribuna-
lis integerrimo Consultore,
suas utriusque foro, Pacis, ac
Belli tempore, perutiles, pro
Litterariæ Reipublicæ beneficio, avidis amicorum
precibus, primi Tomi foeliciter enucleati, è tene-
brarum silentio ad dignæ laudis lucem, educere De-
cisiones, ansam mihi, candide Lector, præbuit occa-
sio, ut de tali Meccenate, & Patrono nonnulla, tan-
quam gratitudinis meæ inonumenta, devoto cala-
mo, prælibares. Habet opus, & quò ad invidiam
provocet, & quò ad admirationem perducatur; habet
auctor, & quò ad obsequia attrahat, & quò ad elo-
quia invitet. Amigantis enim sortitus cum sit ipse
vocabulum, omni bonæ amicitix, humanitati, &
correspondentiæ dat locum. Cumque teste Philoso-
phorum Coryphæo, *Amicitia sit benevolentia non la-
zens*; hinc est quod volupe assumitur munus fandi,
vbi præstatur ampla materia non silentii. Et sicut
occasionem querit qui vult recedere ab amico; ita &
occasionem sollicitat, qui amicitix, corresponden-
tiæ, & gratitudinis extollere vexilla peroptat.

lib. 8.
Ethic.

Prov.
18.

□ Nobilis Don Petrus de Amigant (vt aliqualem Auctoris notitiam habeas) non solum natalitio splendore nitens , sed omnium bonarum artium, ingenii præcisè nitore illustratus , propter suas singularis humanitatis dotes omnibus notus , & carus, ex illustri, & antiqua Amigantium familia ducit originem. Humanioribus artibus sic animum exornavit, vt ætate adhuc iuuenis , inter eos quos prudens canities honestat , non immeritò haberetur. Dilataris Iurisprudentiæ tractatibus sic mentem affixit, vt huius florentissimæ Vniuersitatis inter Moderatores meruerit connumerari. Acumine Fabro, profunditate Iasoni, & promptitudine Papiniano successisse videbatur. His theoreticis speculationibus adde disertam, & perspicuam in agendo dexteritatem ; vt iure meritò dubitare quis possit, an acutior sit intellectus ad meditandum, an promptior manus ad exequendum. Hinc est quod à Regia nostri Augusti, & Catholici Monarchæ Maiestate , ardua quæ talem virum decent negotia , perillustri Amigantio commissa, fuerunt semper feliciter enucleata. Multa taceo, id vnum, quod à corde non delebitur in æternum , referam. Cum enim Modiliani multæ ad obviandam nostri Collegii erectionem exortæ essent dissentiones , & gravia imminerent pericula ; iussu Excellentissimi Domini mei Alexandri à Bournonville iustissimi Principis (cuius memoria, sui que Excellentissimi successoris Marchionis de Leganes Principis piissimi, eruditissimi, & erga Religionem meam beneficentissimi præsentia , cor & animus recreantur) illic specialiter delegatus, sic cuncta sedavit, & composuit, vt prudentiæ, zeli, auctoritatis, devotionis, & dexteritatis apud loci incolas perpetua reliquerit monumenta.

Nunc de opere nonnulla tibi referre debueram. Sed hædere ramo non egent Cællaria Falerna, nec laudibus opera conspicua. Suam exarata vocem
emit-

emittunt Psephismata. Illustrationes, seu Commen-
ta in Pagueræ Praxim laudasti. Nunc primi Tomi
Decisionum præsentium methodum, profundita-
tem, acutiem, contexturam, ingenii demum fecun-
ditatem, admira. Alios non inferioris æstimationis
Tomos expecta, & Vale. Barchinonę 22. Octobris
1687.



SV PEREGREGII SENATORIS,
ET CONSVLTISSIMI VIRI

MAGNIFICI DOMINI VINCENTII DE SABATER Civis honorati Barcin. antea in Regio Concilio Baiulia Generalis, Magistrique Rationalis disertissimi Assessoris, deinde Iudicis Regia Curia, nunc illius Consultoris, ac in Regia Audientia magna cum laude assidentis censura, & assensus.



NEFFABILI animi voluptate, & summo mentis stupore, ex commissione R. Hieronymi Cortada Presbyt, V. I. D. Offic. & Vic. Gen. in Episcop. Barcin. avidos, ac perattentos dedi oculos miro volumini, cui titulus : *Decisiones, & Enuclationes Criminales &c. concinnante Nob. Don Petro de Amigant &c.* opus sanè egregium, & Regium, in quo nihil non aureum, nihil non pretiosum, nihil quod non sit æternis Iurisprudentium monumentis, præconiisque celebrandum. Illud non perfunctoriè, non extemporanea, sed matura, iugique lectione, innixo discendi conatu volvi, & revolvi, demiratus semper rerum copiosam magnitudinem, dictionum gravissimam medullam, & thesium sublimem dexteritatem; quæ omnia sapiunt Divinum Authoris ingenium. Ibi ad iudicandum non desideratur Pithagoras, ad dividendum non Socrates, ad explicandum non Plato, ad vernandum non Hortensius, ad incitandum non Cato, ad suadendum non Tullius, ad implicandum non Aristoteles; Quæcumque enim in horum scriptis seorsim admiramur, hic in vnum congregata micant, & coruscant vniversa. Singulæ Decisiones sunt solidioris sapientiæ thesauri; singula capita sunt ingentia purioris auri talenta, singulæ lineæ

neæ margaritarum nitidæ conchæ ; singula verba to-
tidem candidæ gemmæ, & vt verbo complexa r, hac
maiestate loqueretur Astræa si è coelis redux ore hu-
mano loqui vellet. Aiebant maiores, *Reipublica ani-*
mam esse iustitiam, quia sicut sine animâ corpus di-
ci, subsistere nullo modo potest, sic nec Civitates,
nec Principatus, nec Regna, imò nec ipsi qui iusti-
tiam oderunt, sine iustitia vivere valent. Propterea
decantatur ab omnibus iustitia pax populorum; leua-
men patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis,
gaudium hominum, cura languorum, fertilitas tem-
porum, serenitas maris, terræ fœcunditas, & tempe-
ries aeris. Celebratur iustitia, potentissima Regina,
superbis vehemens, improbis formidabilis, quæ suo
magno numine bonos protegit, & ferocitate exul-
tantes, cogit in gyrum rationis: aurei sæculi mater,
quæ pulchrè florere facit quocumque aspexerit, &
quæ regalibus suis sceptris omnia complectitur, fo-
vet, tuetur, moderatur. Prædicatur iustitia *pulcherrimè*
universi decus, sine quo omnia imperia sunt gene-
ralia latrocinia, *perfectæ securitatis prerogativa*, qua
sublata nec Principum excelsa solia stant; & tandem
iustitia est illud *buccinatum Palladium*, ex cuius custo-
dia pendet quidquid honestatis, quidquid concordie,
quidquid civilitatis æquitatis, ac boni in toto terra-
rum ambitu continetur; quo Palladio à rebus publi-
cis, vel remoto, vel raptò, totius humanæ vitæ com-
paginis certam ruinam, & fatalem casum imminere
necesse est. Gratulor ergo non solum foro, sed etiam
Principatui, Regno, & Orbi, de tanto opere, in quo
tanquam in antro sybillæ videntur oracula cælo
digna, & pernicioso hominum generi metuenda. Ex
cuius doctrine observatione benemeriti præmia re-
portabunt, in delinquentes animadversio consequetur,
& incolumis nostra Gotholonia perennabit: *Ubi*
enim delictorum castigatio, ibi salva Respublica: nihil
enim exitiosius quam intempestiva misericordia. Non
me latet prudentissimum illud sapientium effatum,
quo

quo inculcatur, laturum sententiam de vita, & spiritu hominis, qui pars est mundi, & minor mundus, & animantium numerum complet, non præcipiti studio, sed diu, nullumque cunctari oportere: verum tamen memores esse etiam expedit, ipsa suppliciorum cogitatione, qui perversi sunt à sceleribus abhorreere, & paucorum pœna omnes ferè puniri. Gratulentur sibi de hoc voluminae Tyrones, & Provec̃tis illi quia praxis Criminalis arcana ibi habent dilucida claritate diserta, & mentis dexteritate resoluta; isti, quia tanto opere provectiores, & eruditiores evadent,

Ovid.
fast. 6.

Semper enim doctis superest quò crescere possint.
Vagantur apes, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quidquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt;

Virg.
Georg.
4.
Sen.
ep. 84.

Liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nebstare cellas.
Nos quoque apes debemus imitari, scribebat Seneca, & quacumque ex diversa lectione congeffimus, separare, deinde adhibita ingenii nostri cura, & facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere; ut etiamsi apparuerit inde sumptum sit, aliud tamen esse, quod unde sumptum est appareat: hoc egit fœliciter noster Author, Decisiones namque Criminales, Sacri Senatus oraculis refertas, quæ tanquam amœnissimi flores, hinc inde gratissimum fundentes odorem, rubebant; ita in ferta strinxit, ita in coronam colligavit, additis ingenii proprii pigmentis, & coloribus, ut licet pateat unde collectæ sint, aliud nihilominus esse videantur. Sed quid à tam Divinæ mentis partu in lucem emitti valet, nisi opus omnibus numeris absolutum? inde enim nescit nasci aliquid mediocre, omnia insignia, omnia egregia, omnia summa. O portentum! Quot & quanta in vno nomine, & homine clauduntur encomia! magni sunt eius maiores, sed ipse illis est maior, quia sparsas per singulos virtutes, fidelitatis, litteraturæ, & prudentiæ, ipse vnus collegit: debet illis primum gradum iustæ

magnitudinis, sed illi debent ipsi supremum suæ.
 Æquavit magna ingenia nondum annos natus vi-
 ginti: ante pilos maturitas venit: iam publicus Ma-
 gister, cum vix alii discipuli: fuit namque senex sa-
 pientia in illo adhuc iuvene: ornavit notis, & addi-
 tionibus dicta aliena, qui poterat tunc iam dictare
 notanda, & exponenda ab aliis: ascendit per omnes
 honorum gradus ad eum quem gerit, non præcipiti
 saltu, sed emerito gressu; accessit ad singulos vetera-
 nus, non novus; neque eius ingenium adæquant
 singula, neque implent vniversa. Atverò quod in
 admirationem rapit animos, est Senatorem tot gra-
 vissimis distentum curis, tot, quæ tantam decent
 togam, implicatum negotiis; tot circumfrentium
 agitatedum causarum murmuribus, adeo serenos men-
 tis oculos adeptum esse, vt absque præiudicio tanti
 muneris, laboriosum litteris otium invenire ille fas
 sit:

Tanto ergo Authori voveamus Nestoris annos

Una eius Regno, & Regi non sufficit ætas.

Hoc Dei Opt. Max. beneficio, thesaurus litterarum
 augebitur, Ærariū Iurisprudentiæ crescet, & Astræ-
 gaze accumulabuntur. Interim fruamur hoc opere,
 in quo nihil devium, aut dissonum, sed cuncta om-
 nigenæ litteraturæ Cultoribus proficua, veriori di-
 sciplinæ consona eleganter leguntur concinnè glo-
 merantur; sic censeo Barcin. 13. Iunii 1691.

Doct̃or Vincentius Sabater.

14. Iunii 1691.

IMPRIMATUR

Cortada, & Codina V.G. & Off.

IVDICIVM, ET APPROBATIO

NOBILIS DOMINI DON IOSEPHI DE PASTOR, & MORA, post adeptum munus Assessoris in Concilio Regio Bautilæ Generalis, Magistrique Rationalis meritis famam eximie extollentibus ad Regiam Audientiam Civilem accersiti, eruditionis, integritatis, ac præclarissimi Senatoris mira testimonia edocentis, & in prius obtento Consistorio Consultoris.



LVBENTISSIMVS iterum, iterumque veni Librum cui titulus Decisiones, & Enuclationes Criminales, seu Praxis Regii Criminalis Concilii Cathalonix, concinnante Nobili D. Don Petro de Amigant Minorissensi olim in lyceis Interprete, in Consistoriis rogato splendore emicante, postea Regio Consiliario in tertia Aula, Fiscique Advocato Regie Curie, nunc iterata huius muneris, rerumque Criminalium dimissione admissa à Concilio sue Maiestatis in Regia Audientia Civili Principatus Cathalonix, atque in Sancto Fidei Prætorio Consultore. Iudicium meum super eo, ex præscripto Admodum Reverendi Domini Don Michaelis Ioannis de Taverner, & Rubi Regiæ Catholicæ Maiestatis à Conciliis Regiique Gotholaniæ Senatus Cancellarii laturus. Cui tamen muneri aliqua me ratione respondere posse diffiderem: nisi solemne iam, & acceptissimum esset criticas huiusmodi censuras in encomiasticas Panegyres commutare; dura equidē, & acerba nimis cōditio eruditissimis sapientum virorū elucubrationibus cōtigisset, si eis quod in nullo peccent, & adamussim omnia elaborata exhibeant, publico esset excellentiæ suæ testimonio carendum, nec satis Authorum famę pro meritis consulatur, si communi hoc dono fraudati,

dati, proprii dumtaxat nominis amplitudine, & operis dignitate nixi, publicam in lucem prodire, & debitam sibi commendationem è legentium tandem peritia, vel ignorantia expectare non sine auctoritatis dispendio cogerentur. Hunc igitur morem iter ad Doctorum scripta probanda facile molientem lubens amplexurus: horridum procul censuræ, procul rigida crysis, & iudicii nomina faceffant dum calamum, mentem, & omnem omninò animum ad tanti Authoris, tantæque doctrinæ encomia prosequenda, quantum paret iniuncti muneris licentia convertito. Nec enim ignoro quibus ad id nominibus obstringar, quæ tanta sunt, vt ad Authoris laudes insequendas, & gloriam promovendum latissimus adhuc sese mihi campus aperiret, vel si ad eximia eius promerita, ac singulares dotes ad consummatam iuris dicendi scientiam, eiusque præstantissima specimina celebranda aditus obstrueretur. Discipuli namque, & Amici (Proh Deus quanta sunt nomina) iis tamen omnibus obnoxium me profiteor, deque auspiciatissima tantarum fœlicitatum sorte mihi gratulor, Ecquis sibi non gratuletur, necessitudinem, & amicitiam per plures annos sanctissimè coluisse cum hoc viro qui cum publicis assiduo curis intento, summisque Reipublicæ, Regiique nominis negotiis occupato, vel semel aggredi fœlicitas, vel semel agere favor, vel semel colloqui munus, & beneficium æstimetur. Ecquis non gaudeat arctissimis cognationis vinculis, & sanguinis communionem huic adhærere viro, cuius in venis natat, & feruet sanguis ille clarissimus è fortissimo, fidelissimoque Parente, derivatus, qui caput suum, sui erga legitimum Principem amoris pignus æternum futurum, publico etiam supplicio obiicere non dubitavit, sibi & posteris inclitum fidelitatis stemma paraturus, sanguis profecto Regius, in quo adeo Regiæ Maiestatis amor, & cultus adoleverunt, vt profundi potius, quam vel levissima infidelitatis macula con-

ſpergi mallet, & vitam ante deſinere, quam vel la-
tum vnguem è Regio amore deſectere concupiſce-
ret: qui tamen vivit adhuc, & vivet nec vnquam,
aut vſquam melius quam in exanguì cadavere vixit,
vniverſæ Hiſpaniæ, Orbi, totique poſteritati docu-
menta fidelitatis æternum perennatura relinquens,
Ecquis ſibi non gratuletur Iuriſprudentiæ curricu-
lum ſub illius viri magiſterio ſubiſſe, qui ſingulari
in hac ſcientia laude viam ſibi ad exhauriendam pe-
nè largiſſimam ſui Principis munificentiam, & ſu-
prema Divæ Nemeliſ ſubſellia occupanda munivit.
Quodque admirationem pariat viam ſibi ſecuram
pariter, & compendiarium ita communiit, vt non
ſenſim, & quaſi gradatim, ſed vna ſimul, & velut rap-
tim, ad ſumma queque honorariæ Iuriſprudentiæ fa-
ſtigia conſcenderet. Vix enim adoleſcens ingenuis,
ſeſe optimiſque annis generis diſciplinis excolue-
rat, cum illicò eum Litterarium huius Barcinonen-
ſis Civitatis Lycæum Cathedris ſuis præfecit, & in ex-
cellentium quibus illuſtratur magiſtrorum cœtum
ſolertiſſimè cooptavit. Vix pellucidos ſapientiæ ra-
dios è Cathedra velut è ſolari eſſedo in omnium il-
lam ſapientum Vniverſitatem explicuerat, cum Ca-
tholicus Hiſpaniarum Monarcha, eum in Aſſeſſorem
Baiuliæ Generalis aſcivit. Vix in iſtius muneris fede
quieverat, partæque Litterario pulvere iuris ſcientiæ
experimentum fecerat, cum idem ipſe munificentif-
ſimus Princeps præmiis præmia cumulatis Senatoria
eum cum toga tertie Aulæ Regiæ Gotholonix Au-
dientiæ decoravit, & adſcripſit, ſuæque Regiæ Cu-
riæ Advocatum Fiſcalem, non longa poſtmodum
temporis intercapedine conſtituit. Quibus in mu-
neribus eum ſeſe exhibuit, vt ingentem ſibi bono-
rum omnium plauſum, & benevolentiam devinxe-
rit; præclara hæreditarii in Regem, Regiæque omnia
amoris documenta ediderit, & ſingularem tandem
integerrimi Iudicis, ſummique Conſiliarii gloriam
comparavit; verum quod magis vt arbitror in tanto
viro

viro miremur est, Eum ardua inter tantorum munerum negotia, quæ capacissimam magni cuiusque viri, imò, & plurium, mentem implicare valeant, animo super communem mortalium conditionem excelsa maiora adhuc, & difficiliora complectentem, immensum propè scribendi opus suscepisse, quo & Literarius Orbis ditesceret, eiusque nomen magnum, & illustre in omnem prorsus posteritatem audiret; nec sua eum cogitatio fefellit, vni quippè, aliique volumini commendatis, quæ indefesso studio, diuturnoque experimento in libris, iudiciisque annos per plurimos observaverat, non modo conceptam elaborati è tanto ingenio operis expectationem quantumvis grandem implevit, verum, & quam longissimè superavit. Quodeo magis, vt nuper dicebam, admirandum; quod hæc non in otio, tranquillaque musæ quiete, sed (quod Lipsius olim mirabatur) *inter Principes, in assiduis, arduisque occupationibus scripta sint*. Præsertim cum nihil in eis inconditum, nihil immaturum, nihil vulgare, sed omnia sapienti sale cõposita, gravi ordinata iudicio, & singulari coacervata delectu luceant, atque fulgescant. Vt autem ad clausulam quam haud facilè est invenire, & ad iniuncti muneris complementum veniamus, nihil in hoc volumine reperi, aut Regiis iuribus dissonum, aut innocentibus absõnum moribus. Quare censeo dignissimum esse opus, quod luce publica ad publicam omnium vtilitatem, & tanti Authoris promeritam gloriam donetur Barcin. 2. Iulii 1691.

Cent. 3
ep. 86.

Don Josephus Pastor, & Mora.

Die 2. Iulii 1691.
IMPRIMATVR
Taverner, y Rubi Cancell.

NOMENCLATURA TEXTVVM,
QVI EX IVRE CIVILI,
PONTIFICIO, ET MVNICIPALI IN
HOC VOLVMEINE DECLARANTVR.

EX DIGESTO VETERI.

- L. 4. §. si tibi, de condic. ob turp. caus. decis. 1. num. 121. pag. 41.
L. qui occidit §. fin. ad l. Aquil. decis. 2. num. 139. pag. 93.
L. ait lex vers. quod si mortifere, & L. si ex plagis in princ. ff. eodem num. 140. ibid.
L. si is, cum quo 11. ff. de condic. indeb. conciliatur cum l. 1. Cod. ne filius pro patre, & eius concordant. decis. 7. à numer. 11. pag. 235.
L. repetitio 44. de condic. indeb. conciliatur cum l. si pœna 19. §. quamvis ff. eod. & aliis concord. dist. decis. 7. à numer. 34. pag. 240.
L. 3. §. sed si debitor è l. vir uxori 39. ff. de donat. inter. decis. 7. num. 46. pag. 244.
L. Divus, ff. de officio Præsidis decis. 17. num. 21. pag. 451.
L. Princeps de legibus decis. 19. num. 16. pag. 476.
L. 3. §. 1. de testibus decis. 22. numer. 60. pag. 543.
L. nullus ff. eod. decis. 34. à numer. 10. pag. 723.
L. 3. §. si quis vers. sed ipse Celsus de condic. caus. dat. decis. 32. num. 28. pag. 700.
L. fin. de rer. divis. decis. 36. num. 12. pag. 761.
EX INFORTIATO.
L. ex factò 43. de vulgari, decis. 4. num. 26. pag. 143.
L. 1. & 2. ff. de act. rer. amotar. decis. 4. num. 107. pag. 167.
L. 1. §. planè de tutel. & ration. distrahend. decis. 6. numer. 49. pag. 211.
L. hereditatum ff. ad legem Falcid. remissivè decis. 8. numer. 6. pag. 270.
EX DIGESTO NOVO.
L. rescripto §. si quis accusator è ff. de munerib. & honorib. decis. 1. num. 3. pag. 11.
L. Divi fratres 19. de accusat. ibid. num. 121. pag. 41.
L. qui venenum 236. de verbor. signif. decis. 2. n. 79. pag. 73.
L. falsus creditor §. qui alienum de furt. decis. 2. n. 92. pag. 77.
L. 3. §. sed ex Senatus consulto ad l. Corneliam de Siccariis,

- & *venefic. decis. 4. numer. 10. pag. 137.*
 L. *si quis aliud* 38. §. *qui abortitionis de pœnis, ibid.*
 L. *sepulchri* 9. *de sepulchro violato, decis. 6. n. 45. pag. 211.*
 L. *locatio* 9. §. *quod illicita de public. vectigal. ibid. nu. 46.*
 L. *cum quis* 38. §. 1. *de solution. dec. 7. n. 45. & seqq. pag. 244.*
 L. *carceri præpositus, & l. final. de custod. reor. conciliatur cū l. ad Commentariensem Cod. cod. decis. 8. n. 16. pag. 272.*
 L. *furiosi* 41. *de reg. iur. decis. 18. num. 29. pag. 466.*
 L. *aut facta* 16. §. *sed hæc ff. de pœnis, dec. 22. n. 25. pag. 536.*
 L. *vulneris* 8. *de iniuriis, ibid. num. 31. pag. 537.*
 L. *famosi* §. 3. & *seqq. Ad leg. Iuliam Maiestatis, decis. 24. num. 11. pag. 574.*
 L. *Devi fratres* ff. *de iure Fisci, decis. 31. num. 12. pag. 679.*
 L. *liber homo.* ff. *ad l. Aquiliam ibid. num. 13.*
 L. *non potest* 159. *de reg. iur. decis. 36. num. 13. pag. 762.*
 L. 1. §. 1. ff. *ad Iul. Maiest. dec. 38. num. 22. pag. 802.*
 EX CODICE.
 L. 4. *Cod. de Latoribus, decis. 1. num. 29. pag. 17.*
 L. *sciant ult. Cod. de offic. diversor. ind. decis. 1. numer. 65. pag. 250.*
 L. 1. *Cod. de Comitib. Consi-*
stolib. lib. 12. ibid.
 L. *invitus Cod. vt nemo invit. agere, vel accusare cogatur, d. dec. 1. n. 121. pag. 41.*
 L. 1. *Cod. ne filius pro patre conciliatur cum l. repetitio 44. l. si is cum quo 11. ff. de condic. indebiti, decis. 7. à numer. 11. pag. 235.*
 L. *ad Commentariensem de custod. reor. conciliatur cum l. carceri præpositus, & l. fin. ff. eod. dec. 8. n. 16. pag. 272.*
 L. *unica Cod. ex delicto defuncti, decis. 8. n. 66. pag. 287.*
Authent. sed etsi quis Cod. de testibus, dec. 10. n. 16. pag. 317.
 L. *si qui ex consensu* 8. *Cod. de Episcopal. Audient. decis. 13. num. 18. pag. 396.*
 L. *unica Cod. si quis Imperat. maledixerit, decis. 21. à numer. 1. pag. 499.*
 L. *iustissimè* 3. *Cod. de officio Reët. Provinc. ibid. n. 3. pag. 499.*
 L. *decurio* 12. *Cod. de pœn. ibid.*
 I. 1. *Cod. de silentiariis lib. 12. ibid. num. 15. pag. 502.*
 L. *unica Cod si quis Imperat. maledixerit, decis. 24. num. 14. pag. 575.*
 L. *clarum Cod. de authorit. præstan. dec. 26. n. 3. pag. 593.*
 L. *iurisiurandi* 8. & *l. testium 14. Cod. de testibus, decis. 27. num. 37. pag. 627.*
 L. *neganda Cod qui accusare nõ pofsunt, dec. 28. n. 14. pag. 644.*
 L.

L. non dubium 5. Cod. de legib.
dec.32. à n.4. pag.694.

L. omnibus Cod. de testib. decis.
34. à n.10. pag.723.

L. fin. in fin. Cod. de Assessorib.
ibid. num.33. pag.729.

EX INSTITUTIONIBVS.

§. hi qui II. de obligat. qua ex
delict. nasc. decis. 4. numer.
112. pag.168.

Princ. tit. de suspect. tut. & curat.
decis.6. n.92. pag.223.

§. sancta quoque de rer. divis.
dec.36. n.12. pag.761.

EX DECRETALIBVS.

Cap. qualiter, & quando 24.
de accusat. decis. 1. numer.
26. pag.16.

Cap. cum ab homine 10. de iu-
diciis, dec.1. n.47. pag.21.

Cap. meminimus de accusat. de-
cis.3. num.11. pag.107.

Cap. afferre de presumption. de-
cis.8. n.11. pag.271.

Cap. quoniam frequenter vers.
Porro, ut lite non contestata,
decis.10. num.6. pag.314.

Cap. 1. de homicid. decis. 12. nu-
54. pag.373. & num.88. pag.
381. & dec.35. n.58. pag.749.

Cap. mulieres 6. §. illa verò de
sentent. excom. ibidem, nu-
mer.71. pag.377.

Cap. tue 6. de pœnis, decis. 23.
num.3. pag.565.

Cap. periculoso unico de stat.
regular. in 6. ibidem, numer.
17. pag.569.

Cap. licet causam de probat. de-
cis.30. n.28. pag.668.

Cap. fraternitatis 17. de testib.
& attestation. decis.31. num.
15. pag.679.

Cap. qua contra 64. de reg. iur.
in 6. dec.32. à n.6. pag.695.

Cap. dilecto 40. de testib. ibid.
num.42. pag.704.

Cap. 1. de sentent. & re iudic.
in 6. ibid. n.51. pag.706.

EX CLEMENTINIS.

Clement. 2. de testib. decis.31.
num.15. pag.679.

EX EXTRAVAG.

Cap. sicut te extra. Ne Clerici,
vel Monach. decis.32. num.
25. pag.700.

EX DECRETO GRATIAN.

Cap. si quis potestatem 33. q.4.
decis.1. n.3. pag.10.

Cap. Presbyter 81. distinct. de-
cis.1. num.47. pag.211.

Cap. 29. 17. quest. 4. decis. 12.
num.92. pag.383.

Can. Episcopus 1. 35. distinct.
decis.14. n.25. pag.415.

Cap. cum percussio 7. q.1. decis.
17. n.16. pag.449.

Cap. mulier que accesserit 15.
q.1. ibid. n.24. pag.452.

Cap. non sunt audiendi 56. in
fin. 11. quest. 3. decis. 21. numer.
19. pag.504.

Can. consideret qualitatē crimi-
nis 1. col.2. in fin. §. desleat
etiam, de pœnit. distinct. 5.
ibid. n.34. pag.507.

*** Can.

- Can. non in perpetuum 5.24.q.3.
 ibid.num.39. pag.509.
 Can. inter hac hircum, qui oblat-
 tus fuerat 34. de pœnitent.
 distinct.3. ibid.
 Cap. ex merito plebis 13.§. par-
 cant singuli detractiovi 6.q.1.
 decis.22.num.64. pag.545.
 Cap. statutum 2. q.6. decis.32.
 num.42. pag.704.
 Cap. sanè 24.q.2.decis.39.num.
 23. pag.822.
 Cap. neque 88. distinct. ibid.
EX IVRE MVNICIPALI.
 Constit.13. tit. de iurisdic. de
 totis Iutges, decis.1. numer.
 15. pag.13.
 Cap. 3. curiar. anni 1599. dec.1.
 num.28. pag.16.
 Pragmat.5. sub tit. de privile-
 gis Militars in 2. vol. dec.1.
 num.38. pag.19.
 Const.8. tit. de officii de Advo-
 cat Fiscal, decis.1. numer.
 59. pag.23.
 Vltatic. placitare sub tit. de iu-
 risdic. omn. iud. decis.1.nu.
 69. pag.26.
 Vltatic. omnes homines tit. de iu-
 dic. & firm. iur. ibid.
 Const. Com instigant tit. Quant
 sia licit, ò no venjarse sens
 Iutge, dec.1.n.102. pag.36.
 Const.5. tit. de Audien. y Concell
 Real, dec.1.n.106. pag.38.
 Const. 2. & 7. ead. tit. ibidem
 num. seq.
 Const.14. tit. de officii de Gover-
 nador, ibidem.
- Const.1. tit. de Notaris, y Es-
 criuans, dec.2.n.112. pag.84.
 Const.11. tit. de Prothonotar.
 ibid.num.115. pag.85.
 Const. 2. & 3. tit. Que novells
 Officials, dec.3.n.36. pag.115.
 Const.3. tit. de personas probi-
 bid. regir Oficis, decis.3. nu.
 48. pag.118.
 Const. vnica tit. de deutes de
 Universitat, decis.3. numer.
 52. pag.119.
 Const. 8. tit. de Abatuts, de-
 cis.3.num.64. pag.123.
 Pragmat.1. sub tit. de compra, y
 venda, dec.4.n.76. pag.158.
 Const. Com per la bona admi-
 nistraciò 12. & Const. fin. tit.
 de la elecció dels Doctors de
 la Real Audiencia, decis.4.
 num.86. pag.161.
 Const. vnica tit. com se ha de
 firmar lo dupte, si la causa
 es civil, ò criminal, decis.6. à
 num.56. pag.213.
 Constit. fin. tit. de pobres ple-
 dejants, dec.3.n.44. pag.280.
 Const.19. cur. anni 1599. decis.
 10. n.54. pag.329.
 Const. Com instigant. tit. Quant
 sia licit, ò no venjarse sens
 Iutge, ibid. à n.59. pag.330.
 Const.43. cur. anni 1599. decis.
 11.n.53. pag.350.
 Pragmat. fin. sub tit. de Nota-
 ris in 2. vol. Const. decis.11.
 à num.59. pag.352.
 Cap. 31. generalium edictorum,
 &

- & Const. 4. sub tit. de Bo-
 mians, dec. 14. à n. 5. pag. 410.
 Pragmat. 6. sub tit. de content.
 de iurisdic. in 2. vol. de-
 cis. 15. n. 13. pag. 429.
 Const. 1. & 2. sub tit. de menors
 de 25. anys, in 1. vol. decis.
 19. à num. 3. pag. 472. & decis.
 32. n. 15. pag. 697.
 Const. fin. tit. dels bens dels
 condemnats, decis. 22. num.
 129. pag. 560.
 Usat. Ningun home tit. de te-
 stimonis, decis. 26. numer.
 1. pag. 592.
 Cap. 13. cur. anni 1599. dec. 31. à
 num. 21. pag. 681.
 Const. Perque per experiència
 18. tit. de Notaris, y Escri-
 vans, dec. 32. à n. 1. pag. 694.
 Const. unie. tit. de promesa de
 dots, ibid. n. 14. pag. 697.
 Const. A tolre 2. tit. de tudors,
 y curadors, ibidem 3. numer.
 18. pag. 698.
 Const. estatum 3. tit. de excep-
 cions, y reconuencions, ibid.
 num. 20.
 Const. 1. tit. de sequestr. y em-
 par. ibid. n. 21. pag. 699.
 Const. 2. tit. de divers. rescrits,
 y elongaments, ibid. numer.
 22.
 Const. Poch valdria 11. tit. de
 observar Constit. ibid. à nu.
 26. pag. 700.
 Const. estatum 11. tit. de la
 elecció dels Docters de la
 Real Audiencia, ibid. num.
 29. pag. 701.
 Const. 55. curiar. anni 1599. ibi-
 dem.
 Cap. 1. novi Ordinament Cur.
 anni 1599. ibid. num. 31.
 Cap. 2. & 34. Cur. anni 1599. de-
 cis. 38. num. 12. pag. 798.
 Const. 3. tit. de bens dels con-
 demnats, ibid. n. 35. pag. 808.
 Cap. 73. Cur. anni 1599. dec. 39.
 num. 30. pag. 829.

SYLLABVS DECISIONVM PRIMI VOLVMINIS.

DECISIO PRIMA.

*Ordo, & introductio iudicii, iurisdictio, delicti substantia: de his
usque ad deci]. 17.*

DE processu via ordinaria, & per inquisitionem. Via ordinaria qualiter dicatur investigari habito respectu ad accusationem, Regalias, & simplicem evocationem. Quinam effectus resultent ex his modis procedendi. Processus quomodo dicatur Fisci in hoc Principatu, quæ ab ipso pendeant extante partis instantia, & quid si absque ea non potest inquiri. De nostrorum militum privilegio requirente partis instantiam, an post sententiam vires habeat, etiam in delictis infamiam irrogantibus. Prætextus ad causas evocandas pulchro cum ornatu enumerantur. Quibus accusare cõpetat. Inquisitionis, accusationis, & denuntiationis diffini-

tiones aperiuntur. De Gerente vices generalis Gubernatoris Cathalonix via ordinaria, ac cum Viceregia ius dicente, & Regio Criminali Concilio, absente Excellentissimo Domino Prorege institutio, pag. I.

DECISIO II.

DE Iudice suam iurisditionem prius intuituro, & ne eius fines egrediatur. De corpore delicti, & eius certitudine habenda antequam ad vllum actum procedatur. Agitur latè de lamiis, sive strigibus, & sortilegiis hæreticalibus, & extra hæresim, tam respectu cognitionis horum criminum, quã corporis delicti, & pœnæ. Corporis nomen, & essentia nova expositione dilucidantur, &

peculiariter de furto, veneno, vulnere, falsitate. Instrumenti recognitionis cadaveris clausulæ enucleantur, pag.43.

DECISIO III.

DE præventionem inquisitionis. An possit incoharri ex libellis clam oblatis, absque authorum subscriptione, quomodo hi sint despiciendi. Inquisitus num possit ad novos honores promoveri. De visitatorum munere, & circumspeditione. Inquisitionum genera. Quæ requirantur, vt res furata in alicuius domo perquiri possit. De infamia iuris, & facti, quomodo irrogetur, & de ipsarum effectibus ante, ac post sententiam, deque illarum abolitione, ad amplissimam casuum facile contigibiliû materiam indagatio, pag.98.

DECISIO IV.

AN factum sit punibile. De alicito, & illicito, vrili, & honesto, iusto, & iniusto, scandalo, rebus mali exempli, stellationatu, vsuris. Resistentibus Officialibus iustitiæ dum iniusta exequantur. Auxiliatori quando pœna irrogetur, impunito relicto principali, & qualiter delicto aliorum ope,

& auxilio sequuto excusari possit à dolo, & pœna, eorum alter, quovè casu minor in vno, quã in alio versutia concipiatur pro modo punitiois. De furto magno per vxorem cum sociis in bonis mariti perpetrato, & rationibus illam adiuvantib⁹. Quibus casibus scelus committatur, non tamen exerccatur criminale iudicium. Paradoxa, firma tamen, humaniorum litterarum, atque legalis disciplinæ locis plenissimè munita observatio, pag.127.

DECISIO V.

DE puniendo possessore possessionem suam defendente, Regiique Officialis captura, vbi latè defensionis limites circumscribuntur. Armarum etli prohibitorum delatio qualiter reddatur impunitis, si principale factum sit licitum, & aliter patefit. Reveretia Officialibus Regis debita commendatur. Vsurpatæ iurisdictionis crimen execrabile edocetur. Excessus, & scandala possessorum detestantur, pag.178.

DECISIO VI.

DOLVS, & fraus administratoris, quoad computa

ta excussa, & diffinita, & civiliter indagatur, & criminali punitione vlciscitur. Rationum autem nondum dispendiarum redditio litis civilis indiget examine, nec criminaliter plectitur. Preiudicialium causarum exactior, & verior expositio eruitur. De errore, & oblivione summam peragitur. Luce donatur *Constit. vnic. tit. Com se deu declarat lo d'apte, si la causa es civil, o criminal,* pag. 196.

DECISIO VII.

DE falsitate admissa in Banco almæ, & floridissime Civitatis Barcinonæ, pecunias extrahente reo apodigiis in aliorum favore scriptis, postquam in librorum comprobatione intervenerat, & creditum suum verum inter alia prospexerat. Conditione indebiti Civitas an eo casu experiri possit? Ad fœdus rediguntur text. in *l. si is cum quo vi. ff. de condict. indebiti, & l. 1. Cod. ne filius pro patre &c.* cum utriusque concordantibus, variis exprobatas interpretationibus. De debitore ex pluribus causis, in quam solvisse præsumatur obiter fit sermo *l. repetitio 44, ff. de condict. indebiti, cum l. si pœna 19. §. quavis eodem tit. ac aliis*

concordantibus. Regularis, ac irregularis depositi effectus ad casum conducentes producuntur. Falsitatis, furti, & peculatus in specie pœna designatur. Testium de credulitate, peritorum, de nota manu, & per comparisonem litterarum deponentium probatio examinatur, pag. 225.

DECISIO VIII.

Incidentia articuli in causa principali, quando iurisdictione tribuat in negotium, vel personam, de quibus iudex principaliter cognoscere non possit. Quid de iudice criminali, quoad articulos civiles. Ad interesse quando condemnet, quid sub eo veniat. An pœna ordinaria sit imponenda, ut ad interesse, & damna sequatur condemnatio. De custodè carcerum. Connexio qualis requiratur pro cognitione ratione incidentiæ. Sequestro de muliere proviso per Iudicem Ecclesiasticum, num possit taxatio alimentorum fieri, per Iudicem secularem, & quid operetur hoc casu præventio, ac è contra si ea sit ex parte iudicis laici, Decisiones inter se antinomiali continentibus concordantur. *Constit. fin. de potestates pledejanis, declarata. Sequ-*

questum puellæ nubilis qualiter provideatur per iudicem civilem, & quomodo per criminalem, de nonnullis articulis civilibus incidentibus in causis criminalibus, & è converso. Differentia inter articulos civiles connexos, & consequentes, quænam sit, & quis effectus ab ea promanet, pag. 264

DECISIO IX.

TESTES absque partis citatione, & ante litē contestatam recepti ad futuram rerum memoriam, quando fidem faciant, & quando non probent in criminalibus, distinctione facta inter accusatorem, & reum. Et qualiter citatio in Tribunalibus servetur, vel necessaria sit, ac de legitimatione processus. Discussio à nebulis, quibus usquequò profus obscurabatur vindicata, p. 289.

DECISIO X.

Solemmitates observandæ in examine testium ad futuram rerum memoriam, ut probent, explanantur. Testes in vna causa recepti, quando fidem faciant in alia eruitur; & quid si vna causa est civilis, alia criminalis; quidve si vtraque sit criminalis, sed in vna ad de-

fensam, in alia ad offensam fuerint ministrati. Attentans, & subtrahens, aut confundere inhians probationes factas coram iudice superiore, adeundo inferiorem, quam graviter delinquat. Citationes in criminalibus sub pœna pecuniaria, vel corporali, quibus casibus in Cathalonia, & quomodo extra eam sint expediendæ. De contumacia, & contumaciali processu ad nostram partem, & eam, quæ alia sequuntur Regna, de sacramento, & homagio, eiectionis à pace, & treuga, ac utilitate summarie informationis peragitur; & Principem posse citationes certis casibus tollere, modumque defensionis ex iusta causa arctare, discutitur, pag. 309.

DECISIO XI.

Instrumentorum iuvamine defensiones quædoque adstruuntur. Præceptum superioris quando excuset obedientem, & quomodo probandum. Notarius requisitus recipiens instrumenta testium, revocantium depositiones in Regia Curia prolatas, qua pœna sit plectendus, ad interpretationem *Const. 1. tit. de Notar.* De scelere tunc per testes commissio. Quæ cura, peritia, & circumspetio-

ne debeant Notarii pollere, & cuncta rimari, & de sui officii excellentia. Amulatio, & crimen vsurpatæ, seu turbatæ iurisdictionis qualiter delitescunt. Intellectus *Constit. 43. Curiar. anni 1599. & Pragmat. fin. subtit. de Notariis in 2. volum. Const. eliminantur,* pag.334.

DECISIO XII.

DE coniecturis tractatum inducentibus, eiq; contrariis. An mandans insidiosè alium occidi, ab immunitate Ecclesiæ arceatur. Nunquid similiter mandans alicui, vt existentem in Ecclesia occidat, vel vulneret, sive mandatum detur in Ecclesia, sive extra eam, sequuto postea homicidio, gaudeat immunitate; & num ea adiuventur consulentes, auxiliantes, & associantes in homicidio proditorio, si verbis, armis, & præsentia audaciotem reddant principalem, & cum ipso præcesserit tractatus. Mandatores homicidii quando de nece arguantur. Assistentes in homicidio cum armis, tractatu prævio cum principali, qua pœna coercendi; quando plectendi absque armis assistentes, & qualiter, pag.354.

DECISIO XIII.

REO à loco sacro extracto, licet Iudici Ecclesiastico testes recipere super immunitate loci, & violenta extractiōne, ad expediendas litteras in forma contentiōnis pro reintegratiōne personæ, non verò super exclusiōne qualitatis criminis excepti. Competentia super immunitate pendēte, quas probationes possit facere Curia secularis. Iurisdictionis criminalis hominis laici, sit ne prorogabilis in Iudicem Ecclesiasticum; & an ratiōne incidentiæ in specie contentiosa, potuerit locus esse testium receptiōni? vbi de iurisdictione criminali incidenti in Tribunali Ecclesiastico adversus laicos, ac novitatibus, & fraudibus resupinandis, ne delinquentiū inulta facinora deserantur, pag.389.

DECISIO XIV.

DE ludo quando scelestus sit, & puniendus, & qualiter coerceantur vagabundi, lusores, ac otiosè viventes. Laicus lusor, vel pro ludo paratam domum habens, quibus casibus Iudicis Ecclesiastici punitiōni subiiciatur quoad pœnas spirituales. De excommunicatis, & bannitis æquiparatiō. Festuum

stuum de præcepto exacta observantia admonetur: ad intellectum *Const. 4. tit. de Bomians, & cap. 31. generalium edictorum,* pag. 406.

DECISIO XV.

CVRIA contentionem movens quod tempus debeat expectare antequam secundas litteras expediat. Quando ex causis contentionum vna sit alia præiudicialis. De causis dubii, an sit firmanda contentio, ad explicationem *Pragmat. 6. sub tit. de concen. cap. de iurisdic. in 2. vol. Const.* pag. 424.

DECISIO XVI.

STVDIOSA reciproca Tribunalium anxietas in protelanda Ecclesiæ immunitate, & scelerum ultione extollitur. De reo, dum ad supplicium ducitur occurrenti, non data opera, Cardinalis; de eius, & legatorum Principis privilegiis, ac immunitatibus, necnon de fugiente ad palatium Principis, atque de baptizato, an absolutionem consequatur criminum ante baptismum commissorum. Quomodo maneat absolutus ab omnibus delictis reus, qui ad Ecclesiam restitui-

tur, & qualiter Ecclesiæ immunitate perpetuò privatus maneat, qui semel illam amisit. Quæstio disceptatur, num facta restitutione ad Ecclesiam pendente contentione, si reus protestationem emisit, sit declarandû eo petente, super immunitate, & quid quâdo restitutio executâ extitit absque vlla protestatione, & reus revocatione deposcit attentatorû, pag. 431.

DECISIO XVII.

Personæ delinquentes vsque ad decis. 20.

ANimarum æternæ salutis invigilandum esse ostenditur, & qualiter moribundis, vt in agone hostem immanem vincant, subveniendum. De Dæmoniacis, quomodo peccent, & in peccata non elabantur, quave ratione valeat ipsis Sacramentum Eucharistiæ ministrari; quas in corpora, permissione divina, exerceat Dæmon sævitas; & non posse animam penetrare firmatur, pro investiganda quæstione, an Dæmoniacus, seu furiosus, non tempore delicti, sed sententiæ, possit torqueri, aut morti tradi, pag. 442.

DECISIO XVIII.

EBrius quando, & qualiter
puniri possit, & quid si
parricidii crimen patrarit; vbi
de huius maleficii atrocitate,
vindieta, & potestate paren-
tum in filios iuxta antiqua, &
posteriora tempora. Prodigus
delinquens numquid plecti va-
leat, sicut quilibet homo sa-
gax, nedum pœna corporali,
sed etiam pecuniaria, & amif-
sionis bonorum, pag.457.

DECISIO XIX.

Constitutionum 1. & 2. sub
tit. de menors de 25. anys
in 1. vol. Constit dilucidatio
suscipitur, ad disputationem, an
filius familias minor in fideiuf-
sione pro extraneo cum Fisco
facta efficaciter obligetur. Nū-
quid dictæ Constitutiones late
fuerint ad capacitandam perso-
nam filii, num verò ad patris
præiudicium vitandum, & de
aliquibus memoratorum iuriū
limitationibus, ac debitore Fis-
cali satisfaciente diversis solu-
tionibus, pag.469.

DECISIO XX.

Tempus delicti.

Pestis tempore, quæ cura
Rectoribus, & Consiliariis

Civitatum, ac locorum incum-
bat, & qualiter iurisdicatio cri-
minalis exerceatur, quamve
habeant Consiliarii nostræ fi-
delissimæ Urbis Barcinonæ ex
Regiis Privilegiis, & Obser-
vantia sequuta. Cap. vnic. tit.
de Estatuts, y Ordin. in 2. vo-
lum. Const. interpretatio erui-
tur, pag.481.

DECISIO XXI.

*Verborum crimina vsque ad
decis.26.*

Illustratur l. vnic. Cod. si quis
Imperat. maledix. Irreveren-
tiam adversus Principem, quā-
do pœna affici, quando pietate
aboleri oporteat, & qualiter
abloquentes crimine læsæ Ma-
iestatis foedentur patefit. De fa-
mæ præstantia, & quo casu va-
leat condonari. De mendaciis,
eorum, ac linguæ obtrectantis
damnis, & vitiis. De infania
delicto cohærenti ultionē non
temperante, pag.495.

DECISIO XXII.

Pœna criminis læsæ Maie-
statis in primo capite con-
tra obiurgatores, & alios, quan-
do severior, & quando benignior
exerceatur. Circumstantias
ad exacerbandas, vel minuen-
das

das coertiones attendi debere ostenditur. Linguæ audacitas quomodo cohibenda, etiam contra stolidos aperitur. Gradus rerum, modum, ordinem, & æquitatem legalem in suppliciis, ac in quocunque negotio servari debere cumulatissimè probatur. Arbitrium iudicibus in probationibus, & pœnis, qua facultate sit concessum declaratur, & perpulchris exemplis innotescit, pag. 520.

DECISIO XXIII.

DE Clericorum cōtra Principem maledicentia per Iudicem Brevis Apostolici punienda, vbi de honestate in vita, & verbis per Clericos, & Concionatores servanda; hæreticos etiam, non vi præcisæ, sed indirecta ad fidem Catholicam recipiendâ compelli posse, ac animadverti, si illius sint contemptores firmatur, p. 563.

DECISIO XXIV.

TRansfugarum pœna præscribitur, sicut transfugere attentantium, qui intra spheram criminis læsæ Maiestatis in primo capite mitius sunt vliciscendi. Pictoribus, atq; Poëtis: non ad quælibet invenusta, turpia, aut scelestæ audenda

concessa potestas expromitur. De consultationibus ad Principem interponendis. De iniuriis prolatis contra Ministros Regios plectendis, pag. 570.

DECISIO XXV.

EXercitio artium sordidarū nullatenus dormit, neque suspenditur nobilitas descendens, ex nobili, quamvis iste ex privilegio talis sit, & sic gaudet nihilominus nobilium prærogativis; æ verò conquiescunt in illo, qui primum cingulo militari cōdecoratus fuit, vbi quotuplex sit nobilitas sanguinis, & de modis ipsam probandi, pag. 580.

DECISIO XXVI.

De probationibus, pœnis, & abolitione.

DE testibus quoad personas. De minoribus 14. annis, & generaliter de minoribus 25. restitutionem ipsis denegari in criminalibus, nisi de læsione doceant, nihilque prodesse revocationem suæ confessionis, deque illorum pœna in criminibus portus tormētī manualis brevioris mensuræ, ac effractionis carcerum. Clericus in posse sui Superioris citatur,

jurat, & licentiam obtinet, vt deponat coram iudice laico; quid sentiendum de aliis testibus diversi fori, & de Familiaribus Sancti Officii Inquisitionis; an compelli possit clericus omnia requisita Sacri Concilii Tridentini habens, excepta licentia Episcopi in causa sanguinis testificari. Testes omnino inhabiles, quando veritas aliter haberi non potest, nunquid prorsus non probent, nec non de socio itineris novæ elucidationes, pag. 587.

DECISIO XXVII.

DE testibus quoad dicta, non de iure, sed de facto, tempore, loco, causa, ratione scientiæ, actis ante delictum, in eo, & postea examinandis; quando contestes dicantur in civilibus, & qualiter in criminalibus; quænam probatio ex testibus singularibus compagnetur, & ad quam pœnam infligendam; de ordinaria per Senatû Supremum irroganda ex indiciis indubitatis, vel ex dubitatis constituentibus vnum indubitatum iunctis aliis adminiculis, & probationibus, in delictis occultis, & difficilibus indagationis, iudicis animo legi subordinato conquiescente, deque variis indi-

ciis singulatiim, ac visura calumniosè petita rescata, pag. 612.

DECISIO XXVIII.

DE testibus cogendis maiori, vel minori coertione, iuxta circumstantias facti, personarum, ac verisimilitudinem suæ scientiæ, nec non de compellendis ipsis, vt media confrontatione reum declarèt. Accusatus quando possit suum accusatorem reaccusare, facta distinctione scelerum, maiorû, minorum, & parium. Paria delicta mutua cõpensatione qualiter tollantur. Quando Officialis occidit in exercitio sui officii privatum, & testes offert pro resistentia probanda, ac eodem tempore consanguinei interfecti accusant Officialem de homicidio, recipi debere testes Officialis prius, defenditur, relictis pro maiori deliberatione testibus accusantis de nece, pag. 638.

DECISIO XXIX.

DE mulctis testibus, aliisque indicendis, an absque citatione exequi possint. Contumaciarum pœnæ quomodo sint sublatae in causis civilibus, & criminalibus, & quæ rationes vtrobiq; militent contra testes

stes inobedientes. Nunquid testes testimonium per scripturam perhibere valeant. Si bellum gerat Rex alicuius subditi, ob solam originem, adversus Regem sui domicili: num originarius possit rebellionē committere contra illum, sub cuius dominiis non inhabitat, & an teneatur potius ei servire, ac suum incolatum mutare, p.650.

DECISIO XXX.

Indicia plura ad delictorum probationes perferuntur, ut potè inimicitia, minæ, si quis sit visus in loco delicti, aut valdè propinquo, coadunatio, mala qualitas, confessio extraiudicialis geminata, & etiam non repetita, occultatio, fuga socii, associatio, conversatio cū malis hominibus. De testibus super negativa coarctata, loco, & tempore deponentibus, qualiter pro parte Fisci, porrectis interrogatoriis, sint examinandi; & an falsitas incidenter cōtra eos opposita per modum exceptionis, causæ principalis cursum impediatur; nec non de exculpatione extraiudiciali socii, pag.661.

DECISIO XXXI.

DE testium repetitione, an defectus depositionū pos-

sint emendari postquam pro parte reorum de eis fuerit oppositum. Nunquid primo, vel potius secundo dicto stari debeat, si ambo cum iuramento sint prolata, & quid si cum tortura testimonia ferantur, ubi de reis damnatis ad mortem, qui torquentur in caput sociorum, investigatiō infructuosa ad nonnullas conclusiones ab scribentibus stabilitas sub veriori sensu practicandas. Interpretantur *cap.13. Curiar. anni 1599. Clement. 2. de testib. Cap. fraternitatis 17. de testib. cum aliis iuribus,* pag.677.

DECISIO XXXII.

DE testibus quoad examē. Nunquid lex, seu statutum actum prohibens, illum statim annullat, nulla clausula irritanti extante. De concursu patris, & filii, socii, ac generi, duorumque fratrum in eodem Tribunali, vel Senatu. De his quæ à iure constituta sunt pro integritate examinis testium servanda. Iudicem, ac testem, vel etiam notarium in eadem causa esse non posse; in formatione processuum, omne omninò odium, ac fervorem, suspicionemque collusionis abesse debere; pro interpretatione *Constit. Perque per experientia*

cia 18. sub tit. de Notar. y Es-
crivans &c. in 1. vol. Constit.
l. non dubium 5. Cod. de legib.
Cap. quæ contra 64. de reg. iur.
in 6. aliorumque complurium
iurium, pag. 691.

DECISIO XXXIII.

ASSERTIONE Principis
an probentur delicta ad
effectum puniendi. Subscriptio
quando noceat subscribenti,
& an is censeatur scripturam
subscriptam approbasse. Sub-
scribens in scheda vacua,
numquid sibi præiudicet. Fa-
muli Proregis à quo Iudice
sint iudicandi, & cuius sit fori
illius Secretarius, si belli frua-
tur stipendio, pag. 707.

DECISIO XXXIV.

Communia, & contraria de
testibus, & ibi in quibus
convenient testium examina;
de differentiis inter testes, qui
in offensam ministrantur, &
eos, qui in defensam recipiun-
tur, tam respectu examinis illo-
rum, quam quo ad fidem ipsis
præstandam. Magis credi testi
quandoque in offensam, quam
in defensionem deponenti. Ex-
tante suspitione falsitatis in te-
ste, cum repelli; & ob solam
affectationem, ipsius fidem mi-

nui, vbi de coniuge, qui in fa-
vorem coniugis deponit. De
socio criminis, reo in causa, à
testimonio arcendo, ad inter-
prætationem *L. omnibus, Cod.*
de testib. l. nullus ff. eodem, alio-
rumque iurium, pag. 719.

DECISIO XXXV.

DE probationibus homi-
cidii voluntarii, & de
his, quæ ad animum delibera-
tum ex intervallo præceden-
tem flagitium desiderantur;
quisnam calor iracundiæ ad
proditionem à nece dimoven-
dam iure præscribatur. Pleræ-
que coniecturæ præmeditatio-
nis cumulantur, ante facinus,
in eo, & postea emergentes,
vbi de armorum præparatio-
ne, associatione, affectatione
loci eremi, perquisitione occi-
si, provocatione verborum, se-
curitate efficta, rixæ deficien-
tia, & conatu, interfecti inde-
fensione, qualitate iactus, ac
vulnerum, & aliis; necnon de
aliquibus coniecturis sedatum
prævium consilium dissuaden-
tibus. De cognitione semiple-
na, ac plenè deliberata, deque
virtuali deliberatione, ad de-
testationem doli, ac culpæ, ho-
micidiive omninò voluntarii,
aut aliquatenus, & ad alia ge-
nera necium, aliosque fines,
de

de quibus in nucleo, refera-
tiones, pag. 735.

DECISIO XXXVI.

Absque dolo, & latiori, seu
latissima culpa, nec deli-
ctum existere, nec poenam cor-
poralem irrogari nervosè de-
fenditur. Quoties ultiones tē-
perantur, dolo minori com-
missa facinora dici, non absq;
vilo profus. De homicidiis vo-
luntario, & rixoso, qualiter
vnumquodque ex eis dolum
contineat, & quomodo ex in-
tervallo adsit, animus occiden-
di in appensato, in rixoso autē
repentinus, & ex provocatione
causatur. De casuali, & culpo-
so, pro eis, & pro quocumque
alio citra latiore culpam pu-
nitionem corporalem non im-
poni. De violante muros Ci-
vitatibus, qualiter in ipso gra-
vior, vel levior dolus compe-
riatur, & quomodo in tran-
seunte ad hostes, vt mitius, vel
acrius plectantur. Regulæ in-
stituuntur, quibus probatio-
num suscepta materia præcla-
rius innotescit, quid in quoli-
bet facinore, ad eius vindictā,
probandum sit in medium pro-
ducendo, pag. 753.

DECISIO XXXVII.

DE probationibus, quibus
tumultus commostratur,

eius authores declarantur, vbi
de poena illorum quando con-
tra privatū coacervantur. Plu-
ra de seditionibus in diversis
Regionibus, multiplicibus de
causis accensis, ipsarum dama-
na, scandala, & latentes calli-
ditates discooperiuntur. Sub-
ditorum, quando contra Prin-
cipem vergunt, obligatio pro-
palatur. Civilis, politica, atq;
canonica dissertatio, pag. 774.

DECISIO XXXVIII.

Flagitiosæ gentes, qua pro-
cacitate tumultum contra
milites equestres concitarint
enarratur; qua firmitate Illu-
stria, & Fidelissima Consisto-
ria Deputationis Generalis Ca-
thalonix, Civitatis Barcino-
næ, & Brachii Militaris, ac
aliæ Civitates, Villæ, & Oppi-
da, totusve Principatus pravæ
conspirationi se opposuerint
circumfertur. Crimen læsæ Ma-
iestatis in seditione quando
incurratur, quæve sint proban-
da stabilitur. De poenis inflig-
endis authoribus reis tumul-
tus contra Principis statum,
cum interpretatione cap. 2.
Curiar. anni 1599. pag. 793.

DECISIO XXXIX.

DE memoria defuncti dā-
nanda, & cadavere pu-
niendo praxis, necnon de pro-
ba-

bationibus ad hæc requisitis. Abolitio generalis criminum quando multitudo in illis cõprehensa venit, sit ne concedenda? & in tractatu pacis inter Coronas Hispaniæ, & Franciæ, qualiter fuerit elargita. De virtute, & efficacia intercessionis. De Regiis gratiis

Civitati Barcinonæ, Illustribus, & Fidelissimis Consistoriis Deputatorum Generalis Cathalonæ, & Brachii Militaris impensis. Deque approbatione inclyti, ac beneficentissimi nostri Monarchæ circa gesta per Civitates, Villas ac Loca istiuscæ Principat⁹ p.812.





DECISIONVM,
P R A X I S,
ET ENVCLEATIONVM
CRIMINALIVM.
VOLVMEN PRIMVM.

E P I G R A P H E.

De processu via ordinaria, & per inquisitionem. Via ordinaria qualiter dicatur investigari habito respectu ad accusationem, Regalias, & simplicem evocationem. Quinam effectus resultent ex his modis procedendi. Processus quomodo dicatur Fisci in hoc Principatu, quæ ab ipso pendeant extante partis instantia, & quid si absque ea non potest inquiri. De nostrorum militum privilegio requirente partis instantiam, an post sententiam vires habeat, etiam in delictis infamiam irrogantibus. Prætextus ad causas evocandas pulchro cum ornatu enumerantur. Quibus accusare competat. Inquisitionis, accusationis, & denuntiationis diffinitiones aperiantur. De Gerente vices generalis Gubernatoris Cathalonix via ordinaria, ac cum Vice-regia jus dicente, & Regio Criminali Concilio absente Excellentissimo Domino Prorege institutio.

N U C L E V S.

1 Inquisitionis nomen quid significet, & num. 2. & num. 110.

3 Inquisitio apud Romanos non observabatur, vel ad condemnandum non sufficiebat, &

A quo-

- quomodo intelligatur num. 5.
- 4 Accusatio principaliter bonum commune respicit, actio privatam, ubi Doctores de accusatione tractantes vide num. 119.
- 5 Antiquis temporibus facilius erat excusatio, quae proveniebat ex defectu accusatoris, non tamen omnino erat incognitum inquisitionis remedium.
- 6 Hodie ex generali consuetudine nemine accusante potest ex officio procedi.
- 7 In Cathalonia processus non dicitur partis, sed Fiscus, & qualiter sit accipiendum, num. 20. & 25.
- 8 Processus via ordinaria fieri quomodo dicatur.
Intelligitur si adstruatur per inquisitionem, antiquitus tamen quando fiebat cum accusatore, hodie cum utroque remedio.
- 9 His temporibus inspicitur processus fabricatus via ordinaria si non procedatur per regaliam.
- 10 Ordinaria via procedit Regium Concilium, si nec facit processum per regaliam, nec tendit ad probationem criminis commissi extra locum in quo residet Excellentissimus Locumtenens suo cum Regio Concilio. Idem si inquirat contra personam quae alibi deliquit, domicilium tamen contraxerat in Curia Principis ante admissum scelus, vel ipsius erat originaria, & num. 19.
- 11 Iudex domicilij, seu originis potest procedere contra suum subditum pro delicto per eum commissi in alieno territorio.
- 12 Amplia ut obtineat regula praemissa etiam si procedatur per inquisitionem.
- 13 In relatis casibus procedit Regium Concilium ut quilibet ordinarius, & sic via ordinaria non utendo sua superioritate evocationis.
- 14 Quoties evocatur causa ad Regium Concilium, non proceditur via ordinaria, cum progrediatur sua iurisdictione universalis, quae ordinariis non competit, & num. 16.
- 15 Cause Baiuliae intra Baiuliam, & cause Vicariae intra Vicariam in Cathalonia sunt terminandae, nempe et civiles, verum & criminales.
- 16 Negari non potest Regium Concilium evocans causam via ordinaria non procedere respectu iudicum inferiorum, & quid respectu inquisitionis via ordinaria formatae num. 18. vide num. 103.
- 17 Evocatio inter Regalias connumeratur, estque ius regale supremum.
- 18 Inter processum evocationis, & per simplicem inquisitionem quam leves sunt differentiae, & in solo ritu, & num. 103.
- 19 Strictissime dicitur non procedi via ordinaria si formetur processus Regaliae, vide à n. 100.
- 20 Processus qui fiunt cum accusatore qualiter dicantur Fiscus esse

- esse usque ad num. 30. vide num. 58.
- Iudex accusatorem omninò inhabilè ab accusando repellit, distingue nu. 21. & 22. ut si qualitas exclusiva insit aëtori, repellat iudex ex officio, secus verò si sit dubium.
- 23 Fiscus est promotor in omnibus, quæ ad Iudicis officium referuntur, & num. 29. vide num. 51. & 120.
- 24 Iudex non est instantia, sicut Fiscus, sed ea quæ Iudici ex necessitate officij incumbunt dicuntur fieri instante Fisco.
Ob muneris sui obligationè cogitur iudex ad purgandum Provinciam malis hominibus.
- 25 Interest Reipublicæ delicta puniri.
- 26 Processus sèper dicitur Fiscici, & ex officio fieri, licet accedat partis instantia, quæ tanquàm accessoria venit iuvando Fiscum.
Iudex non est, ut accusator, sed denūtiante fama, vel defferente clamore officij sui debitum exequitur.
- 27 Inquisitio non tollitur per accusationem, & num. 116.
- 28 Cap. 3. Curiar. anni 1599. illustratur.
- 29 Absque accusatore optimè his tēporibus proceditur, & officium Iudicis viva voce representatur per Fiscici Advocatum.
Fiscalis de necessitate muneris tenetur accusare.
- 30 De officio Fiscalis Auctores tractantes referuntur.
- 31 Si iudex movetur ad instigationem partis, non est faciendū idem iudiciū ac si moveretur ad solā partis instantiam, si absque ea iudex valet procedere, & num. 31. usque ad n. 55.
- 32 Iudex ex officio repellit testes suspectos, & subornatos, qui ei per partem offeruntur.
- 33 Dictum testis omninò impertinens in scriptis redigendum non est.
- 34 Fiscus si vult non tenetur se iuvare processu factò per ordinarium, quando videt non rectè factū.
- 35 Recensentur alia, quæ facit iudex ex officio, etiam extante partis instantia circa interrogandum, publicationem processus, receptionem testium.
Testes de negativa loco, & tempore coarctata recipiendi sunt in carceribus.
- 36 Iudex non potest pro accusatione inducere probationes

- ante publicationem processus, nec postea, si delictum sit tale, de quo non possit inquiri, nisi ad instantiam partis, secus si sit alterius speciei, & num. 37.
- 38 In Cathalonia Fiscus concurret cum parte contra equites, ea tamen cessante conquietur processus.
Remissio superveniens quando non potest procedi nisi ad querelam partis, tollit omnem processum.
- 39 Quando clara sunt verba excluditur omnis dubitatio.
- 40 An nostrorum equitum privilegium cesset post latam sententiam; ita ut possit exequi superveniente partis pace solo Fisco instante, usque ad num. 43.
Sequuta sententia Princeps potest remittere poenam absque partis privata pace.
- 41 Damatus ad mortem statim post condemnationem efficitur servus poene, & utramque testamenti factionem amittit.
- 42 Gratia Principis non tenet stante partis instantia iuxta aliquos.
Remissio de delicto non tenet parte laesa non satisfacta, nisi pro bono publico fiat.
- 43 An si Eques pro delicto infami fuerit condemnatus, & post sententiam pacem a parte obtinuerit, possit solo Fisco instante exequi sententia, usque ad nu. 47.
Miles quamvis imputatus de delicto turpi, & factio, pendente inquisitione uti talis est tractandus.
- 44 Pro Fisco expenduntur fundamenta, & Doctores tenentes in delicto infami ipso iure nobilitatem deperdi.
Nobiles quibus casibus ignobilium poenis plebantur ob criminis sordescentiam remissive.
- 45 Refferuntur fundamenta contra Fiscum, usque ad n. 47.
- 46 Argumentum a militia caelesti ad togatam, & armatam admittitur.
- 47 Presbyter in furto, aut alijs delictis deprehensus, per Iudicem deponendus est.
- 48 Instigator non dicitur accusare, nec instantias & quis talis dicatur, num. 49.
- 50 Instigatori non permittitur inductio aliorum testium didiscitis testificatis, bene vero Fisco, in quo non cadit timor subornationis.
- 51 Fiscus non estimatur ut accusator ad poenas legis subeundas si in accusatione deficiat.
- 52 Canc. var. part. 1. cap. 20. nu.

45. declaratur.

Apud nos processu facto ad instantiam partis, si absq; ea condi potuit, admittitur nova testium receptio post didiscita testificata, secus si sine instantia fabricari non valebat.

53 Doctor per Doctores, & textus quos allegat est intelligendus.

54 Quare apponantur verba illa in accusationibus partium faciendo instantiam, & partem formatam, & in privilegio Brachij Militaris cessant la instantia de la part formada.

55 Nudus instigator si succumbat, in expensis non condemnatur, secus vero accusator, & num. 56.

57 Evocata causa ad Regium Concilium, gesta post evocationem per Iudicem inferiorem sunt nulla, tamen si de evocatione notitiam non habuerit, & quare, vide num. 90.

58 Processus in hoc Principatu non inchoatur donec Fiscus petat idem quod pars, vel precedat preventio Fiscalis.

59 Constitutio 8. tit. de Officio de Advocat Fiscal illustratur.

60 Memoratur casus de Equi-

te qui Baiulum Baronis injuria affecit, & contra ipsum Baro instavit.

61 Superior agere potest pro injuria Officiali suo, imò & soli vassallo illata, prefertim in domini contemptum.

62 Solus superior potest remittere injuriam factam Monacho.

Satisfactio injuriæ illatæ Clerico debet fieri Ecclesie.

Decisio Senatus.

63 Prætextus, seu qualitates, sub quibus causæ evocantur recensentur, vsq; ad n. 91. Primus est quia agitur contra milites, qui in criminalibus sunt de foro Domini Regis, & per alios puniri non possunt in Cathalonia, nec possunt huic privilegio renuntiare, num. 64.

64 Contra milites causæ evocantur eò quod sint sui naturæ consistoriales.

Propriè loquendo solus Princeps Consistorium, Tribunal, Parlamentum, Senatium, aut Concilium habere potest.

66 Alius est prætextus, quia agitur contra Regios Officiales, qui sunt de foro sue Maiestatis, & plectuntur per Regium Concilium, si ve delinquant in Officio, si ve

sive extra.

- 67 Tertius, quia non speratur iustitia ab ordinario, si sit cōsanguineus inquisiti, vel habet interessē in causa, tunc enim non solum ipse est suspectus, sed etiā omnes Officiales suae Curiae.
- 68 Limita si interessē sit Iudicis ratione officij.
- 69 In causis civilibus Barones possunt suum subditum cōvenire coram Baiulo ab eis constituto, & Assessore, quem nominaverint.
- Decisio Senatus num. 70.
- 71 Oppressus dicitur qui Iudicem habet suspectum.
- 72 Iniuria facta famulo censetur facta domino, & licet ei criminaliter agere.
- 73 Quartus pretextus, quia reus reperitur captus in Regijs carceribus loci ubi residet Regium Concilium, & ratio num. 74. & n. 76.
- 75 Carnificis vilissimum ministerium, & ab illius consortio divellendi homines.
- 76 Reus detectus pro debito civili quando sit recomendandus pro crimine remisivè.
- 77 Quintus pretextus, quia agitur de interessē Regia iurisdictionis.
- 78 Princeps est Iudex in causa propria.
- 79 Sextus, quia sunt faciendae diligētiae per diversas Vicarias, Baiulias, & iurisdictiones, & ordinarius non est potens, & ratio.
- 80 Barones, & alij Iudices inferiores limitatam habent iurisdictionem intra sua territoria, & extra capere non possunt, nec relegare ad loca sibi non subdita, & num. 81.
- 82 Princeps habet fundatam intentionem quoad iurisdictionem activam in omnibus Regnis, & ditionibus suis.
- 83 Ex pretextu num. 79. adducto, tres separatos aliqui constituunt, & nō malè, ubi ratio, & de perhorrescentia.
- 84 Expedit quandoque plures pretextus cumulare, ut si non subsistat evocatio ex uno, retineatur causa ex alio.
- 85 Septimus pretextus, quia agitur de contraventione Regij edicti, & de fundamento, eiusque praxi.
- 86 Pœna tunc intelligitur tollere aliam, si delictum per eam sit sufficienter punitum, secus si pœna per alium Iudicem illata non sit condecens.

*Penas ad arbitrium impo-
re Baronibus, & alijs Or-
dinarijs non licet.*

*In reservatis à superiore ces-
sat Iudicis inferioris iu-
risdictio.*

87 *Evocationes generales, totq;
pretextus, an cursus Ordini-
narium impediunt, &
num. 88.*

89 *Evocationes generales qua
maturitate in Regio Con-
cilio praticentur.*

90 *Quamvis adsint tot pretextus,
& evocationes gene-
rales, non remanet inhibi-
tus ordinarius, nisi sint
receptæ informationes de
certo crimine in specie.*

91 *Additur octavus pretextus
connexitatis cause, & nè
eius continentia dividatur.*

*Si duo delinquentes sint di-
versè fori, qui unum do-
minum, vel superiorem
mediate, vel immediate
recognoscant, non dividi-
tur continentia cause, sed
omnes coram uno Iudice
sunt citandi, vel plebten-
di.*

92 *Princeps potest evocare cau-
sam si ordinarius sit negli-
gens in persequendo delin-
quente, puniendo, vel cau-
sa expedienda, quamvis
sit vertens coram Barone,*

*& de practica num. 93.
cum decis. Senat.*

94 *Ex quacunque oppressione po-
test Princeps causam evocare,
& ratio num. 95.*

*Magni, ac Incltyti Regis Phi-
lippi IV. in perenni nunc
Regno quiescentis Reli-
gio, integritas, zelus, ac
præcelsæ animi dotes col-
laudantur, & num. 96.*

97 *Tractantur cause in Regio
Concilio ex quacunque ra-
tione ordinarij sint inter-
dicti à cognoscendo.*

*Cognitio criminalis læsæ Ma-
iestatis in primo capite ad
solum Principem spectat,
nisi Princeps eam alteri
commisisset.*

98 *Amplia quia licet expressè
fuerit concessa cognitio cri-
minis læsæ Maiestatis, in-
telligitur de omnibus alijs
casibus; præterquam in pri-
mo capite.*

*Conclusio trium Aularum Re-
gia Audientia.*

99 *In casibus sub Regalijs com-
prehensis, ordinarius rectè
procedit via ordinaria,
secus in crimine læsæ Ma-
iestatis.*

100 *Per processum Regalia in-
quiritur contra Equites in
Cathalonia absque partis
privata instantia.*

101 *Nulla Constitutio, & dispo-
sicio*

fitio casum Regalia comprehendit, nisi de ea fiat specifica mentio.

102 Si per solam evocationem causa procedatur, nequit inquiri cōtra Equites parte non instante.

Amplia, quia nec in vim Constitut. Com instigant, tit. Quant sia licit, ó no venjarfe sens Jutge, proceditur contra Equites nisi parte formata instante.

Alius effectus proveniens ex Regalia, qui in simplici evocatione non concipitur remissivè.

103 Inquisitio via ordinaria, & per simplicem evocationem parum, aut nihil distant, & solum differunt in hoc, quod cum evocatione Princeps attrahit causas que sunt extra Vicariam ubi residet, secus in via ordinaria.

104 Gerens vices generalis Gubernatoris Cathalonie quandoque procedit via ordinaria, quandoq; exercet iurisdictionem Viceregia procedente, & quomodo.

105 Procedens Viceregia comparatur Prasidi Provincie, & exercet Regalias communicabiles. Via ordinaria procedens assimilatur

Reetori Provincie, & est ordinarius ordinariorum, & de alijs peculiaribus eo casu.

106 Absente Domino Prorege à Vicaria in qua residet Regium Concilium, si ille secum adduxerit Regentem Cancellariam, Fisci Advocatum, & Iudices Regie Curie, possunt per ipsos decidi cause criminales, exceptis militum.

107 Si absque Administris numero precedenti enumeratis Dominus Prorex absuerit, durante eius absentia potest Regium Concilium expedire omnes causas ceptas intra spatium 20. dierum, non tamen possunt admitti novę cause, sed cognitio istarum spectat ad ordinarios, ubi triū classium Regie Audientie cōclusio.

108 Elapsis 20. diebus conquiescit omninò Regij Criminalis Concilij cognitio, donec redierit Dominus Prorex.

109 Quid servandum sit respectu causarum Civilium, & de observantia Criminalium.

110 Inquisitionis diffinitio.

111 Inquisitio non aliter instituitur, quam si fama, & rumor vulgi non temera-

rius

rius permoveat.

112 *Accusatio diffinitur.*

Edictum de accusationibus est prohibitorium, & admittitur quicumque non est expressè prohibitus.

Accusatus an possit reaccusare, & de concursu civilis, ac criminalis actionis remissivè.

113 *Denuntiatio civilis diffinitur.*

Subscriptio quare erat necessaria in accusatione.

114 *Pœna talionis in desuetudinem abiit, tametsi accusator sub ea velit se subscribere.*

De pœna calumniosæ accusatoris remissivè.

115 *Denuntiator non tenebatur antiquitus se subscribere secus accusator, & quare.*

Olim testes presentibus reo, & accusatore interrogabantur coram populo, nec tunc opus erat publicatione processus, testium repetitione, vel citatione.

Quid respectu ritus præstiterint Hebræi in processu per eos machinato contra ineffabilem Redemptorem nostrum.

116 *Hodie sublata est omnis differentia inter processus per accusationem, inquisitionem, & denuntiationem.*

117 *Inter denuntiationem, & accusationem nullum discrimen aliqui considerant, sed revera datur.*

118 *Depositio partis offensa vocatur apud nos denuntiation, sive instantiam faciat, sive non, sufficit ad inquirendum, & ad capturam.*

119 *Accusatio ab officio iudicis, & actione valdè differt.*

120 *Criminales cause non exercentur per actiones. Fiscus est promotor in pertinentibus ad iudicis officium, sed non accusator.*

121 *Regulariter nemo invitus accusare, vel agere cogitur.*

122 *Delictum committendū denuntiare quis non compellitur.*

123 *Limita, si emanaverint, edicta pœnalia de revelando; quia tunc non revelantes puniuntur.*

124 *Sublimita, quia talia edicta tantum expediuntur in delictis atrocibus.*

125 *Declara, quia sublimitatio procedit quoad revelandū, non vero respectu accusationis.*

Regia Curia compellere non potest offensos, ut instantiam faciant contra milites. Decisio Senatus.

126 *Prætextus pro evocationibus*

B bus

bus causarum omnes reducuntur ad memoratos supra à num. 63. qualis est ille: quia agitur de Regij privilegij interpretatione. Idem dic de recursibus, & de casibus competentiarum.



DECISIO J.



INQUISITIONIS nomen iuxta subiectam materiam multiplicem sensum recipit, sicuti etiam clausula, *via ordinaria* in epigraphe scripta; namque aliquando inquisitio significat generaliter quodcunque genus criminalem processum instruendi, sive informationem, teste Cicero. 4. Verrina, ibi: *Et quem existimatis unquam vlla in Provincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum; idem pro Mur. inquisitio candidati prænuntia repulse, vbi observa confundi inquisitionem cum accusatore; quandoq; denotat modum pro-*

cedendi, & probandi in iudicio criminali absque accusatore, & denuntiatore, sed ex mero iudicis officio iuxta diffinitionem infra num. 110. constituendam; vbi non inutiliter declarabitur quomodo antiquitus inter se differrent tria illa processuum genera, accusatio, denuntiatio, & inquisitio; non quia priscis temporibus inquisitionis remedium frequens esset, sed quoniam, cum duo alia sepe practicarentur, amplexo postea inquisitionis medio, percipiatur quid quantumque intersit inter antiquum, modernumque modum.

Inquisitio sumpta pro vt denovo relinquitur exposita, vel non observabatur apud Romanos, vel ad condemnandum non sufficiebat, hoc vltimum patenter monstrat Reg. D. Laurentium Matthæu *de re crim. contr. 25. num. 44. ex Sacr. Pag. Ioan. 8. vers. 10. & II. ibi: Erigens autem se Iesus dixit ei: mulier vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit? que dixit: nemo Domine: dixit autem Iesus: nec ego te condemnabo: de iure Canonico comprobatur ex tex. in cap. si quis potestatem 33. quest. 4. ibi: Et iudicis non est sine accusatore damnare, quia & dominus Iudam, cum fur esset, quia non est accusatus, minime abiecit;*

tit. de iure Civili concordat *l. rescripto, §. si quis accusatorem, ff. de munerib. & honorib.* ibi: *Si quis accusatorem non habet, non debet honoribus prohiberi:* explicat citatis Donello Barbosa, Gregor. Lopez, fusè Reg. Matth. vbi supra; qui ad saturitatem de accusatione tractantes videre cupiat, adeat Anton. Augustin. *part. 3. lib. 30. per tot. Lanmerten. lib. 2. de veter. Cleric. cap. 108. Simanc. de Cathol. institut. tit. 4. Riccius part. 4. coll. 1219. Cyriac. contr. 104. Carleval. de iudic. tit. 1. disp. 2. nu. 841.* vbi quod accusatio principaliter bonum commune respicit, actio privatum; diligentissimum, ac proficuum observatorem D. Ægidium de Castejon *in alphabeto iurid. tom. 1. verbo Accusatio. Larrea decis. Granaten. 27. Morla in emp. tit. 2. q. 3. ex num. 44. Ayllon. ad Gomez tom. 3. cap. 11.* qui per pulchras propositiones attingit, & complurimos Doctores de hac materia scribentes adfert.

Authoritatè D. Laurent. Matthæu libèter assentior, quatenus nititur convincere primæva tempora faciliorem perpendisse rei excusationem, quæ proveniebat ex defectu accusatoris, non tamen admitto omninò incognitam tunc fuisse inquisitionem, quia Doctores

concordant iuribus tam civili, quam canonico fuisse extraordinarium remedium inquisitionis, vt testatur Bossius *in tit. de inquisit. num. 17.* Clarus *in §. fin. q. 3. vers. Debes autem scire. Farinac. de inquisit. q. 1. num. 7.* prorsusque ignotum vocari non posset, quod agnoscebatur, licet non ordinarium.

Hodiè tamen extat generalis consuetudo, quod iudex in quocunque delicto, etiam nemine accusante, potest ex officio procedere; qua propter vtrumq; remedium accusationis, & inquisitionis, ordinarium fatetur Peguera *in pract. crim. cap. 12. num. 1.* ex Alberic. *in l. ea quidem, col. 2. vers. De consuetudine tamen, Cod. de accusat. Ant. Gomez var. res. tom. 3. tit. de delict. cap. 1. num. 49. in fin. & num. 10.* & testantur de communi Jul. Clar. *in pract. q. 3. vers. Sed certè quidquid sit, vbi plures dat concordantes, Caball. resol. crimin. cas. 114. num. 10.* qui refert practitari in omnibus curijs Italiæ, Hispaniæ, & Franciæ attulit Zuffus *de legitim. process. lib. 2. q. 92. num. 12. & q. 120. num. 9. & 10.* quos citat Conciolus *resol. criminal. verbo Inquisitio, res. 5. num. 1.* & ibi multi alij.

In nostro Principatu adeò hoc remedium fuit de consue-

tudine ordinarium redditum, quod in Cathalonia processus non dicatur partis, sed Fisci, pro vt inferiùs latiùs lucidabitur.

8 Habes inquisitionis nomen, & introductionem non modicè discussam, effectus aliquos illius postea videbis; succedit vt declarem ambiguitatē clausulæ *via ordinaria* in epigraphe decisionis positæ, quæ continet ita: *De processu via ordinaria, & per inquisitionem* idque ex ratione perpensa, quia processus *via ordinaria* adstruitur etiam per inquisitionem, cum & hoc ordinariū remedium hodiè sit, vt præhabetur. Via ordinaria fieri processus multipliciter intelligitur; iuxta antiqua tempora de processu, accusatore instante, fabricato, diceretur: quia cum illud remedium solum esset ordinarium via ordinaria optimè procedi putaretur: nunc utroque remedio procedi via ordinaria deprehenditur per accusationem, & per inquisitionem, & ita cessat illud prioris iurisprudentiæ discrimen.

9 Proinde clausula ista *via ordinaria* hac ætate attenditur, vt secernatur à modo procedendi per Regaliam, quia ille est extraordinarius modus peculiaribus regulis circumscrip-

tus, vt suis de vnaquaque decisionibus ostendam, & qualiter earum praxis à processu ordinario, seu simplicis inquisitionis distet.

Ordinaria via etiam procedit Regium Concilium quando non investigat delicta per processum Regaliæ, neq; tendit ad probationem criminis commissi extra locum in quo residet Excellētissimus Locumtenens Generalis suæ Maiestatis cum Regio Concilio, vel Vicariæ strictè eiusdem loci, vel inquit contra personam quæ alibi deliquit, reperitur tamen in relatis locis, aut in eis domicilium contraxerat, ante admissum scelus, vel ipsius erat originaria; vulgatum namque est, iudicem domicilij, sive originis posse procedere contra suum subditum pro delicto per eum commisso in alieno territorio, & illum pro dicto delicto debitis pœnis afficere, vt tradunt Farinac. *de inquisit. q. 7. num. 20.* Thesaur. *q. 90. nu. 2.* Caball. *resol. criminal. cas. 162. num. 4. & seq. cent. 2.* Guazzin. *def. 1. cap. 14. num. 5.* Canc. *var. par. 2. cap. 2. num. 76.* Carleval. *de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sec. 1. num. 735.* quæ conclusio ampliatur etiam si iudex procedat contra subditum pro delicto per eum commisso ex-

tra

10

11

12

tra territorium, non ad quere-
lam partis, & per accusationē,
sed per inquisitionem, & ex of-
ficio, vt magis communiter vo-
luerunt Doctores. Franch. dec.
66. per tot. Caball. resol. crim.
dict. cas. 162. nu. 4. & seq. Pe-
guer. decis. 87. num. 6. Canc.
var. resol. part. 2. cap. 2. nu. 76.
Carleval de iudic. dict. disp. 2.
quest. 7. sect. 1. n. 739. quidquid
in hoc casu tenuerit pro contra-
ria opinione Menoch. consil. 2.
num. 130. lib. 1. vbi dicit hanc
esse crebriorem, & veriorem
sententiam, & consil. 911. n. 10.
vbi quam plures dat concor-
dantes.

13 In quacunque ex proximè
expressis speciebus tanquā qui-
libet ordinarius procedit Re-
gium Concilium, quippe id fa-
cit, quod reliqui omnino iu-
dices inferiores exercent, & nō
vtitur superioritate aliqua evo-
tionis causæ, vel processus per
Regaliam, & per consequens
congruè exprimitur eo casu
14 via ordinaria procedi: Si verò
evocat causam non dicitur pro-
cedere via ordinaria, quippe
progreditur cum iurisdictione
vniversali, quæ alijs ordina-
rijs non competit, cum illi de
delictis cōmissis intus suos di-
strictus tantum ius dicant, vel
si contra domiciliatos, aut ori-
ginarios agant, & non aliter,

ex satis clamatis iuris elemen-
tis, & in nostris municipijs
pervulgatum est, causas Baiulie
intra Baiuliam, & causas Vica-
ria intra Vicariam determinan-
das esse. const. 13. & passim tit.
de iurisdic. de totis Iurges. Fon-
tanell. de pact. claus. 4. gloss. 11.
num. 59. & tom. 2. decis. 454. nu.
5. & decis. 391. num. 3. Peguer.
in prax. civili, rub. 3. numer. 1.
vbi hanc regulam extendi pro-
bat iuxta iura nostra vt non
solum obtineat in causis civili-
bus, sed etiam in criminalibus,
sequitur Ripoll ibid. numer. 3.
cum Michael. Ferrer observat.
part. 2. cap. 1.

Negari non potest in nuper
rimè enucleato casu via ordina-
ria non procedere Regiū Con-
cilium respectu iudicum infe-
riorum ex proximè discussis;
causarum namq; evocatio in-
fer Regalias connumeratur,
estq; ius regale supremū Castill.
de tertijs, cap. 41. n. 120. Mastril.
de Magistrat. lib. 3. cap. 4. ex n.
248. Calixtus Ramirez de Lege
Regia, §. 25. ex num. 19. Alfon-
sus Narbona ad l. 59. ti. 4. lib. 2.
novæ collect. Regia ex num. 195.
vsque ad numerum 206. folio
185. Ripoll de Regalijs, cap. 25.
nu. 14. iuvant Authent. in pro-
vincia Cod. vbi de crim. agi op-
port. & ibi DD. Rebuff. in tract.
de evocat. q. 5. num. 4. Bellug. in
spe-

15

specul. Princ. rub. 83. §. sed pone, num. 6. Boer. in tract. de ordin. grad. 2. p. n. 57. Guid. Pap. decis. 440. Jacob. Calic. margarit. Curiar. dub. 8. vers. 64. cum quinq; seqq. Avendaño de exeq. mand. reg. lib. 1. cap. 19. Peguer. in prax. civil. rub. 4. ex num. 1. Aponte de potest. Proreg. tit. de abund. Civit. §. 1. num. 16. & 19. Cavedo decis. 85. num. 5. & seq. par. 2. Fontanella de pact. tom. 1. claus. 4. gloss. 10. à n. 155. Canc. tom. 3. cap. 10. num. 8. Carol. de Tapia dec. 1. ex num. 9. Azeved. in l. 45. tit. 4. lib. 3. nov. collect. Reg. num. 3. cum seq. Bovadilla in politic. lib. 2. cap. 16. num. 100.

18 Omnium consensu colendissimus Archimagister, apud exteros eximio, iustoque honore habitus, nulla laude fraudandus, quotidie docere non cessans Nobilis Regens Don Michael de Cortiada *decis. 16. à nu.*

16. Sed relatione habita ad inquisitionem *via ordinaria* procedit; quia nulla disparitas, nullumque discrimen in formatione processus invenitur inter casum evocationis, & processus per simplicem inquisitionem; solum illud mihi se offert, quod quando processus est evocatae causae, publicatio processus, assignationes ad relationem, & ad sententiam cum supplicationibus petuntur: Si via ordi-

naria processus fiat, postulatur cum schedulis, & isto casu sententiam concipitur ita: *Excellentissimus Dominus N. &c. sententiat, pronuntiat, & declarat: Si per evocationem sit processum, concipitur sic: Nos N. &c. sententiamus, pronuntiamus, & declaramus, &c.* Sic etiam defensiones, & alia quaecunque, deducuntur non schedulis, sed supplicationibus solent porrigi, quia tunc immediatè ad Principem sermo dirigitur, cum sua superna auctoritate utens, causam ad se attraxerit, quod secus cernitur, quando *via ordinaria* processus intexitur: nam eo casu potestatem ordinariam, ut mox praemonui, id est qua alij inferiores iudices gaudent Regium Concilium exercet.

19 Si formetur processus *Regaliae*, tunc strictissimè dicitur non fieri *via ordinaria*, ex rationibus diffusius infra perducendis, & praclarè compescendis ex cuiusque *Regaliae* tractatione. Qua de causa decretationes in *Regaliarum* processibus fiunt nomine Excellentissimi Domini Locumtenentis generalis, deque eius ordine, & in personam Principis referuntur, quae in evocatione simplici non contingunt.

His ita constitutis difficile 20 cognitu videtur, qualiter in pro-

processibus, qui fiunt cum accusatore, dicatur eos Fisci adhuc esse, & attentè considerata materia, difficultate caret: quia multa à Fisco pendent, quamvis accusator existat; namque tunc poterit Iudex, si eum idoneum non esse videt, ab accusando repellere, veluti si sit omninò, & prorsus inhabilis, vt judæus, hæreticus, infamis, & similes. Clarus §. fin. quæst. 15. num. 1. vbi Baiard. ex Conrado: Si verò non sint omninò inhabiles; putà, quia posunt expresso, vel tacito consensu partium habilitari, tales, parte non opponente, à iudice repelli non possunt, vt advertit Barbof. ad tit. de accus. cap. si legitimus 1. sequitur Carleval de iudic. tom. 2. disp. 4. num. 25. vbi sic distinguit, quod quando qualitas exclusiva inest actori, vt cū accusat mulier, quam esse mulierem est notoriū, tunc iudex ex officio debet excludere inspecto iure communi: Si verò sit dubium an actori inest qualitas exclusiva, tunc iudex ex officio non tenebitur repellere, nisi reus opponat: à qua distinctione parum distat, quam faciunt. Farinae. in prax. quæst. 12. num. 56. Barbof. in collect. ad cap. 1. tit. de accusat. & his relatis Ayllon. ad Gomez tom. 3. cap. 1. n. 32.

Præterea plura sunt, quæ iudicis officio incumbunt, quamvis adsit accusator; eaque omnia Fisci dicuntur, cum ipse promotor habeatur in omnibus illis, quæ ad iudicis officium referuntur, id quod manifestè deducitur ex Fabro in Cod. lib. 1. tit. 10. vt lite pendent. diff. 1. vers. Non enim, iuncto num. 12. Thoro in supplemento compend. decis. verbo Attentata lite pendente, col. 2. post med. fol. 34. Fontanella decis. 181. num. 15. cum tribus seqq. non quia iudex sit instantia sicut Fiscus, sed quia omnia illa, quæ Iudex ex necessitate officij facere tenetur, ea fieri dicantur instante Fisco, & non propter partis instantiam; & cum iudex cogatur ob muneris sui obligationem ad punienda delicta, & purgandam Provinciam malis hominibus l. 3. l. congruit, & ibi DD. omnes, ff. de off. Præs. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Solorç. lib. 5. polit. c. 5. fol. 788. vers. T sue, & lib. 1. de parricid. cap. 1. Gomez lib. 3. var. cap. 1. nu. 10. & 29. & cap. 13. nu. 22. vers. Primò. Filefac. tom. 2. tract. de reg. mag. §. 15. & seq. & tract. de conscient. pag. 230. & seq. Saavedra embl. his artibus 19. & seq. Vela diss. 39. num. 17. in fin. Regens Mattheu de re crim. contr. 30. à nu. 7.

23

24

- 25 & *contr.* 41. *num.* 18. & *contr.* 27. *num.* 18. interest enim reipublicæ, cui iudex consulere tenetur, delicta puniri, vt expressit Seneca *lib.* 4. *de benefic.* *cap.* 16. *homo nequam est cui pœna non curatore opus*, & canebat *incertus in dialogis. ad Iustit. P.*
Cur gladium tua dextra gerit? cur leua bilancem?
Ponderat hac causas, percussit illa reos.
- 26 Indequè fit, quod processus sèper dicatur Fisci, & ex officio fieri, licet aliquando accedat partis instantia, quæ tantum tanquam accessoria venit iuvando Fiscum, vt notat benè eruditus Senator Xammar *de offic. Iud. par. 1. q. 9. à num. 215. & 301. ex Peguer. in prax. cap. 22. num. 2. Cane. var. part. 1. cap. 20. nu. 45. mirabiliter Matthæu de re crim. contr. 25. nu. 45. ex traditis per Sigisim. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 85. num. 6. & ex singulari tex. in cap. qualiter & quando 24. de accusat. ibi: Non tanquam accusator idè sit, & iudex, sed quasi denuntiante fama, vel defferente clamore, officij sui debitum exequatur; ibidemque omnes Canonistæ notant: vnde fuit, quod*
- 27 inquisitio non tollatur per accusationem, vt notant Bald. *in l. Provinciali 3. §. sed si loco, ff. de novi oper. nunt.* Bossius *in*

pract. in tit. de inquisit. num. 8. Roland. consil. 30. num. 15. quos refferendo sequitur Zuffus de legitim. processus quæst. 92. n. 12. & q. 120. n. 9. & 10.

Quam obrem cum egregia ratione magnus Rex Philippus H. *in curijs anni 1599. cap. 3. pe-* 28
tentibus Brachijs statui: iudices Regiæ Curia excludi à votandis causis in quibus processus coordinarunt, nè cum suspitione se gererent: decrevit maximus Monarcha standum observantiæ, benè confirmans, ex isto modo procedendi per inquisitionem, non reputari iudicem accusatorem; sed sui muneris observatorem exactum, atque religiosissimum.

Igitur apertum comprehendere absque accusatore his temporibus optimè punitioni delictorum consuli, iudicem ex officio ad id impelli, & hoc officium iudicis Fisci Advocati viva voce repræsentari, quod intus ipsius iudicis ministeriū ex solius officij debito latebat, ideoque non malè Matthæu sæpe citata *contr. 25. numer. 45. advertit ex Amaya ad tit. de decurionib. cap. 3. num. 4. in Cod. lib. 10. post tēpora Divi Adriani (cui institutio officij Fiscalis tribuitur) istum de necessitate muneris ad publicam vindictā omnes reos accusare; & pul-* 29
 chrè

30 chrè probat *tex. in l. 4. Cod. de delatoribus*, & nè accusator deficeret creatum fuisse: ad ornatum huius materiæ, & officij Fiscalis videndi Fontan. *decis. 30. Simanc. de Cath. Inst. tit. 53. Garcia de Nobil. gloss. 3. Peregr. de iur. Fisc. tit. 2. Faber. diff. 49. num. 7. tit. 2. lib. 1. Larrea alleg. Fisc. 1. 51. & 100. n. 1. Solorzano tom. 2. de iur. Indiar. lib. 4. cap. 6. & lib. 5. polit. cap. 6. Escobar 2. part. de purit. q. 8. Escalon. lib. 2. Gosofi. 2. p. cap. 37. Xammar de offic. iud. par. 2. quest. 6. num. 3.*

31 Enim verò adhuc indagandum superest id quod Xamm. proximè relatus *de offic. iud. d. p. 1. q. 9. n. 301.* exponit, firmans quod si iudex moveretur solū ad partis instantiam, idem iudicium esset de Fisco procedente ad instigationem partis instantis, ac si procederetur ad solam partis instantiam, ita cōprobans ex Canc. *var. part. 1. cap. 20. num. 45.* & hoc sensu adherens Pegueri *in pract. crim. cap. 12. §. 8.* qui docet quod in causis criminalibus ordinarijs contra milites, cum adversus eos procedi non valeat absque partis privatæ instantia in nostro Principatu, pro vti videbis infra num. 38. attestacionibus publicatis, non potest de novo inquiri; ynde trahi videtur pro-

cessum Fisci non esse, si formetur ad instigationē partis, quod adhuc firmum non crederem ex fundamentis infra discutiendis, per quæ monstrabitur ex tante accusatore, in casu quo iudex valet procedere, adhuc Fisci esse processum.

32 Quod propugno, quia non solum iudex repellit accusatorem ex officio (in quo, vt prænotavi, Fiscus præfiguratur) sicut præmissi num. 29. sed etiam testes qui per partem offeruntur et ad testificandum, vtpotè si iudex habeat testem pro suspecto, ac subornato; tunc namque benè potest illum licentiaré, nec suam depositionem in scriptis redigere tenetur. Farinac. *de testib. q. 74. num. 16.* cum Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 9.* sequitur Guazzin. *deff. reor, 14. cap. 2. num. 1.* cui conformis est Clarus *in pract. §. fin. q. 23. sub princ.* Giurb. *conf. 23. num. 5.* & non inconsequenter huc perpendi possunt quæ continentur *in prax. civil. D. Ludov. de Peguer. rub. 18. de testib. & illor. product. n. 11.* vbi ego: D. Laurent. de Mathæu acutissimè *de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 2. num. 45.* vbi dictum testis omninò impertinens in actis redigendum non esse, nè multiplicatio scripturæ sine fructu adjiciatur, quibus

ipse aliam adiungo rationem, quia si hæc facultas iudici non daretur, componeretur processus ex testibus inter se contrarijs, vel quia subornatis, vel quia parum notitiam habentibus, quo casu nemini esset credendum, & sic processus omninò cōfunderetur. *Giurb. consil. 63. num. 28. Caball. resol. crim. cas. 293. num. 9. cent. 3. Vermigl. cons. 231. num. 9. Caren. de off. Sanct. Inquisit. part. 3. tit. 6. nu. 45.* hūc alludit, quod si Fiscus vult, non tenetur se iuvare processu factò per ordinariū, quando videt non rectè factum secundum alias informationes, quas habet. *Fontan. decis. 129. per tot.*

34
35 Superiùs recensita, & alia facit iudex ex officio cōtra reum independentem à partis instantia; multa etiam in interrogando iudicis arbitrio committuntur, sicut & publicatio processus cum maioris, vel minoris termini assignatione, receptio testium defensionis in carceribus si sint de negativa loco, & tempore coarctata, scilicet quando producantur ad destruendum omninò depositiones testiū offensivi processus. *Peguer. in prax. crim. cap. 12. §. 7. nu. 3. vers. Et quia,* sequitur *Regens Cortiada decis. 21. num. 131.* ergo satis convincitur processum esse

Fisci, quamvis in eo inveniantur partis instantia.

Nec obstat *Peguer. in prax. crim. cap. 12. §. 8.* dum tenuit, quod si accusator comparet in iudicio, & delictum sit tale, pro quo non possit procedi, nisi ad querelam partis, nullo modo iudex potest pro accusatore ex officio probationes aliquas inducere, neque ante publicationem attestationum, neque postea; si verò delictum eius sit classis, pro quo etiam possit ex officio procedi, vt regulariter sunt omnia crimina in Cathalonia, tunc iudex instante Fisco potest attestationibus etiam publicatis de novo inquirere.

Respondetur namque diversa esse, quæ *Xammar* opinatur, & quæ *Peguera*, ac *Cancer* supra allegati constabiliierunt, inficias namque iri non potest in casibus in quibus accusante parte solum potest procedi, partis processum, absolute loquendo, omninò dici, quamvis per multa à iudice, & Fisco pendant in ordinatorijs iudicijs, vt satis, superque firmavimus: semper enim illa præmit ratio, quod licet Fiscus possit cum parte contra milites, alio nomine equites, cōcurrere in Cathalonia, cessante tamen parte, & Fiscus debet cessare, processusque

susque criminalis conquiesce-
 re, Senator Oliba *de action.*
tom.1. lib.3. §. pœnales, num.51.
 & 53. Fontan. *de fact. claus. 3.*
gloss.3. num.29. Cancer part. 2.
cap.11. num. 98. Bosch. titol de
honors de Cathalunya lib. 3.
cap. 4. pag. 333. col. ult. vers.
No poden esser capturats. Et in
 terminis statuti nostro similis,
 observavit Jul. Clar. *lib.5. sen-*
tentiar. §. fin. quest.58. num. 3.
 credens, quod in casibus, in
 quibus non posset procedi nisi
 ad instantiam partis, remissio
 superveniens tollit omnem pro-
 cessum, & clarè accipitur ex
 privilegio Serenissimi Regis Fer-
 dinandi dato 2. Septembris 1510.
 quod legitur in Prag.5. sub tit.
de privilegiis militaris in 2. vol.
constitut. ibi: E cessant la instā-
cia de la part formada no puga
esser continuada, ò represā per
lo Fiscal de nostra Real Cort;
 cui petitioni Regium accessit
 placitum; & idè cum tam cla-
 ra sint verba, omnis excludi-
 tur dubitatio. Fontan. *dec. 411.*
num.17. decis. 455. num.10. & de-
cis. 543. num.2. Valenz. Velaz-
quez conf. 5. num. 13. Ciarlin.
contr. cap.2. num.1. & conf.32.
num.2. & 3. lib.1. Conciol. al-
leg. 6. num. 66. Quefada Pilo
dissert.19. num.8. & consequen-
 ter eo casu processum omninò
 partis instantis reputo vsq; ad

sententiæ prolationem exclusi-
 vè.

Quid autem dicendum sit 40
 post latam sententiam, an tunc
 privilegium equitum expirave-
 rit, ita vt superveniente partis
 remissione, nihilominus solo
 Fisco instante sententia possit
 executioni deduci, quasi ius
 partis non duret, nisi vsque ad
 sententiam inclusivè, ipsa verò
 expedita totum ius sit Fisci.
 Pro parte Fisci allegatur Ri-
 poll *var. cap.8. à num. 187.* vbi
 ex eo contendit sequuta sen-
 tentia Principem posse remit-
 tere, & condonare pœnam abs-
 que vlla partis privatæ pace,
 imò stante instantia; & quate-
 nus ad Principis gratiam, ita
 practicatur, quæ praxis respec-
 tū damnati ad mortem, non
 levi ratione iuvari potest; quo- 41
 niam ille statim post condem-
 nationem efficitur servus pœ-
 næ *l. Imperatores, ff. de iure*
Fisc. l. fin. Cod. ad l. Iul. Ma-
gest. libertatem, & civitatem,
 & utramque testamenti factio-
 nem activam, & passivam amit-
 tit Peregrin. *de iur. Fisc. lib. 3.*
tit. 2. tot. Gomez ad ll. Tauri
num.4. & var. part. 2. cap. 15.
num.20. in fin. Surd. conf.90. n.
37. Castillo de vsufr. cap.66. n.
21. Guazzin. def.38. cap.1. à n.1.
Mastril. de Magistr. lib.3. cap.4.
num. 204. Gamma de Sacram.

praestand. ult. supp. damnat. q. 6. à num. 1. Ripoll var. cap. 13. num. 195. Pichard. in §. eius qui apud hostes num. 14. in fin. Reg. Cortiada cum alijs pluribus decis. 86. à num. 28. qui limitationes adfert.

42 Pro parte negativa, quod gratia Principis non teneat instante partis instantia, adducitur Reg. Don Franciscus Vico in lib. pragmatic. Regni Sardiniae, tit. 25. num. 14. qui tamen non pervenit ad casum latae sententiae, sed communi Doctorum sensui adhæret docentium remissionem de delicto solum subsistere parte læsa satisfacta, nisi pro bono publico fiat l. fin. Cod. de absolution. Anguian. de legib. lib. 2. contr. 7. num. 2. Farinae. quest. 5. nu. 11. & 12. Peguera decis. 39. num. 11. & decis. 65. num. 8. Canc. p. 2. cap. 11. num. 112. Thesaur. decis. 21. Excell. Vicecancell. Ctespi observ. 5. n. 217. cum seq. Quæ sada Pilo disert. 1. nu. 27. Ciarlin. contr. foren. lib. 3. cap. 224. num. 3. & 4.

43 Maior difficultas suboritur an si eques pro delicto infami, utpote furto, & similibus condemnatus fuerit, & post condemnationem pacem à parte obtinuerit, possit solo Fisco instante exequi sententia, præsertim quando in ea non fue-

rit cingulo militari privatus, five exauthoratus; & merito post sententiam hæc disputatio suscitatur: nam ante eam quamvis quodcunque delictum valdè foedum, enorme, ac ignominiosum eques admiserit; adhuc pendente inquisitione, iuxta sui status privilegia, & decorè tractaretur. Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 6. ad l. Iuliam Magest. dif. 8. Caball. cas. 294. num. 404.

Pro Fisco expenduntur l. 2. 44
§. miles, ff. de his qui not. infam. ubi Bald. Caball. resol. crim. cas. 172. num. 16. Giurb. conf. 44. & 65. Crispold. in casib. milit. 21. Sesse decis. 11. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. pract. crim. q. 60. num. 24. qui ferè omnes docuerunt ipso iure ex delicto infami nobilitatem deperdi, addendi Sanfelic. decis. 56. num. 18. tom. 1. Ponte de potest. Proreg. tit. de provis. fieri solit. Cantera quest. crim. tit. de question, tangentib. punit. delictor. cap. 2. num. 11. Otalora de nobilit. p. 3. prin. & part. 2. cap. 7. numer. 17. Molina de iust. tom. 3. part. 1. disput. 658. hi, casus numerant quibus nobiles ignobilium pœnis plectuntur ob criminum enormitatem, & sordescitiam.

Ex adverso, gaudere equitem suis privilegijs, nec infamem 45
mem

mem effici ipso iure nisi fuerit exauthoratus in sententia, & consequenter ei prodesse partis defistimentum, quantumvis delictum ignominiosum sit, & vile, defendere videntur Capic. *Latro decis. 183. tot. Ganaverro decis. 18. n. 16. Crespiobseru. 72. num. 6. cui iungitur Cortiada decis. 94. num. 51. argumento sumpto à militia cœlesti, ad togatam, & armatam, quod in iure admittitur Mastril. decis. 159. num. 11. Phæbus decis. 88. num. 3. tom. 1. Narbona in l. 35. tit. 3. gloss. 1. num. 17. Matthæu de regim. Reg. Valent. cap. 3. §. 4. num. 18. discutuntur cap. Presbyter 81. distinct. & cap. cū ab homine 10. de iudic. ex quibus iuribus deponitur presbyterum in furto, homicidio, aut alijs delictis deprehensum per iudicem deponendum esse, & firmarunt Barbos. de potest. Episc. part. 3. alleg. 110. num. 10. Farin. de furt. quest. 167. à n. 9. Spetel. decis. 116. n. 13. Fermos. de iudic. ad cap. ab homine, q. 27. à num. 1. ad 6. Ciardin. contr. forens. lib. 2. cap. 207. numer. 14. cum seqq.*

48 Hæc obiter interjeci aliquando ad disputationis aleam perducta, vt perlustres aliquid etiam Fiscum prætere ex tante privilegio, quod nõ procedatur, nisi ad querelam par-

tis pro crimine, vtpote foeditate, obscæno, vel lata sententia, revera tamen inquisitione præsertim pendente processus omninò partis instantis appellari debet, sed non quando adest solus instigator, vt Xamar conabatur: nam qui Fiscum instigat non dicitur accusare, nec per solam sollicitationem, seu instigationem intelligitur instantia, sed declarare oportet, quod partes quis in iudicio velit facere. Foller. in prax. gloss. audiantur exceptiones, num. 2. Baiard. ad Clar. d. q. 10. n. 6. Cavalcan. de brach. reg. p. 5. num. 48. ad fin. Guazzin. def. reor. 3. cap. 11. num. 11. vel querelam in scriptis penes acta curet redigi, licet verbo dare eam potuerit. Giurb. consil. 57. num. 18. Bertazol. cons. 386. num. 4. & seq. lib. 2. est enim 49 instigator simplex, qui oneri probationum non se alligavit, sed simpliciter instat, inquit, & ministrat testes contra inquisitum. Giurb. qui supra. P. Grassetus de nece. proditor. in addition. n. 155. Menoch. cons. 263. num. 5. & ex his Conciol. resol. crim. 1. verb. Instigator, & quavis ipsi non permittatur didiscitis testificatis inductio aliorum testium ob subornationis timorem: non tamen hæc obtinent in Cathalonia vbi totus 50 pro-

processus est Fisci, vt præmit-
titur, in quo subornatio non
cadit, nec calumniâdi animus.
Surd. *decis.* 18. vbi Hodierna.
Gail *lib.* 1. *observ.* 90. Gratian.
discept. tom. 2. *cap.* 208. *nu.* 27.
51 & ideo non æstimatur vt ac-
cusator ad pœnas legis subeû-
das, si in accusatione deficiat.
Gutierr. *lib.* 3. *pract.* q. 21. So-
lorzan. *tom.* 2. *de iur. Indiar.*
lib. 4. *cap.* 6. à *num.* 24. & *lib.* 5.
politic. *cap.* 6. *fol.* 798. *vers.* Lo
qual. Pareja *de edict.* *tit.* 6. *re-*
sol. 3. *num.* 89. Ideòque con-
stanter affirmandum, in hoc
Principatu non æquiparari etiã
ad effectum excludendi novam
testium receptionem post di-
discita testificata processum
conditum ad instantiam par-
tis, quando cum ea sola condi-
potuit, & processum instigato-
ris diligentia fabricatum, &
huic opinioni favet benè per-
pensus Peguera *vbi supra*, &
sic interpretandus Canc. *dict.*
par. 1. *cap.* 20. *num.* 45. per Xam-
52 mar laudatus: nam sequendo
Pegueram sic effatur: *Vt non*
obstante, quod adsit partis in-
stantia, Fiscus enim qst publi-
catas attestaciones producat te-
stes ad offensam, vt notat Pe-
guer. in pract. *cap.* 12. *§.* 8. &
ita praxis observat. Quamvis
hoc displicat Mieres tit. de pu-
blic. inquisit. *num.* 7. 8. & 9. *fol.*

143. *part.* 2. *vbi idem iudicium*
facit de Fisco procedente ad in-
stigationem partis instantis, ac
si procederetur ad solam partis
instantiam: quod ego intelligo
vbi iudex moveretur solum ad
partis instantiam, pro vt sensit
Farin. q. 75. *cap.* 14. *numer.* 418.
Theaur. decis. 262. *in fin.* Nam
cum Theaur. à Canc. allega-
tus, extante etiam accusatore
non excludat novas attestatio-
nes, iuxta suum Senatium Pe-
demontanum, & Peguera so-
lum eas repellat, quoties vt
procedatur, præcisè requiritur
instantia, secundum hanc di-
stinctionem Cancèrius est su-
mendus, & declarandus Xam-
53 mar: cû exploratum sit Docto-
rem debere intelligi per tex-
tum, & Doctores quos allegat.
Carleval *de iudic.* *tom.* 2. *disp.* 8.
tit. 3. *sect.* 6. *num.* 99. Capic.
Latr. *consult.* 64. *num.* 52. Franc.
Mar. Prato *discept. foren.* *cap.* 7.
num. 11. Ciarlin. *contr.* 120. *nu.*
35. Joan. Bapt. de Luca *tom.* 10.
de fideicom. *discurs.* 96. *num.* 11.
& *tom.* 3. *de iure patronat.* *dis-*
kurs. 19. *num.* 7.

Nunc intelliges quæ in sup-
plicationibus partium instan-
54 tium apponi solent, exprimendo
quod faciunt instantiam, &
partem formatam, quæ confo-
nant cum verbis supra insertis
privilegij equitum, ibi: *Cessant*

la instancia de la part formada:
vt per hunc contextum cerna-
tur, accusatorem esse eum qui
instat, non simplicem instigan-
tem, cum ob solam instigatio-
nem non possit procedi apud
nos contra militem, iuxta pro-
ximè tradita, benè verò præce-
dente accusatione.

55 Rursus nudus instigator si
succumbat in expensis non
condemnatur. Clar. in §. fin.
q. 10. vers. Quæro numquid in
fin. num. 4. & 5. Tusch. præb.
conclus. lit. I. conclus. 223. in
fin.

56 Accusator verò, qui in ac-
cusatione defecit ad expensas
tenetur. Bossius in præb. in tit.
de prævaricator. num. 8. & tit.
de accusationib. num. 19. in fin.
Vermigl. consil. 127. num. 11. &
consil. 283. num. 8. Caball. casu
205. num. 4. & seq. Thesaur.
jun. quest. forens. 45. num. 3. lib.
1. Conciol. limitans, & decla-
rans resol. crim. 1. verb. Accu-
satio, à num. 2.

57 Ex hucusque discussis des-
cendit, quod si fuerit evocata
aliqua causa ad Regium cri-
minale Concilium, gesta post
evocationem per iudicem in-
feriorem sunt nulla, tametsi de
evocatione notitiam non ha-
buerit: eò quippè quoties evo-
catio fit motu proprio, licet
inhibitio non sit præsentata,

procedimenta iudicis inferio-
ris remanent nulla. Ripoll var.
cap. 3. num. 104. latè Peguer. &
ego in praxi civil. rub. 27. nu.
187. motu autem proprio Fis-
cus profisciscitur cum ex offi-
cio pergit, sicut ex superiori-
bus patet.

Accedit ex ritu magis no-
stram sententiã roborari: quo-
niam donec Fiscus petit idem
quod pars, vel præcedit præ-
ventio Fiscalis, vt in compila-
tione practicali tradetur, pro-
cessus non incohatur.

Adde Const. 8. tit. de Offici
de Advocat Fiscal, in qua dis-
ponitur Advocatum Fiscalem
si recuset partes suas interpone-
re, parte privata instante, te-
neri sequi deliberationem Re-
gij Concilij, fortè quia per Ad-
vocatum Fiscalem dubitaretur
an delictum contineatur in ac-
cusatione, vel aliter: igitur sè-
per Fiscus est dicendus proces-
sus, quoties absque partis in-
stantia valet efformari.

Redeamus ad ea, quæ obi-
ter tetigimus ad aliud inten-
tum supra num. 20. disquiren-
tes nunc, quibus personis que-
relam proponere liceat: Accepi
casum disputatum in R. Con-
cilio die 8. Octobris 1658. oc-
casione delicti perpetrati per
quendam equitem in Villa de
Cirges, vbi accidentaliter mo-

rabatur; illius Baiulum actu officiantem, & officij causa in fere publico loco bis arundine percussit per injuriam; Capitulum Sedis Barcinone, (cuius est Villa, ipsiusq; jurisdictio) egrè ferens injuriam suo Baiulo illatam, coram Excel. Domino Locumtenente Generali de ipsa conquestum condignè puniri petijt equitem; & cum dubitaretur an legitimè potuisset fieri ad solius Capituli instantiam (in casu quo necessaria erat, cum de equite tractaretur ex firmatis num. 38.) definivit admittendam instantiam: quia superior agere potest pro injuria officiali suo, imò, & soli vassallo illata, quæ indubitanter obtinent si domini cõtempus interveniat, secundum Angel. in l. item apud labeonem, §. fin. ff. de injur. Nical. in §. servis ante num. 5. inst. eod. & ibi etiam Aretin. num. 6. Joan. Faber. in §. sed si libero homini, nu. 2. inst. eod. Marian. Socin. in cap. olim, num. 20. vers. Similiter etiam extra de injur. Specul. in tit. de injur. §. 1. nu. 5. vers. Quid si fiat vassallo meo injur. Pract. Bolvis. lib. 1. cap. 3. rub. de injur. nu. 48. conducunt latè edocta per Plaza in epitom. delictor. lib. II. cap. 6. num. 15. Baiar. ad Clar. §. injuria, num. 39. Azeved. lib. 2.

tit. 2. lib. 1. recopil. n. 9. Thom. Sanchez in summ. lib. 6. cap. 12. num. 5. & 6. vbi alij, & contra Farinae. q. 13. num. 26. firmat so-
62
lum superiorem posse remittere injuriam factam Monacho, de quo Barbosa in collectan. cap. 7. de senten. excommunic. vbi quod satisfactio injuriæ factæ Clerico, etiam debet fieri Ecclesiæ. Farin. q. 105. num. 299. & seq. Et propterea sententia lata 14. Januarij 1659. injurians fuit condemnatus quod banniretur à Villa, & Baiulia de Citges per quinquenium referè Nobili Josepho Rull, tunc Iudice Regiæ Curia, postea ad Aulam civilem merito promotus, & deinde in eadem aula delecto meritissimo Regente Regiam Cancellariam non minori plausu, quam zelo, & eruditione: denuò in Supremo Aragonum Concilio Regentis fulgore, & gubernio designato, cui præclare convenit Casiodori disciplina, & exaltatio lib. 1. epist. 4. Non fragili facilitate fortune ad apicem fascium evolavit, sed ipsis dignitatum gradibus.

Prætextus numeremus, sub
63
quibus evocationes sunt admittæ, & perfectè innotescunt constituendo regalias omnes si per vatica procedatur, seu per modum regaliæ evocatio-

nem secum trahere; alias verò evocatione egere, quales sunt causæ adversus milites, scilicet equites, qui in criminalibus sunt de foro, & iurisdictione Domini nostri Regis, & per eum, non per alios puniri possunt in Cathalonia. Fontan. de pact. tom. 1. claus. 3. gloss. 3. num. 36. & 39. Xammar de off. iud. p. 1. q. 8. num. 62. & de Privileg. Barchin. §. 11. à numer. 22. quos laudat Cortiada decis. 10.
 64 num. 183. tom. 1. nec possunt tali privilegio renuntiare, ex adductis per proximè citatos, qui nituntur sententiæ Regis Petri 3. relatæ in pragmatic. 6. tit. de iurisd. de tots Iutges, sicque causæ contra equites eo prætextu
 65 evocantur, quod sint sui natura consistoriales, idest Principis, cum propriè loquendo solus ipse Consistorium, Tribunal, Parlamentum, vt dicunt Galli, vel Cancellariâ secundû Hispanos, vel Senatum, aut Concilium iuxta loquutionem nostram, & Itatorum habere possit. Bartol. in l. Tiberius, & in l. 2. de hered. instit. Cassan. in cathal. glor. mundi, part. 7. conf. 9. Carol. de Grass. de reg. Reg. Franc. fol. III. Caved. decis. 85. num. 1. part. 2. Montag. de Parlamen. fol. 242. tom. 5. Thesa. in proem. decis. num. 9. Mastril. de Magistr. lib. 1.

cap. 1. num. 17. Perspicuus text. in l. sciant ult. Cod. de offic. diversor. iudic. vbi Imperatores. Senatum suum Consistorium appellarunt, & in l. 1. Cod. de Comitib. Consistorialib. lib. 12. Consistorij Comites spectabilibus Proconsulibus exequantur; De aulico Consistorio meminit eleganter Cassiodor. variar. lib. 6. epist. 6. de antiquis autem, lib. 5. epist. 41. At lato sumpto vocabulo Consistoriû accipitur pro quolibet iudicis ordinarij auditorio; & de Provincijs Electoratus Saxoniei testatur Carpzam. in process. iur. tit. 1. art. 2. num. 8.

66 Alius prætextus est, quia agitur contra Regios Officiales: nam isti similiter sunt de foro suæ Maiestatis, & per Regium Concilium plectendi veniunt, si delinquant, tam respectu officij, quam extra. Const. vnic. tit. Que los oficials pujan esser punits durant llurs oficis. Ferrer part. 3. observ. cap. 302. Canc. part. 2. var. resol. cap. 2. num. 1. in fin. & part. 3. cap. 5. num. 46. 94. & 95. & cap. 10. num. 130. & cap. 12. à num. 100. & cap. 13. à num. 224. vers. An autem, & his citatis Reg. Cortiada decis. 27. num. 113. vbi quid servetur in Regnis Aragonum, Valentia, Neapolis, & etiam fuisse hanc cognitio-

nem concessam Gerenti vices generalis Gubernatoris, Vicerugia procedente, ex Ferrer *part. 1. observant. cap. 10. & p. 2. cap. 12. num. 102. & 103.*

- 67 Prætextus etiam practicus exauditur, quando non speratur justitia ab ordinario, puta si sit consanguineus inquisiti, vel si habet interesse in causa: quippè eo in casu, non solum ipse reputatur suspectus, sed etiam omnes officiales suę Curia. Guazzin. *def. reor. 1. cap. 18. Caball. cas. 128. numer. 19. Baiardus. ad Jul. Clar. quest. 35. num. 35.* qui limitant quando interesse non est iudicis, vti privatae personæ, sed ratione officij, quia isto casu cognoscere potest iudex inferior, seu Bato, prosequitur Xammar *de offic. iud. part. 1. quest. 14. n. 80.* qui antea contrarium affirmaverat, quando interesse nō concernit officium, vt in his terminis consolidat Canc. *part. 3. cap. 13. num. 197.*
- 68
- 69 Aliter se res habet in causis civilibus: nam in eis Barones possunt suum subditum, etiam pro suo interesse, convenire coram Baiulo, ab eis constituto, & Assessore, quem nominaverint, vt habetur *in vsatic. placitare, sub tit. de iurisd. omn. iud. & in vsatic. omnes homines, tit. de iudic. & firm. iur.*

vbi practici: verum est, quod non iudicant tunc Barones; sed Baiuli de Concilio Assessoris, concinit Ramon *cons. 87. num. 31.* & ante eum Cancer qui proxime.

Et sequendo præiactam regulam, quod suspecto Barone propter suum interesse, sint etiã suspecti omnes eius officiales, fuit decisum 5. Novembris 1658. refferente sapientissimo olim Senatore Ludovico Ferrer tertiæ Aulæ Doctore pro Nob. D. Michaele de Pallares Iudice Regiæ Curia infirmo, Scriba Cortès, declarando recursui interposito per N. & N. Villę de Arenys de mūt, captos in carceribus eiusdē Villæ, locum fuisse, quia reus erat delatus de homicidio perpetrato in personam cuiusdam famuli Procuratoris Generalis iurisdictionalis Baronis; & oppressus dicitur qui iudicem habet suspectum. Oliba *in vsat. aliū namque, cap. 14. num. 112. Mieres in Curia Regis Ferdinandi, coll. 9. cap. 35. num. 122.* & injuria facta famulo censetur facta domino. Farin. *q. 105. numer. 277. & seq.* taliter quod pro ea licet domino criminaliter agere. Caball. *resol. crim. cent. 2. cas. 128. n. 8. Paschal. de virib. patr. potest. cap. 10. nu. 17. Guild. Pap. q. 557. Capell. Tholos. q. 145.*

Est

73 Est etiam prætextus, quando aliquis reperitur captus in Regijs carceribus loci, in quo residet Regium Concilium, & vidi non semel evocari causas hoc prætextu, quando exagitur causa via ordinaria contra hominem non facinosum, neque famosæ vitæ, sed inter personas suæ conditionis honorificè reputatū; & ratio quæ movit Regium Concilium, fuit, considerare, quod sententiæ via ordinaria latæ, publicantur in Aula litigiorum in præsentia Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, & publicè defertur reus ad eum locum, seu ad dictam Aulam, in qua magnus confluit concursus, & quod vehementius est confignatur reus carnifici, ut illuc eum exhibeat, uti educam secundo volumine in compilatione practicali.

74 Causa igitur evitandi hoc dedecus homini, cui non est irroganda pœna ignominiosa, censuit Regium Conciliū congruum, & expediens causam evocare: nam sic sententia non profertur coram reo.

75 Et consentaneum visum est, homines, tametsi ob delictum pœna afficiendos, cum tamen vilia facinora non patnaverint, à consortio carnificis divelli, cuius vilissimum est ministerium. Petr. Gregor. *syntag. iur.*

par. 3. lib. 31. cap. 38. Bovadilla in polit. lib. 3. cap. 15. num. 136. & ob id Cicero notavit, quod merebat populus solo aspectu carnificis.

Præstat etiam motivū evocationi in proximè expresso casu, quia prospiciendum est, ne delicta maneant impunita: imò eorum coercitioni studere ratio postulat, & huic fini satisficit, si detineatur reus, qui in carceribus reperitur, fortè quia pro debito civili fuerit mancipatus, vel alia de causa, & detegitur postea eius crimen; iuxta ea quæ de recommendatione rei etiam iniuste capti, si nō adsit nullitas ex defectu iurisdictionis, adferam suo loco; interim consulas Canc. *var. 2. cap. 7. num. 137. Ferrer part. 3. observ. cap. 338. & 457. Portol. ad Molin. §. recomendatio, pag. 234. tom. 3. num. 3. & 4.*

Consistorialis dicitur causa, 77 & eo prætextu evocatur ad Regium Concilium, si agatur de interesse Regiæ iurisdictionis: namq; sicut in civilibus, iste prætextus est approbatus, ita in criminalibus, quando de re criminali est quæstio, seu inquisitio, ad tradita per Cortiada *decis. 30. num. 58.*

Princeps enim iudex est in 78 causa propria. Ramon. *consil. 3. num. 68. Xammar de offic. iud. part. 1. quest. 24. nu. 2. Carleval.*

de iud. li. 1. disp. 2. n. 876. Mastril de Magistr. lib. 3. c. 5. per tot. Bo- vadilla in polit. lib. 2. cap. 16. num. 140. Carol. de Grass. ex- cept. 24. à nu. 96. Suelves conf. 14. num. 41. lib. 3. Cabedo de- cis. 76. part. 2. Salzedo de leg. politic. lib. 2. cap. 13. numer. 54. & his citatis Regens Cortiada decis. 37. num. 3.

79 Frequēs est prætextus, quod sunt faciendæ diligentia per diversas Baiulias, Vicarias, & iurisdictiones, & ordinarius nō est potens, quia delinquentes vagantur per varia territoria; & ratio hujus prætextus pendet ex principio discussio num. 24. & 25. quoniam curandum est vt delictorum punitioni faveamus; quibus & alia evidens accedit ratio.

80 Barones enim, & alij iudices inferiores limitatam habent iurisdictionem intra sua territoria ex regula *l. extra territoriū, ff. de iurisdic. omn. iud. Cap. à nobis de sentent. excommu- nic.* ex quo fit, vt nedum cape- re extra territorium suum, ve- rum etiam nec possint iudices relegare reos ad loca sibi non subdita. *Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 17. nu. 98. Capiblan- de Baronib. in pragmatic. 7. nu. 13. tom. 1. Novar. de gravamin. vassall. gravam. 312. & seq. Vincent. de Franch. decis. 526.*

in fin. Caball. res. crim. cas. 120. Danza de pug. Doctor. tit. de exil. & relegat. cap. 1.

Attamen Princeps habet 82 fundatam intentionem quo ad iurisdictionem activam in om- nibus ditionibus, & Regnis suis. *Boer. decis. 8. Portoles §. iurisdic. num. 1. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 1. num. 10. & 11. Cabedo decis. 9. 10. & 11. par. 2. Oliba de iur. Fisc. cap. 10. num. 2. Peguer. decis. 36. num. 2. & 3. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 2. à num. 1. ad 8. Ramirez de leg. Reg. §. 24. num. 24. Va- lenzuela consil. 94. num. 5. Ce- vallos com. contr. com. tom. 4. quest. 897. à nu. 373. Cassanate consil. 47. num. 1. & 2. Cancer part. 2. variar. resol. cap. 2. nu- mer. 115. & 326. Sesse de inhi- bition. cap. 5. §. 10. nu. 60. & cap. 30. num. 207. & decis. 187. num. 71. Ramon. conf. 24. numer. 53. Suelves conf. 42. num. 3. lib. 2. & his citatis Cortiada decis. 38. num. 26. consequens est igitur, quod possit Princeps imperio suo vniversali coercere reos, huc, illucque vagantes, cum or- dinarius non possit.*

Aliqui ex prætextibus nu- 83 mer. præcedent. simul addu- ctis, pro vno componēdo; tres separatos constituunt; nempè vnum quod delinquentes va- gantur per diversas Vicarias; Alium

Alium quia sunt faciendæ diligentia per diversas Vicarias, & iurisdictiones; & alium quia ordinarius non est potens; & fateor fieri posse, vt vnusquisque ex eis prætextibus quandoque solus deferviat, vtpote, si delinquens sit insequendus, vel recipiendæ informationes, vel si eius sit magna potentia, vel si perhorrescentia concipiatur in iudice inferiori. Canc. par. 3. var. cap. 13. à num. 160. Cod. Fabrian. lib. 3. tit. 18. quand. lic. fin. iudic. se vindicare, defin. 2. prosequitur Ripoll ad prax. civil. Peguer. rub. 4. n. 93. & 97.

84 Aliquando expedit plures prætextus cumulare, veluti quod non speratur iustitia ab ordinario, & sunt faciendæ diligentia per diversas Vicarias, & iurisdictiones, & ordinarius non est potens; & hæc cumulatio utilis est, vt si evocatio causæ sustineri non possit ex vna qualitate, seu prætextu, ex alio subsistat; & ita vidi sæpius practicum, punctim Ferrer observant. par. 1. cap. 25.

85 Nonnunquam se offert prætextus, quia agitur de contraventione Regij edicti, & prima fronte videtur nimis generalis; nam hoc prætextu omnia delicta possunt evocari, cum

fere nulla sint, quæ in Regijs edictis vulgò *del llibret* non exprimentur; sed revera non deest fundamentum pro evocatione; quia cum edictis fermè in omnibus capitulis legatur clausula: *Y altres penas maiores, y menors arbitrarias à sa Excellencia, y Real Consell*: latinè, & *alia pœna maiores, seu minores arbitrio sue Excellentia, & Regij Concilij*: pro huius arbitrij dispositione potest sustineri evocatio, sicut dicitur pœnam tunc intelligi tollere aliam, quando per eam delictum est sufficienter punitum. Fontan. de pact. claus. 4. gloss. 15. num. 101. Canc. part. 3. cap. 19. nu. 62. Peguer. decis. 9. num. fin. Giurb. consil. 25. num. 26. Secus si pœna per alium iudicem illata condecens non esset: quia tunc maiorem pœnam habens ad punitionem devenire valet: præterea pœnas ad arbitrium imponere Baronibus, & alijs ordinarijs non licet. Bald. in lib. de calumn. & in authet. interdiciamus, Cod. de Episcop. & Cleric. Mastril. decis. 167. num. 18. par. 2. Capiblanc. in Pragm. 7. num. 25. de Baronib. tom. 1. sed certam pœnam debent præfinire, cū ea quæ arbitrio relinquitur soli Principi cōveniat. Novarius de gravaminib. vassal-

86

78

sallor. gravam. 240. nu. 4. tom. 1.
Adde quod in reservatis à superiore cessat inferioris iudicis iurisdictionio. *ut in specie expressit Senatus conclus. facta super modo procedendi contra personas, & bona Boemicum 12. Iulij 1686. punctim Capiblanc in pragm. 8. par. 1. n. 105. de Baronib. Carleval de iudic. tit. 1. disp. 2. à num. 1128. ad 1134. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 28. num. 20. tom. 2. Cancer par. 2. var. cap. 2. n. 217.* Fateor tamen Regium Concilium, nō nisi casu exigente, & specialibus circumstantijs postulanti- bus evocationes tales amplecti.

87 Tot evocationes, totque prætextus, & qualitates ad eas, videntur impedire cursum ordinariorum in iustitiæ administratione: quia secundum exposita num. 57. à die evocationis, procedimenta quæ facit iudex inferior sunt nulla, & cū omnes casus sub prætextibus enarratis, & evocationib⁹ generalibus, quæ quotidie fiunt, ac sub Regijs edictis comprehendantur, sequitur nihil relinqui ordinarijs.

88 Sed non ita hæc se habent, nam vt prænotavi num. 39. & 80. omnia hæc fiunt pro meliori iustitiæ administratione, &

animadversione delinquentiū: 89
etenim evenit Regium Concilium mittere Algotzorios per Principatum pro aliquo delicto, de quo fuit facta particularis evocatio, si eos aptos agnoscit, exponit Nob. Regenti Regiam Thesaurariam, quod instructionem det illis super evocationib⁹ generalibus, quæ fiunt modo explicando *decif. 3.* Algotzorius, existens extra locum, in quo residet Regium Concilium de crimine admisso, & non punito notitiã comparans informationem recipit, & culpabilem inventum capit.

Adde prædictis quod quamvis adsint tot prætextus, & fiant evocationes generales, nō remanet inhibitus ordinarius, nisi sint receptæ informationes super certo crimine in specie, & sic praxis servat.

Neque præmitto prætextum pro evocatione connexitatis causæ, & ne eius continentia dividatur, de quo Peguer. *in prax. crim. cap. 18.* & huc refertur conclusio certa, quod si duo delinquentes sint diversi fori, qui vnum dominum, vel superiorem mediatè, vel immediatè recognoscunt, non dividitur continentia causæ, sed omnes coram vno iudice sunt ple-

plectendi, vel citandi, veluti si vassallus Regius, & vassallus Baronis delinquant, vterque coram iudice Regio est animadvertendus, pro vt, de hoc Principatu tradit Peguer. *decis. 25. lib. 2. de Regno Siciliae Mastril. decis. 139. & 269. de Regno Neapolis Franch. decis. 582. Capic. decis. 122. de Camera Imperiali Gail lib. 1. observant. 32. de Regno Aragonum Sesse de inhibit. cap. 3. §. 1. num. 7. & ex eis ac alijs plurimis Regens Cortiada decis. 9. num. 75. & tom. 2. in addit. ad pr. part. d. decis. 9. ad n. 71. 72. 73. & 74.*

92. Inferes primò ex præmissis num. 67. vbi dixi de prætextu evocationis causæ, eo quia non speratur iustitia ab ordinario, quod si ordinarius sit negligens in puniendo delicto, persequendo delinquentem, vel eo capto, in causa sua expedienda, poterit tunc Princeps eam evocare, quamvis sit vertens coram Barone, quod ita praticatur; primum enim Princeps excitando Baronis iurisdictionem ei mandat, quod intra certum tempus causam expediat *cap. Pastoralis de offic. ordin. Roland. consil. 48. nu. 22. lib. 2. Cancer par. 3. var. cap. 13. num. 310. Xammar de offic. iud. par. 1. quest. 24. numer. 22.*

Reg. Vico *ad pragmatic. Regni Sardinie, lib. 1. tit. 8. cap. 8.* Reg. Cortiada *decis. 24. nu. 90.* & fuit observatum in Regio Concilio 21. Februarij 1675. in causa recursus interpositi pro parte Magini N. Villæ de Sitges, declarando recursum per eum interposito locum non fuisse, sed causam, & partes remittendas fore Baiulo de Sitges. Hoc tamen intellecto quod mandaretur dicto Baiulo de Sitges, quatenus infra dies decem causam contra dictum N. expediret. Relator Nobilis Don Jacobus de Potau, & Moles, tunc Judex Regiæ Curia, nunc Aulæ civilis Senator eruditissimus: Actuarius Badia; adeundi Bovadilla *in politic. lib. 2. cap. 21. num. 21. Salgado par. 2. de Reg. protect. cap. 17. Carleval tit. 1. de iudic. disp. 2. à n. 576.*

Et si Baro intra tempus præfixum causam non diffiniat, ob illius negligentiam, elapso termino, evocatio ad superiorem fieri potest. Reg. Cortiada *d. decis. 24. n. 91. ex Grammatic. vot. 28. Vico ad pragmat. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 18. cap. 5. n. 11. & 24. Mastril. de Magistr. lib. 4. cap. 16. num. 226. & decis. 147. à num. 20.*

Inferes secundò: quod ex quacunque ratione coram Principe

cipe probata oppressionis illaræ ab ordinario, potest etiam causa evocari : est enim Princeps propugnaculum inexpugnabile vassallorum, ad eos, à molestijs, atque vexationibus liberandos, & sub tam securo protectione nullus ex illis periclitatur, sed incolumis præservatur. Oliba *de iur. Fisc. cap. 3. num. 40.* Peguer. *in prax. cap. 22. num. 3. & 4.* Reg. Cortiada *decis. 29. num. 70.* latissimè Salgad. *de Reg. protect. par. 1. cap. 1. prælud. 1. à n. 46.* Solorza. *tom. 1. de iur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 4.* Narbona *ad l. 35. gloss. 2. à num. 9. lib. 1, tom. 3. recopilat. Matthæu de re crim. contr. 78.* qui vnanimi consensu firmant Regaliam istam sublevaminis vassallorum ab oppressionibus, à Regio diademate esse inabdicabilem. Ex professo scribam de hoc 4. volumine mei suscepti operis. Perpulchrè Seneca tragicus:

*Hoc Reges habent
Magnificum, & ingens nulla
quod rapies dies
Prodesse miseris, supplices fidolare
protegere.*

95 Est enim Rex lex viva, & vicem legis habet. Molina *lib. 1. de primog. cap. 1. num. 24. vers. animadvertendum,* & sic nec iniusta emittit, nec permittit. *cap. Regum officium 23. quest. 3.*

D. Gregorius *lib. 7. epist. 120. Summum in Regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura servare, quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodire.* Petr. Gregor. *lib. 1. de rescript. cap. 2. num. 23.* Saavedra *embl. his artibus 19.* Salgado *par. 1. de retent. cap. 7.* Præteriri nequit Domini ac præcellsi Regis D. Philippi 4. (sydereæ nunc sede regnantis) aureum, immortale, incomparabile oraculum sub die 24. Januarij 1640. expeditum, transcriptum in admonitionibus ad lectorem ante observationes Excell. Vicecancell. Crespi appositas, cum qua Regia iussione suis Senatoribus, ac Conciliarijs præcepit, quatenus præ erubescencia, ac cum omni expressione tam eximio Monarchæ proferrent, & consulerent, quid æquiùs, quid iustiùs foret, tametsi viderent averfa mente accepturum, & eum quamvis non intenderet animo, si de facto tamen erraret, non finerent labi, conscientias in hoc Senatorum onerando, suamque voluntatem enixam aperiendo.

O! maiestatis præclarissima 96
vox, digna quibus marmorea
subiaceant monumenta! digna
tanto Principe, nulli pietate, ac
religionis zelo secundo, plurimis

mis alijs Monarchis candore, sinceritate, acumine primo; cui Magni cognomentum altius convenit quam Constantino, Theodosio, Leoni, Carolo, Othoni, Alexandro Imperatoribus suorum nominum primis; Sancio 4. Navarræ Regi, Ferdinando 1. Castellæ, Petro 3. Aragonum, & alijs magnitudinis titulo cognominatis, vt latè profequitur Don Ioan. Anton. de Tapia in illustratione huius tituli Magni. Aubertus Miræus in Chronicon Belgico anno vulgari Christi 1621. Egid. Consalvus Davila in libello cui titulus Theatro de las grandezas de Madrid cap. 12. Iul. Bellus in Laurea Austriaca anno 1621. lib. 5. pag. 445. Consalvus de Céspedes in libro cum titulo Historia de Phelipe 4. lib. 2. cap. 2. & 3.

97 Inferes tertio ex hijs, quæ de causis consistorialibus tradidimus num. 65. & 66. quod in casibus in quibus ordinarij nequeunt de delicto cognoscere, tractari debet causa in Regio Concilio, ex quacunque ratione ordinarij sint interdicti à cognoscendo, qualiter evenit in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, cuius punitio ad solum Principem spectat, cum sit de reservatis. Farin. in prax.

q. 118. num. 13. ex Deciano in tract. crim. lib. 7. cap. 38. num. 5. nisi Princeps cognitionem istam alteri commississet cap. 1. que sint Regalia. Paris. de Putæo de syndic. verb. Accedunt à num. 12. Gigas de crim. læsæ Maiestatis. tit. quis de crim. læsæ Maiestatis. cognosc. Bellug. in spec. Princip. tit. de iurisdic. & utrum Imperator rubr. 27. §. quæ quotidiana, num. 59. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 16. num. 232. Giurba conf. 59. n. 93. Mascard. decis. 101. num. 12. Præses Franchis decis. 275. qui refert idem 98 decisum, etiam si concessio facta fuerit eorum de quibus sola magna Curia Vicariæ cognoscit, sequitur Merlin. contr. for. cap. 99. num. 25. & 33. vbi quod et si expresse fuerit concessa cognitio criminis læsæ Maiestatis, intelligitur de omnibus alijs casibus, præterquàm in primo capite: latè Jul. Capon. discip. 337. tot. tom. 5. & fuit ita decisum in Reg. Audientia iunctis tribus Aulis conclusione sequenti.

Die 20. Februarij 1654. iunctis tribus Aulis. In factis propositionis factæ per Nobilem Regentem Regiam Cancellariam in qua proposuit, an possint admitti ad compositionem per Regiam Curiam rei, qui crimina læsæ Maiestatis commiserunt in præsen

senti Cæthalonie Principatu vltima Franchorum inuastione, Gerundaque Civitatis obsidione, attento illorũ multitudine, etiãsi contra illos fuerint delicta plenè probata.

Attento licet de iure regulariter certum sit quod ubi plenè constat de delicto non potest reus admitti ad compositionem, præsertim si delictum sit atrox, pro quo pœna mortis naturalis imponenda esset, pro ut in crimine læsæ Maiestatis, in quo non solum vltimi supplicij, sed etiã confiscationis bonorum, ac alijs pœnis propter criminis immanitatem, & detestationem rei afficiuntur; attamen quia in omni delicto est permissa compositio, quoties adest iusta causa componendi, & recedendi à pœna ordinaria, & illam in pecuniariam convertendi, etiamsi delicti adsint plenæ probationes, cum ex iusta causa possit iudex minuere pœnas à lege statutas, & reum mitius condemnare, & inter alias que id efficiunt, sit ex precipuis, delinquentium multitudo, ob quam à regulis iuris receditur, & ob multorum stragem severitati detrahatur, minoriq; pœna plebuntur, ita ut etiam in delicto læsæ Maiestatis sumpto de authoribus supplicio, & memoria illorum damnata, alijsque pœnis corporalibus indictis,

reliquæ multitudini parcitur quo ad pœnam corporalem, ut ita pœna ad paucos, exemplum verò ad multos perveniat, præmaximè in statu præsentis, in quo consonum videtur quod delinquentiũ multitudo, quæ per montes, & nemora vagatur ad proprios reducatur lares, & inimicorum vires minuantur, ut sic paci, & quieti publica consulatur; attento etiam quod in hoc crimine læsæ Maiestatis, & hoc est speciale, ut illius cognitio, & punitio ad solum Principem spectet, & exinde ad eiusdẽ criminis absolutionem, & compositionem deveniri non valet, nisi consulto Principe, & de eius expresso mandato: Hijs & alijs attentis, fuit per omnes conclusum, de consensu Principis expresso posse reum huius criminis læsæ Maiestatis occurrenti casu ad compositionem admitti. Postea autem die 26. prædictorum mensis, & anni lætæ dictæ conclusione Serenissimo D. Ioanni de Austria Locumtenenti Generali, sua celsitudo illi annuit.

Et antea Regia epistola expedita 30. Octobris 1653. per Supremum Aragoniæ Concilium sua Regia Maiestas explicuit eidem Serenissimo tunc Locumtenenti generali suppliciter fuisse expositum pro parte primæ magnitudinis Marchio-

chionis, nonnullos ex suis vassallis huiusce Principatus ad Franciæ ditionem transfugisse, & eorum animadversioni vti Baronem incumbere optare, & cum iniunxisset Dominus Rex, vt sua celsitudo super postulatis suam mentem, & praxim, ac stylum Principatus sub indicaret, commisso negotio Regio Criminali Concilio in eo sensu fuit; neutiquam oportere permitti prædicto Marchioni petitam de nuper expresso crimine cognitionem, quæ de iure ei non spectabat, ex præallegatis locis, quibus suffragantur Baiard. ad Clar. §. *læsæ Maiestatis. vers. Septimum speciale est.* Fontan. de pact. I. claus. 4. gloss. 14. num. 8. in hoc contestes, quod iurisdictione civili, & criminali, mero, & mixto imperio, ac omnibus Regalijs concessis, adhuc sceleris læsæ Maiestatis in primo capite cognitio translata non intelligitur.

Non omisso quoque, iudicium tam immanis flagitij solius Principis esse, & Regaliã adeo præcipuam existimari, vt maior ceteris agnominetur à Regia dignitate inseparabilẽ, eo quia offensionẽ continet directẽ contra Regulę fastigium, & nomen, veluti vltra relatos notarunt Ripoll de regal. cap.

18. num. 40. Reg. Matthæu de regim. Reg. Valent. cap. 6. §. 1. num. 64.

Insuper Regium Concilium superassueverat de fontibus eius delicti, etsi Baronis subditis, cognoscere. Nec aliud facile posset vsu recipi: quia bonorum confiscatio deinceps à Baronibus peteretur in damnum, & Regij Fisci, & supernæ authoritatis.

Hisce igitur fundamentis perdocti Senatores sua in consultatione censuerunt locum non esse supplicatis, & illa suæ Maiestati transmissa, iussit per Regium Concilium contra Marchionis vassallos districtẽ inquire, & eorum nequitiam debita punitione affici.

Notanter leguntur in dicta 99 Reg. conclusione verba, ibi: *Et hoc est speciale vt illius cognitio, & punitio ad solũ Principem spectet:* nam in alijs casibus licet sub Regalijs comprehensis, inferior ritẽ procedit ad cognitionem nõ formando processum Regaliæ, sed via ordinaria. Cancer var. part. 3. cap. 5. num. 135. & par. 2. cap. 2. num. 96. Oliba de action. par. 1. lib. 3. §. omnes. num. 27. Font. de pact. claus. 4. gloss. 14. à nu. 22. & 26. quod intelligi debet dũ Dominus Rex in vim Regaliæ non evocavit causam.

100 Inferes quartò ad explica-
tionem eorum quæ tetigimus
num. 18. firmantes admodum
levia intercedere discrimina in-
ter processum evocationis, &
per simplicem inquisitionem;
& eorum quæ tradidimus num.
19. dicentes strictissimè notari
non procedi via ordinaria si
formeretur processus Regaliæ.
Prædicta omnia adeò vera esse,
vt dempto ritu à nobis dicto
num. memorato, nullus effe-
ctus diversus resultet à modo
procedendi via ordinaria, ad
modum procedendi per evoca-
tionem. Sed multi sunt qui ex
processu Regaliæ enascuntur,
inter quos notorius ille fertur,
nempè quod si per Regaliam
condatur processus, tunc con-
tra equites in hoc Principatu

101 & 120. ex trito principio, quod
nulla constitutio, & dispositio
casum Regaliæ comprehen-
dat, nisi de ea mentio specifi-
ca, & expressa facta fuerit.
Mieres, Despujol, Ferrer, Ca-
licius, Cancer, Ripoll, Oliba,
Fontanella, Regens Sesse, Mas-
tril. & alij citati per Regentem
Cortiada *decis. 10. numer. 204.*

par. 1. Reverter. decis. 344. nu. 1.
vbi Marin. *in observation. n. 1.*
Peregrin. *de iur. Fisc. lib. 1.*
tit. 2. num. 75. Faxard. *alleg. 1.*
num. 280. Montan. *de Regalib.*
tit. argentaria, num. 5. & tit.
bonavat. num. 4. Capic. *Latro*
decis. 67. Rovitus *decis. 6.* Luca
ad Franch. *decis. 125. num. 2. &*
3. Salgad. *de supplic. ad San-*
ctiss. par. 1. cap. 2. num. 44. Roc-
cus *de offic. rub. 14. §. 5. nu. 105.*
fol. 301. Doct. Ludovic. à Va-
lentià Iuriconsultus sublimis
in illustr. ad constit. 7. tit. de la
elecció dels DD. cap. 5. §. 2. nu.
37. Excell. Vicecancell. Crespi
observat. 1. num. 222. & his ac
alijs laudatis D. Sebastian. de
Cortiada *in discursu sup. iu-*
risdicct. Proreg. q. 7. n. 7.

102 Si verò per solam evocatio-
nem causæ procedatur, nequit
inquiiri contra equites parte nõ
instante, quod in tantum verũ
est, vt tametsi in vim Consti-
tutionis *Com instigant, tit. quãt*
sia licit, ò no venjar se sens lut-
ge, post evocationem causæ de-
beat deveniri ad eijciendum
culpabiles à pace, & treuga,
iuxta stylum in compilatione
præcticali adducendum; nihilo-
minus invaluit contra equites
in hoc Principatu in vim con-
stitutionis *Com instigant,* pro-
cedi non posse, nisi parte for-
mata instante. Fontan. *de pact.*
claus.

*claus. 3. gloss. 3. num. 34. quid-
quid antea Senatus resolvisset,
de quo Calic. de pace, & treu-
ga in 5. dub. vers. Sed quæro
quæ est differentia. Michael
Ferrer par. 3. observat. cap. 422.
Bosch. tit. de honor, lib. 3. cap. 3.
§. 15. fol. 329. Alius effectus
proveniens ex Regalia qui in
evocata non concipitur, tradi-
tur à Ferrer 3. par. observ. cap.
379. & cap. 468. & seq. Canc.
var. par. 3. cap. 5. num. 135. in
fin.*

103 Ex quibus vides qualiter in
effectu secernatur processus
simplicis evocationis, & quo-
modo re ipsa parum, aut nihil
801 distent inquisitio via ordina-
ria, & inquisitio per evocatio-
nem; & solum differentia stat
in hoc, quod Princeps, & Re-
gium Concilium evocando ad
se causas, attrahit eas quæ sunt
extra Vicariam vbi residet; se-
cus verò quando via ordinaria
vtitur, iuxta enucleata supra
num. 10. & seqq.

104 Inferes quintò, ex præliba-
tis supra dicto num. 10. & alijs
super indagatone processus
via ordinaria, cum fundamen-
to solere pronuntiarì secùdum
vulgarem loquutionem, sed nò
indiscretam, Gerentem vices
Generalis Gubernatoris Ca-
thalonix, aliquando procedere
via ordinaria, quandoq; autè

iurisdictionē exercere Vicer-
gia procedente; dicitur namq;
via ordinaria procedere quan-
do reperitur intra Vicariam vbi
iurisdictionis exercitiū adim-
plet; Vicerugia verò potestate
præfulget quando Dominus
Rex, & eius Locumtenens Ge-
neralis sunt absentes à toto
Principatu Cathalonix, & Co-
mitatibus Rossilionis, & Ce-
ritania. Ferrer observ. part. 1.
cap. 5. Despujol. ad Mieres ver-
bo Gubernatoris officium, fol.
79. & verbo Officium Guber-
natoris, fol. 140. Oliba de iur.
Fisc. cap. 4. num. 37. Cancer
par. 3. var. cap. 3. n. 327. Bosch.
dels titols de honor, lib. 2. cap.
36. §. 8. vers. Per raho. Font.
de pact. tom. 1. claus. 4. gloss. 15.
num. 121. & decis. 496. num. 17.
par. 2. Berart in specul. visitat.
cap. 13. num. 1. latissimè Cortia-
da decis. 10. à numer. 87. vbi 105
quod gerens vices Generalis
Gubernatoris procedens Vi-
cerugia Præsidi Provinciæ cõ-
paratur, & exercet Regalias
communicabiles, & num. 76.
cum pluribus seqq. quod pro-
cedens via ordinaria Reçtori
Provinciæ assimilatur, & est
ordinarius, imò ordinarius or-
dinariorum, & maior quocun-
que ordinario, dum est in Vi-
caria, & procedens via ordina-
ria non cessat per adventum, &
præ-

præsentiam Domini Regis, vel Proregis in Regno, & num. 83. quod procedens via ordinaria ex quo est ordinarius, non expirat per mortem Domini Regis, quæ omnia confirmantur per Doctores supra citatos.

106 Scias tamen, quod absente Domino Prorege à Vicaria in qua residet Regium Conciliū, si dictus Dominus Prorex secum duxerit Nobilem Regentem Regiam Cancellariam, Magnificum Advocatum Fisci, & duos Magnificos Iudices Regiæ Curia, possunt decidi per ipsos causæ criminales, exceptis militum, & istorum privilegio gaudentium: *Constit. 5. tit. de Audien. y Concell Real*, quæ fuit perpetuata in *constit. 3. tit. de Prorogar, y perpetuar Constitut.* imò etiam cum Regente, Fisci Advocato, & Iudice Regiæ Curia causas, præterquam contra milites, posse expediri indubium perlustramus, quotidiana monstrante experientia.

107 Si tamen Dominus Locumtenens dictos Regentem, Fisci Advocatum, & Iudicem Regiæ Curia non assumpserit pro suo comitatu, potest Regium Criminale Concilium expedire in Vicaria à qua recesserit omnes causas criminales cęptas per spatium viginti

dierum, qui computantur post diem, quo exierit de dicta Vicaria; non tamen possunt introduci in eo novæ causæ criminales, sed cognitio istarum spectat ad ordinarios, ex iuribus expressis in *Constit. 2. & 7. tit. de Aud. y Concell Real. Constit. 14. tit. de offic. de Governador*, & fuit sic resolutum iunctis tribus Aulis 10. Jun. 1575. hoc verborum contextu: *Concilium Criminale posse procedere durantibus viginti diebus in causis antiquis tantum, Gerentem verò vices Generalis Governatoris in alijs suæ iurisdictioni permissis.*

Elapsis autem viginti diebus 108
conquiescit omninò Concilij Criminalis cognitio donec redierit Dominus Prorex.

Per supradictas constitutiones, & alias sub eisdem titulis collocatas capeffes, quid servandum sit quoad causas civiles, videndus Ferrer *observat. p. 2. cap. 8. & part. 3. observat. 78.* respectu causarū criminalium sæpissimè vidimus nostris temporibus practicata numero præcedenti stabilita.

Inferes sextò ex his, quæ de 110
inquisitione diseruimus num. 2. eam ita diffiniendam esse, *alicuius criminis manifesti, per iudicem competentem legitime facta investigatio*; provt ita
diffi

diffinierunt Repetentes ad tit. de accusat. inquisition. & denuntiation. declarant Gregor. tit. 17. in princ. verb. Perquisita, par. 3. Perez ad tit. 1. ordin. 8. Farin. de inquisit. par. 1. q. 1. Sayrus in clavi reg. lib. 12. cap. 10 num. 8. cum seq. Coriolan. de casib. reservat. par. 2. cas. 5. sub tit. de inquisit. Barbof. in l. si quis postea quam num. 84. ff. de iudicio optimè Andreas Vallens. in paratill. lib. 5. tit. 1. §. 4. nu. 1.

III Dicitur autem criminis manifesti, quia inquisitio non aliter instituitur quam si fama publica, & rumor vulgi non temerarius permoveat, cap. cum oporteat 19. cap. inquisitionis 21. §. 3. dubitationis, cap. qualiter 24. hoc tit. vt fusiùs percurram decis. 3.

112 Accusatio autem est, delicti alicuius apud iudicem competentem vindictæ publicæ causæ legitimè facta delatio, pro vt latè exposuerunt Gregor. Tolosan. lib. 5. partitar. iur. canon. tit. 9. cap. 4. Farin. in prax. p. 1. quest. 12. Clar. in pract. §. fin q. 14. vbi quod edictum de accusationibus est prohibitoriū, & admittitur quicumque non reperitur expressè prohibitus. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 87. num. 2. Gomez lib. 3. var. cap. 11. & ibi Ayllon. Riccius part. 4. coll. 1199. Pichard. in

manuduct. 3. p. §. 3. num. 17. Bolan. in Cur. Philip. 3. par. §. 14. Carleval de iudic. tom. 2. tit. 2. disp. 6. vbi latè, an accusatus possit reaccusare, & de concursu civilis, & criminalis actionis, & eruetur latius decis. 6. num. 47.

Denuntiatio civilis, seu iudicialis de qua hic loquimur, & non de Evangelica, & Canonica, describitur: alicuius criminis delatio, sine inscriptione ad pœnam peragendam. Salicet. in l. ea quidem, Cod. de accusat. Angel. in tract. de malefic. verb. Nec non ad accusationem, num. 1. Pegna ad directior. Eymers. p. 3. comment. 15. §. est autem. Candin. in tract. de malef. rub. quomodo de malefic. cognosc. num. 1. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 81. Dicitur autem absque subscriptione ad differentiam accusationis, in qua necessaria est subscriptio, quod constitutum erat, vt homines deterrerentur à calumnijs, & ne innocentia alicuius temerè pateretur, & ob id ad pœnam talionis se subscribebat accusator; formam accusationis vide in l. libellorum, ff. de accusat. can. finali, §. libellorum 2. q. 8. quæ tamen talionis pœna in usu hodie non est, & si accusator sub pœna se subscriberet adhuc ad eam non teneretur,

113

111

114

vt probant Pegna 3. p. direct.
com.14. Farin. de heres. q. 185.
zum.33. Castr. Pal. in oper. mo-
ral. 1. p. tr. 4. disp. 7. punct. 2. n.
2. Caren. de offic. Sanct. Inqui-
sit. par. 3. tit. 1. §. 1. n. 7. Con-
ciol. verb. Accusatio, resol. 1.
Clar. in pract. §. fin. q. 81. vers.
Sed quero. Caball. resol. crim.
cas. 166. num. 2. cent. 2. Scaccia
de iudic. lib. 1. cap. 61. n. 18. Font.
decis. 501. num. 20. qui omnes
de poena calumniōsi accusato-
ris plenē.

115 Respectu accusatoris s̄vie-
bant acrius iura, & legessquia
ipse se subscribendo onus pro-
bandi in se assumebat; denun-
tiator autem non utique. Ca-
ren. qui sup. par. 3. tit. 1. §. 3. n.
19. observat etiam Reg. Mat-
thæu de re crim. contr. 25. n. 47.
ex Brisson. 2. select. cap. 1. &
alijs, quod olim testes præsen-
tibus reo, & accusatore coram
populo interrogabantur, neq;
publicatione processus, neque
testium repetitione, nec cita-
tione tunc opus erat, & ea de
causa Luc. cap. 12. dicitur,
quod surgens omnis multitudo
Iudeorum duxit ad Pilatum,
Sacratissimum Dominum nostrū
Iesum Christum, & ceperunt il-
lum accusare dicentes &c. Et
infra: Pilatus autem interro-
gabat eum dicens, &c. quod
perpulchrē cecinit Iuvenal.
presbyt. lib. 4.

Interea celsum Dominus stans
ante tribunal,

Talibus exceptum Pilatus vo-
cibus vrsit,

Tu Rex Iudæa gentis (quod
dicitur) adstas?

Respondit Christus, vestris hæc
audio verbis,

Exin terribilis iusti accusatio
surgens

Infremit, & Sanctum mendax
facundia preffat.

Recole supra adducta à n. 3.

Hæc autē omnia in dissue- 116
tudinem abierunt, & nulla fit
differentia inter processus, qui
per accusationem, vel denun-
tiationem agitantur, & illos
qui per inquisitionem fabrica-
ri solent, vt frequenter accidit,
nam propter supervenientem
accusationem non tollitur in-
quisitio, sicut firmavimus num.
27. quidquid in contrarium
voluerit Caren. de offic. Sanct.
Inquisit. p. 3. tit. 1. §. 1. numer. 8.
ex eo quod procedendum sit in
accusatione silere debere in-
quisitionem.

Sanè Reg. Matthæu de regim. 117
Reg. Val. cap. 8. §. 6. numer. 2.
tenet denunciare solo nomine
differre ab accusando, conclu-
dens quod denuntiatio est for-
malis accusatio de maleficio,
sive crimine, & quod in suo
Regno diversimodè non nun-
cupantur, accusatio partis pri-
vatæ,

vatae, aut Fiscis; sed revera differentia datur inter denuntiationem, & accusationem, nam qui accusare non potest denuntiare quandoq; valet. Gregor. Lop. l.4. gloss.3. & l.5. gloss. 2.
 118 tit.1. partit.5. Apud nos denuntiatio appellatur depositio partis offensae, sive instantiam faciat, sive non, & ita sit, vel non, accusator, aperitq; solum viam ad inquisitionem, & sufficit ad capturam. Peguer. decis.17. num 6. & 7. Gomez variar.3. cap.13. num.16. videndus Farin. de test. q.60. à num. 64. Carcna qui desuper p.3.tit.1. §. 3.num.19.

119 Et quia plurima supra de officio iudicis in inquisitione attendendo explanavimus, non extra rem erit animadvertere, accusationem ab officio iudicis, & actione plurimum differre, docet Parlador. tom. 3. diff.34. & comprobatur ex definitionibus actionis, accusationis, & officij iudicis, de quibus Bossius in pract. tit. de inquisit. Parlad. iam. citat. Cantera in quest. crimin. & optimè Pichard. in princ. tit. instit. de publ. iudic. ex num.21. vbi n.25.
 120 ait, quod criminales causae non exercentur per actiones. Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 2. cap.2. per tot. Ayllon. ad Gomez lib.3. cap.1. num. 30. cum

quibus ornantur quae tradidimus sup. num.23. & seq. quod Fiscus est promotor in omnibus, quae ad iudicis officium pertinent: & ea quae num. 24. & 51. affirmavimus, tenentes Fiscum accusatorem verè non dici, sed eius defectum supplere.

Circa eandem materiam sci- 121
 re te oportet, quod regulariter nemo invitus accusare, vel agere cogitur. l. Divi fratres 19. ff. de accusat. l. invitus, Cod. vt nemo invit. ager. vel accus. cogat. l.4. §. si tibi, & ibi Iass. in princ. ff. de condit. ob turp. caus. Angel. de malefact. in verbo Vestem num. 22. Bertazol. conf. 110. num.10. lib.1. & conf.343. n.1 & seq. lib. 2. Costa de fact. scient. & ignor. inspect. 68. nu.4. Farin. de indic. ad tortur. q.51. num.12. & seq. Menoch. de arbitr. cas.355. n.2. Crispold. cas. militar. 23. n.14. & seq. Giurba conf.22. nu.23. Guazzin. def.18. cap.1. nu.11. Conciol. resol. crim. verb. delictum, resol. 6. num.1. imò nec delictum committen- 122
 dum denuntiare quis, aut revelare compellitur, vt docuerunt Bartol. Bald. Iass. & Dec. in l. vt vim 3. ff. de iust. & iur. Ant. Gomez var.3. cap.3. num. 4. vers. Regulariter autem. Menoch. qui sup. num. 7. Clar. in pract. §. fin. q.87. vers.

Et in primis quæro. Vermigliol. *conf.* 326. *in fin.* Giurb. *d. conf.* 22. *num.* 23. Spesell. *decif.* 108. *num.* 21. *p.* 2.

123 Prædicta tamen communi DD. calculo limitantur quoties edicta, seu proclamata pœnalia publicantur in quibus præcipitur quem revelare teneri malefactorem: tunc enim dicta proclamata valida censentur ob publicam utilitatem, & non revelantes incidunt in pœnas, ita Clar. Bertaz. Crispold. Farin. Guazzin. Conciol. *sup. Allegati* quibus accedit Lazzarius *de monit. sect.* 1. *q.* 14. *n.* 1. & *seq.*

124 Sublimita proxime dicta, ut similia proclamata soleant tantum expediri, & emanare in delictis, & criminibus atrocibus, & magnis. Vgol. *de monit. par.* 2. *cap.* 45. *§.* 3. *tot.* terminanter Guazzin. *def. reor.* 18. *cap.* 1. *num.* 4. Ofalc. *decif.* Pedemont. 80. *num.* 7. Farin. *de indic. ad tortur.* *q.* 51. & 55.

125 Et hæc quo ad revelandum obtinent, nam ad accusandum nemo unquam invitatus trahitur ex DD. supra relatis, & in Cathalonia sine difficultate hæc transeunt; qua de causa Fontan. *de pact.* *tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 3. *num.* 36. firmat Regiam Curiam compellere non posse offensos, ut instantiâ faciant

contra milites, quæ omnia consolidavit noster Senatus in causa Syndici Comitatus de Centelles, contra Egregium illius Comitum Regia provisione die 9. Novembris 1685, referente summè docto, ac pervigili Senatore Nobili D. Iosepho de Balaguer facta verbo facta, Actuario Raphaele Armengol; nam cum Egregius Comes publicari iussisset edicta, in quibus inter alia præcipiebatur vassallis suis quod denuntiarent crimina patrata, vel commitenda; fuit ei denegata manutentio quo ad hoc caput, & concessa vassallis respectu exemptionis, illi in hoc non obtemperandi, demptis casibus à iure specialiter expressis, ad denuntiandum urgentibus; quæ provisio in hoc capite fuit confirmata, referente Magnifico Senatore Michaeli Ioanne de Taverner, & Rubi, doctrina, ac prudentia, notissimo Regia sētētia provisionali, lata prima Iunij 1686.

Non congesi alios plures 126 prætextus ad evocationē causarum, quia tametsi aliquos audierim præter supra enarratos, omnes tamen ad eos reducuntur, ut cerni potest in eo qui circumfertur de casu quo agitur de Regij Privilegij interpretatione; nam iste com-

prehenditur sub illo quem at-
tuli num. 77. de interesse Regiæ
iurisdictionis. Omisi evoca-
tiones recursuum recitare, quo-
niam sub illo continentur quæ
posui num. 73. quod non spe-
ratur iustitia ab ordinario, &
poteris recollere tradita supra
num. 94. Prætermisi etiã quod
multoties ad sedandas contro-

versias contentionum inter or-
dinarios evocantur causæ, quia
casus iste sub eo includitur, de
quo num. 79. quod ordinarius
non sit potens. Sufficiat supe-
riora extricasse sequendo Au-
sonium in Paulino.

*Nemo silens placuit, multi
brevitate loquendi.*

EPIGRAPHÆ.

De Iudice suam iurisdictionem prius intuituro, & nè eius fines
egrediat. De corpore delicti, & eius certitudine habenda
antequam ad vllum actum procedatur. Agitur latè de lamijs,
sive strigibus, & sortilegijs hæreticalibus, & extra hæresim,
tam respectu cognitionis horum criminum, quam corporis de-
lictæ, & pœnæ. Corporis nomen, & essentia nova expositio-
ne dilucidantur, & peculiariter de furto, veneno, vulnere,
falsitate. Instrumenti recognitionis cadaveris clausulæ enu-
cleantur.

N U C L E V S.

- 1 *Ad processus validitatem at-
tendenda apprimè duo, iu-
risdictio in iudice, & cor-
poris delicti probatio.*
- 2 *Defectus iurisdictionis ma-
ximus est, & quare.*
- 3 *Iudex antequam inquiret in-
spicere debet, an locus de-
lictæ sit de sua iurisdictione.*
- 4 *Iurisdictionis defectus est in-
sanabilis, & contra quos-
cunque, ac qualitercunq;*
- 5 *Sine iurisdictione procedens
mortaliter peccat.*
- 6 *Ex defectu iurisdictionis om-
nia acta corruunt.*
- 7 *Iurisdictione prorogata absq;
consensu superioris partis
prorogatis, sententia est
nulla iuxta aliquorum men-
tem.*
- 8 *Antequam iudex procedat ad
opponi potest.*

*Tacita voluntas superioris
ex quibus inducatur.*

8 Antequam iudex procedat ad

- Nullum actum, debet esse certus de corpore delicti, vide rursus num. 70.
- 9 Semiplena probatio delicti sufficit ad perdendum privilegium fori, sed de corpore delicti plenè debet constare.
- 10 Declara: quia probatio ista non debet precisè precedere receptionem informationum, benè verò transmissionem.
- Sub declara, congruentius esse præmitti talem probationem, si fieri possit.
- 11 Amplia: nam si reus fateatur delictum, de quo non appareat aliter quam ex eius confessione, condemnari non poterit.
- 12 Magna Doctorem cumulatō ab aliquibus laudata non est spernenda.
- 13 Lamia confessa homicidia, per iudices inferiores ad mortem damnabantur, non confitō de corpore delicti.
- 14 In sortilegijs, quæ post se relinquunt aliquod vestigium, ante omnia probandum est corpus delicti.
- 15 Iudices supremi nusquam ferè inclinant ad pœnas capitales contra lamias, sagas, seu strigias, vulgò Bruxas.
- 16 Saga solent maleficia sibi ipsis imputare, quæ nunquã contigerunt.
- 17 De confessione absque die nõ potest haberi ratio, & ut noceat, debet ulterius exprimere certum delictum, ac certum locum.
- 18 Iudices inferiores, vel supra modum lamias puniunt, vel non condignè.
- 19 Confessiones lamiarum communiter sunt inverisimiles, quibus natura resistit, proveniuntque ex somnijs, non ex realitate facti, & ita non nocent; & num. seqq. & præcipuè num. 22. 25.
- 20 Translationes de loco ad locum per lamias iactatas commentitias esse, tenuerunt hic relati.
- 21 Contraria communior inter Theologos, & Iurisperitos opinio.
- 22 Cap. Episcopi 26. q. 6. qualiter à nonnullis Doctōribus interpretetur.
- 23 Antiquo ævo nimia fuit proclivitas in sortilegijs concedendis.
Fabularum cognitio quandoque utilis.
- 24 Inverisimilitudo præsertim imaginem falsitatis.
- 25 Lamiatu difficilis est probationis quo ad infanticidia,

- & alia facta concomitantia, sed non ita respectu sortilegij, & num.87.*
- Super infanticidijs, & similibus non sunt credenda lamia, nisi constet eodem tempore sortilegij infantes perÿsse.*
- 26 Sortilegium consistit in superstitione, qua homo utitur dæmonis ministerio, quod etiam in lamiatu reperitur.
- 27 Lamiatus, & sortilegij cognitio ad quem iudicē spectet vsque ad num.69.
- Prima opinio, quod hoc crimen sit mixti fori, & quod eius punitio, tam ad Iudicem Ecclesiasticum, quā ad Secularem pertineat.*
- Defenditur hæc sententia fortius, quando cum eo crimine admiscantur facta contra bonum Reipublicæ, & num.28.*
- 29 Secunda opinio tenet Inquisitores esse iudices omnium sortilegiorū hereticalium, & non hereticalium privativè quoad iudices laicos, & num.44. & num.66.
- 30 Tertia opinio putat, strigum punitioem reservari Inquisitoribus propter infanticidia, & alia nefanda, ubi rationes sic sentien-
- tium, & num.41.*
- 31 Quarta est assertio affirmantium quod sortilegia, & lamiatus sunt plectenda ab Inquisitore, vel Iudice Ecclesiastico ordinario, ipsisque transmitti ex officio processus, & delinquentes; & deinde sunt restituendi iudici Seculari, ut aliorum criminum iudiciū captum finiat, & hæc est verior opinio quoad sortilegia hereticalia, & numer.33. & 43.
- 32 Respectu delicti non merè spiritualis reus relaxatur Curie Seculari.
- De abusu commisso in Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ remissivè.*
- 33 Inquisitores cognoscunt de omnibus causis hæresis, vel hæresim sapientibus.
- De astrologia iudiciaria, & alijs sortilegijs remissivè, & num.50.*
- 34 Sortilegia, & lamiatus hæresim sapiunt, ubi ratio, & num.35. & num.57.
- 36 Grivellus decis. 33. de sortilegio hereticali loquitur, & ideo non sequendus.
- 37 Probatúr quarta opinio plurium auctoritate.
- 38 Improbatur consuetudo Baronum Regni Aragoniæ, qui striges propter infan-

- ticidia ad mortē damnāt, & si ab Inquisitoribus petantur, nihilominus executionem non suspendunt, & num. 39.*
- 39 Reus captus per iudicem Seculare, si ex causa fidei petatur, statim liberandus est, ubi remissivè exemplaria Senatus, & recens adducitur, & pia ratio assignatur num. 40.
- 41 Respondetur fundamentis tertiae opinionis, & num. 43.
- In omnibus delictis daemniaca instigatio exurgit.*
- 42 Dæmon charitatem vulnerare, zizaniā serere, & alia mala conatur.
- 43 Respondetur 2. fundamento tertiae sententiae.
- Lamia, & striges volentes agere condignam pœnitentiam sunt exaudienda, nec est in Inquisitorum potestate claudere gremiū Ecclesie, nisi impœnitentibus, aut relapsis.*
- 44 Reassumitur secunda opinionis discussio quoad eam partem, qua tuetur de sortilegijs etiam non hereticis solos Inquisitores cognoscere.
- Refertur opinio Fermosini tenentis lamias non suspectas de heresi restituen-*
- das esse iudici Seculari, si prævenerit; extante autē prævensione Inquisitorū, hesitat.*
- 45 Don Iosep. Vela, & aliorum narratur opinio, qui sortilegijs non hereticis cognitionem mixti fori voluerunt, & in eo locum esse prævensioni, quando sortilegium heresim manifestam non sapit, & numer. 46. & 47.
- 48 Iuxta sententiam nuper relata, inanis est questio, ad quem spectet cognitio an sortilegium sapiat manifestam heresim nec nē? quam plures disceptarūt.
- 49 Stabilitur sententia, quod mixti fori non sit cognitio lamiatas, & sortilegijs, nec unquam sit locus prævensioni in his delictis: sed si adest vehemens heresis præsumptio, punitio ad Inquisitores spectat, sin autem adsit, ad iudices laicos, usque ad num. 70.
- 50 De magicis, superstitionis, somniantibus, astrologis, poculis, & carminib⁹ amatorijs, & eorum vi remissivè.
- 51 Probatu conclusio: quia Inquisitores cognoscunt de sortilegijs continentibus

- vehementem suspicionem,
& generaliter de omnibus
suspectis vehementer de
heresi, & num. 52.
- 53 Heresis suspicio purganda est
per abiurationem.
- 54 Quadruplex est abiuratio re-
missivè.
- 55 Quando abiuratio levis, &
quando vehemens impo-
nenda remissivè.
- Regularis abiurans de levi,
& non pœnitentiatus, est
eligibilis ad dignitates sue
Religionis.
- Pœna abiurationis apud In-
quisitores in usu est, &
ipsi examinant, an adfue-
rit in reo error intellectus,
vel non.
- 56 Errore intellectus non dato
heresis non adest.
- Homicida, fures, & similes,
licet faciant contra scrip-
turam sacram, non subij-
ciuntur Inquisitoribus; be-
nè verò si talia facinora
licita a se verent.
- 57 Vigente suspitione heresis in
abusu aliquis Sacramen-
ti, crimen non reputatur
mixti fori, sed semper iu-
risdictio ad Inquisitores
spectat.
- 58 Exempla designata à Don
Iosepho Vela de sortilegio
non hereticalis, vehemen-
tem secum ferunt heresis
presumptionem.
- 59 Tribunalis Sanctæ Inquisi-
tionis sanctum institutum
extollitur, & num. 60.
- 60 Magistratus continere se de-
bent intra limites sue iu-
risdictionis, aliter enim
perturbatur Respublica,
num. 62.
- Liberè est aperienda, quæ cui-
que Tribunali debeatur iu-
risdictio, exclusis nimis
subtilitatibus.
- 63 Inquisitores nō debent trans-
gredi fines sue potestatis.
Regalis strenuè tutande.
- 64 Competentia non sunt dispu-
tanda a verso animo.
- 65 Praxis, quæ in Cathalonia
servetur circa lamias, &
quæ in Sacro Tribunali
Fidei eiusdem Principa-
tus.
- 66 Respondetur fundamentis se-
cunda sententia usque ad
num. 68.
- Constitutio Sixti 5. incipiens
Creator Cœli, non est usu
admissa.
- 67 Delegatio Inquisitorum quo
ad sortilegia, intelligitur
tantum de hereticalibus.
- 68 Authores pro secunda sen-
tentia ponderati, eam non
probant, cum loquantur in
specie sortilegij heretica-
lis.
- 69 Disceptatio, ad quem iudi-
cem

- cem pertineat cognoscere an sortilegium sapiat manifestam heresim, non est supervacanea, ex ratione Don Iosephi Vela, sed ex tradita num. 39.
- 70 In delictis facti permanentis, quae vestigia relinquunt, sunt designanda omnia, quae ad delictum inferant ad probationem corporis delicti, & ibidem exempla.
- 71 In delictis facti transeuntis, quorum non remanent vestigia, non est faciendae cognitio, & sufficiunt ad corpus delicti coniecturae, ac praesumptiones, vide num. 152.
- 72 Limita regulam traditam n. 70. si agitur de facinore, quod ad delictum, & non delictum se habet.
- 73 Pareja hic citatus dum constituit delicta nominata, & innominata, in istis tenens dolum esse probandum coniecturis ad corpus delicti, & nihil amplius requiri; non approbatur simpliciter, sed cum maiori explicatione, vsque ad num. 88.
- 74 Delicta omnia quamvis evidenter vestigia relinquunt ad probationem corporis requirunt probari dolose,
- & cum violentia evenisse, & num. 77. vide num. 132.
- 75 Corpus delicti quare sic appellatur, & num. 76. Prius est quarendum de praesistentia rei, quam de eius qualitatibus.
- 76 In perquirendo corpore delicti entitas, seu substantia eius investigatur, & vocatur corpus, ubi ratio.
- 77 Absque dolo nullum est delictum.
- 78 Quamvis vestigia sceleris sint ambigua, eorum est faciendae descriptio, & exemplificatur in veneno.
- 79 Intendens accusare aliquem, quod venenaverit, debet adijcere veneno malo, ubi ratio.
- 80 Medicorum peritiae committitur discernere an quis fuerit veneno interemptus, & quomodo debeant deponere, vide num. 131. 150 & 151.
- 81 Doctores de venenis pertractantes, & an illa ad bonos usus habere sit delictum remissive, & num. 82.
- 82 Qua aetate veneficijs sint homines obnoxij remissive.
- 83 Doli argumenta, & vestigiorum designationes in quocunque delicto indistincte adposcuntur; sed si vesti-

- stigia sint dubia, ad dolum probandum coniecturae sufficiunt iuncta cum signis visibilibus.
- 84 Crimen falsi est difficilis probationis, & ita de illius corpore sat erit constare per praesumptiones.
- 85 Limita, si ex falsitate remanent vestigia; quia tunc non sufficiunt coniecturae ad corpus delicti, sed debet de illo constare per ocularem inspectionem, & num. 86.
- 87 In sortilegio si vestigia relinquat procedit regula praeciata num. 83.
- 88 In delictis difficilis probationis, quo maior est difficultas corpore detegendi, eo levior desideratur probatio. Exemplificatur in furto absque vestigijs, cadavere in puteo suffocato, in mari submerso, proiecto, & alijs, ubi quae coniecturae relevant, & an aliquando fama.
- 89 De probatione corporis delicti absque fractura perpetrati.
- 90 Plures coniecturae pro corporis delicti probatione remissivae.
- 91 Solet Regium Concilium probare res furatas extitisse aliquando domi derobati, & ratio.
- 92 Furtum non cadit in his rebus, quae pro de relicto habebantur à domino, etiam quod adfuisset animus furandi, & quomodo id intelligatur.
- 93 Accipiens rem deperditam cessante praesumptione, quod fuerit habita pro derelicta, si non demonstrat, vel faciat preconizare, furti tenetur, & quid fieri debeat si res illa dominum non inveniat, & num. 94. de thesauro.
- 95 Non est probandum praecise res furatas fuisse in loco delicti de tempore eius.
- 96 Casus disputatus in Regio Concilio de eo, qui amoverat è loco destinato res aliquas animo furandi, & extrahendi à certa domo, quod perficere non potuit. An furti teneretur, & ut fur fuit animadversus, num. 97. decisio.
- 98 Explicatio clausularum instrumenti visitationis cadaveris vsq; ad nu. 139. Recognitio cadaveris probatur per instrumentum Notarij.
- 99 Probationes, quae respiciunt personam delinquentis regulariter instrumentis non fiunt.
- 100 Limita proximè expressam

- regulam 1. in maledicentia, quæ fit in actu officij: nam tunc, si actuarius de ea fidem facit per instrumentum, sufficit hæc probatio ad puniendum delinquentem. Limita 2. Si in instrumento confecto inter privatos delictum continetur, num. 101. Limita 3. in actis judicialibus, n. 102. & 103. Limita 4. in scriptura privata, numer. 104.
- 104 Scriptura privata quomodo probet delictum recognitione, & comparatione litterarum remissivè, & ibidem decisio Senatus, & num. 105.
- 106 Corpus delicti in homicidio, & alijs criminibus facti permanentis, per testes potest probari.
- 107 Quandoque corpus delicti sine scriptura non probatur, & ibi exempla, ac num. 108.
- 109 Quæ res ad sui probationem scripturam expostulent remissivè.
- 110 Remissio facta à Principe ad sui substantiam, non expostulat scripturam, secus verò ad probationem, cum decisione Senatus.
- 111 Notarius non potest conficere instrumentum visita-
- tionis absque iudicis mandato.
- 112 Notarius requisitus tenetur presentare quacunque instrumenta, & quascunque scripturas, & requisitiones, & ratio num. 113. vide num. 114.
- Limita in casibus tangentibus interesse Generalis, & in contractibus illicitis.
- 115 Constit. II. tit. de officio de Prothonotar. providens circa protestationes, & alias scripturas presentandas Excellentissimo Locumtinenti generali suæ Majestatis, & Doctoribus Regij Concilij quomodo prateticetur.
- 116 Officialis cum iurisdictione necesse debet intervenire in cada vere recognoscendo, & ratio.
- 117 In recipiendis testibus tres sunt actus iurisdictionales, qui hic enarrantur, & num. 117. 118. 119.
- 120 Tabelliones nullam penitus habent iurisdictionem.
- Notarij absque iurisdictione, & imperio iuramenta extrajudicialiter recipiunt contrahentium, & testium.
- 121 Iuramentum requisitum à lege debet prestari coram iudice, & non sufficit coram Notario.

- 122 Instrumentum visitationis confectum per solum Notarium de mandato iudicis teneret.
- 123 Explicatur quaedam clausula instrumenti recognitionis cadaueris.
- 124 Alia clausula eiusdem instrumenti exponitur.
Testes instrumenti recognitionis non probant absq; iuramento.
- 125 In Cathalonia testes debent esse maiores 14. annis, & quid de iure communi remissivè.
- 126 Exponitur alia clausula instrumenti recognitionis cadaueris.
Si constet de homine occiso, licet illius nomen ignoretur, valet inquisitio, cū decisione Senatus.
Quae praxis tunc sit servanda remissivè.
- 127 Succedit alia clausula instrumenti visitationis cadaueris.
- 128 Expressio armorum, quibus delictum fuit patratum necessaria in recognitione.
- 129 Periti regulariter non vocantur ad cadaueris recognitionem.
Culpa est nō intelligere, quod omnes intelligunt, vbi de dolo, & ignorantia crassa.
- 130 Examen testium debet fieri separatè, & non insimul.
- 131 Periti sunt vocādi ad corpus delicti, quando casus id postulat, & quomodo eis sit credendum.
- 132 Alia clausula explicatur recognitionis cadaueris.
Si cum multis vulneribus reperiaturo cadauer, & constet decessisse in continenti, praesumitur ex illis mortuum.
- 133 Sequitur alia clausula instrumenti recognitionis.
Nullum est maius signū mortis hominis, quam silentium, si Regis nomine vocetur.
- 134 Vassalli iussu Regis tenentur comparere, ac in bellico conflictu versari, & quid quoad nobiles.
- 135 Episcopi ad Regis vocationem venire debent, & ante Sedis Episcopalis possessionem, indemnitatem iurium regalium iurare, & num. 136.
Mandatum, quo aliquis vocatur, an debeat exprimere, quod fiat pro rebus cōcernentibus Regium servitium,
Persona etiam Ecclesiastica saepenumero vocatur cum litteris Regie Cancellariae ex causa Regij servitij.

- 137 *Assignatur ratio diversitatis, cur in receptione testimonium criminalium exponitur cognitos esse, non verò in recognitionis instrumento, & num. 138.*
- Notarij in instrumentis debent adhibere testes notos.*
- In Regno Castella tenentur Tabelliones cognoscere contrabentes, vel adhibere duos testes de eorum notitia ad falsitates evitandas.*
- 139 *Quando quis fuit vulneratus, & post aliquos dies decessit, quomodo probetur corpus delicti homicidij, usq. ad num. 146.*
- Si ex peritorum relatione constaret vulnera non fuisse lethalia, praesumitur mortuus vulneratus magis ex negligentia, quam ex vulnere.*
- 140 *Quando probatur vulnera fuisse lethalia, si sequatur mors, tenetur vulnerans de occiso.*
- 141 *Illato ab uno vulnere, etiam mortifero, si ab altero postea aliud vulnus inferatur, prior delinquens non de homicidio, sed de vulnere tenetur.*
- Pax vulnerati non sufficit eo mortuo pro nece.*
- 142 *Quoties adest dubium an vulnera sint lethalia, vel non, an tunc sit praesumendum vulneratum ex vulnere decessisse, & numer. 143.*
- 144 *Negligentia evidens est si Medicus non fuerit adhibitus pro curando vulnerato, & num. 145.*
- 145 *Adhibere Medicum imperitum similiter est negligentia. Qua poena teneatur Medicus, cuius imperitia nex contingat.*
- 146 *Medicus si certa mercede promisit curare egrotum, qui in eandem egritudinem recidit, non videtur curasse.*
- 147 *Si duo absque previo tractatu projiciant iactus tormenti manualis ignei adversus alium, & is unum tantum vulnus habeat, an possint ambo de homicidio accusari, cum decisione Senatus, num. 148. & 149.*
- Extante incertitudine homicidae, solus tractatus facit reos mortis auxiliantes, & intervenientes, & eo non dato, poena ordinaria non puniuntur.*
- 150 *Periti debent esse ad minus duo, ut eorum relationi fides tribuatur.*
- Limita, si commode duo non poss-*

possunt intervenire, vel si adest consuetudo vnum tantum vocandi, & num.

151.

151. De praxi nostri Regij Concilij circa precedentia, & cur ad corpus delicti vulneris vnus tantum peritus interveniat.

152. Facta omnia, aut sunt permanentia, aut transitoria.

153. Notorietas iudicialis tantum datur respectu facti permanentis.



DECISIO II.

I **D**UO apprimè tenenda sunt menti à Iudice, quæ processum possent nullum efficere; alterum circa personam suam versatur, vt competens sit ad iudicandum de crimine, ac de delinquente; alterum verò corporis delicti probationem respicit, qua deficiente ad punitionem nequit pervenire: quare institui in hac decisione aliqua enucleare circa vtrumque articulum, cum ambo ad processus validitatem tendant.

2 Defectus iurisdictionis in

iudice maximus est, vti proveniens ab ipsa causa efficients; dicitur namque Iudex, Imperator, Dux, basis, ac fundamentum iudicij. Bald. in rub. Cod. si à non comp. Iud. & non dicitur iudicatum, ab eo qui ius iudicandi non habuit. l. i. §. hæc verba, ff. quod quisque iur. l. 2. in fin. ff. de panis. Anchar. cons. 177. sub num. 2. Craveta. cons. 169. num. 4. & seq. Paris. cons. 114. num. II. & seq. lib. 4. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 56. vers. Et qui asserit se iurisdictionem habere, & ob id Iul. Clar. quest. 38. vers. Utterius quero, hortatur, quod iudex antequam inquirat, inspiciat, an locus in quo aliquis deliquit sit de sua iurisdictione, sequitur Guazzin. des. 1. cap. 1. num. 1. & 2. & per totum caput latè discutit iurisdictionis defectum esse insanabilem quoadocunq; & contra quemcunque iudicem ordinarium, ac delegatum opponi posse, & qualiter teneatur delegatus ostendere suam potestatem, & alia ad hanc materiam conducentia.

Insuper sine iurisdictione procedens, aut dubius de ea mortaliter peccat, & puniri potest. Solorzan. tom. 2. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 28. num. 26. Caball. cas. 291. Giurba cons.

24. à numer. 19. Farin. in prax. q. 114. in specul. 1. & 2. iurisdictioneque deficiente nihil actum valere fuse Salgad. part. 2. de Reg. protel. cap. 10. à num. 71. & cap. 17. à num. 4. & par. 2. de retent. cap. 17. à num. 14. & cap. 26. à num. 46. Pareja tit. 2. de edit. resol. 6. num. 331. Reg. Matthæu de re crimin. contr. 18. num. 19. & contr. 64. à num. 7. Navarr. tom. 2. in rubr. de iudic. à num. 68.
- 7 In specie iurisdictionis prorogata, non extante consensu superioris partis prorogantis, sententiam nullam esse edisserit Salgad. par. 2. de retent. cap. 17. num. 35. & cap. 27. num. 55. Ubi ex quibus inducatur tacita voluntas superioris, de qua quæstione videndi Barbos. de pension. q. 3. 4. & 5. Valenzuela conf. 74. Narbon. in l. 59. gloss. unic. à num. 4. tit. 4. lib. 2. recopilat. Carleval. de iudic. tit. 1. disp. 2. à num. 1058. 1073. 1093. & 808. Pareja tit. 2. de inst. edit. resol. 6. specie 2. à num. 233.
- 8 Pariformitèr antequàm iudex procedat ad aliquem actû, debet ei constare de corpore delicti, text. in l. 1. §. illud, ff. ad Syllanian. l. necessariò, §. 1. eodem, l. 1. §. si quis ultra, ff. de question. l. 1. Cod. vbi caus. Fiscal. l. Neratius, §. fin. ff. ad leg. Aquil. l. Divus Trajanus, ff. de milit. test. l. si is qui rem pignori, l. 2. §. silitium, ff. de furt. l. si quis legatum, §. exteri, ff. ad leg. Cornel. de fals. l. eius qui delatorem, vers. Nec enim, ff. de iur. Fisc. Bursat. conf. 316. num. 5. Roland. conf. 51. num. 9. Tusch. lit. D. concl. 158. Riminald. jun. conf. 426. numer. 6. Cephal. conf. 691. Hondedeus conf. 88. num. 9. Negul. conf. 365. num. 18. Monald. conf. 1. num. 85. vol. 1. Turret. conf. 9. nu. 6. & 11. Ægid. Bossius in pract. crim. tit. de delict. num. 1. Fontan. de pract. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 5. par. 2. n. 56. Sesse decis. Arag. III. Iulivus Chartarius decis. 39. n. 7. Caball. res. crimin. cas. 180. num. 1. Giurba conf. 37. num. 21. Carena de off. Sanct. Inquisit. par. 2. tit. 12. num. 171. & seq. & part. 3. tit. 1. in fin. & tit. 8. num. 57. Sperell. decis. 133. num. 23. par. 2. plures textus ex utroque iure adducens Pichard. in manud. 3. p. §. 3. num. 1. bene explicans Paz in prax. tom. 1. cap. 361. Bonden. colluct. leg. 46. num. 1. tom. 2. Ubi esse conclusionem aded certam in iure, & in praxi; vt nullus ex Doctõribus discrepet, quibus adde Iulivum Capon. tom. 2. decis. 87. post Robert. lib. 1. rer. judicat. cap. 4. fol. 17. Riccium part. 4. collectan. 910. & coll. 1935. p. 5. alios cumulando Conciol. resol.

sol. crim. 19. num. 1. verb. Confessio, & verbo Corpus delicti, ref. 2. num. 1. Cutell. in leg. Siculi, ad leg. Martini, contr. 5. fol. 43. Regens Cortiada decis. 80. num. 7. tom. 2. & tom. 1. decis. 21. nu. 101. vers. Sed vnum.

9 Ubi rectè notat, quod licèt sufficiat semiplena probatio delicti commissi, & qualitatis illius ad perdendum privilegiū fori: tamen de corpore delicti plenè constare debet: latissimè Regens Don Laurentius Matthæu de re crim. contr. 35. num. 14. & de regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 8. §. 2. num. 1. & seq. qui num. 6. declarat, ad procedendum contra fontem ratione criminis, necessariò ante processum debere de crimine patefieri, & rationes ab alijs mutuatas enodavit, ac etiam munijt; sed hoc intelligit respectu transmissionis, non autem receptionis informationū; quia ad hoc non esse necessarium, sed congruum vult cum Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 71. num. 3. vers. Quid ergo dicendum: Ex eoque movetur, quod iudices non debent multum ponderare iuris solemnitates accidentales, nè delicta manean impunita; monet tamen iudices, quod si probationis delicti consequutio moram nõ patitur, à corporis delicti per-

ceptione principium inquisitionis ordiatur.

Amplia præiactam regulam, vt adeò vera sit, quod si reus confiteretur delictum aliquod commisisse, non posset condemnari, nisi de ipso delicto aliter, quam ex eius confessione appareat; ex citatis per Antesignanum præclarissimū, primariumque olim Senatorem, Don Ludovicum à Peguer. in pract. crim. cap. 12. num. 4. cui concordantes præbent Caball. Giurba, Carena, Sperell Conciol. desuper allati, ex ipsis depromes reliquos, qui sunt innumeri, eos non transcribo, vt plures facient, & multis non displicet laudantibus diligentiam tantæ cumulationis Authorum; quam tamen diligentiam Fontan. decis. 584. nu. 11. negligentiam appellat, in quo ei non adstipulabor; sed laborem scribentium in hac parte perpendo non inutilem quandoque lectoribus, gaudeo profectò plerumque, vt Fontanella, dum calamum ad prælum assumo brevitate in non nimis effusa Doctorum allegatione.

Ex proximè traditæ ampliationis oblivione, & incuria, cū multi imperiti Assessores in Curijs iudicum inferiorum retrò elapsis annis, lamias ad mortem condemnassent, eo mo-

11

12

13

motivo, quod confessæ ipsæ fuerant homicidia per sortilegia perpetrasse, cum tamen de corpore delicti non constaret, videlicet pueros, aut alios mortuos, fuisse scelere interceptos: Regium Concilium tot erroribus, & iniquitatibus remedium adhibuit, imperitis cohibendo tam pessima exemplaria, & admodum rationaliter: quia quando loquimur de sortilegijs, quæ post se aliquod relinquunt vestigium facti, tunc debet iudex ante omnia probare corpus delicti, ex prælibata, & communissima Doctorum traditione, pro uti in terminis horum sortilegiorum ita docuerunt Martinus Delrio, & alij allegati per Cæsar. Carena *de offic. Sanct. Inquis. p. 2. tit. 12. §. 20. n. 173.*

14

15

16

Quapropter perpendit Francisc. Ferrer *super Const. hac nostra, temp. 1. decl. 2. num. 8. & 15.* Iudices supremos, parùm, imò nunquam inclinari ad ferendas pœnas capitales contra lamias, seu sagas, sub alio nomine strigias, vulgò *Bruxas*, admonetque tantum invenisse vnam Dolanam *decis. 33. Griwelli*, vbi pœna mortis imposita fuit absque vlla tamen bonorū confiscatione; Et amplius observat Francisc. Ferrer *n. 27.* sagas confiteri solere delicta,

& maleficia sibi ipsis imputare, quæ nunquam contigerunt, & experimento ita comperuisse in casibus per eum traditis recenset. Ac eo defectu laborare ibidem docet, quod tales confessiones plerumq; sint absque die, quo vitio extante nullam de ipsis haberi posse rationem defendit, nixus Griwello *decis. 43.* adde Bossium *in præct. tit. de confess. num. 43.* Farin. *quæst. 81. nu. 31.* Guazzin. *defen. 32. cap. 1. num. 11.* Carena *de offic. Sanct. Inquis. p. 3. tit. 8. num. 49. in fin.* qui vnanimiter tenent, confessionem, ut noceat, debere esse factam de delicto certo cū expressione certi loci, ac aliarum circumstantiarum.

17

Acrius igitur sæpè citatus Ferrer execratur iudicum inferiorum sententias, qui vel ultra modum lamias puniunt, vel non condignè, dum ad mortē damnant, & confiscationem bonorum omittunt; sed de hoc puncto non inania tradentur *decis. 22.*

18

Aliam etiam rationem adhibet, quod confessiones lamiarum, communiter sunt inverisimiles, quibus ius, & natura resistit, provenientes magis ex somnijs, quam ex realitate facti, & ita damnosæ esse non debent; & tandem exempla-

19

pla-

plaria enumerat nostri Regij Concilij, cum quibus de anno 1627. mulieres de lamiatu impetitæ apud iudicem inferiorē, interposito recurſu ad Regium Concilium, obtinuerunt in eo, adiecto quod dimitterentur à carceribus cum manuleuta, seu cautione de ſe repræſentando ſub certa die, qua effluxa non comparuerunt, nec fuerunt requiſitæ ob rei modicitatem, & ad alios rurfus caſus progreditur, nec obliſcitur actum generalem Inquiſitionis celebratum Barchinone per Inquiſitores hæreticæ pravitatis 10. Maij 1627.

20 Decipiuntur non ſemel ſagæ in his, quæ ſe credunt cum dæmonibus operari: Unde fit, veram eſſe animadverſionem noſtri Franciſci Ferrer, de qua ſupra, vt earum confeſſionibus parùm fidere, & credere debeāt iudices, imò equitationes, & conventus, ac translationes de loco ad locum per lamias iactatas, commentitias, phantasticas, & illuſorias eſſe, & ſola cogitatione animi, ac diabolica illuſione in illis intereſſe, tenuerunt relati per Caball. caſ. 209. num. 3. tom. 2. ex Hispanis Fr. Samuel, & auctõr fortalitij fidei, Minorita Martin. de Arlès, Canoniſtæ; ex Italis Ponzi- nib. in integro ſerè libro de hac

materia. Ioan. Bapt. Porta lib. 2. mag. natural. Alciat. lib. 8. Parerg. c. 22. Ex Gallis Duaren. Ærodi & Michael Montan. Ex Anglis Ioan. Salis Burrien. lib. Polycrat. cap. 17. in fin. Ex German. Phil. Camerar. extremo cap. 72. operæ ſucceſſivæ; Ulric. Molitor de Python. mulierib. cap. 8. Leonard. Vayrus lib. 2. de facinorib. cap. 13. quibus adhibēdi Navarr. in manual. cap. II. num. 38. verſ. 32. Fr. Emanuel Rodriguez in ſum. tom. 1. cap. 7. num. 9. qui dicunt peccare mortaliter id credentes. Villalobos in ſumm. 2. p. tit. 38. diff. 10. num. 6.

Adverſantem tamen opinio- 21 nē ſectantur cõmuniter Theogi, imò, & Iuriſconſulti Italia, Hispaniæ, Germaniæ. Albert. Magn. apud Cantiprato lib. 2. cap. 57. part. 19. Turrecremat. ſuper Grilland. lib. 2. de ſortileg. q. 7. num. 8. Ubi fatetur ſe ſententiam mutaffe. Pegna in direct. Inquiſit. p. 2. comment. 68. Caietan. 2. 2. q. 95. art. 3. alij crebrò recēſiti per Martin. Delrio in abſolutiſſimo opere de diſquiſit. Magic. per plures apud Barboſ. in collectan. ad cap. Epifcopi 26. q. 5. haurientes ex Patribus Orthodoxis, S. Gregorio, S. Stephano, S. Auguſtino, & S. Thoma: Ex quibus ita docuerunt Alphoñſ. de Caſtro

de iusta hæreticor. punit. lib. 1. cap. 16. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 16. à num. 23. Lessius de iustit. lib. 2. cap. 44. dub. 3. num. 15. & 16. Azor instit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 25. q. 3. & copiosè allegans Fermosin. tract. 1. de legib. Ecclesiast. ad cap. Ecclesia Sancta Maria 10. de const. q. 59. num. 15.

22 Illi tamèn secundæ sententiæ affectu mendacia multa sagarum enarrant, & profitentur, quibus vana credulitate, eas suaderi testantur ad ea, quæ nusquam peregerunt, & sæpe accidere striges sola imaginatione deferri, & alia in loca transfuehi, monet expressè Fermosin. *qui prox. & num. 6.* refert respondentes ad dict. *cap. Episcopi loqui, non de lamijs, & strigibus, quæ nunc vsitantur, sed de quibusdam solum mulierculis, quas dæmones fallebant, modo in dicto capite descripto, vel de credentibus cum illis ibidem narratis, nempe, vt huiusmodi lamiæ epulentur cum Dea Diana, & cum Dea Herodiade.*

23 Veteres in proxima attackta fortilegarum potestate credenda, proclives admodum, & leues processerunt, testes sunt Poetæ latini. Virgil. *Ecgl. 8.* sic cæcinit.

Carmina vel celo possunt deducere lune,

Carminibus Circe, socios mutavit Ulixis,

Frigidus in pratis, cantando rumpitur anguis

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena

Ipsæ dedit Maris, nascuntur plurima Ponto

His ego sæpè lupum fieri, & se condere sylvis

Marim sæpè animas imis exire sepulchris,

Atque satas aliud vidi traducere menses.

de Medæa insigni incantatrice Ovid. *metamorphos. lib. 7.*

fab. 1. de Circe, lib. 14. Alia inducunt Tibull. *lib. 1. eleg. & 8.*

Propert. lib. 5. eleg. 12. Petron. arbiter Nemesian. *in Buccolic.*

Accuratissimè, sed grandiloquo Lucanus, nec prætermittendus Claudian. *2. lib. in Rufum.*

Fastidiosum nõ credidi fabulas per transfennam pertigisse, quamvis enim earum vana sit cognitio, quandoque utilis iudicatur, authore Seneca *epist. 88. fol. 176.*

En quomodo iuvare nõ possunt, pro corporis delicti certitudine, sagarum confessiones fermè inverisimiles, cum inverisimilitudo imaginem præferat falsitatis. Farin. *de opposit. contr.*

24

24

24

24

24

contr. dict. test. q. 65. n. 144. ubi de testibus qui inverisimilia deponunt. Reg. Matthæu de re crim. *contr. 40. num. 92.* in specie testium defensionis *ex l. ob carmen. 21. §. 3. de testib; novissimè sapientissimus, ac ubique univèrso plausu receptus Bonden. colluct. 38. num. 346. vol. 2. ex l. qui habebat, ff. de legat. l. fin. ff. de eo quod met. caus. post Ruin. cons. 1. sub n. 2. lib. 5. Cephal. consil. 76. num. 52. lib. 1. Valenz. consil. 113. num. 59. tom. 2. Spada consil. 206. num. 9. lib. 3. Franchedin. consult. 46. num. 34.*

25 Edisce tamèn notabilè differentiam, quam tradit Fermosin, *ad d. cap. 10. de constit. q. 59. num. 25.* Vbi quod respectu sortilegij solius; lamiatus, non tam difficilis sit probationis, sicut quoad infanticia, & alia à lamijs perpetrata, super quibus notat *num. 26.* non esse facilè fidem sagis adhibendam, nisi prius constiterit infantes ipsos eodem tempore perijsse, *ex cap. & si Clerici de iudic. l. nemo. l. multi, Cod. de malef. & mathemat.* Hæc circa corpus delicti lamiatus; nunc de iurisdictione ad illud puniendum videamus.

26 Crimen hoc lamiatus, & sortilegij, consistentis in superstitione quadam illusoria, & sum-

mè noxia, qua homo vitur dæmonis ministerio; à quo iudice sit cognoscendum, & iudicandum, dissidio inter Doctores dirimitur: Prima opinio fuit, præmemoratum delictum esse mixti fori, & eius cognitionem, tam ad iudicem Ecclesiasticum, quam ad iudicem Seculare spectare. Sic propugnat Grivell. *decis. 33. nu. 31.* ubi ait, sine dubio procedere quando cum hoc crimine admiscetur facta, ut putà, homicidia, cædes animalium, tactus, vel minæ, aut tractatur contra bonum Reipublicæ: hoc enim casu, solos seculares iudices, inquit, procedere posse, etiam non vocato Inquisitore: ita Grivell. Dolanus pluriès decisum fuisse memorans per *cap. accusator, §. sanè de heret. in 6. ad rationam 7. q. 1. ubi*

Pro mixto foro stabiliendo, de communi testatur Iul. Clarus *§. heresis, vers. fin. Pichard. in syntagmat. com. opin. verb. Sortilegij crimen. Binsfel. tractat. de confess. malefic. prælud. 13. De Regno Franciæ Papon. arrest. lib. 22. tit. 3. arrest. 1.*

29 Secundam sententiam omninò contrariam nupèr expresse tuctur Carena *de offic. Sanct. Inquisit. par. 2. tit. 12. §. 15. à num. 140.* ubi Inquisitorem esse iudicem omnium sortilegio-

rum, tam hæreticalium, quam
 nõ hæreticaliũ privativè quo
 ad iudices laicos, ex *Suaccia*
de iudic. lib. 1. cap. 11. numer. 52.
 7^o de Regno Franciæ confirmãs
 ex Papon. *lib. 22. arreston. tit. 13.*
arrest. 2. de Regno Neapolis
 ex Thoto *in compendio. descrif.*
Regn. part. 3. sect. 3. verb. Re-
missio petita per iudicem Ecclē-
siasticum. de Regno Arago-
 num ex Sesse *de inhibiti. instit.*
Arag. cap. 30. §. 1. numer. 43. &
seq. inq. v. del. uano. timb.
 30 Tertia est assertio putantiũ,
 strigum punitionem nihilomi-
 nus reservari Inquisitoribus,
 propter infanticidia, & alia ne-
 fãda, & atrocã delicta, eo quod
 dæmonum ope facinora ista
 committantur, & quia miseri-
 cordiæ dignæ non sunt malefi-
 cæ tam fæva exercentes; ita
 adducti per Simanchas *de Ca-*
thol. instit. dist. tit. 37. de la-
mij, ubi. 17. traditum per Fer-
 mosin. *ad d. cap. 10. q. 59. de con-*
stitut. numer. 25.
 31 Quarta est opinio Caball.
tom. 2. cas. 209. vbi concludit,
 quod exercentes sortilegia, in-
 cantationes, & artem divinan-
 di, medendi, & huiusmodi, &
 pro ijs similibus dæmones in-
 vocantes, puniri debent ab In-
 quisitore, vel loci ordinario
 iudice Ecclesiastico, & nulla-
 tenus à iudice Seculari, qui nõ

potest aliquo modo directè, vel
 indirectè in hijs se intromitte-
 res in tantum, quod si ipsi iu-
 dices Seculares tales strigias
 in fortijs habeant pro infanti-
 cidij, vel alijs delictis secula-
 ribus, debeant ipsas, & proces-
 sus, Inquisitoribus transmitti-
 re, & ij peracto processu, iudi-
 cibus secularibus restituent,
 qui aliorum criminum iudiciũ
 iam captum terminent: appo-
 sitè Bisfold. *de confess. sagrar.*
pralud. 14. fol. mibi 143. Cyriac.
contr. 435. numer. 30. tom. 3. Ubi 32
 quod respectu delicti non me-
 re spiritualis, reus relaxatur
 Christi Seculari: species Cyria-
 ci erat de abusu commisso in
 Sanctissimo Sacramento Eu-
 charistiæ. *cupid. 7. 22. tom. 22. p.*
 non Et huic vltimę opinioni, 33
 cui adhæsit Fermosin. *ad dict.*
cap. 10. de constit. q. 59. numer. 25.
 ego libens subscribo quoad
 sortilegia hæreticalia; diffiteri
 namque non possumus, Inqui-
 sitorès cognoscere de omnibus
 causis hæresis, vel hæresim sa-
 pientibus privativè ad iudices
 Seculares, cum annexis, &
 connexis. *c. ad abolendum, cap.*
inquisitionis de heretic. in de-
cretalib. & in 6. Torreblanca
de magia, lib. 3. cap. 6. cum seq.
 & *de iure spirituali, lib. 13. cap.*
 1. *cum seq.* copiosissimè Sesse *de-*
cis. 439. tom. 4. & de inhibiti.
 cap.

cap. 30. §. 1. à num. 2. cum seq. lib. 4. Tondut. de prevent. iudic. p. 2. cap. 1. num. 11. & par. 2. cap. 27. num. 9. Carleval de iudic. lib. 1. disp. 2. num. 769. Sorlozan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24. num. 26. Thomas Delben. de immun. Eccles. tom. 2. cap. 10. dub. 2. sect. 2. Don Ioseph Velain cap. 1. à num. 80. ad 101. par. 1. de off. ordin. Iulius Chartar. decis. 2. 71. & 90. Barbosa in cap. accusatus, §. sane à num. 18. & in addit. à num. 1. de heret. in 6. Diana in summ. par. 2. verb. Inquisitorum iurisdic. tio, à num. 56. ad 103. Reg. Matthæu de regim. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. à num. 1. & sect. 2. à nu. 1. ubi de de astrologia iudiciaria, & alijs fortilegijs, longam intexuit tractationem, & regulam nostram adeo firmam appellat, ut nullum possit habere contradictorem Catholicum. Regens Cortiada decis. 30. num. 12. & 22. cui iungo Fermosinum, qui supra.

34 Inter crimina hæresim sapientia connumerant Doctores præcitati maleficia, incantationes, & superstitiones; & merito, quia lamix, striges, si-
vè sagæ fidem negant, & multa faciunt, quæ hæresim manifestè redolent, quia communi-
ter Apostatae sunt à fide Catho-

lica, omninó ab ipsa recedentes, quapropter coram Diabolo Christum, & Ecclesiæ Sacramenta negant, ac spernantur, diabolo se submittunt. Rojas de heret. par. 1. sing. 96. nu. 6. Simanch. de Catholic. instit. tit. 37. num. 13. Ubi refert, hæce
lamias principio suæ hæresis
solere totaliter à fide recedere, & postea dæmonibus cultum præbere, ac exinde foedus cū illis contrahere, & ad foeda, & horrenda progredi. Spined. in tract. de strigib. cap. 5. idem Simanchas, Malleus malefic. p. 1. q. 17. & propterea Martin. Delrio dequisit. magic. lib. 5. sect. 5. docet, quod lamix sunt suspecte de hæresi, sic ut raro hæc suspicio fallat, cum semper eorū facta, hæresim sapient manifestam, prosequitur Fermosin. ad dict. cap. 10. de Constit. quest. 59. num. 1. & seq. confort Franciscus Ferrer sup. Const. hac nostra, temp. 1. decl. 2. à num. 25.

36 Igitur consequens est, cognitionem contra reos horum criminum ex causa fidei pertinere ad Inquisitores, & si forte iussu secularium iudicum sint detenti, ad illos transmitti debere; & consequenter amplectendam non esse primam opinionem superius adductā Grivelli, & aliorum tenentium, delictū istud esse mixti fori, adeo
quod

quod iudex secularis efficiatur competens, nēdum ad cognoscendum de factis hæresim concomitantibus; sed etiam de ipsa hæresi: agebatur enim in casu Grivelli de muliere sortilega, quæ falsa fuerat se bis, aut pluriès interfuisse nocturnis maleficorum conventiculis, fidem, & Religionem Christianam prius abnegasse, eique, & Sacramentis omnibus renuntiassè, simulque sacrilegam professionem per expressum pactū fidelitatis penitūs emisissè, homagium diabolo inter maleficas consuetum præstando, horrisona, quæ dæmonibus libantur sacrificia peragendo, & alia huiusmodi enormia, de quibus omnibus iudicasse, refertur, Senatū Dolanum propter facta suæ iurisdictionis, quæ cum illis admiscebantur.

37 Conclusionem nostram in terminis sortilegij hæresim manifestam sapientis probavit D. Iosephus Vela in prælect. ad cap. 1. de off. iud. ordin. num. 83. textuum, & Doctorum fertili segete, & inter eos Fachine. contr. iur. lib. 9. cap. 87. vers. Respondeo id verissimum. Petr. Caball. cas. 223. n. 63. Avendaño de exequen. mand. 2. p. cap. ult. num. 1. circa fin. Marta de iurisdic. 2. p. cap. 12. numer. 10. in princ. cuius sortilegij hære-

ticalis punitionem, & cognitionem privativè ad Inquisitores pertinere solidavit.

Quam obrem iustè Fermo- 38
sin. d. cap. 10. de constitut. conqueritur de iudicibus secularibus, qui strigas, & lamias absolute furca suspendi iubent, propter infanticidia ab ipsis commissa, vt servatur de consuetudine in Regno Aragoniæ inter Baronos, & vassallorum dominos; ita vt quamvis ipsæ delinquentes petantur ab Inquisitoribus, vt puniantur de delicto hæreticali, nihilominus ad executionem poenæ mortis perveniunt, quod absolum videtur, cum exploratum sit, reū 39
pro quocunque crimine captum per iudicem secularem, si ex causa fidei ab Inquisitoribus petatur, clauso, vt dicunt oculo illicò tradendum, seu liberandum esse; vt ex Aragonensibus probat Sesse de inhibet. cap. 30. §. 1. à num. 29. ad 120. ex Valentinis, Matthæu qui supra, dist. sect. 1. num. 6. & 7. De Regno Castellæ, Pareja de instr. edit. tom. 2. tit. 10. res. 4. num. 41. ex nostris Regens Cortiada decis. 30. nu. 36. exemplaria referens, & novissimè fuit observatū per Regium Criminale Concilium ad relationem doctrinæ, ac ingenij acie præstantissimi Francisci de Portell Iud. Reg. Curia,

ria contra Ioseph. N. aliàs Renegafans 27. Octobris 1685.
40 Scriba Riambau. Et ratio pietate, & orthodoxa Religione, est conspicua; quia si hæreticus, antequam fuisset remissus Inquisitoribus, morti traderetur, anima ipsius hæretici periret, & sine salute ad inferos perpetuò cruciâda, adventaret; quod omninò est fugiendum. Scsse d. cap. 30. ex num. 55. Fermosin. d. cap. 10. de constitut. n. 40.

41 Tertia autem opinio autumantiû strigû punitionē ad Inquisitores pertinere propter ea, quæ suis sortilegijs accedût, vt puta infanticidia, cædes, & alia similia, sustineri non potest; nam prima ratio cui nititur, eo quod dæmonum opē hæc scelera perpetrantur, valdè debilis agnoscitur: in omnibus enim delictis dæmoniaca instigatio exurgit, cum ipse rugiat, vt homines deperdat 1. Petri 5. 8. Alexander Papa in cap. nulli dubium est 3. q. 1. charitatem vulnerare, Sanctorum operum dulcedinem invidia felle inficere conetur. Ioannes Papa Isaac Syracusano Episcopo scribens in Canon vists literis, §. conatur namque 16. q. 2. pacis est emulus, atque zizaniarum sator, vt eum appellat Bonifacius octavus in extravag. super Cathedram 2. §. ab olim de sepul-

42 tur. inter communes.

Alia autem ratio, qua eadē 43 innititur sententia ea est, quoniam indignæ videntur venia, maleficæ tot strages patrantes, quæ execratio displicuit Arnaldo, & Albertino adductis à Fermosin. ad dict. cap. 10. q. 59. de constit. num. 25. quibus videtur; quod si dictæ lamix, & striges redire velint ad agendâ condignam pœnitentiam, poterunt relinqui Curix Seculari, cum nullo modo infanticidiorum cognitio, item, & aliorum criminum præter hæresim ad Inquisitores spectet, quippè se vitij sceditate notarentur Inquisitores, qui talibus maleficis beneficium absolutionis, & pœnitentiam salutarem non indulgerent, cum non sit in Inquisitorum potestate claudere gremium Ecclesiæ, nisi impœnitentibus, aut relapsis.

44 Percurrimus vsquequò opiniones excogitatas, circa sortilegia hæreticalia, cum alijs factis extra hæresim commissa, hæc iudicibus secularibus dantes, illæ Inquisitoribus privativè competere sentientes; examinemus nunc magis radicatus, quid tenendum de opinione Carenx, & aliorum volentium hodiè de sortilegijs etiam non hæreticalibus solos Inquisitores cognoscere. Sanè Fermos-

mosin. d. cap. 10. q. 59. de constit. num. 13. affirmat, quod si Inquisitores, de lamijs viderint eas non esse hæreticas, nec de hæresi suspectas; tunc quidem sine vlla difficultate, facient restitui iudicibus secularibus, qui primò cognoscere incepissent, vt tales iudices laici cognoscant de infanticidijs, alijsque delictis extra hæresim, non ex processu per Inquisitores fabricato, sed ex proprio, & allegat Simanc. Campegium. Farin. verum est quod præmissus Fermosin. hæsitat in casu, quo primò prædictæ lamiæ fuerunt apprehensæ ab Inquisitoribus, & incarceratæ, & se refert ad per eum alibi dicenda.

45 Don Ioseph. Vela in prælect. add. cap. 1. de offic. iud. ordin. num. 80. defendit huiusmodi sortilegium non hæreticale mixti fori esse, quando scilicet sortilegium hæresim manifestâ non sapit, vtpotè quotiès nec hæreticorum societas intercedit, nec corpus, aut sanguis Christi, nec dæmonis invocatio, cum adoratione Patriæ, vel Dulix, vel sub expresso pacto cum co inito, licet citra adorationem, vel si pactum, aut sacræ rei mixtio intervenerit ad ea, quæ dæmon sui virtute facere potest, vel circa libidinis actum consequendum, aut è conuerso,

vel ad salutem comparandam, aut infirmandam, vel circa iudiciariam astrologiam practicandâ, vel alia efficiendû diabolico adiuvamine, permissio- ne divina extante, pro vt exemplificat num. 84. cum Farinac. de delict. & pæn. q. 20. num. 80. & 84. cum duobus seqq. & de hæresi, q. 181. num. 54. 56. & §. 3. per tot. Marta de iurisdict. 2. p. cap. 12. num. 5. & 9. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. à n. 38. Torreblanca in epitom. lib. 3. cap. 8. per totum.

46 Quare constanter asseverat Vela, in sortilegio huius secundæ speciei à laico commisso, locum esse præventioni, iure communi inspecto, inter ordinariû iudicem Ecclesiasticum, & secularem; attento verò iure novissimo, nedum inter ordinarium Ecclesiasticum, & secularem, sed etiam inter eos, & Inquisitores, pro vt quisque prævenerit; & ante eum de iure communi tradiderunt Abbas num. 3. Socin. num. 6. in cap. 1. de sortilegijs. Paul. Grilland. de sortileg. q. 1. nu. 4. ad fin. resolvunt Iul. Clar. lib. 5. sententiar. §. hæresis, num. 25. vers. Et hoc secundo casu. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 26. n. 10. Farin. tom. 1. crim. q. 8. nu. 133. Bovadill. in polit. lib. 2. cap. 17. num. 73. Thom. Valasc. alleg.

jur. tom. 1. alleg. 13. n. 94. Gabr. Pereyra de man. Reg. lib. 2. cap. 65. num. 33. Moura de incantat. sect. 3. cap. 1. num. 5. vers. Unde dicendum.

47 De iure novissimo adducuntur motus proprius Sixti 5. qui extat inter constitutiones relaxas à Laercio Cherubino in bulario Apostolico, tom. 2. const. 17. quo permoti sic determinant Ioan. Azor. 1. tom. instit. moral. lib. 9. cap. 26. q. 4. vers. Quæres deinde, Sanchez. in summ. lib. 2. cap. 38. num. 92. Farinac. de delict. & pæn. q. 20. num. 112. in fin. & de hæres. q. 181. nu. 7. 28. 59. & 101. Moura d. cap. 1. num. 4. 7. 8. ubi non esse in Lusitania usu receptum eum motum proprium advertit Soufa in aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 58. num. 3. & 4.

48 Unde infert Vela num. 90. parùm vtilem esse disputationem, ad quem pertineat cognitio, an sortilegium sapiat manifestam hæresim nec ne? vtrum ad Inquisitores, vel ad iudicem ordinarium Ecclesiasticum, aut secularem, de qua Glossa verb. Manifestè in cap. accusatus, §. sanè de hæret. in 6. Geminian. Abb. Panormit. in dict. cap. 1. de sortilegijs. Socin. & Annan. ibid. Simanc. de cathol. instit. cap. 30. de hæres. num. ult. Tiber. Decian.

in tract. crim. lib. 5. cap. 21. nu. 3. vers. Quando hæresis, & vers. Item solus, cap. 23. num. 1. & cap. 25. num. 3. limit. 2. Marta de iurisdic. 2. p. cap. 12. num. 11. & 12. Caball. cas. 123. num. 73. quia, vt Vela contendit, aut Inquisitores prævenerunt ratione superstitionis, & ad eos solos pertinebit cognitio; aut non prævenerunt & ordinario, qui prævenit, cognitio remanebit, & si invenerit sortilegium sapere hæresim manifestam, tenebitur causam ad Inquisitores transmittere.

Ego tamen in ea resideo sententia, quòd mixti fori nunquam sit cognitio lamiatus, & sortilegij, nec vnquam sit locus præventioni in hisce delictis, sed irrefragabiliter teneo, quod si hæc crimina à præsumptione hæresis vehementi sint omninò semota, solus iudex laicus de illis cognoscet, & ita non concuro cum Carena ubi supra, & suis sequacibus, dum voluerunt vniversaliter sortilegij, & lamiarum punitionem ad Inquisitores spectare, sive hæreticale sit facinus, sive nò: Si autem reus talis flagitij, sit de hæresi vehementer suspectus, solis Inquisitoribus cognitionem tribuo, nec assentior Don Iosepho Vela, & alijs supra enumeratis, quibus acce-

dit Barbosa *de potest. Episcop. p.3. alleg.51. à num.120. & multis sequentibus*, vbi cum longa Doctorem, & textuum serie, de magicis, supersticiosiis, divinoribus, sortilegijs, auguribus, Necromanticis, somniantibus, Astrologis, de poculis, & carminibus amatorijs, & an habeant vim aliquam naturalem, ad homines invitos alliciendum ad amandum, vel potius ad inducendum furorem cum effectibus physicis, & visibilibus.

51 Probatur hæc mea opinio quoad primam partem auctoritate Reg. Sesse *decis. 464. n.9. & 18. tom.4.* vbi concludit omni iure antiquo, & novissimo, invocationem dæmonum, etiã absque cultu, & reverentia, sed consulendo eos tantum, vt socios, amicos, & peritiores, tamen non concludat, & sapiat hæresim probatam, & manifestam, sapere tamen hæresim vehementi præsumptione, de qua cognoscit Inquisitor, non verò de levi, vt idem Sesse ait, & ante eum Castro *de hæretic. cap. 15. fol. 81. verb. Deinde hodiè tamen*, & firmiter in suo placito persistit Sesse respectu locorum, in quibus Pontificia constitutio Sixti 5. de qua ibi meminit non fuerit vsu recepta, & hoc modo est intelligendus

idem Sesse *decis. 466. num. 18.* nè sibi contrarius remaneat.

Et generaliter, suspectos de hæresi suspitione vehementi, remanere subiectos iudicio Inquisitorum, omnes Doctores tenere attestatur Regens Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap.7. §.3. num. 243.* adductis Suarez *to.1. de Relig. lib.2. de superst. cap.11. nu.30. & tom.2. tract. de irreligios. cap.11. n.34.* Valent. *2.2. disp.6. q.12. p.1. in fin. & p.3. col.3. vers. Si autem.* Molfes. *in Theolog. moral. tract. 11. cap.7. num. 120.* Nald. *in sum. verb. Astrologus, num. 4.* Delrio, Castropalao.

Ratione idem non inefficaci suadetur; nã hæresis suspicio purganda est per abiurationem. Caren. *de offic. Sanct. Inquisit. par.3. tit.12. §.3. nu.4.* vbi quadruplicem abiurationem constituit iuxta gradus hæresis, & suspitionum, explicat Iul. Capon. *disc.95.* quando levis, & quando vehemens imponenda, & defedit Regularem abiuratum de levi, & non pœnitentiatum in Sancto officio, esse eligibilem in dignitatibus, & prelaturis suæ Religionis, de quo etiam Carena *d. tit.12. §.4. num. 14.* quæ pœna apud Inquisitores in vsu est, ad eosque pertinet examinare, an in factum foedum inciderit suspectus,

tus,

tus, præsertim vehementer cum errore intellectus, vel sine eo, vt extante errore, cum puniat
 56 tanquam hæreticum, cum erroneo intellectu non dato hæresim adesse non posse indubitatum habeamus. Pegna *in addit. ad Eymereich. in direct. Inquisit. part. 2. q. 1. coment. 26. fol. 246. col. 2. vers. Ac hæresis, quem refert Farin. de hæresi, q. 178. §. 1. nu. 9.* Unde emanat quod fures, adulteri, homicidæ, & notorij delinquentes, sic furando, adulterando, delinquendo, licet agant contra veritatem scripturæ, non reputentur hæretici; tales tamen censentur, & Inquisitores contra eos procedent, quando pertinaciter assererent, licitum esse furari, & alia nupèr expressa, operari.

57 Quare vigente suspitione hæresis in abusu alicuius Sacramenti, crimen non reputari mixti fori, sed semper spectare iurisdictionem ad Inquisitores, cum Simanc. sensit Farin. *de hæresi, q. 181. §. 1. n. 19.* pertractant Gutierr. *lib. 2. præct. q. 8.* Salgado *p. 2. de retent. bul. lar. cap. 33.* Cyriac. *contr. 435.* à Farinacio non recedo, extante, vt præhabetur, vehementi hæresis præsumptione, adeo vt ad intentum videatur, inanis hæc disputatio, cum vt præmissi

num. 57. scelera lamiarum, sæpè hæresim sapiat manifestam; & certè exempla designata à
 58 Vela *ad direct. c. 1. de off. iud. ordin. num. 84.* de sortilegio non hæreticali, ita vehementem secum ferunt hæresis præsumptionem, vt dignè mereantur coërtionem Inquisitorum, pro vt benè notat Sesse *qui supra, d. decis. 464. num. 18.* Congruit
 59 namque in hijs versari Tribunal tam sanctum, & venerabile, adversus hæreticam pravitatem, & Apostaziam erectum, ad hæresim propulsandam, puritatem in fide custodiendam, & tam impuras fordes exterminandas, velut ex historicis extulerunt. P. Mariana *de reb. Hispania, lib. 24. cap. 17.* Zurita *in indicib. latin. anno 1484.* Ex Iurisperitis, Eyme. *in direct. Inquisit. 3. p. num. 37. in fin.* Param. *de origin. & progres. Sanct. Inquisit. lib. 2. tit. 2. cap. 2. cum seq.* plures apud Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24. num. 4. cum seq. & in politic. lib. 4. cap. 24. in princ. & in notis litt. C. & duobus seq.* cum
 60 multiplici allegatione, Mattheu *de regim. Reg. Val. cap. 7. §. 3. num. 1. addend.* Salgad. *2. p. de recent. cap. 33.* Iul. Capon. *tom. 1. discip. 41.*

Relinquantur hæc tam mirabili fidei propugnaculo, in quo

errores, ad fidem obnubilanda intenti, mucrone ex ytraque parte efficaci extirpantur, & in nullo Ecclesiæ foro, tam sanctè, tam sedulò, & ritè peraguntur, vt est videre pænes Carena de offic. Sanct. Inquis. l.p. tit. 4. §. 5. & tit. 5. ac in antelud. §. 4. num. 42. quæ sunt illius tribunalis, non auferamus ipsius cognitioni, sed tribuamus animi alacritate, & pace, Senatorum sic simus Aristotelis in sua prudenti, ac laudabili sententia; *Magistratus si concordēs sint, facile Rempublicam moderaturos, discordibus verò plebem ipsam dominari;* & Gregorij lib. 19. in Job. ibi: *Peruersæ mentes si semel ad studiū contrarietatis eripuerint, siue pravum, siue rectum quid à contradicentibus audiant, aduersis hoc respansionibus impugnant: quia cum persona per contrarietatem displicet, neque rectè, que protulerit, placent.* Ita Simanc. de cathol. instit. tit. 34. num. 19. Regens Leo decis. 2. n. 36.

62 Præterea destructio Reipublicæ nascitur ex tribunalium perturbatione in exercitio iurisdictionis, vt dixit Oforius lib. 1. de reg. institut. ibi: *Omnis Reipublicæ interitus in munerum perturbatione consistit, dum enim quilibet negotium suum nõ facit, sed alienum officium, atq;*

munus vsurpat, nihil rectè, nihil ordinatè fieri potest, sed omnia perturbari, & commisceri, necesse est: liberè profecto animus aperiendus est, & quæ, cuique tribunali debeatur iurisdictionis, agnoscaturs nec subtilitatibus, vt Regaliæ defendantur, hærendum; pro vt religiosè exclamat Fontan. decis. 324. num. 27. de nonnullis Doctorebus parùm iurisdictionem Ecclesiasticam zelantibus.

63 E conversò verò Inquisitores non transgrediantur fines conceditæ eis potestatis extra casus fidei, vel vehementis de fide suspicionis, gladiū suum porrigentes: sunt enim Regaliæ Domini nostri Regis strenuè tutandæ, ac sustinendæ. Jacob. Calic. in Margarita fisc. in princ. num. 5. Peregrin. de iure Fisc. lib. 7. tit. 2. num. 7. Fontanella to. 2. decis. 358. n. 6. & 7. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 8. num. 83. & si casus competentie 64 accedat, nec fastidio, nec averso animo venit disputandus, juxta Ciceron. Philipp. 2. *me non cum homine solere, sed cum causa dissidere.*

65 Attestari possum de meo tempore, quo in Regio Criminali Concilio, per plusquam tria lustra, exercitio Iudicis Regiæ Curia intercluso, assiduus assideo, nullum vidisse processum de

de lamijs fabricari; imò aliquando evenisse ad Inquisitores transmitti partes instantes, quia suspicio vehemens urgebat de hæresi in accusationibus, quas adversus illas proponebant; & postquam in sacro Inquisitionis Tribunali Consultor intersum, contra reos imputatos de lamiatu, & sortilegijs hæreticalibus, & adversus suspectos vehementer de hæresi, suffragium sæpius perhibui.

66 Restat ut satisfaciamus rationibus adductis à Carena conante sortilegium hæreticale, & non hæreticale ad Inquisitores spectare, nulla distinctione facta de casu, in quo adest vehemens hæresis suspicio, ad casum quo non militat; moveatur ex sæpè mentionata Bulla Sixti 5. incipienti, *Creator Cæli*, quam tamèn non esse usu admittam, plures ex Doctoribus à nobis supra commemoratis annotant, & inter eos Francisc. Ferrer *qui supra*, cum exemplaribus per eum congestis; & de Regno Aragoniæ, si non adsit vehemens hæresis suspicio, advertit Sesse *decis. 464.* per Carenam allegatus pro stabilitamento suæ assertionis.

67 Secundæ rationi nõ est opus respondere: nam fundatur in eo, quod delegata sit iurisdic-

ctio omnium sortilegiorum laquistoribus, quibus, ut inquit, delegatur regulariter private; cum enim negemus delegationem, saltem, quæ in praxi servetur, quoties non agitur de facto continenti vehementè hæresis suspicionem, non est cur in hoc tempus conteramus.

Authores pro se producti 68 non probant eius conclusionem, ut patet ex Thoro, qui, ut ipse fatetur, loquitur de Rea, quæ fecerat apocham dando corpus, & animam Diabolo; de simili delicto Sanfelic. *decis. 233. lib. 2.* Sublata suspicione manifestæ hæresis, iudicem laicum punire posse pœna corporali, concludit in fine relatæ decisionis; & quidquid sit de alijs DD. cum argumenta ab ipsis perpensa maneant labefactata, nihil de ipsis erit curandû, sicq; firma nostra opinio vndeque reperitur, & sistit.

Antequàm ab hac abeamus 69 controversia, non præteribo super disputatione, quam attingit D. Ioseph. Vela *ad dict. cap. I. de offic. ordin. numer. 90.* inanem videri, firmans disputationem, ad quem iudicem pertineat cognoscere, an sortilegium sapiat manifestam hæresim; nam si prævenerunt Inquisitores ipsi cognoscent, sin autem non: namque ex alia par-

re supervacaneam quaestionem cerno; nimirum, quia quamvis sit praeventus, & captus reus per iudicem laicum, & petatur per Inquisitores cum expressione quod eum volunt ob causam fidei, ipsis remittitur, ut praeci *num. 39.* & ideo nulla in ijs casibus de praeventione ratio habetur.

7^o Dicam nunc amplius de corpore delicti probando, in quo communiter illa est amplexa differentia inter delicta facti permanentis, quorum aliqua remanent vestigia; & ea quae talia non relinquunt. In illis namque, mediante visitatione, modo inferius explicando, omnia è delicto resultantia debent delineari, qualiter evenit in homicidio, vulnere, fuga è carceribus cum fractura, vel furto similiter cum ea, falsitate cum abrasione, laceratione, aut alijs huius generis, stupro in virginem, & similibus, & singula sunt designanda, quae ad crimen inferant, utpotè qualitas, ac numerus vulnerum, & armorum cum alijs conducibilibus. Sperell. *decif. 136. num. 4. par. 2.* Ambrosin. *de process. infamat. lib. 1. cap. 1. num. 4.* Zuff. *de leg. process. lib. 1. q. 1. num. 1. & seq.* & ante eos Peguera *in prax. crim. cap. 12. num. 5.* Carena *de off. Sanct. Inquisit. p. 2.*

tit. 12. num. 171. & seq. & p. 3. tit. 1. num. 43. ubi de crimine haereticis, in quo remanent vestigia, puta in fractione Crucifixi, vel vulneratae sacrae imaginis.

Si autem delicta sint facti transeuntis, quorum non remanent vestigia, aut impressiones, puta in alapa absq; livore, simplici insultu, adulterio, iniuria verbali, furto absque fractura, aut alijs consimilibus, tunc recognitio, & descriptio fieri non debet, cum non adsit in quo cadat, & consequenter demonstratur corpus, & substantia delicti coniecturis, & praesumptionibus. Bald. *in l. 3. vers. Primum nota, ff. de testib.* Boss. *in pract. tit. de delict. nu. 19. cum seqq.* Scaccia *lib. 1. de iudic. cap. 83. num. 11. vers. Quid dicendum.* Clarus *q. 3. vers. Scias tamen, & q. 55. vers. Quarta docentem.* Farin. *q. 2. n. 13. & 15.* quidquid contendat Giurba *decif. 37. num. 21.* in crimine adulterij, & in alijs quorum non remanent signa, distinctionem referens eorum, qui discrimen constituunt, an corpus, in quo delictum fundatur, oculis corporeis videri possit, vel non; quae tamen distinctio, & differentia; intellectualis magis est, quam physica, & verax.

Limita praedictam regulam de

de delicto facti permanentis per evidentiam demonstrando, ut non procedat, quando agitur de eo facinore, quod ad delictum, & non delictum se habet. Alphons. de Azevedo *in l. 2. tit. 13. lib. 8. recopil. quem sequutus fuit. Pareja de instr. edit. tit. 2. resol. 6. num. 56. & seq.*

73 ubi declarat, quædam esse crimina nominata, ex quorum nomine deprehendi delictum vult, ut contingit in falsitate, homicidio, furto, & alijs: quædam verò innominata excogitat, quæ solo nomine delictum secum non ferunt, & in hisce dolum debere probari conatur, sufficereque ad illius detectionem præsumptiones, & coniecturas, quas eo tunc satis continere arbitratur corporis delicti elucidationem: Exempla ponit in combustione domus, percussione, incisione arborum, quæ sine dolo, & cum eo, fieri posse affirmat, sicquæ ut delictum constituatur, dolum esse probandum defendit, ad illam indifferentiam facti delictum excludentem, tollendam.

74 Divisio tamen isthæ delictorum à Pareja derivata, mihi non arridet, quamvis pertranscæm cum limitatione modo infra num. 86. exprimendo, quia exemplis suismet convincitur; nam innominata appellat cri-

mina, quibus certum nomen est designatum, utpote incendium, percussiones, incisiones, nequæ ex eo innominata possunt reddi hæc facinora, quod solo nomine, & sui natura, præcisè delictum non denotent, & quia probatio doli desideretur ad eruendum, ex eo facto, delictum: nam hæc non ad nomen, sed ad probationem criminis pertinent; omne siquidem scelus, quamvis vestigia evidentiæ relinquat, & qualitercunq; nomine delictum sonet, id necessariò exposcit, ut ultra descriptionem facti, & circumstantiarum ipsius, constet dolosè humano flagitio, & violentia evenisse, ex vulgato *text. in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllanian.* & docent DD. copiosè allegati supra num. 8.

75 Rursus intentum confirmatur, aperiendo unde provenit hoc nomen corpus ad delicti constitutionem, & quid substantificè significet; pro quo animadvertas, processum criminalem duo investigare: primum, an sit delictum: secundum, quis deliquerit; & magna cum ratione, quoniam prius est quærere de præexistentia rei, quam de ipsius qualitatibus. *l. eius qui in Provincia 41. vers. Quod si stipulatus, ff. si cert. petat. Caball. consil. 14. sub num. 8. vol. 1. Surd.*

Surd. *consil.* 34. *num.* 13. & *consil.* 129. *num.* 1. & in specie corporis delicti Cyriac. *contr.* 37. *num.* 2. *tom.* 1. Ant. Gomez *var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 9. Narbon. *ad l.* 10. *tit.* 6. *lib.* 1. *novis. compilat. gloss.* 5. *num.* 15. & 16. Vela *dissert.* 27. *num.* 38. cum faceto dicto Plauti, nudū, neque à decem millia militibus spoliare posse.

76 Ad inquirendum ergo de delicto, illud principaliter investigatur; nempe realitas, & substantia, super qua fundatur qualitas, vt docent Boss. *in pra. tit. de delict.* *num.* 26. Farinac. *de inquisit. q.* 2. *numer.* 1. *in fin.* Paul. Rub. *de validis. legal. cap.* 16. *num.* 86. & *seq.* & hæc entitas, seu substantia rei, corpus nuncupatur, sicuti corpus carnis in sacra pagina accipitur pro humana natura. Paul. *ad coloss.* 1. 22. & pro veritate umbris legalib⁹ figurata, idem Paul. *ad coloss.* 2. 13. disquiritur enim substantia, entitas, seu natura delicti, ac veritas eius, dum ipsius corpus perscrutatur.

77 Si ergo in investigando corpore delicti substantiam criminis flagitamus, dolum pariter quærimus ex supra allatis, & etiam quippè sine dolo nullum est delictum. Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 16. Pareja *dict. tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 60. vbi quod do-

lus tanquam necessarium antecedens supponi debet, cum sine dolo delictum subsistere nequeat. Sesse *decis.* 192. *nu.* 65. Valenz. Velasq. *conf.* 32. *nu.* 133. vbi quod quando dolus non adest considerari non potest delictum. Cevall. *comm.* q. 580. Ricc. *par.* 3. *collect.* 662. Farin. q. 87. & *seq.* videndus Matthæu *de re crimin. contr.* 19. & 20. vnde nihil speciale reperitur respectu facinorum, quæ ad delictum, & non delictum possunt converti, si post se relinquunt vestigia, nam si pro dolo illorū probationes producuntur, tunc delicti corpus erit proditum, si autem non apparebunt doli documenta, extra delictū casus omninó erit, quod commune omnibus criminib⁹ experimur.

Nec vestigiorum ambiguitas in delictis facti permanētis 78 dispēsabit, imó magis vrgebit ad eorum descriptionē. Caball. *de omni gener. homicid. nu.* 627. vbi quod iudici constare debent in homicidio cum veneno perpetrato, signa, & qualitates, quæ erant in mortuo post venenum assumptū, & infra quod temporis spatium decesserit; signa verò recensentur *nu.* 626. sequentia, livor corporis, spuma in ore, cor inter cineres inultum repertum; nam naturę eius esse fertur, vt veneno tin-

ctum

ctum non vratur, frequens vomitus, tumor, & nigredo vnguium, tametsi signa hęc quandoque possint ex malignitate humorum provenire. Amplius addit Cyriac. *contr.* 485. *tom.* 3. *num.* 4. quod intendens accusare aliquem, quod venenaverit, vel venenare voluerit, debet adjicere veneno malo, aliàs accusatio non concludit delictũ, & probat ex expresso textu in *l. qui venenum* 236. *ff. de verbor. signif.* ibi: *Qui venenum dicit, adjicere debet bonum, vel malum; nam & medicamenta venena sunt;* præfenserũt Alexand. *cons.* 204. *num.* 4. *vol.* 2. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 21. *sub num.* 8. vbi advocatos exhortatur, si agant partes accusatoris, quod deducant venena mala, eamque qualitatem probent, aliàs nihil agent. Ludov. Cartar. *consil.* 99. *num.* 11. *vol.* 1. Bertazol. *consil. crimin.* 57. *num.* 3.

80 Medicorum attestatiõni hęc omnia committuntur ad corpus delicti probandum, scilicet, quod quis fuerit veneno interemptus, quia eorum sit peritiæ discernere, an ex veneno quis perierit. Guazzin. *deff.* 4. *cap.* 5. *nu.* 3. qui alios dat concordantes. Carena *de off. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 1. *num.* 33. & *seq.* Massin. *de confisc. bonor.*

q. 31. *num.* 54. & *seq.* Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 83. Caball. *resol. crim. cas.* 180. *num.* 8. qui declarant, quod cum venenum aliud sit propinatum, aliud in corpore ingenitum, ideo Medici, & Chirurghi, vt probent corpus delicti in veneno, non sufficit quod exprimant hominem veneno enecatũ fuisse, sed debent deponere illũ obijfse ex veneno artificiali, seu propinato, recitando signa, & coniecturas veneni ex artificio eformati, inter quas præter relatas, illa est primaria, quod statim sumpto cibo, morbus superveniat, ita quod tam velociter venenũ ingenitum non intulisset ruinam; ad plura de venenis ediscenda consulendi Robert. *lib.* 1. *rer. iudic. cap.* 3. 5. 6. & *seq.* Hermosilla in *l.* 17. *glos.* 1. & 2. *tit.* 5. *p.* 5. vbi venenum ad bonos vsus habere, an sit delictum. Narbon. *annal. ann.* 8. *q.* 7. vbi à qua ætate veneficijs 82
sint obnoxij homines. Navarr. *tom.* 1. in *manual. confes. cap.* 11. *nu.* 28. & 38. *vers.* 22. Mattheu *de re crimin. contr.* 32. & 64. *num.* 37. nonnulla Seneca *lib.* 2. *de benefic. cap.* 16. & *lib.* 5. *cap.* 12. & libro, quod in sapientem non cadit iniuria, *cap.* 7. in Biblijs *Gal.* 5. 20. *Apoc.* 9. 21. & 22. 15. Aristot. *de admir. audit.* 6. Albert. Magn. *de animalib.* 7.

tractat. cap. 5. & lib. 25. cap. 1.
Plato *de legib. dialog. II.* apud
quos non pauca ad institutum.

83 En quomodò vestigia esse
ambigua, ac dubia in facto per-
manenti, simpliciter non indu-
ducit diversitatem, ad corporis
delicti probationem, neque
etiam eam efficit facti indiffe-
rentia ad crimen, & ad non de-
lictum : nam doli argumenta,
ac vestigiorum designationes
semper expetuntur; aliquod ta-
men discrimen inter hæc deli-
cta quo ad probationem cor-
poris concipiemus, alio tamen
modo explicatum quam aliqui
tradiderint, constanter præ-
supposito in eis, de vestigijs
habendam descriptionem, ac
probationem de dolo; & diffe-
rentia stat in hoc, quod Pare-
ja vir doctissimus, ac insignis
subindicavit, nimirum quod
cum huiusmodi delicta, ex ve-
stigijs quæ reliquerunt non
convincant satis scelus, pro
corpore eius probando, re-
currendum sit ad coniecturas,
& eæ sufficiunt hoc in casu in-
nixæ cum signis, quæ apparent,
alijs adhibitis, quæ visibiliter
non percipiuntur: nam sicut in
delictis facti transeuntis vbi
nulla adsunt vestigia, ob eorū
defectum, corpus delicti con-
iecturis probatur; sic etiam in
criminibus facti permanentis,

quando vestigia adsunt, sed nõ
sufficiunt ad substantiam, seu
corpus delicti, coniecturis, eius
probatio iuvatur, & comple-
tur; sic expressè concludit, de-
clarat, & distinguit magnus
Antonius Conciol. de quo in-
ficiari non possumus, quam
præclarum lumen dederit, ad
materias criminales sparsim,
& nimis diffusè antea pertra-
ctatas, summatim, eius ope, &
opera perspicuè resolvendas:
ita ergò tenet in *resol. crimin.* 84
verb. Falsum, resol. I. num. 4.
quod cum crimen falsi dicatur
delictum difficilis probationis,
& præsumptiones, ac suspicio-
nes ad illius probationem suf-
ficient, ideò de illius corpore
sat erit constare per præsump-
tiones, & coniecturas, allegat
ad id Gabriel *comm. concl. de*
malef. concl. 17. num. 13. Farin.
de inquisit. q. 2. num. 21. Guaz-
zin. *defens. 4. cap. 9. nu. 2.* Ver-
mig. *consil. 220. num. 3. & con-*
sil. 230. num. 2. quibus addo
Larrea *alleg. 95. & seq.* Ricc.
in collect. par. 5. collect. 1831. &
par. 6. collect. 2176. Fontanella
decis. 257. Iul. Capon. tom. 1.
discept. 37.

Ad vltiora pergit Con- 85
ciol. *num. 5.* & limitat suam de-
clarationem, vt habeat locum
quando ex falsitate non rema-
nent vestigia, secus tamen esse
do.

docet quando ex illa remanēt vestigia, vt quia fuisset abrasum instrumentum, vel laeceratum, seu cancellatum, vel quia ei fuerit aliquid additum, vel immutatum, in quibus adest vitium visibile, & apparens, quod potest oculis corporeis benè percipi, quia tunc de corpore delicti, fat non est constare per indicia, & coniecturas, sed debet de illo verè doceri per testes, & ocularem inspectionem, pro vt fit in alijs delictis facti permanentis, sic confirmans ex Vermigl. & Guazzin. iam citatis.

86 In hoc delicto, nec cancellatio sola probat corpus, nec cōiecturæ solæ: si non probetur etiam cancellationem fuisse factam ex intervallo, & sine consensu partis, cum præsumatur quod in continenti, & parte præsentē facta fuerit, nisi coniecturæ suaderent contrarium, vt idem Conciol. aduertit *dist. resol. 1. numer. 6.* consequens est igitur, quod relicta omni distinctione, vbi adsunt vestigia, seu in suo nomine facinus delictum adferat, vel non, sit faciendā inspectio de vestigijs æquivocis, vel clavis, & vbi hæc non sufficient, sit corroborandum corpus coniecturis: & hoc modo accepta limitatio supra stabilita de probatione corporis delicti in ijs, quæ sunt fa-

cti permanentis per evidentiam non demonstranda, sustineri posset, & non aliter.

87 Quibus ita constitutis, absolute sumpta non subsisteret doctrina Carene *de off. Sanct. Inquisit. par. 2. tit. 12. §. 20. nu. 174.* vbi postquam numero antecedenti fuit loquutus de sortilegio hostili, fatendo nō dici probatum corpus delicti si probetur mors, vel infirmitas, vel debilitatio membri, præsertim maleficiati, sed necesse esse probare, quod mors, vel infirmitas ex maleficio processerit, deinde subdit, quod quia sortilegium est difficilis probationis, sufficit probare in eo corpus delicti per indicia, cum talis probatio in criminibus occultis habeatur pro plena probatione. Quæ tamen doctrina in sortilegio hæreticali, supra iuxta tradita, non posset admitti: nam de vestigijs homicidij, vel debilitationis membri constare deberet, ex à nobis latissimè superius exaratis à *numer. 78.* quamvis delictum sit difficilis probationis, & tunc benè intrat distinctio, quam ex Fermosino deduximus *num. 25.* sortilegia quoad iudices seculares esse difficilis probationis respectu corporis delicti, non quo ad Inquisitores, quia vt Carena rectè expendit, sancti officium non punit homicidia,

percussiones, & vulnera
 88 In delictis difficilis proba-
 tionis quorum nulla supersunt
 vestigia, attenditur difficultas
 ea probandi, ita vt quò maior
 ipsa sit, eò levior desideretur
 probatio ad corpus; ideoque
 cum ex defectu vestigiorum ad-
 sit vrgētior labor, & opus pro-
 bandi corporis delicti, indicia
 indubiè illud discooperiunt, et-
 si aliundè sit difficilis probatio-
 nis; pro vt est furtum absque
 fractura: concurrentibus his
 duabus causis, tenuiores exop-
 tantur probationes, & indicia,
 vt benè, alijs reprobatis, firma-
 vit Farin. *q. 2. num. 6.* & de ca-
 su quo cadaver non reperitur,
 homicidij corpus probari per
 famam, protulit Carena *part. 3.*
tit. 1. §. 4. num. 25. ex Farinac.
consil. 227. num. 4. lib. 3. Giurba
consil. crimin. decis. 43. num. 29.
 de cadavere in puteo suffoca-
 to, in mari submerso, ex fene-
 stra proiecto, aut laqueo sus-
 pensio, coniecturas, & præ-
 sumptiones satis aperire cor-
 pus delicti, & quales relevent
 ad scelus evincendum, medi-
 corum suffragijs accersitis, &
 quæ tanquam debilia proces-
 sum conquiescere faciant, pe-
 regerunt Maiorana *in opopraxi*
crimin. cap. 1. n. 12. Ioan. Grant.
de bello exulum insp. 93. num. 2.
 Sanfelic. *decis. 28.* Reg. Capic.

Latro *decis. 163. nu. 21.* Mastril.
decis. 295. num. 2. qui non solum
 hunc casum pertingunt, sed
 alios omnes difficilem proba-
 tionem habentes.

Nostrum Regium Conci- 89
 lium, respectu furti absq; fra-
 ctura perpetrati, solet testium
 depositiones recipere super ex-
 clamationibus derobati, per
 quas hoc casu supponitur, &
 substantialiter cõprobatum cor-
 pus delicti, & immediatè absq;
 alia investigatione super veri-
 tate facti, proceditur contra
 delinquentem. D. Ludovic. de
 Peguer. *in pract. crim. cap. 12.*
num. 5. Caball. *res. crim. casu*
282. num. 4. vbi de denuncia-
 tione, statim fugata nocte, ma-
 ximè stante bona conditione
 personæ furtum passæ. Regens
 Matthæu *dere crimin. contr. 35.*
num. 18. & *antea num. 16.* con-
 iecturas in huiuscè corpore de-
 licti probando admittit, relato
 Guazzin. *def. reor. 4. c. 7. num. 4.*
 qui tradidit, quod exclamatio-
 ne domini præeunte, postquam
 reus confessus fuerit in tormen-
 tis, verificandæ sint circumstan-
 tiæ confessionis, sed postea nõ
 diffitetur Matthæu deficienti-
 bus veris probationibus suffi-
 cere coniecturas, & indicia, ita
 confirmans ex Gutierrez, & Pa-
 reja.

Ad plures coniecturas pro 90
 furti

furti probatione, non omiffa illa clamoris habitantium tempore furti nocturni, adeundi Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. an verò, num. 3. Iaffon, & communiter DD. ibi ff. de edend. Alex. conf. 93. num. 13. lib. 2. & conf. 95. n. 4. & 12. Specul. in tit. de furt. §. unic. num. 25. Farin. tom. 1. q. 2. n. 14. Menoch. lib. 6. præfumpt. 61. Thefaur. lib. 4. q. 9. numer. 3. Marta vot. 58. numer. 4. Hermosill. ad Lopez gloss. 6. l. 3. tit. 2. p. 5. n. 13.

91 Affuevit etiam de meo tempore Regium Concilium examinare testes, qui probarent res furatas extitiffe aliquando domi derobati, & meritò, cum enim furtum fit contrectatio rei alienæ de loco ad locum, congruum est, probari rem extitiffe in loco à quo fuit amota, ad notata per Farin. de furt. q. 176. num. 16. & confil. 158.

92 num. 7. lib. 2. nisi contrectatio accideret in ijs rebus, quæ pro derelictis habebantur à domino, etiam quod adfuiſſet animus furandi l. falsus creditor, §. qui alienum, ff. de furt. nec enim furtum fit, nisi sit cui fiat, vt in eadem lege dicitur. Farin. de furt. q. 168. nu. 67. & n. 68. furti non teneri aliquid inuenientem in via, quando putavit id quod capit esse derelictum, ex textu in d. l. falsus

creditor, §. qui alienum, vers. Sed et si furti, quod intelligendum, si id putavit motus aliqua ratione, aliàs enim non crederetur, cum iuris præfumptio sit contra eum. Menochi qui alios refert. de præfumpt. lib. 5. præfumpt. 30. num. 15.

In hac tamen re est sciendum, quod accipiens rem perditam, cessante præfumptione quod fuerit habita pro derelicta, si non demonstrat, vel faciat præconizare, tenetur furti, vt docent Petr. Gregor. in syntagmatib. lib. 37. cap. 1. nu. 10. Menoch. qui sup. Covarrub. in regul. peccat. 3. p. §. 1. num. 1. & seq. Navarr. in sum. cap. 17. num. 170. Molina de iustit. 10. 3. disp. 681. num. 4. Lessius de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 7. vbi communem, & veram opinionem dicit esse, quod si factis debitis diligentijs dominus non compareret, pauperibus, vel alijs pijs operibus debeat fieri restitutio. Ægid. Trullench in decalog. lib. 7. cap. 14. dub. 4. & 5. ac præcipuè num. 3. probabilissimam in foro conscientie sententiam statuit, posse inventorem, siue divitem, siue pauperem, post congruentes adhibitatas diligentias, rem inventam sibi retinere, antequàm applicetur fisco, seu alij.

Alia viget ratio in thesauro, 94
qui

qui si inventus fuerit in proprio agro, de iure communi, distribuitur inter inveniētem, & dominum agri æqualiter; apud nos verò totus est domini, quocunque modo aliquis in fundo alieno invenerit thesaurum, est enim is vetus pecuniæ depositio, cuius origo memoriam hominū excedit, perdoctè Fontanella *cum Senatus decisione* 528. *tot. tom. 2.* de quo videndi Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23.* Gutierrez *lib. 4. pract. q. 36.* Riccius *par. 2. collect. 331.* Castillo *de tertijs, cap. 41. à nu. 104.* Larrea *decis. 4. num. 28. & seq. & decis. 7. num. 15.* Solorz. *lib. 2. in polit. cap. 15. fol. 143. vers. El tercero, & seqq.* Escal. *lib. 1. gazophil. cap. 24.*

95 - Inferes ex hucusque delibatis de rebus inventis in via perditis à domino, quàm fundata sit praxis nostri Regij Concilij, pro corpore delicti furti, non desiderare præcisè res furatas fuisse in posse domini, seu veriùs in loco delicti, quo tempore evenit, sed nonnunquam, pro vt tenuit Guazzin. *def. 4. cap. 7. num. 3. & consil. 270. nu. 5.* Conciol. *res. crimin. 1. num. 6. verb. Furtum, qui num. 7.* declarat, sufficere probare res furatas, semel in loco furti adfuisse, cum ex præterito præsumatur in præsens, quid-

quid in contrarium scripserit Iul. Capon. *discept. 87. num. 8.* vbi innuit debere probari, quod tempore furti pecunia fuerit in loco, in quo furtum commissum fuit, contra quem stat nostri super excelsi Senatus authoritas; vt referavit Nobilis Senator Michael de Calderó, cathedra, foro, toga, prælo, magno cum fructu, & laude percelebris, post hæc visus *decis. 41. num. 69.* vbi ex Vermigl. refert, huic præsumptioni non esse locum, nisi quando dominus eam allegat, qui casus prorecta quærela semper accidit, vt ipse agnoscit.

96 - Iuxta quæ contigit dubitari in Regio Concilio, an reus qui fuit repertus absconditus in domo cuiusdã nobilis equitis, & apprehensus cum rebus, quas animo extrahendi à domo prædicta acceperat, furtum commisisse affirmari posset, an verò furtum solum attentasse, dum contrectationem è domo, ad effectum non perduxerat; & resolutum extitit, de furto plectendum reum: eo quia, quantumvis ab ædibus non contrectasset, amoverat tamèn à loco destinato, furandi nequitia, & voluptate, ideòque contrectationis substantia existebat, cum aliter exploratum sit, eum, qui ultra cogitationem furandi, ad actum

actum exteriorem devenit, puniendum esse. Farin. *de furt.* q. 174. num. 4. part. 1. & num. 6. agit de latronibus, qui in via publica furantur, nam quandoque ut fures animadvertuntur, etiam furto non sequuto, quando scilicet auferunt aggredi, vel inceperunt spoliare viatorem; verum est, quod tunc non irrogatur poena mortis, sed alia mitior, sequuntur Molina *de iust. tom. 8. disp. 695. num. II.* Padilla *de leg. pœnal. cap. 35.* Osuald. ad Donell. *lib. 17. cap. 2. litt. O.* Ayllon ad Gomez *par. 3. cap. 5. num. 16.*

97 Quamobrè die 10. Martij 1676. me referente, Actuarius Famada, reus Iosephus N. iuvenis lanificus, ætatis 16. annorum completorum, delatus de eo, quod 17. Februarij illius anni, inter secundam, & tertiam horas post meridiem ingressus cubiculum domus Nobilis Michaelis de Celles, sitæ in vico vulgò dicto *Condal* præsentis Civitatis Barchinone, furto subtraxit à quibusdam arcis prædicti cubiculi diversa iocalia auri, & argenti, cum quibus rebus in eadem domo se abscondens fuit apprehensus; fuit cõdemnatus, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita, & bullaretur, ac adduceretur, laqueo in collo appenso, ad locum supplicij, &

ad servitium Regiarum triremium, non tamen remigando, per quinquenium.

Eram istiuscè causæ Relator, in tertia Aula iam versans, non propter alicuius ex Aulæ Criminalis Senatoribus, iudicibus Regiæ Curiæ nuncupatis, absentiam, seu impedimentum, ut frequenter servatur, sed ob quem reliqueram locum vacantem illius muneris, post plures impensas, tum bellorum, tum pacis tempore elucubrationes, angustias, sustentosque labores, è quo exercitio ad tertiam Aulam pertransivi, transcendendo medium gradum, vix vsitato consensu, præmio quidem potiùs Regalis munificentia, quam testimonijs vigiliarum mearum comparato, provti eleganter ad intetum dixerat Cassiodor. *lib. 1. epist. 13.* *Hos enim estimatione subvehimus, alios gratia promovemus, & ad omnes indulgentia vias, nostra se relaxat humanitas; huic oneri, & honori humeris imparibus deditus, accessi depulsa ruboris nota, sed non abiecti animi agnitione, cum Aufonio epigram. 3.*

Cum non pauca de furto circa corpus delicti attigerimus, 98 consentaneum est, quod de homicidijs prolixius alloquamur; hæc enim duo scelera frequen-

quentiora indies lugemus, explicemus singulatim clausulas instrumenti visitationis cada-
 veris, quod transcriptum po-
 no in compilatione practicali
 formularum, post volumen 2.
 cum absolutissimo criminalis
 processus promptuario, & pri-
 mum percipis, quomodo visi-
 tatio cadaveris cum vulnerib⁹
 reperti probetur per instrumē-
 tum Notarij; vt enodarunt. Fa-
 rin. *in prax. crim. q. 84. num. 30.*
 Vermigl. *conf. 11. num. 16.* Scac.
de iudic. lib. 1. cap. 83. numer. 14.
 & ante eos Felin. *in cap. cum in*
Ecclesijs post num. 2. de maior.
& obedient. Bart. in l. 1. §. item
 99 *illud, ff. ad Syllan.* quantumvis
 probationes quæ respiciunt
 personam delinquentis regu-
 lariter in instrumentis nō fiant.
 Farin. *qui sup. à num. 1. cum seq.*
 Montal. *in l. 12. tit. 19. lib. 4. fo-*
ri leg. ad fin. Cantera *in quest.*
crimin. tit. de tangent. probat.
cap. 3. per tot. & ijs citatis Reg.
Matthæu de re crimin. contr. 28.
num. 3. addo Ricciū *p. 5. coll.*
1713. Buccaron. *de diff. inter*
iud. civilia, & crimin. diff. 51.
 100 *in* Quam tamen regulam nu-
 per collaudatus Regens Mat-
 thæu, non vigere tutatur in ca-
 su per eum relato, quo quidem
 accusabatur de verbis seditio-
 sis prolatis in contumeliam su-
 periorum iudicium, adstantib⁹

Regiæ domus, & Curie Appa-
 ritore, & actuario causarum
 criminalium, qui dum in exer-
 citio muneris implendo occu-
 pabatur, bona fratris rei, de
 quo in *controv. 28.* agebatur,
 describendo, irreverentes clau-
 sulas exaudivit, & de eis, præ-
 sente ipso, proruptis, atque ge-
 stis, fidem iussu superioris præ-
 stitit, instrumento publico,
 cuius vigore, alia probatione
 non adiuncta, ac copulata, ma-
 ledicus fuit extra ordinem pu-
 nitus; & pro illius decisionis
 fundamentis expenduntur acu-
 tissimè de more per Reg. Mat-
 thæu, ex Civili, Canonico, Re-
 gioque Castellæ iuribus de-
 cerpta, authoresque congerun-
 tur pro suæ sententiæ compro-
 batione, & tandem tres spe-
 cies prænotantur scripturarum,
 tabularum, seu instrumento-
 rum, quibus delictum proba-
 ri valet; Prima est instrumen- 101
 tum inter privatos confectum,
 continens crimen expressum
 commissum in ipso actu, in
 quo tabellio rogatur, de quo
 quotidiana possemus exempla
 edere nostri Regij Concilij,
 nam contra Universitates, Con-
 fratrias, & Collegia, quæ vna-
 nimi consensu quicquam deli-
 ctum redolens, aut præ se ad-
 ducens deliberarunt, sola deli-
 beratio, & delictum concludit,

& delinquentes pro eorum punitione afficit. Idem servatur in contractibus vsurarijs, qui per instrumenta similiter commonstrantur, vt vidimus de anno 1685. quo contra perplures de hoc crimine imputatos, ex solis instrumentis per eos confectis, labe ysuræ scedatis, fuit processum, referente Magnifico Senatore Francisco de Portell, Actuario Riambau.

¹⁰² Secunda species scripturæ ad probandum delicta, adscribitur actis iudicialibus; si enim in aliquo ex eis solemnitatibus requisitis confecto, fides de aliquo facto per Notarium præstetur, plenè probabit, ex vulgata regula, *quod acta iudicialia plenè probant*, pro vt firmarunt Salgad. *de Reg. protect. par. 1. cap. 2. num. 101. cum seq. & par. 3. cap. 9. à princ.* Pareja *de instr. edit. tit. 2. resol. 6. nu. 9.*

¹⁰³ Et etiam quia officiali publico fidem facienti de re suum munus tangente, credendum est, ex *l. 1. §. cura carnis, ff. de Præfekt. vrbis.* Valenzuel. *conf. 26. num. 14. & conf. 33. numer. 195.* Giurba *conf. 76. nu. 16.* Suelves *conf. 12. numer. 14. lib. 1.* Iuliv. Chartar. *decis. 87.* Merlin. *controv. lib. 1. cap. 66. nu. 12. & 13.* qui in sua specie variè limitant. Regens Cortiada *decis. 21. nu. 139.*

Tertia autem species scripturæ, per quam delicta probantur, & comprobantur, atque distinguntur, est scriptura privata manu propria rei, aut penes eū reperta evidens continens delictum comprobatione, seu recognitione de illa facta, & servatis his de quibus Farin. *conf. 25.* Vela *dissert. 23. per tot.* Valenzuela *conf. 112. nu. 45.* Pareja *de instr. edit. tit. 1. ref. 3. §. 5. num. 25.* & de comparatione litterarum, & quæ ad minicula ad plenam condemnationem debeant concurrere Ant. Thesaur. *qq. for. lib. 1. q. 24.* Farin. *conf. 70. numer. 14.* Cyriac. *contr. 272. num. 5. & 6.* diffusè Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 999.* citati per eundem Regentem Matthæu; latissimè de recognitione Valasco *consult. 170. 177. & 164.* amplexumque fuit hanc opinionem nostrum Regium Concilium, mandatum de occidendo probatum reputans per epistolas privatas recognitas, referente Magnifico Senatore Michaelle Ioanne de Taverner, Actuario Riambau 5. Iul. 1673. contra Iosephum N. delatum de acceptatione mandati sibi dati, cum promissione viginti duplarum auri, ad occidendum per assassiniū Clementem Capdevila V. I. D. in Sede Vrgellen.

populatum, & de mandato per ipsum dato cum promissione certæ pecuniæ die 5. Ianuarij proximè dimissi ad dictum homicidium committendum, qui reus fuit condemnatus ad seruitium Regiarum tritremium remigando ad quinquenium; pœna non fuit maior, quia adminicula recognitionem scripturæ privatæ adiuvantia, non urgebant adeo, vt plena probatio coalesceret.

106 Non tamen ex hucusque præcognitis ad credendum traharis corpus delicti in homicidio, & in alijs criminibus facti permanentis, non posse per testes probari; imò probationem testium admitti pro illius iustificatione cum explicacione circumstantiarum, de quibus in instrumento recognitionis cadaveris fit mentio, certius, ac securius est, vt benè firmat Regens Matthæu de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 2. num. 28. cum seq. exemplaria referens Regij Concilij Valentini; & licet nitatur dispositione fori municipalis, veriore etiam de iure communi suam sententiam comprobatur auctoritate Guazzin. def. 4. cap. 2. nu. 17. Cavalcan. de Brach. Reg. par. 7. num. 20. & non displicet mihi ratio Don Laurentij Matthæu, quod durum videatur

per negligentiam inspicendi, vel per incuriam inquirentis, delictum remanere impunitum, constituto per aliud medium de vera illius existentia plenè, & apud nos absque hæsitacione hæc opinio prævalet, de quo absque numero se se offerunt exemplaria, approbat Vermigl. conf. 59. num. 3.

Attamen aliquando corpus delicti sine scriptura probari non potest, veluti quando quis falsò deposuit in aliqua causa, ipsa depositio debet inseri in processu, cum in ea corpus delicti consistat, & ita intrepidè, & sæpissimè hac praxi vtimur, nec corporis probatio poterit suppleri per testes, prout post hæc scripta perlectus comminiscitur Nobilis Michael de Calderó in suis adnotat. ad decis. 9. num. 26.

Sic etiã transgressionis mandati crimen requirit, quod de præcepto iudicis illud imponentis constet, pro corpore delicti per scripturam. Reg. Matthæu de re crimin. contr. 18. num. 23. & non novum est in nostro iure, plerasque esse res, quæ absque scriptura probari non possunt; pro vt de compromisso tenuerunt Borrell in sum. decis. tit. 63. numer. 392. Stayban. cent. 1. ref. 57. num. 6. Scoppa ad Grat. decis. 173. n. II.

Olea

Olea de cess. iur. tit. 1. quæst. 5. num. 30. & vt conscius fias, quæ ad sui probationem, & celebrationem exquirant scripturam, evoluendi Ricc. p. 2. coll. 240. & par. 4. coll. 907. Alvar. Valasc. de iur. empbit. quæst. 7. num. 1. Lara de vit. homin. cap. 8. à num. 20. Flores de Mena lib. 3. quæst. 23. Anguian. de leg. lib. 1. cont. 9. & lib. 3. contro. 18. Cens. de censib. q. 92. Marcell. Cala de mod. artic. gloss. 5. à nu. 1575. Castillo contr. 6. cap. 149. à num. 22. Addent. ad Molin. lib. 2. cap. 8. num. 10. Sanchez in summ. lib. 7. cap. 5. num. 76. Mantica de tacit. lib. 1. tit. II. num. 11. Avendañ. de metu, lib. 3. cap. 22. num. 19. Cevallos de cognit. per viam violent. par. 2. quæst. 41. à num. 3. II. & 18. cum seq. Salgad. de retent. bullar. par. 2. cap. 6. §. unic. numer. 23. & cap. 24. num. 26. & cap. 26. à num. 25. Hodiern. ad Surd. decis. 10. Cochier. de iurisdic. in exempt. tom. 1. par. 1. quæst. 7. Visconte conc. iur. verb. Gratia Principis. Amaya in l. 1. Cod. de apoch. publ. à num. 23. Solorzano de iur. Indiar. tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 107. & 108. Carleval de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 281. Larrea tom. 2. alleg. 88. & 106. Vela dissert. 12. præcipuè à num. 79. Hermosilla in l. 9. tit. 4. par. 5. gloss. 1. ad 13.

num. 27. Alfaro de offic. Fiscal. gloss. 16. privil. 29. à numer. 123. Carpan. ad stat. Mediol. tom. 1. in prelude. num. 11. Fontanella de pact. 2. claus. 6. gloss. 3. par. 7. num. 38. Cancer var. p. 1. cap. 13. num. 10. qui tibi non modicè deservient pro nostro instituto, & alijs contigibilibus; in-
 110
 terim accipe peculiarem doctrinam in remissionis factæ à Principe materia, quæ licet, quoad sui substantiam non petat scripturam; attamen pro sui probatione indubitanter exhibitur, quippè tametsi gratia, in sola voluntate Principis consistat: atuerò absque scriptura informis dicitur, ideóque necessaria est ad effectum probationis, & quando agitur de gratia canonizanda; Burat. decis. 540. num. 13. & ibi Additionat. lit. C. cum multis. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 1. disp. 16. q. 2. tot. maximè num. 4. addentes ad Molin. lib. 2. cap. 7. numer. 52. Barbosa in clement. dudum de sepult. Valenzuela conf. 104. à num. 4. tom. 2. Solorzano lib. 2. de iur. Indiar. cap. 9. num. 22. Diana resol. moral. p. 8. tract. 3. resol. 84. Excellentiss. Vicecancell. Crespi observ. 5. num. 292. qui affirmat quod nudo verbo perficitur gratia, sed quoad formam, non aliter nisi expeditis literis, ex quibus in Re-

gio Senatu 8. Aprilis 1672. referente Nobili Don Hieronymo de Magarola, tunc Iudice Regiæ Curia, postea laudabiliter, ac iusta digna gestorum laureola ad Regiam Civilem Audientiam cooptato, cum Ioannes N. fuisset remissus per Excellentissimum Dominum Proregem, & Capitaneum generalem huius Principatus, & non obtinuisset literas expeditas in forma Cancellariæ, sed probasset per testes remissionem tempore quo concedentis gubernium cessaverat, fuit conclusum remissionem informem remansisse, & nullius valoris; & cum illa remissio, quamvis nulla, importaret guidaticum, fuit dictus N. à carceribus relaxatus, & desguidatus cum termino decem dierum, Actuario Badia.

III Ad instrumentum recognitionis cadaveris redeundo, adnota Notarium non posse illud conficere absque iudicis mandato. Farin. d. q. 84. nu. 30. licet in alijs casibus Notarius
 112 requisitus teneatur recipere quæcunque instrumenta, & præsentare quascunque requisitiones, & scripturas. Mieres in Curia 2. Barchinone Iacobi 2. collat. 4. cap. 19. num. 1. vbi iuxta tenorem Constitutionis 1. sub tit. de Notaris, y Escriuans, ex-

cipit casus tangentes interesse Generalis huius Principatus, aliasque fallentias memorat, & præcipue notatas per Doctores in l. generali. Cod. de tabular. lib. 10. & limitat etiam in contractibus illicitis. Afflict. decis. 245. Despujol in repert. ad Mieres verb. Notarij, pag. 134. Fontanella decis. 360. nu. 16. advertit, quod in suo iuramento iurant Notarij se non recepturos instrumeta contractuum vsurariorum. Don Ludovic. à Peguera decis. 33. num. 1. sunt enim Notarij ex debito officij ad id obnoxij, non quia, vt aliqui voluerunt, servi sint publici, sed ex eo quod officium suum omnibus impartiri teneantur. Tiraquell. de iur. constit. 3. par. limit. 30. num. 34. Bartol. in l. barbarius circa finem, ff. de off. Prætor. Didac. Perez in l. 2. tit. 5. lib. 2. ordin. col. 429. Paz in practica in princ. in annotat. ult. de tabell. fol. 17. num. 3. Bovadilla in polit. cap. 21. num. 260. & lib. 3. cap. 14. à num. 41. Escalon lib. 2. gazophilac. p. 2. cap. 10. §. 9. num. 24. alioquin si Notarius requisitus instrumenta
 114 conficere negligat in casibus non prohibitis, est privatus in perpetuum officio suo ex iure nostro municipali relato per Thomam Mieres qui supra. Fontanell. d. decis. 360. à num.

num. 9. vbi meminit de processu criminali fulminato contra quendam Notarium publicum Gerundæ, eo quod requisitus recusaverat accipere instrumenta de certo gradu baccallaureatus illibi expressi; & 115
 num. II. dicit. Fontanella collustrat *Const. II. sub tit. de Prothonotar.* quæ particulariter providet de protestationibus, requisitionibus, & alijs scripturis præsentandis Excellentissimo Locumtenenti Generali, Cancellario, Vicecancellario, Reg. R. Cancellariâ, ac Doct. ribus Regij Concilij, iniungendo Scribis mandati, quatenus requisiti eas præsentationes faciant, sub pœna privationis officiorum, dummodo fiant cum debita decencia, & ita indigent Senatus habilitatione, quæ non censetur adhibita, nisi scriptum fuerit in scriptura nomē alicuius Præsidis, ipsius manu, & ita praxis invaluit; sed de hisce copiosius 116
decis. 12.

116 Officialis cum iurisdictione, per necesse debet intervenire in cadavere recognoscendo, cum examinandi sint testes, & iuramentum ab eis exigendum, qui actus est iurisdictionis. *Salgad. in labyrinth. credit. par. I. cap. 7. à numer. 101. Giurba consil. 52. à num. 9. vbi*

speculatur, quod in recipientis testibus, tres sunt actus iurisdictionales; Primus incitant 117
 do eum contra quem producendi sunt testes, quando id fieri requiritur; Secundus in 118
 præcepto testibus facto ut ad deponendum veniant, eos si opportuerit compellendo, & in hoc iussu, ac compulsione consistit iurisdictione. *Bald. in l. data opera, num. 28. Cod. qui accus. non possint. Albert. Brun. consil. 34. num. 16. Afflict. decis. 265. num. 10. 11. Mascard. de probat. concl. 946. num. 4. Tusch. lit. I. concl. 545. num. 5. Marcell. Cala de mod. articuland. & probandi, §. 2. gloss. 1. numer. 531. Tertius in deferendo testibus 119
 veritatis iuramentum, sive detur, sive committatur. *cap. si quis testis, vbi Abbas num. 1. de testib. Clement. 1. de off. deleg. Bald. in l. Iudices num. 2. Cod. de fid. instrum. Raven. de feud. lib. de pace Constant. tit. 1. col. 2. fol. 42. Trivis. decis. 10. num. 12. decis. 62. num. 9. lib. 2. Borrell. summ. decis. tit. 41. numer. 295. Amato decis. 9. nu. 35. Valenz. Velazq. cons. 122. ferè per tot. & præcipuè num. 11.**

Tabelliones autem, seu Notarij nullam penitus habent iurisdictionem. *Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 9. q. 5. vbi quod receptor testium, seu scriptor depo-*
 si-

sitionum, iurisdictione omnino caret, quia est nudus minister, & non defert iuramenta testibus, quidquid de hoc articulo dubitaverint Bald. *in l. adoptio. C. de adoptionib.* latissime Ioan. Baptist. Magon. *de auctoritate Notarior. cap. 60.* quos refert Sigismund. Despujol *in Repertorio, verb. Notarius, pag. 137.* & illud quod aliquando exauditur Notarium esse iudicem, ad iurisdictionem non attinet, sed eo quia tabellio dicatur iudex cartularius, ut notatur in *auth. de tabellion. in princ. Castillo decis. Sic. 80. num. 40. lib. 1.* & eo citato Senator olim eximius Xammar *de privil. Civit. Barchin. §. 19. num. 15. in novissimis:* unde etiam videmus, quod penes Notarios quotidie iuramenta praestantur in instrumentis, dicta testiū in scripturam rediguntur requirete parte, ut de verbis, quae ab eorum ore proferuntur publica conficiatur scriptura, haec nullatenus iurisdictionalia sunt dijudicanda, sed prorsus extra iurisdictionis casum, cum absque imperio, & coercione fiant, & operentur. Pareja *de instr. edit. tit. 2. res. 6. specie 1. numer. 138. & 190. ex l. fin. ff. de off. eius Menoch. conf. 189. numer. 16.* Francisc. de Alfaro *de off. Fiscal. gloss. 2. num. 16. vers. Iuris-*

dic. autem: voluntarie accedunt partes ad tabelliones, attestaciones faciunt, iuramenta praestant, & contractus concludunt, quae cuncta extrajudicialia vocantur, ut optime observat Salgado *ubi supr. in labyr. credit. par. 1. cap. 7. num. 101.* qui bene notat iuramentum requisitum a lege deberi praestare coram iudice, & non sufficere coram Notario, nisi eiusdem commissionem habente; Sic etiam, si conficeretur instrumentum visitationis per solum Notarium, de commissione, & mandato iudicis, utique valeret. Zuffl. *de legitimat. process. crimin. q. 13. num. 1.* Farin. *d. q. 84. n. 30.* sicque praecise debet interesse in recognitione, vel iurisdictione praeditus, vel Notarius eam commissam habens, nec aliter is compelli posset ad instrumentum de visitatione peragendum, quia illicitum faceret, ad quod cogi nequit ex supralibatis.

Rite ergo verba illa in recognitione leguntur N. *Sostveger &c.* latinè *Subvicarius*, subsequuntur alia *se ha trobat vn cadaver, ò cos de home mort agegut en vn llit, que hi havia en dita cambra, boca per amunt, de spullat en camisa, que comensava à posar barba;* latinè ita: *fuit repertum cadaver, seu corpus hominis mortui, iacens in le-*
Etulo,

Etulo, quod aderat in cubiculo, ore ad cælum propenso, spoliatum cum subucula, ephelum, seu pubescens &c. Si vestitum invenitur cadaver, vestes designantur, huiusmodique expressiones inutiles non excogites; quippè ex talibus circumstantijs nõ semel delicta discooperiri cernimus, quæ aliter ignota, & cum impunitate delinquentium relinquerentur, præfertim si crimina sint occulta, quorum demonstrationem inscrutabilia ferè, primo aspectu convincunt indicia, vt suo loco aperiemus.

124 Succedunt verba: *Thavent dit Magnifich Sotsveguer pres de iurament en la forma acostumada &c.* latinè: *Et exacto per Magnificum Subvicarium iuramento in forma solita &c.* quia absque iuramento non probarent testes, seu periti adhibiti in simili instrumento. Farin. *de inquisit. quest. 2. num. 31. & 32.* Carena *de offic. Sanct. Inquisit. par. 3. tit. 7. n. 1. & seq.* & generaliter de quibuscunq; testibus Salgad. *p. 2. de proteçt. cap. 14. num. 10.* Solorzano *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 27. num. 54.* Narbona *in l. 82. gloss. 2. à num. 26. & gloss. 3. num. 4. tit. 5. recopil. Vela disert. 38. num. 75.* Escobar *de purit. par. 1. quest. 13. §. 4. à num. 16.* Caball. *casu 69.*

Seneca *lib. 2. de ira. cap. 29.* Riccius *par. 2. collect. 263. ætas 125* illorum pariter explanatur, vt cognoscatur esse maiores quatuordecim annis, qui soli testes habiles reputantur in Cathalonia, *ex regula usat. nullus homo 6. tit. de testimon. & ibi Marquill. Canc. var. p. 1. cap. 20. num. 2.* de iure communi videndi Regens Matthæu *de re crimin. contr. 2. à num. 30.* Narbona *annal. anno 14. q. 44.* Farin. *in prax. q. 58.* de oppositio-
ne cõtra personas testium Gomez *lib. 3. var. cap. 12. num. 13. vers. Secundo.* Seneca *lib. 7. contr. 5.*

Subsequitur clausula: *Han dit, 126* *q̄dit cada ver, dicos de bome mort conexian molt be, per tenirlo en practica, lo qual quant vivia se anomenava &c.* latinè: *Dixerunt, dictum cadaver, seu hominis mortui corpus certius agnovisse, ex assueto tractu, & practica, quodcum vitali aura fruebatur, vocabamus &c.* hoc ita practicandum quando mortuus est cognitus in loco delicti: nam si constat de homine occiso, licet illius nomen ignoretur, procedi potest, & valet inquisitio. Farin. *in prax. crimin. quest. 2. num. 28.* Clar. *§. fin. q. 4. num. 4. circa medium, & q. 52. num. 8.* Guazzin. *defens. reor. 4. cap. 2. nu. 12.* qui ponit praxim hoc in casu

casu servandam. Carthar. in execut. sentent. captur. bannit. cap. 2. num. 4. & seq. licet in opinionem contrariã propendat Vermigl. conf. 74. num. 21. sed adversus eius sensum fuit in Regio Cõcilio observatum, ad relationem Magnifici Michaelis Ioannis de Taverner, & Rubi, tunc Iudicis Regiæ Curix, Regia sententia lata 23. Augusti 1672. Actuário Riambau, in causã cõtra Michaellem N. delatum de homicidijs per eum, vnã cum alijs proditoriè, & appensatè perpetratis iactibus tormentorum manualium, vulgò *pedrenyals*, in personas Michaelis N. Michaelis Monells, & Abdonis Perarnau militũ cohortis Onuphrij Gelabert Ducis equestris die 21. Octobris 1668. propè Capellam Sancti Amerij, sitam in termino Beati Stephani de Guialbes Diocesis Gerunden. & fuit vnanimi mente Dominorum conclusum de morte primi Michaelis, tametsi eius cognomen lateret, impetiri aggressorem, Authores superius traditos amplexando, extititq; reus damnatus ad torturam in caput sociorum, & in furcæ suspendium.

127 Postea dicitur: *Los quals han vistenia dos ferides, la vna en lo ventre, y denotavan ser fet as*

ab balas exidas de alguna arma de foch: latinè: Eumque duplici vulnere casum, altero ventri inflicto, viderunt; & igneo armorum genere dimissa pila, exequuta videbantur: designatio vulnerum substantialis est, ad perfectionem istius instrumenti. Sperell. decis. 136. Guazzin. def. 4. cap. 2. num. 8. in fin. Farin. de inquisit. q. 2. sub num. 4. & alij supra laudati passim.

Expressio armorum, quibus 128 iudicant, cadaver recognoscẽtes, fuisse delictum commissum, non minus est necessaria, vt inde iudex de qualitate, & circumstantijs delicti possit clarè cognoscere, & res sibi distinctè constet, de qua debet iudex ex peritorum attestacionibus certiorari, quæ est communis conclusio Doctorum. Farin. de homicid. q. 27. num. 151. pluribus alijs adductis Caball. ref. crim. cas. 248. num. 39. cent. 3. Cyriac. contr. 485. n. 11. Posth. de subhast. insp. 47. num. 49.

Dubitabis forsan de veritate proximè adductæ explicacionis, dum asserui peritos assumi in visitacione cadaveris: quia oppones, plerumque vocari homines nullius artis, seu peritiæ; sed cum facilitate huic dubio satisfacio: quippè testes vulnera satis exponunt, ibi: *La vna en lo ventre, y sobre lo llom-*

lombriqol, que li passava, y arribava à la cavitat natural &c. latine: *Altero ventri inflicto, & super umbilico, cavitatem naturalem pertransenti, & pro cognoscendo an tali casu mortuus sit ex vulneribus, quilibet iudicium sufficiens decernit: esset enim in culpa, si testes recepti non intelligerent, quod omnes intelligunt, imò & in dolo, ex latè congestis à Giurba consil. 87. num. 33. Hermosilla l. 3. gloss. 7. tit. 3. part. 5. Riccius part. 4. collect. 785. Faber decad. 86. err. 3. & ex eo ignorantia crassa pro scientia habetur. Barbof. in cap. 20. nu. 23. de elect. & rectè constituitur gerere viçes peritorum, eos qui*

130 tunc adhibentur; nam aliter quando vti testes super corpore delicti examinantur, debet fieri examen separarè, non autem insimul. Guazin. defens. 4. cap. 2. num. 11. circa medium. Peregri. Gann. de citat. Real. lib. 1. cap. 2. pro vt infra de testibus generaliter statuam.

131 Verum est quod quando recognitio est facienda in casu requirènte peritiam Medici, vel Chirurghi, huius disciplinæ professores idonei convocantur, vt ex traditis in hac decisione num. 80. clarè desumis, & idem sequimur quando alterius officij, periti sunt postulandi. Salgado de Reg. protect. par. 4. cap.

10. à num. 144. Riccius part. 1. collect. 136. & p. 7. collect. 2828. Gomez lib. 2. var. cap. 9. num. 5. & ibi Ayllon. Hermos. in l. 56. gloss. 6. à num. 23. & 158. tit. 5. par. 5. Giurb. ad consuet. cap. 10. gloss. 10. Amaya in l. 2. Cod. de iur. Risc. à num. 13. a quod quos quomodo eorum declarationi sit credendum, & quid si discordent, & quod instar iudicij, magis quam testimonij sint, adde Giurba ad consuetud. cap. 10. gloss. 11. nam pro regula hortatur, quod quisque id tractare debet, in quo peritus est. Solorzano lib. 5. politic. cap. 18. fol. 917. vers. T. assè, vt de veneno per tractans attextui dicto n. 80.

Los quals testimonis iudican, 132
que dit N. es mort de diras feridas; latine: *Qui testes iudicant dictum N. dictas vulneribus esse interemptum.* Corpus delicti non remanet probatum ex eo solum quod reperiatur homo mortuus, nisi constet quod fuerit scelere interfectus, vt præmonui num. 74. verum si cum multis vulneribus reperiatur defunctus, & constat decessisse incontinenti, præsumitur ex illis mortuus, noster Nobilis Peguer. decis. 14. num. 1. 2. & 3. & decis. 78. n. 6. Giurb. consil. 84. num. 27.

Leges vltèrius: *Encontinent* 133
fou per dit Magnifich Sotsve-
M guer

guer manat al dit Antoni Tortus porter &c. latinè: *Statim dictus Magnus Subvicarius mandavit dicto Antonio Tortus portario &c.* ob clarum finem intervenit Regius portarius in visitatione cadaveris, & fit solemnitas vocandi hominem nomine Domini Regis (idem die quando Baronis nomine sit vocatus eius vassallus) vt intelligatur nullum efficacius signum esse mortis hominis, quam silentij, & immobilitatis, quando Regis nomine vocatur, cuius fidelitati, & obsequio omnes nascimur, & tenemur promptos nos illi exhibere quando vocamur.

134 Obstringuntur namq; vassalli, Rege ita imperante, petiti comparere, & Regiæ defensionis, atque servitio incumbere, ac in bellico conflictu versari, deditosque ostendi, veluti eleganter, ac fusè resolvunt Div. Thomas 1.2. q.60. art. ult. & 2. 2. q. 123. art. 5. vbi omnes Theologi. Covarrub. var. 1. cap.2. num. 10. Borrell. de magistr. lib.4. cap.9. & 14. Amescua de potest. in se ipsum, lib.2. cap. 2. & 3. lib.1. cap.1. num. 18. Ramirez cum pluribus de l. Reg. §.31. num.13. Larrea alleg. Fisc. 102. 112. & seq. Solorzano in politic. Indian. lib. 3. cap. 25. pag.418. vers. Mediante lo qual,

& in sequentibus defendit prescriptum hoc quo ad nobiles arctius vrgere, cum securitas Regni vehementius eorum interfit; & enarrat de anno 1624. cum Hllandia superba navalis classis ad Civitatem Limæ adventasset, consuluisse Proregi, eum posse cōpellere quoscunque accolas illius Civitatis, non obstantibus quibusque privilegijs nobilitatis, aut alijs quæ allegarentur, ad navandū tuitioni, & vt libris militariibus adscriberentur, bellicisq; rebus, ac omnibus actis infervirent; nam tametsi nobiles sanguine, alio nomine *Hijosdalgo* ab ijs oneribus eximantur, hæc de ordinarijs occurribus intelligerentur, non de ijs, quæ imminenti subiacent discrimini, plurimorumque auctoritate, ac nobilium iuramento muniens absolutissimus Solorzano suum placitum roboravit: videndus graphicè Seneca de clement. lib. 1. cap.3. vbi subditorū officia erga Regem descripsit: *tanquam ad clarum, & beneficum sidus certatim advolant, obijcere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem struendum sit, & infra: Sic protegendi, amandique Reges, & se suaque iactandi* quo-

quocumque desideraverit imperantis salus: Nec hac vilitas sui est: aut dementia pro vno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus vnā animam redimere.

135 Proindeque etiam Episcopi, quorum auctoritas fulgentissima excellit dignitate, ad Regis vocationē venire debent, quoties fuerint requisiti, *cap. petimus II. q. 1. cap. Princeps, cap. administratores, & cap. Regum 23. q. 5. Novell. Iustinian. 438. const. 115. cum alijs traditis à Decio, Antibolio, Marienzo, & Azevedo, quos refert Bovadilla. in politic. lib. 2. cap. 18. num. 61. Belluga in specul. Princip. rub. 1. & seq. vbi Borrell late. Natta conf. 487. vol. 3. Peregr. conf. 1. num. 49. vol. 1. Olivar. de iur. Fiste. cap. 10. num. 6. & 9. Valenzuela conf. 4. nu. 110. vol. 1. Borrell. de præstantia Reg. Cathol. cap. 54. per totum, & post eos profundissimus Solorzano de iur. Indiar. lib. 3. cap. 6. num. 58. & in polit. Indian. eod. lib. 4. cap. 6. pag. 540. litt. M. sequitur, ac ornat Reg. Cortiada decis. 28. n. 29. & seqq. p. 1.*

136 Qui omnes illi inhærent rationi nimirum, quod citra vllā immunitatis Ecclesiæ læsionem, licet Monarchis, qui ad Episcopatus præsentarunt, pro Regij patrimonij, & Regalia-

rum tuitione, Prælatos similiter ad suam curiam accersire, & ante Sedis Episcopalis possessionem, ad indemnitatis iuriū Regalium iuramentum præstā- dum distringere; & pro regula nuper expressa, quod vocatus à Domino Rege tenetur exurgere, adeò vt si id non exequatur, delictum punibile committat, disertè Sesse de inibit. cap. 5. §. 4. à n. 9. vbi sic tenet, quando in mandato exprimitur, quod fiat pro rebus concernentibus Regium seruitium; & num. 12. controvertit propositionem si pro alijs reb⁹ mandatum expediatur. Nostri Excellentissimi Domini Locumtenentes generales suæ Maiestatis sæpenuerò similia mandata litteris Regiæ Cancellariæ transmittunt Regalis seruitij causa urgente, prout in registris occurreret perfacile attingere, & pleraque legi Ecclesiasticis personis directā: Evolve librum Locumtenentiæ primum, & fol. 34. reperies Serenissimi Ioannis ab Austria diploma, Regiæ Cancellariæ more expeditum, tribus Canonicis Ecclesiæ Gerundæ directū; & fol. 56. Canonico Ecclesiæ Vicen. & fol. 188. duobus Regularibus, vnius ex strictioribus ordinibus, instituto nulli inferioris, pluresque exsupè-

rantis. Continentur univocè in eis litteris, quod quia Serenissimus Prorex pro negotijs Regij servitij indigebat illis Ecclesiasticis: idcirco ipsis dicebat, ac præcipiebat, quatenus intra certum terminum ad hanc Civitatē se cōferrent, & se præsetes corā sua celsitudine exhiberent, negotium advocationis prædictæ impulsivum scituri.

137 Reliquæ clausulæ instrumenti recognitionis nihil cōtinent specialitatis, proptereaque nō indigent explicatione, & ornatu: notabis tamen quod dum de personis, quæ in recognitione interveniūt fit mentio, dicitur esse maiores quatuordecim annis, non verò adijcitur eas cognititas esse, quod secūs fit in receptione testium; nam eos cognitos esse opus est scribi in depositione, vt adferam decisione 32. ratio autem in cōnititur; quoniam quando testium depositiones recipiuntur, iudex est, qui examen coordinat, & nihil aliud facit Actuarius, quā in scripturam dicta redigere, non verò de ea depositione instrumentum publicum conficit; at in visitatione cadaveris, attestatur per instrumentum publicum de illa, quod ei facere fas non esset, nisi homines omnes notos haberet, qui in illius negotij celebratione in-

terveniunt, sicque cum eius in hoc formalis obligatio ex sui officio debito univèrsaliter supponatur, dum instrumentum conficit, idèò tanquam supervacua, hominum iussu superioris cadaveris inspicientiū cognitio non exprimitur. 221

138 In iudice aliter se res habet: nam in is aliquibus causis testes quoscunque recipit, eos qui à partibus ministrantur, sive ipsos cognoscat, sive non noverit, partes audit quantumcunque incognitas, & adhuc in criminalibus causis sufficit ei quod testes ab alio sint cogniti; & quod Notarij debeant adhibere in instrumentis testes notos, de iure nostro dixit Mieres *par. 1. in Cur. Barchin. Reg. Iacob. 1. coll. 1. par. 3.* in antiqua impressione; & de iure Castellæ tabellio rogatus super qualibet scriptura, tenetur cognoscere contrahentes, vel recipere duos testes de notitia illorum, quemadmodum etiam de iure antiquo servabatur, vt per Bald. *in rub. Cod. de fid. instrum. l. 54. tit. 18. part. 3.* vbi Gregor. Lopez *gloss. in verbo Conocer*, cum alijs adiunctis per Azevedo *in d. l. 14. num. 1. & 2.* Valenz. Velazq. *conf. 169. num. 105.* qui omnes Notariorum obligationem in cognitione contrahentium, & testium con-

considerant, ex eo quod, si aliter se gererent, facile falsitates committerentur, curæ autem tabellionū incumbit, eas avertere in suis instrumentis.

139 Medici, & Chirurghi sunt plerumq; avocandi, & hoc frequentius quando aliquis fuit vulneratus, & post nonnullos dies decessit, quia tunc practicantur magistrales decisiones Peguer. *decis. 14. à num. 16. & decis. 78. à num. 3.* vbi varias stabilivit regulas; prima est, quod quando ex peritorum relatione constaret vulnera non fuisse lethalia, tuncque vulneratus moritur, præsumitur magis mortuus ex negligentia, quam ex vulnere, & ita vulnerans non de occiso, sed tantum de vulnere tenetur, per *text. in l. qui occidit, §. fin. ff. ad l. Aquil. ibi: Si vulneratus fuerit servus, non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso.* Gomez *lib. 3. var. cap. 3. numer. 30.* vbi Ayllon. Riccius *par. 4. coll. 1456. & par. 6. coll. 2100.* Giurb. *consil. 84. num. 8.* & ad id concinunt quæ Ovidius canebat, *Pont. 1.*

Curando fieri quedam maiora videmus

Vulnera, que melius non tetigisse fuit.

140 Quando autem constaret

per peritos, certumque esset vulnera fuisse lethalia, tunc si ex illis sequatur mors, vulnerans tenetur de occiso, ut est textus expressus *in l. ait lex, vers. Quod si mortiferè, & in l. si ex plagis in princ. ff. ad l. Aquil.* non habita ratione negligentia, seu culpa, quæ quamvis probaretur, tantum conferret ad probandam mortis accelerationem, & non quod inde causata fuerit mors, citra vulnus, & constituerunt Doctores num. præcedenti allegati, addendus Vicecancell. Crespi *ob-* 141 *ser. v. 82. num. 23. & 24.* vbi tamen probat ex Celso, & Marcello apud Ulpianum *in l. item Mela 12. §. Celsus, ff. ad l. Aquil.* illato ab vno vulnere, etiam mortifero, si ab altero postea aliud inferatur, ex quo mors sequuta fuit, priorem delinquentem non de homicidio, sed de vulnere teneri, indeque exhaurit indultatum de vulnere, non gaudere impunitate, si ex illo sequatur mors post indultum, & ad id facit, quod pax vulnerati, non sufficit eo mortuo pro nece. Reg. Matthæu *de re crimin. controv. 27. numer. 14.*

Quoties sumus in dubio, an 142 vulnera fuerint lethalia, vel non, & vulneratus decedat, an tunc præsumendum sit decessisse

fisse ex vulnere, vel ex aliqua negligentia vulnerati, quærit præcitatus Peguera; & distinguendum arbitratur, quod, aut non constat de aliqua negligentia in curando infirmum, seu vulneratum, aut constat de illa; in primo casu, quando non liquet de aliqua negligentia, fatendum dicit in dubio vulneratum ex vulnere decessisse, quia vulnus præsumitur lethale morte sequuta, & qui negligentiam allegat, illam probare debet. *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* conducunt adducta à Noguero. *alleg. 2. numer. 120. & seq.* Jul. Capon. *tom. 1. discept. 35.* Cyriac. *tom. 1. controu. 167. à num. 7. & seq.* & tandem omiſſa varietate plurium Doctorum, iudicis arbitrio relinquit Peguera decernere, an vulneratus ex vulnere oppetierit, inspecto tempore effluxo à die vulneris, ad diem mortis; consulit tamen iudicibus, ut studeant, quod regulent arbitrium suum secundum qualitatem percussionum, pro quibus adeundos medicos firmat.

143 Aut versamur in casu, quo constat de aliqua negligentia, seu culpa, & tunc magis est præsumendum vulneratum ex negligentia, seu culpa decessisse, & sic vulnerantem tantum de-

vulnere, non autem de occiso teneri; Ex quibus præclare depromis in casu dubio, dum non constat de negligentia, iudicium medicorum attendendum esse; & negligentia qualiter accidant, commoſtrat Peguera. *d. decis. 78. à num. 11.* & quæ vulnera lethalia dicantur expendit *num. 5.* practica autem nostra amplectendo doctrinam Peguera, relationem exposcit Medicorum, Chirurgis etiam intervenientibus: formula relationis post secundum volumen apponetur; & ita statimatquæ vulneratus quis fuit, accedit Chirurgus domum iudicis, eique facit relationem de vulnere, & cuius qualitatis illud dijudicat, & si post aliquos dies moritur vulneratus, adiungitur Medicorum, ac Chirurgorum relatio cadaveris recognitioni, cum distinctione casuum iuxta supra investigata. Prima relatio Chirurgi transcripta similiter apparebit in compilatione practicali.

De hac materia vulnerati 144 occumbentis post aliquod tempus à die illati vulneris, præter iam laudatos, plenè Conciol. *resol. crim. 1. verb. Vulnerus*, vbi cum multis præiacta theoremata confirmat, novissimè Nobilis Senator Calderó *decis. 11. nihil intactum* de-

deserens, & idèdè amplius non immoror. Non omittam tantummodo quod negligentia evidens est, si Medicus non fuerit morbo addictus; tunc enim hanc curam despiciens, causam mortis, dicitur dedisse. *Surd. de aliment. tit. 4. quest. 5. num. 9.* & si Medicus imperitus curationi destinetur, negligentia probata remanet, puniri que debet Medicus, cuius imperitia nex contingat; & qua poena. *Cavalcan. 1. p. decis. 26. numer. 16. Cassaneus consil. 48. Craveta conf. 132. Iul. Clarus lib. 5. §. homicidium, numer. 17. & ibi Baiard. Menchac. ill. contr. lib. 1. cap. 19. Canonistæ in cap. ad aures de etate, & qual. cap. tua nos de homicidio. Menoch. de arbitr. cas. 581. Molin. de iust. tract. 3. disp. 75. Plaza de delict. cap. 26. & quando officinm suum impleant peritiores, ita vt in culpa non sint. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 22. p. 3. Diana tom. 8. tract. 1. resol. 28. & pro instituto nostro *Salgad. de Reg. protect. p. 4. c. 14. n. 239.**

146 Vbi, quod si Medicus certa mercede promisit curare egrotum, qui curatus, vt videbatur, eandem in aegritudinem paulo post recidit, non videtur esse curatus à prima, secùs si longo post intervallo, adductis ad idem Castrensi, Dyno, Pi-

chardo, Speculat. Imol. Alberic. Marsil. & alijs pluribus

Libet nunc referre homicidium quod fuit perpatratum proditorie die 6. Ianuarij 1680. hora septima post meridiem in Villa Rivipulli, in loco vulgari-¹⁴⁷ter nuncupato, *Los quatre Cantons de Sant Jaume*, per Isidrum N. vnà cum alio, iactib^o tormentorum manualium, in personam Eudaldi Saló Ferrifabri: ignorabatur namq; iuxta rei hypothesim, ex quo instrumento manuali vulneratus fuerat præhabitus Eudaldus Saló: quia testes pro necis inquisitione ministrati, solum explicabant personas, quæ talia instrumenta exploserant aduersas Eudaldum, non tamen ex quo iactu vulnus contigerat, dicebant; imò ex illorum depositionibus nimis confusum relinquebatur, & pro ambiguitate tollenda fuerunt ex officio per Regium Concilium experti experti, quib^o fuerunt perlectæ testium offensionalium depositiones, vt cum eis perfecte cognitæ facti circumstantias capescerent, & his studiose examinatis, fuit ab ipsis peritis disquisitum, an iuxta suæ artis præcepta crederent, & affirmare possent vulnera, quæ inueniebantur in cadavere Eudaldi, duobus tormentis ma-
nu-

nualibus, vel vno tantum patrata fuisse. Experti vnico instrumento potuisse vulnera iniici, sentierunt; qua propter, cū duo fuissent iactus, è duobus tormentis proiecti, incertitudo vulnerantis evidenter deprehendebatur.

148 Quibus omnibus perpensis, fuit reus condemnatus ad seruium Regiarum triremium remigando ad decenium, sententia lata 23. Maij 1680. referente optimè crudito Nobili Don Iacobo de Potau, & Moles, tunc Iudice Regiæ Curiaë Scriba Badia, in qua decisione duo sunt menti tenenda; primum est ex eo fuisse reum extra ordinem punitum, quia nō constabat de præmeditatione, imò liquebat tractatum non præcessisse, sed proditoriè facinus admissum extitisse, quo casu non præsupposito tractatu, intervenientes homicidio cum armis, ex sola assistentia, pœna ordinaria non puniuntur, secundum præclaram *decis. 63. Pegueræ*, vbi quod extante incertitudine homicidæ, si plures concurrunt in occidendo, solus tractatus facit reos mortis auxiliantes, & intervenientes. *Guazin. def. 29. cap. 4. num. 30. & def. 33. cap. 22. Thesaur. lib. 1. quæst. for. 46. Sesse decis. 103. lib. 1. Caball.*

ref. crim. cas. 192. Mutadecis. 68. Ciacius for. discep. 162. Thoro in comp. decis. p. 3. ses. 1. verb. Assistens, fol. 76. & 77. Reg. Matthæu de reg. Reg. Val. to. 2. cap. 8. num. 71. & ita intelligendus Reg. Cortiada decis. 98. num. 28. ijs, & alijs relatis.

149 Secundò adnotandum deducitur, pluribus illatis vulneribus, vulnerante ignoto, de homicidio teneri, tametsi extraordinariè, eum qui potuit vulnerare, vtpote quia tormentū proiecit, ex celebri doctrina Bossij *in tract. crimin. tit. de homicid. à num. 25.* qui licet in hac specie torturam inferendam solum censent de homicidio torqueri omnes intervenientes, tenet, incertitudine data vulnerantis mortificè; & hac de causa delatus fuit de homicidio supradictus reus, pœna autem fuit irrogata extra ordinem iuxta doctrinas, & Authores *num. antecedenti traditos*; & his concinit, quod quamvis aliquis de delicto plenè probato imputetur, nihilominus pœna ordinaria illius criminis multoties non irrogatur, vt *decis. 22.* nitidissimè probabitur.

150 In materia qua conquiescimus, nota est conclusio, peritos debere ad minus esse duos, vt eorum relationi fides tribua-

tur; quæ tamen regula limitatur, quando commodè non possunt duo periti intervenire; vel si vnus assueverit tantum vocari. Guazin. *des. 4. cap. 12. num. 15. & 21.* adstipulantur Pinell. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. 3. p. cap. ult. num. 5.* Padilla *in l. 3. Cod. de iur. & fact. ignorantia.* Gratian. *discept. for. cap. 228. num. 21. & 22. & cap. 235. per tot. & cap. 263. num. 20.* Garcia *de expens. cap. 24.* Barbosa *in collectan. ad cap. proposuisti de probat. num. 8.* & ita seruari in Curia Romana testatur Farin. *q. 127. n. 107.* quando peritus eligitur à iudice, vel ex eius officio; si verò partes discordant, vnaquæque pars eligit suum, vel aliter concordant in vno; testatur etiam Sigismundus Scaccia *in tract. crimin. cap. 83. num. 13.* Sed tutius affirmat Guazin qui proximè duos habere peritos, & hæc praxis apud nos viget, vt in compilatione practicali conspicies, hac sola differentia, quòd regulariter duo soleant accersiri; ad vulnus autem certificandù, vnus tantum vocatur, qui relationem emittit, an sit lethale, vel vt plurimum, scilicèt à communiter accidentibus curabile; & hæc praxis inniti potuit, hisque plenè cumulavit Conciol. *resol. crim. litt. C. verb.*

Corpus delicti, res. 5. à num. 6. & plura possent perhiberi exemplaria, quibus de vulnere delati fuerunt apud nos puniti, constituto solum de corpore criminis, ex vnus periti relatione.

Ex latè enodatis supra à n. 70. 152 inferes, delicta omnia, imò & facta quæcunque, alia esse permanentia, & alia transitoria; nam id quod desuper enuntia- vimus, alia esse delicta facti permanentis, quæ relinquunt vestigia, & alia esse facti transientis, quæ vestigia non relinquunt, non sunt accipienda limitativè, sed declarativè; cuncta enim facta, quæ vestigia nō relinquunt, transitoria sunt; si verò impressiones, seu signa derelinquant, permanentia dici debent, vt optimè notavit Covarrub. *var. 2. cap. 6. num. 8. vers. Verum immeritò, & ibi Faria. Tondut. quest. benef. p. 1. cap. 41. num. 12.* vbi ex eo affirmat esse delictum facti transientis, quod nulla vestigia post se agnoscantur, & quod in iudicio notorietas dicatur tantum, respectu actus permanentis, ex quo oculis iudicantis subijci potest, docuerunt Ioseph. Ludovis. *decis. 67. nu. 21.* Mascard. *conc. 1106. num. 10.* qui in actu 153 momentaneo, seu transitorio, notorietatem iudicalem non

adesse arbitrantur, quia necessario extrinseca probatione egeat; & hoc modo dimicantes Doctorum opiniones, circa notorietatis probationem conciliant, & exemplis apertior fit res hæc; nam idem delictum, si vestigia post se præstet, facti permanentis conscribitur; si

a utem talia vestigia non adsint, facti transeuntis appellatur; ut patet in furto, fuga, & alijs adaptabilibus, quæ si cum fractura accidant, facti permanentis dicimus; si verò absque fractura, vel alijs vestigijs patrentur, transitoria, seu facti transeuntis vocamus.

EPIGRAPHE.

De præventionem inquisitionis. An possit incohari ex libellis clam oblatis, absque authorum subscriptione, quomodo hi sint despiciendi. Inquisitus num possit ad novos honores promoveri. De Visitatorum munere, & circumspectione. Inquisitionum genera. Quæ requirantur, ut res furata in alicuius domo perquiri possit. De infamia iuris, & facti, quando irrogetur, & de ipsarum effectibus ante, ac post sententiam, deque illarum abolitione, ad amplissimam casuum facile contigibulum materiam indagatio.

NUCLEVS.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Inquisitionis præventio quomodo sit necessaria, & quot modis ordinetur.</p> <p>2 Inquisitio debet fieri aliquo denuntiante, vel fama publica præcedente.</p> <p>3 Et quid in Regno Valentie, & Tribunali Sanctæ Inquisitionis.</p> <p>4 Praxis Regnorum Castellæ enarratur.</p> <p>5 An Visitatores possint admittere libellos, & memoria lia secreta, & absque au-</p> | <p>thorum subscriptione, & num. 6. 7. 20.</p> <p>8 Quando primus testis possit loco accusatoris haberi. Honor omnibus rebus præferendus.</p> <p>9 Accusatus, vel inquisitus, inquisitione pendente, ad novos honores non potest promoveri, sicut nec ad ordines sacros, nec ad Dignitatem Ecclesiasticam; licet aliud sit in muneribus non habentibus dignitatem</p> |
|--|--|

- rem annexam, & ibidē de accusato in Sancto Officio. De donato Ordinis Divi Ioannis, prosequere n. 10. vbi criminofum non posse postulari.
- Declara, ut n. 46.
- 11 Limitatur, si in inquisitione procedatur ordine iuris nō servato, & quando inquisitio non habuit ortum ex diffamatione, num. 12. & si elapsus sit annus post inquisitionem, & non stetit per reum, num. 13.
- 14 Diversa exemplaria nostri Senatus referuntur iuxta regulam precedentem, & num. 15. 16. & 17. & decreta Regia num. 62.
- 18 Praiudicia enarrantur si inquisitio formatur religione pra oculis non habita, & num. 19.
- 20 Praxis nostri Principatus in hac materia memoria- lium clam expositorū ostenditur.
- 21 Quare dicatur in principio depositionum testium interrogatus super Curiae praeventis.
- 22 Multoties delictum patet, & delinquentes ignorantur. Inquisitionis finis est ad vindictam publicam.
- 23 Alia est inquisitio non data certitudine delinquentis, alia specialis contra particularem personam, & quid operentur, num. 24.
- 25 Regula inquisitionem generalem de iure esse prohibita quomodo intelligatur, & num. 28. & 29.
- 26 Inquisitio mixta quid sit.
- 27 Barbosa locus explicatur.
- 30 In Cathalonia quomodo formetur inquisitio generalis, & num. 31. cum decisionibus.
- 32 Contra delinquentem incertum sit provisio soni emissi.
- 33 Ex procedimentis generalibus, quae utilitas resultet, & num. 34.
- 35 Gubernatores Provinciarum non excusantur ex eo, quod fontes occulte deliquerint.
- 36 Commissarijs quando possint dari generales commissiones ad intellectum Const. 2 & 3. tit. de novellis Officials, &c. & num. 37.
- 38 Iudices corriguntur, qui pro rebus furatis reperiendis solent birruarios mittere ad domos vicinorum nullis precedentibus indicijs, vel levibus, & quomodo in his sit procedendum explicatur.
- 39 Iudex maturè debet procedere in istis inquisitionibus.
- 40 Contra mercatores ad puniendum.

- dum fraudes non potest procedi per inquisitiones, & apprehensiones.
- 41 Condemnatus ob crimen per eum commissum, an privetur honoribus, officijs, & dignitatibus? Affirmativè resolvitur si delictum sit famosum.
- 42 Amplia, quia condemnatus aetione famosa ad aliquam pœnam temporalem, ea satisfacta remanet infamis, & ad dignitates aspirare non potest; & num. 77.
- Infamia, sive iuris, sive facti repellit à dignitatibus habitis, & habendis ex sententia Caballi, sed ea non probatur num. 54.
- 43 Quando pœna sine causa augetur, vel cum cause cognitione minuitur, super infamia censetur dispensatù; secus si absque causa temperatur, & num. 44.
- 45 Ut facinorosus officia dimittere cogatur, pœna ordinaria efficiendus est regulariter.
- 46 Si ex accusatione nulla resultet infamia iuris, nec facti, non efficitur inquisitus inhabilis ad honores inquisitione pendente.
- 47 Declaratio, nec limitat, nec novum quidquam disponit.
- 48 Const. 3. tit. de personas prohibidas regit offic. non procedit nisi pro magno delicto; secus pro parvo.
- 49 Minimum delictum non obstat, ut quis ad novum honorem invitetur.
- 50 Condemnatus per modum causa pro crimine famoso, non efficitur infamis.
- 51 Infames infamia iuris, vel facti sunt irregulares, & incapaces promotionis, licet de infamia facti aliqui dissentiant.
- 52 Irregularitas ex delicto non incurritur, nisi sit grave, nec sufficit sola culpa venialis iuxta veriorè sententiam,
- 52 Debitor Reipublica pro quantitate modica, ad honores illius invitari potest.
- Condemnatus pro crimine culposo non efficitur infamis.
- 53 Infamia que sit iuris, & que facti brevissimè exponitur.
- 54 In omnibus casibus, in quibus incurritur infamia iuris, medio tempore ante sententiam, facti infamia delitescit.
- 54 Infamia facti impedit acquisitionè dignitatis, non tamen privat obtenta.
- Quid tenendum de infamia iuris, remissivè.

Absque

55 Absque causa cognitione non debet quis exbursari, nec deponi ab officio quod possidet, cum decisione Senatūs.

Sententia ferri non debet contra non citatum, & inauditum, etiamsi ei nulla cōpetat defensio, & num. 56. cum alia decisione Senatūs.

57 Si ex privilegio competat facultas eligendi, non ex eo censetur concessa privandi, nec ea vti licet.

58 Limita, si in privilegio utraque facultas concedatur, cum exemplari Regij Concilij.

59 Ius privandi officialem est de Regalibus.

60 De delicto usurpata iurisdictionis remissivè.

Regium Officialē solus Princeps punire potest.

61 Cause cognitio necessaria nō est, si quis fuerit extractus sorte, & repelli intenditur ab exercitio.

62 Æconomica, religiosa potestas Principis in regimine Universitatū Regie Cancellaria mandatis illustrata.

63 Regia hæc decreta que non sint contra ius, vel utilitatem publicam, legis vim habent, & transgressores puniuntur.

64 Eiecti à pace, & treuga, etsi non auditi ante sententiam, inhabiles omninò munerum censentur.

Sententia declaratoria contra eos in vim Constit. 8. tit. de Abatutis, fieri debet per Regium Concilium, non per Universitatem.

65 Indignus, cuius indignitas percutit actum iurisdictionis, solum per Fiscum potest objici.

66 Eiecti à pace, & treuga habentur pro mortuis, & ad quos effectus remissivè.

67 Contra auxiliantes, & receptantes bannitos Regios pœna exercetur.

68 Eadem prohibitio receptandi contra bannitos ad fines banni imponitur.

69 Deportati, condemnati ad triremes in perpetuū, vel ad tempus, quæ amittant.

70 Deportati efficiuntur infames.

71 Qui pœnam ignominiosam patiuntur, ab honoribus sunt depellendi, & huius generis est pœna fustigationis, quæ perpetuam inducit infamiam.

72 Relegatus infamis efficitur, sed eius infamia certo aboletur tempore.

Sed si delictum non sit famosum

sum, quamvis tempore purgetur infamia, interim autem pendente relegatione, ad honores non assumitur.

- 73 Abiurans ut verus hereticus de heresi à se commissa, vel probata, vel confessa, remanet inhabilis ad officia, & beneficia, donec habilitetur, nec sufficit ad id pœnitentia.
- 74 Infidelitas præcedens non nocet ad obtinendum beneficia, imò isti conversi sunt honorandi.
- 75 Regulares abiurantes de levi, de iure communi, ex aliquorum sententia habiles erant ad dignitates; sed extante decreto Urbani 8. de quo hic, in capaces redduntur.
- Infames fiunt pœnitentes, & portantes crucem propter heresim.
- 76 Inter qualitates probandas in assumptione ordinum militarium, illa enumeratur, quod non descendant promovendi à punitis quoquo modo per Sanctæ Fidei Tribunal.
- 77 Cōdemnatus ad tempus, finito tempore recuperat habilitatem ad honores in delictis non famosis; in famosis verò, secus.

78 Per abolitionem Principis, si expressio fiat de infamia, pariter habilitatur infamatus ad honores.

79 Si Princeps eligat inhabilem, sciens eius inhabilitatem, dispensare videtur.



DECISIO IIJ.



Præventio inquisitionis eius est principium, & fundamentum, sine quo ipsa inquisitio stare non potest, imò esset nulla tanquam & difficiendum sine fundamento; hæc autem præventio tripliciter fit, vel instante parte, & tunc Fiscī Procurator ipsius instantiam protegit, & cum illa concurrat; vel evocatur causa absque querimonia partis, de quibus duobus casibus memini præcedenti decisione; aut denique absque supplicatione, & evocatione fit præventio modo tradendo in compilatione practicali, & nisi hæc ita ordinentur, processus criminalis omnino corrumpitur, etiamsi delictum fuisset deinde plenè probatum, ut post Iul. Clarum in praxi, §. fin. q. II. num. 2. & q. 45. num. 13. testantur Fontanella decis. 129. num. 8.

num.8. tom.1. Alfar. de off. Fiscal. gloss. 17. num. 4. & seqq. Guazzin. def. reor. 20. cap. 18. num. 2. Peguera in pract. crim. hoc tit. num. 2 asserens fuisse à iure introductum ad refrenandam malitiam, & proteruitatem iudicū, quia possent multos indebitè vexare, si daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra omnes ad sui libitum; Et ideo constitutum reperitur, quid iudicem ad procedendum inducat, & quodammodo ex necessitate sui officij impellat, putà fama, vel clamor, instantia partis, vel Fisci Procuratoris denuntiatio modis relatis, quæ sine difficultate transeunt postquam remedium inquisitionis de generali consuetudine fuit effectum ordinarium, vt patet ex adductis decis. 1. num. 6.

2 Debere fieri inquisitionem aliquo denuntiante, vel fama publica præcedente, firmarunt Carleval de iudic. tit. 1. disp. 2. num. 743. Sanchez lib. 6. consil. cap. 3. dub. 17. & seqq. Farinac. tom. 1. in praxi, q. 9. Escobar p. 1. de purit. q. 12. §. 3. à num. 39. qui quærit, an fieri possit ex inimici depositione. Valenz. conf. 165. qui examinat quando inquisitio valeat, vel non. Cyriac. contr. 482. Ubian sustineatur facta ex denuntiationibus

secretis; Ad hunc scrupulum evitandum ponitur in nostris præventionibus, Ad auditum Fisci Procuratoris Regiæ Curiaë fama publica referente, & aliàs noviter pervenit, vt reperies in compilatione practicali.

In Regno Valentiaë, postquam iudex ex officio informationes de crimine recepit, & reum interrogavit, si reus captus sit, vel eo non capto, constituto de fuga, Fisci Advocato informatio traditur, qui si videat necessaria adesse, ad transmittendam, accusationis libellum proponit, & deinceps causa evocatur, & admititur; sic Regens Matthæu de regim. Reg. Valent. cap. 8. §. 1. num. 24. quam formam nostræ assimilari asserit; revera tamen plurimum est dissimilis; consonare tradit cum relata per Scaccia de iudicijs, lib. 1. cap. 52. nu. 8. & in Tribunali Sanctæ Inquisitionis praticari affirmat, ex Carena de offic. Sanctæ Inquisition. p. 2. q. 1. §. 1. n. 11. Pegna in direct. inquisit. comment. 14. Castro Palao in operib. moralib. tom. 1. tract. 4. disput. 8. punct. 2. num. 1. Paramo de origine Sanctæ Inquisit. lib. 3. q. 9. & ita inconcussè attestari possum vidisse in Sacro Prætorio huiusce Principatus.

De Regnis Castellæ pertractat

3

4

Etat Pichard. *in manuduc. ad prax. par. 3. præcept. 9. §. 2. nu. 6.* animadvertens, quod ad formandum iudicium in his inquisitionibus, cum iudice, actore, & reo, Procurator Fiscalis semper creandus est, qua de causa in præventionem, vt prætetigi, Procuratoris Fiscalis mentio fit; formulã inserit Paz *in prax. tom. 1. par. 5. cap. 2. §. vnic.*

5 Ex prædictis descēdit, quod improbat Solorzano *in politic. Indian. lib. 5. cap. 10. pag. 842. vers. Y estos mismos principios, & de iur. Indiar. to. 2. lib. 4. cap. 8. num. 17. & 37.* de nonnullis Visitatoribus, qui contra syndicandos admittunt libellos, & memorialia secreta, & absque authorum subscriptione, & adhuc solent ponere areas parvas cum foraminibus, vt illibi hæ querelæ includantur, quod fieri non posse concludit, cum libelli absque auctore, prorsus ejiciendi sint, probans id ex Traiano apud Plini. junior. *lib. 10. epist. 98.* Bovadill. *in politic. lib. 5. cap. 1. num. 74.* Cevallos *com. contr. comm. q. 821. ex n. 20.* Mastrill. *de Magistr. lib. 6. cap. 2. nu. 47. & seq.* Berart. *de visitat. cap. 3. ex num. 63.* qui pessimi exempli edisserunt esse, & indignū contrarium amplecti, & evincit *tex. expressus in cap. inquisi-*

tionis 21. §. tertia dubitationis extra de accusationib. ibi: Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Menoch. *consil. 94. num. 1. vol. 1.* Avilez *in cap. 2. prætor, verbo En justicia, num. 18.* Segur. *in direct. iudic. par. 2. cap. 3. nu. 10.* Simanc. *de cathol. instit. cap. 44. num. 10.* Ybañez Faria ad Covarrub. *lib. 1. cap. 11. num. 53.* qui limitat si fama aliunde suboriat; Alexand. Ambrosin. *decis. 50. num. 30.* Baiard. ad Clarum *in §. fin. q. 73. num. 42.* optimè idem Clar. *dist. §. fin. quest. 5. num. 4.* qui refert, omnes illos contra quos fuit processum, super similibus notificationibus subministratis per personas incertas, fuisse absolutos.

6 Summaque cum ratione absolutio illa locum habuit: nam memorialib⁹ sic clanculò emissis, Visitator fidem adhibere nõ debet, nec illicò crimina in eis descripta inquirere, nè honor, & bona magistratum fama denigretur, cum non ex zelo iustitiæ, sed ex odio particulari componantur. Reg. Matthæu *de re crimin. contro. 74. num. 7. ex l. 4. Cod. Theodosian. de famos. libell. fidemque hæc memorialia non mereri, dum ca-*
rent

rent nomine authoris, tradit ex Gregor. Lopez in l.3.tit.9. par.7. gloss.5. Valenzuel. consil. 110. num. 5. Carrasco ad l. Reg. cap.4. num.9. & §.1.nu.7. Larrea decis. Granaten. 98. nu. 43. & allegat. Fiscal. 101. nu. 20. cum seqq.

7 Præterea illud ponderatione dignum existimo, quod notat Regens Matthæu d. contr. 74. num. 12. quod malevoli delatores huiusmodi libellos absque subscriptione, vel nominibus suppositis introducunt, ipsis sagaciter procurantibus, examinari solent tanquam testes, ut calumnia per ipsos imposita, veritatis sub umbra, suo cum testimonio credatur, hincque profuit, quod accusatore aperto non dato, primus testis, qui reperitur examinatus habeatur pro accusatore, iuxta Bertazol. conf. 251. num. 103. lib. 2. Decian. conf. 93. sub nu. 125. lib. 2. Guazzin. def. 29. cap. 2. num. 28. Andreol. contr. 345. num. 1. Capic. Latro decis. 179. num. 27. par. 2. Conciol. resol. crim. 10. verb. Accusatio, num. 2. qui ampliatur etiam, quando fuit processum per inquisitionem cum verbis Devenit ad aurem, quæ æquipollent à nobis traditis ad auditum Fiscus Procuratoris &c. quia, inquit, resultare in secretam accusationem, & habere

eundem effectum, quem secreta accusatio habet, ex adductis à Cyriac. contr. 482. per totam, in qua defendit Fiscalem ad instantiam partis inquisitæ, teneri notificare authorem querelæ per eum datæ, vel saltem debere declarare cum iuramento, an fuerit aliquis ex testibus examinatis pro curia; & refert casum, quo cum esset Advocatus Fiscalis, fuit posita quedam denuntiatio in scriptis, ab incognito authore super Altari maiori Ecclesiæ Sanctæ Barbaræ Civitatis Mantuæ, in qua quidem denuntiabatur de enormi delicto, adiecta relatione testium, & cum communicata fuisset Serenissimo Duci Ferdinando, iussit eam comburi, arbitrans esse imposturam calumniosam alicuius malevoli, causa vexandi denuntiatum, & testem se perhibendi, & eximendi ab expensis, & damnis, in quibus veniret condemnandus.

Non tamen simpliciter, & absolutè regulæ nuper traditæ annuo de primo teste accusatoris loco habendo, nisi alijs concurrentibus, quæ hoc suadeant, pro ut in casu Cap. Latro perspicitur, & in reliquis per præcitatos Doctores recensitis, & hoc iure utimur, nec unquam vidi simili obie-

atione primum testem repelli. Firmum ergo habemus ex omnium Regnorum iure, memorialia absque subscriptione auctoris admitti non debere, nec ob ea inquisitionem ordiri; licet enim eius nullus videatur resultare effectus ante sententiam. Anton. Augustin. *part. 3. lib. 30. tit. 20. & 21. & lib. 33. tit. 2. & 4.* & iure suo quis ea pendente non privetur. Ricc. *par. 7. coll. 2526.* obscuratur tamen per eam honor, præsertim si delictum sit enorme, quod maximè eruendum est, nè sine gravi causa fiat, cū honor reb⁹ omnib⁹ præferatur. Segura 2. *p. direct. cap. 14. à num. 23.* Gomez *lib. 3. var. cap. 3. num. 23.* Covarrub. *lib. 1. var. cap. 11. nu. 4.* Bovadill. *lib. 2. politic. cap. 14. num. 44. & lib. 3. cap. 11. num. 24. & lib. 5. cap. 2. num. 39. & seq.* Escobar *par. 1. de purit. quest. 1. §. 1. & seqq.* Carleval *tit. 2. de iudic. disp. 3. num. 4.* Navarr. *in cap. inter 11. conclus. 4. & 5. & tom. 3. in manual. confess. cap. 18. à num. 17.*

- 9 Aliud etiam damnum inquisitione pendente infertur, scilicet quod accusatus, vel inquisitus de aliquo crimine, ad novos honores promoveri impeditur. *l. reus delatus ff. de munerib. & honor.* Boer. *decis. 150. nu. 15.* Mastrill. *de Magistr.*

lib. 2. cap. 9. num. 2. Regens à Ponte *de pot. Proreg. tit. 3. de elect. off. §. 5. num. 3.* Cardos. *in prax. iudicial. verb. Officium, num. 37.* Carol. de Tapia *decis. 17.* Xammar *de privileg. Civit. Barchin. §. 22. num. 18.* Riccius *part. 8. collect. 3833.* Thoro *in compend. decis. par. 3. sect. 1. verbo Inquisitus an pendente, fol. 553.* quod secus est in muneribus dignitatem secum non trahentibus: nam ab illis infamis nō repellitur, vt scripsit Tusch. *litt. 1. conclus. 113. num. 18.* ex Bartol. *consil. 77. lib. 1.* adde Scialoya *de foro competent. cap. 33. num. 12.* Tondut. *qq. & resol. benef. lib. 1. cap. 44.* vbi an accusatus in Sancto Officio Inquisitionis habeat vocem activam, & passivam in electione Provincialis sui ordinis. Peyrin. *de subdito, tom. 1. quest. 1. cap. 31. §. 8.* Dico quarto. Molfesius *tom. 1. summ. tract. 6. num. 29. 30.* Diana *par. 10. tract. 13. resolut. 32.* vbi an accusatus, vel denuntiatu^s debeat expelli ab electione. Mendo *de ordinib. militarib. disq. 3. quest. 1. num. 14.* scribentem, quod vt quis in Donatum, vel Confratrem Ordinis Divi Ioannis admittatur, debet probare, non flagitiosè, sed probè se semper vixisse.

Sicut nec ad ordines sacros, nec ad Dignitatem Ecclesiasticam

cā promoveri inquisitus potest, pro vt ex Garcia, Navarr. Selva Covarrub. Tambur. Suar. textibus cōplurimis congestis adduxit Reg. Matthæu *de regim. Regn. Val. cap. 4. §. 8. num. 27.* qui prælibatam doctrinam tribus in casibus sequentibus limitat; & prius quam limitationes expromam, adverti velim, non solum eligi, verum etiam neque postulari posse crimine notatum Valeri. Reginald. *in praxi fori pœnitential. lib. 30. tract. 3. nu. 202.* Labor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 14. num. 3.* & observant generaliter omnes *ad cap. 1. & 3. de postulat. Prælator.* vbi Barbofa.

II Primó limita, si in inquisitione procedatur iuris ordine non servato, *ex cap. meminimus de accusat. & Felin. ibid. Navarro, & Tapia iam allegatis, & rectè, quia quoties inquisitio est nulla, vel inepta ex defectu ordinis iudiciarij, vel aliter, nullus est etiam processus, tanquam opus sine fundamento, ex discussis sup. nu. 1. Bossius in præct. tit. de inquisit. n. 77. Gomez to. 3. c. 11. in princ. Clar. in præct. §. fin. quest. 20. vers. Ad formandam, latè Farin. de inquisit. q. 1. num. 5. Cyriac. contr. 485. nu. 3. Vermigl. conf. 108. num. 2. Conciol. resol.*

crim. 4. verb. Inquisitio, nu. 1.

Secundus casus est quando 12 inquisitio non habuit ortum ex diffamatione apud honestos, & probos viros, sed apud malevolos, vel improbos; tunc enim non impeditur inquisitus novos honores obtinere. Navarr. & Garcia, ac cum eis Matthæu *qui supr.* superaddes Novarium *qq. for. par. 1. q. 129.* annunt Diana *qui supr. p. 10. tract. 13. resol. 32.* Tondut. etiam superius allegatus *qq. benefic. cap. 44. num. 2. lib. 1.*

Tertió si elapsus sit annus 13 post inquisitionem, & per reum non stetit quominus causa expediatur, nā eo casu, ad novos honores potest provehi, *ex tex. in d. l. reus delatus 7. ff. de muner. & honor. & alijs per Matthæu vbi supr.* adductis, qui confirmat ex Cuiacio, Tapia, Lancelloto, Ioan. Platea, & amplexa hac limitatione, Senatium Valentinum pronuntiasse attestatur.

Ex quibus iuxta superiorē 14 assertionem, & regulam, in nostro Regio Senatu 22. Ian. 1659. in facto propositionis factę per Magnificum Regentem Regiā Cancellariā fuit cōclusū, quod Iosephus N. in terna Baiuli Villę de Vilafranca, præeunte sortis ministerio, propositus Excellentissimo Domino Lo-

cumtenenti Generali, ad officium illud erat inhabilis, nec privilegio firmato per suam Excellentiam uti poterat; inquisitus erat de participatione homicidij, probata erat fama, sed non sat instructa, & alio indicio valde non urgente coadiuvabatur.

15 Similis cum mandato Excellentissimi Locumtenent. generalis insequendo conclusionem trium Aularum Regiæ Audientia litteris Regiæ Cancellariæ expedito 16. Decembris 1657. directo Concilio Centum iuratorum Barchinonæ, ut in locum Hieronymi N. inquisiti ad partis instantiam de vxoricidio, extracti sorte in Consulem quintum dictæ Civitatis, alium extraherent, non obstante quod fuerat admissus Hieronymus à Concilio Centumvirali, & ita fuit executum, & cæcidit fors super N. Soriol Aromatarium.

16 Non difformis cōclusio sub die 20. Novembris 1592. sub his verbis: *Quod pro nunc, & donec aliter sit provisum, mandetur Conciliarijs presentis Civitatis Barchinonæ, & Concilio eiusdem, & alijs, ad quos spectet, quod si Petrus N. Iulianus N. & alij plures qui ibi referuntur, quorum aliqui sunt capti, aliqui eiekti à pace, &*

treuga, ceteri vero banniti, non sunt imbur sati in bursis officiorum presentis Civitatis; nullatenus imbur sentur, & si imbur sati sint, & sorte ad officium Conciliariorum, & seu aliorum officiorum presentis Civitatis extrahantur, nullatenus admittantur, seu penitus repellantur, tanquam inhabiles, & incapaces ad dignitates, & honores, & ad officia publica, & pro his fiant mandata opportuna iuxta statum &c. de hac meminit Xammar de privil. Civit. Barchin. §. 22. num. 18.

17 Notatu etiam digna est conclusio Regij Criminalis Concilij facta sub die 12. Iun. 1686. ut sequitur: *In factio propositiois facta per Nobilem Regentem Regiam Cancellariam, super extractione facta die 20. Maij currentis anni 1686. de persona Petri N. ad officium Procuratoris in ordine primi dictæ Civitatis, cui per Syndicum illius fuit opposita exceptio, pretendendo non posse ad dictum officium exercendum admitti: eo quia idem officium antea obtinens, eius occasione precedente promissione, & petitione postea iudiciali, & non sponte accepit quaedam donaria, videlicet certam partitam tritici ab arrendatarijs predictæ Civitatis, cū quibus de ordine memorate Ci-*

vitatis arrendamentum convenerat de annona illius: Fuit conclusum, quod scribatur Procuratoribus dictæ Civitatis Dertusa, qui sæpe prædictis consultationem interposuerunt ad suam Excellentiam, & Regium Concilium, quatenus non mittant in possessionem memorati officij supradictum Petrum N. imò alium in ipsius locum extrahant, & quod si dictus N. senserit se gravatum propter novam extractionem, recurrat ad iudicem competentem, ad quem spectet. Alia exemplaria, in quibus æconomicam potestatem exercet Princeps circa gubernium Universitatum enumerantur infra num. 62.

18 En qualis præiudicij sit inquisitionem formare religione præ oculis non habita, de delicto gravi, ob solius secreti memorialis expositionem, quo admissio, eius author se testem prodit, & hoc modo gravat illum, cuius est magnus inimicus: contemnendi sunt plerumque tales libelli, nè dum cum detegere maxima spondent, sed etiã cū ad accusandum tendunt, pro quo præter supra citatos, ex politicis Saavedra *symbol. polit.* 14. vtriusque literaturæ oraculum Solorzan. *embl.* 99. ex num. 4. alios complures adiunxit Larrea *alleg. Pisc.* 101.

102. tot. & apprimè enucleat qua autoritate sint Regij Administrati conservandi, & colendi, ita petente, & Regia, & Reipublicæ tuitione; consultantur Bovadilla, Solorzano, Mastril. Larrea, & alij supra num. 2. laudati, execrantes eos Visitatores, quorum studium sistit omninò in compilandis querelis, processibus, ac probationibus, affectantes, quod vberius excrescant volumina delictorum, fiant exosi Senatores populo, & zolis, qui propter benè gesta odio prosequuntur eos, & hominibus vulgaribus, & improbis congratulantur de criminibus, que malevolentia sua Administris tribuunt, quæ, & alia, in quibus hi Syndicatores munus suum perperam obeunt Deo, Regi, & Reipublicæ summo perè sunt damnosa, & Syndicantium conscientijs nociva.

19 Contrarium omninò servat prudentes, atque consulti Visitatores, vt ijdem Doctores commendant: namque præconia evulgari faciunt, nè contra visitandos subditi obloquuntur, illos honorificè tractant, in querelis terminis vtuntur, qui culpam exprimant, non qui contemptum, & dedecus præ se ferant, calumniantium iniquitates expellunt, secretas de-

20 delationes negligunt, crimina
 gravia summo cum zelo com-
 pescunt. Sed hæc claudamus
 annotantes contra tam aperta
 iura, & rationes practicam in-
 duxisse in hoc Principatu, tam
 in Regio Visitatore, quam in
 Visitatorib⁹ Deputationis Ge-
 neralitatis Cathalonix, nec nō
 in Visitatoribus Concilij Ci-
 vilitatis Barchinonæ, qui in prin-
 cipio visitæ, & durante visita-
 tionis tempore, solent arcam
 quandam parvam, & benè clau-
 sam domorum in atrio, vbi
 visitam tenent, apponi facere,
 in qua quilibet de populo, ho-
 ra cauta, valeat libellos secre-
 tos, & memorialia absque sub-
 scriptione iniicere. Berart. *de*
visitat. cap. 3. num. 65. quo mè-
 dio fieri potest, vt invitentur
 scelesti homines, ad quæcun-
 que delicta denuntiananda falsa,
 & nusquam cōmissa, nec cog-
 nita, & Senatores cogantur
 à calumnijs, & imposturis se
 defendere, ac iudicium subire,
 authoritate sua interim læsa,
 & à populari turba spreti, quā-
 tumvis innocentia sint vndiq;
 referti, & pacato animo perse-
 quutionem sustineant, vulgo
 tamen semper peiora putante,
 vt elugebat Ierem. 6.6. *Hæc est*
Civitas visitationis, omnis ca-
lumnia in medio eius; decantat
Orvid. 4. Pastor.

Conscia mens recti famæ men-
dacia ridet.

Sed nos in vicium, credula tur-
ba sumus.

De hac nostra praxi meminit
 Escobar *de purit. par. 2. quest. 2.*
num. 32. perniciosam eam ap-
 pellans.

His igitur præcognitis, pa- 21
 tet evidenter ratio, quare in de-
 positionib⁹ testium, antequam
 illorum dicta scribantur, verba
 illa leguntur, & *interrogatus*
super Curia præventis, & de-
nuntiantis, vt intelligatur iu-
 dicem non venisse ad testium
 examen absque prævia denun-
 tiatione, vel præventionem, pro
 vt ex præscripto munere debe-
 bat, innixus superioribus ele-
 mentis.

Multotiès experimur deli- 22
 ctum cum omnibus circumstan-
 tijs sciri, delinquentes verò
 ignorari, superfluum tunc pri-
 ma fronte videretur processum
 efformari: quia cum inquisitio-
 nis finis sit ad vindictam pu-
 blicam. Guazzin. *def. 2. cap. 1.*
 Petr. Caball. *in quest. crimin.*
cas. 1. num. 12. Carleval *de iu-*
dic. tit. 1. disp. 2. num. 841. post
 Div. Thom. 2. 2. q. 33. art. 1.
in corpore. Duaren. *lib. 1. disp.*
annivers. cap. 37. & alios DD.
in tit. instit. & ff. de publ. iu-
dic. & hæc non possit compa-
 rari, quoties notitia de aggresso-

foribus non fuit quæsitâ; indè sequitur nō cōsiderari alicuius fruct⁹ inquisitionē generalem.

23 Revera tamen non inutilis est huiusmodi inquisitio, & propterea providè antiqui Iuris periti stabilierunt duplicem esse inquisitionem; aliam generalem, quæ scilicet non data certitudine delinquētis fit per Iudicem ad generaliter inquirendū quisnam delictū commiserit, generales informationes assumendo; Aliam verò specialem, quæ fit per iudicem contra particularem personam, de cuius delicto notitia fuit acquisita; de his duobus modis procedendi contra delinquentes, testis est Innoc. in cap. 1. num. 5. de election. tenens quod ita servat totus mundus.

24 Doctores in d. cap. inquisit. vbi Ana num. 4. de accusat. approbat Iul. Clar. in pract. q. 5. vers. Poterit igitur, & q. 20. in princ. & q. 50. vers. Item quando, ex hoc eliciens, quod generalis inquisitio fit ad investigandum delinquentē; specialis verò ad puniendum, & condemnandum; fusè Prosper. Farin. de inquisit. q. 1. Marant. de ordin. iudic. q. 5. cum suis articulis, vbi num. 3. defendit generalem inquisitionem, etiam de certo delictorum genere, sed contra incertas personas,

nulla in particulari designata, aut expressa, licitam esse, & omnes iudices ad eam teneri, text. in cap. 1. de offic. ordinar. cap. qualit. cap. quando 2. de accusat. pro Religiosis disponitur in Concilio Tridentino sess. 25. cap. 1. & 2. de iure Civili extat contextura in l. congruit, ff. de offic. Præsidis.

25 Quare id quod dicitur inquisitionem generalem de iure communi prohibitam esse, ita intelligi debet, si nulla infamia, præsumptio, vel indicium contra incognitas, seu incertas personas præcessit; secus verò si hæc præmittantur in genere, nam tunc licita est talis inquisitio. Cancer p. 3. cap. 12. nu. 97. & seq. Berart. de visit. cap. 4. num. 35. quidquid non requirit tunc infamiam, accusatorem, aut denuntiatorē dixerint Navarr. in manual. cap. 18. num. 38. Soto de iust. & iur. q. 9. art. 2. concl. 5. Reginald. in prax. iur. pœnitentiar. lib. 21. numer. 643. Molina de iust. & iur. tract. 3. disp. 47. tom. 4. Novar. de gravam. vassal. tom. 3. gravam. 79. à num. 6. vbi triplicem scribit inquisitionem; generalem, quoties de persona in communi, quæritur crimen in communi, veluti si officialis disquirat in genere, an aliqui sint qui aliquod crimē perpetraverint; spe-

specialis, quando quæritur specificum crimen contra certam personam.

26 Et denique mixta, quam constare autumat ex generali, & speciali, vt si de persona in communi perquiratur, exempli gratia, homicidium cadavere reperto, vel de certa persona delictum generale, quemadmodum si quærat, an Dominicus sit flagitiosus: quam vltimam speciem non probo, quia vel reducitur omninó ad inquisitionem generalem, vel locus ei nunquam est, nè honor alicuius lædatur absque prævia diffamatione contra latè superque propugnata.

27 Neque obest Barbof. *in collectan. ad cap. qualiter 24. de accusat. num. 16.* vbi asseverat hodiè vbique terrarum, vsu receptum esse, vt magistratus ad crimina puniendâ progrediantur etiam occulta, quæ probari vult nulla præcedente infamia, vel ex officio, vel ad Fiscalis denuntiationem: namque Clar. Farin. Bernard. II. Hispaniæ, & Lessius per eum allegati accipiuntur data saltem probatione in genere ad inquisitionem genericam, & in specie ad specialem, & idem Barbofa ex Lessio innuit, eam praxim sustineri posse, quando nõ tam ad punitionem procedi-

tur, quam vt bono publico cõsulatur, & maleficia impediatur, quod non aliter fit, quam de maleficijs in genere infamia extante.

Per contrarium Valenzuela 28 Velazq. *conf. 52. num. 58. text.* ex iure Civili, Canonico, & Regio compilavit, quibus inquisitio generalis omninó interdicitur, quæ omnia ex à nobis stabilitis facillè conciliantur, vt tunc demum excludatur talis inquisitio, si non præmissa infamię informatione condatur, vel si per ipsam certa persona vexari intendatur, aut dedecore notari.

Servatis itaque servandis, 29 hæc generalis inquisitio est valdè proficua ad reperiendâ indicia aduersus criminofum, quibus habitis licebit iudici vlteriùs inquirere, & deinde specialiter ad inquisitionem personæ transire, quæ iam aliquo modo incipit sciri, & tunc poterit iudex contra delinquentem apertum informationes capere particulariter, convincere, & tandem coercere, vt explicant Peguera *qui supr. Azor. inst. moral. lib. 13. par. 3. cap. 26.* Sayro *in clavi Regia, lib. 12. cap. 10. num. 16. & cap. 11. num. 18.* Novar. *dict. gravam. 79. num. 12.*

Illustrata satis relinquatur tã 30
fir-

firma scribentium sententia trium Aularum nostri Regij Concilij conclusione per Peguera *in pract. crimin. cap. 12. num. 3.* exarata in facto ineffrenatae multitudinis cudentium in Principatu monetam falsam; nam fuit resolutum, quod recepta prius informatione tanti, & tam extensi per totam Provinciam criminis, procederetur generaliter ad inquirendum, & investigandum delinquentes.

31 Similis huic decreto trium classium est conclusio in Regio Criminali Concilio facta 21. Aprilis 1654. sub his verbis: *In facto soni emissi reportati per Franciscum Buat Regium Portarium contra seditiosos homines huius Principatus Cathalonie, & Comitatum Rossilionis, & Ceritaniae coadunatos, quietem, & statum publicum perturbantes, & inimicos francigenas adiuvantes, facta relatione per Nobilem Don Raphaellem de Villosa causa Relatorem, fuit conclusum sono emisso reportato per dictum Portarium Regium locum fuisse, & esse, illumque fore continuandum, donec aliter sit provisum.*

Cuius provisionis vigore mandatum Regiae Cancellariae fuit expeditum sub eodem die 21. Aprilis 1654. quo Vicarijs,

& Baiulis Regijs iuebatur, quatenus perturbatores illos quietis publicae per spacium duorum mensium capere curarent cum sono emisso.

Simile mandatum ad expellendos hostes à Principatu 20. Septembris 1653. Simile 23. Septembris, & 30. Novembr. eiusdem anni. Simile 4. Septembris 1657. Similis conclusio 10. Novembris 1634. contra diversos latrones, qui derobaverant in camino Regio, quo itur à Villa Calidarum de Montebovino, ad oppidum de Sentmenat, necnon in alijs stratis, & caminis Regijs, quibus itur à Villa Calidarum ad Locum Sancti Laurentij Çavall. & à Villa Bituloniae ad oppidum de Matarò, qui incedebant per diversa loca. En quomodo non solum inquisitio generalis contra delinquentes incertos dirigitur, sed etiam sono emisso providetur ad pessimos homines debellandos.

32 Quinimò non tantum ad specialis delicti cum magna frequentia commissi animadversionem talis provisio soni emissi invenitur; sed etiam pro unico delicto, delinquente adhuc ignoto, quia testes illius nomen nequeunt exprimere, & quotidie sic servatur, & signanter ita fuit praxi deductum

3. Julij 1670. referente Nobili Don Ioanne Baptista Pastor, tunc tertiæ Aulæ Doctore Iudicis Regiæ Curia locum substituente, nunc verò fama, meritis, & dignis laudibus acclamantibus ad Aragoniæ Supremum Concilium perducto, de quo dum intuëor gloriosa gesta, & præsentaneum culmen proferre possem, quæ Cassiodor. *lib. 2. epist. 2.* Theodorico Rege dictante, de promotio ad consulatum intexuit, ibi: *Primum tibi honorum tribuimus gradum, nunc fastigium concedimus dignitatum, ut anteriora tibi meritò contulisse videamur, & in sequentibus constantiam tenere nostra benignitas æstimetur*: notissima namque sunt quæ in musæis prorupit præclara, in forensib⁹ palæstris, & consulendo, & iudicando terminavit sententiosa, omnibus genio gratus, mihi genere, & sanguine coniunctus, & charus; in causa, de qua comminiscimur, agebatur contra eos, qui animo deliberato occiderunt Lucianum Bergadà studentem iactu tormenti manualis inter septimam, & octavam horas noctis die 1. dicti mensis, Scriba Riembau.

33

Ex relatis procedimentis ita generaliter factis, tam inquirendo, quam insequendo nefa-

rias gentes, per plures enascuntur utilitates: nam rumore perlato magis, atque magis indices delinquentis certitudo exurgit, & data probabilitate ad capturam solet progredi contra personam, quæ licet cum in carcerē conijcitur videatur infamia, aut indicijs non laborare, ostenditur testibus, qui non expresso aggressoris nomine deposuerunt, & eo recognito, non quidem fallaci experimento, sed tam solido, ut docebo infra, constanter affirmant captum illum esse, quem viderunt delinquentem, & non nominarunt.

Præterea experientia testis 34 est, per has iudicum demonstrationes, delinquentes timidos ad fugam excitari, eos qui testimonium perhibere possunt audaciores reddi, & vndique facilius veritatem detegi, quieti, & exemplo publico ulterius consuli.

Propterea sentierunt politici, ac eruditi viri, non excusari Gubernatores Provinciarum, ex eo quod fontes in occulto deliquerint: nam adhuc hoc casu contra sceleratos inquirere contendere debent indefinente anhelitu, & hac cura adhibita cuncta, quamvis latebris obscurata, clarescunt, ut inquit Cassiodor. *lib. 5. epist. 2.* *Nihil esse*

esse quod latere Principem sollicitum possit, & rursus: Nam licet hac super profunda caligine videantur geri, nullus tamen actus est qui possit abscondi, & hic est mirificus modus clavam Monarchicum regendi, non sola coertione, sed & terrore, vt monuit Seneca lib. 1. de clementia, cap. 8. his verbis: Ut fulmina paucorum periculo cadunt omnium metu, sic animadversio magnarum potestatum, terrent latius, quam nocent non sine causa; non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit cogitatur qui omnia potest. Latissimè Solorzano embl. 70. explodens negantes Principibus, vel Iudicibus, in facinorosos inquirere ex officio parte non petente.

36 Manuducimur ex propositionibus supra firmatis ad intellectum Const. per tolre vexacions 2. & Const. 3. tit. que novells Officials; nam licet in ea prohibeantur expediri commissiones generales, non ideo præclusa est via commissarijs ad fabricandas inquisitiones pro criminibus commissis, nec ad capiendum, quem culpabilem repererint in sua inquisitione, non egrediendo fines instructionis illis datæ; sed solum vetatur super delictis non commissis, memorialis expedi-

ti tempore, inquiri per commissarios, & cerebrinas per ipsos capturas fieri, processus meritis non attentis. Cancer p. 3. cap. 9. à num. 20. Mieres sup. d. Const. 2. coll. 10. cap. 31. num. 15. pag. 478. Oliba de action. part. 1. lib. 3. §. pœnales, num. 21. sequitur Nobilis Senator Calderò decif. 12. num. 71.

Undè ortum habuit praxis 37 nostra, instructiones generales frequenter Commissarijs Regijs tribuens contra dardanarios, vsurarios, monetarios, contrafacientes Regijs edictis, nemorum vastatores, pro dissidijs inter naturales, & milites, contra extrahentes equos à Principatu, & alios similes, vt in generali instructione, quam in practicali compilatione adducam, latè cernetur.

Non tamen existimes, ex 38 potestate inquisitionem generalem fabricandi, licitum reddi, & laudari praxim summo-perè reprehendendam nonnullorum iudicum, qui pro rebus furatis reperiendis, solent satellites, & birruarios mittere ad domus alicuius vicini Civitatis, vel Villæ, in qua furtum commissum fuit, nullis præcedentibus indicijs, aut saltem levibus præsumptionibus impulsæ, ex eo solo quod derobatus credat, aut suspicetur in de-

mo huius, vel alterius inveniri debere : hæc notabilis est imperitia, quam detestatur Hieronym. Bucaron *de differ. int. iudic. civil. & crimin. diff. 67. nu. 13.* indicia sufficientia petens, vt res furata perquiri possit in domo alterius, non assentiens Baldo, & suis assentis *in l. requirendi, nu. 1. Cod. de serv. fugit.* dum voluerunt sufficere indicia levia, aut minus vrgentia, nam sufficientia adesse debere tenuit Bucaronius *qui sup.* & post eum Pareja *de instr. edit. tit. 7. resol. 1. num. 24.* & rationem assignant, quia si perquiritur domus divitis, fit ei præiudicium, & iniuria; cum hoc modo cogatur pandere secreta sui patrimonij, & hoc damnosum agnoscitur, *arg. l. 2. Cod. quando, & quib. quart. pars deb. l. 2. Cod. de alim. præstand.* Si autem perquiritur domus pauperis, similiter ei magnum infertur præiudicium, & iniuria; quia hac via compellitur detegere suæ paupertatis vilitatē, & egestatis sordescentiam. Ioann. de Annan. relatus per Anton. Scapam *in tract. de iur. non scripto lib. 5. tit. de furt. cap. 119.* & denique adiungitur aliud inconveniens de honore non lædendo, pro vt supra advertimus *num. 8.* opacatur namque

honos, & fama, cum habeatur pro suspecto de furto, ille, cuius domus excrutatur pro re furata, & idem cavendum consulit Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 1. q. 88. num. 10.* referens ex simili perquisitione offensum perquisitum homicidium perpetrasse contra instigatorem, & ex ea nece magnum tumultum exarsisse in populo.

Rimetur iudex inquisitionē instantis animum, penset indicia pro rei furatæ repertura sibi proposita, & cunctis maturè examinatis, se gerat religiosa cura, non indebitè quis scrutinium patiatur cum iactura honoris, vt concludit Farinac. *de furt. q. 165. nu. 31.* aliàs enim sumerentur arma de domo rei, quod ius non patitur; ex qua ratione talem perquisitionē concedi negligit Guazzin. *def. 17. cap. 1.* nisi existentibus indicijs, & cautos esse iudices hortatur, ne concedant licentiam perquirendi dominis rerum amissarum, imò semper cōmitti suadet ministris, & exequutoribus iustitiæ, & cum magna circumspectione progredi debere in his affirmat; ne pandantur secreta patris familias, & ne domino domus nota infamia irrogetur.

De generali inquisitione 40
con-

contra mercatores ad puniendum fraudes, & dolos, quos commiffisse contenditur, post Valenz. *ubi sup. conf. 52.* diffuso calamo Nob. Senator Calderó *decif. 26. num. 11.* cum nostri super egregij Senatus decisione, & *num. 19.* comprobata perspicuis fundamentis Clavariū Barchinonæ nō posse procedere per inquisitiones, & cum eis apprehēfiones, vel sequestrare facere in ædibus mercatorum.

41 Quæro an condemnatus ob crimen per eum commissum privetur honoribus, officijs, & dignitatibus? Respondeo, quod si delictum, de quo fuit animadversus infamiā irroget, ab honoribus arcetur, & officio privatur. *l. infamia, ubi gloss. & Platea num. 1. Cod. de Decurionib. lib. 10. Dyn. Franc. & alij in cap. infamibus, num. 6. de regul. iur. in 6. Bartol. in l. quoties, & ibi à Penna Cod. de dignitatib. lib. 12. Castrens. conf. 180. n. 3. n. 1. Roman. conf. 297. num. 15. Garcia de benefic. par. 7. cap. 8. nu. 33. Becci. conf. 18. num. 4. Menoch. conf. 715. num. 19. 20. Monald. conf. 96. num. 14. cum his, & alijs Giurba *conf. 65. num. 60. Caball. ex pluribus cas. 172. tom. 1. defendens condemnatum actione famosa ad aliquam pœnam tem-**

poralem, ea satisfacta remanere infamem, & ad honores, & dignitates aspirare non posse, tametsi condemnatio non fuerit sequuta in pœna ordinaria, sed alia arbitraria, & mitiori, ratione vniuersali permotus, quod infamia, sive iuris, sive facti, repellit à dignitatibus, non solum habendis, sed etiam habitis (in quo tamen sequendus non est respectu privationis honorum propter infamiā facti, ex libandis *num. 54.*) Sed *num. 23.* fatetur, quod quando pœna delicti ordinaria, etiam sine causa augetur, vel cum cognitione causæ minuitur, super infamia censetur dispensatum; secus autem quando pœna minoratur sine causa ex merito iudicis arbitrio: quia tunc vult, quod non tollatur infamia, sed perpetuo duret, & in sua specie propugnât Caballus iudicatum de furto ad pœnam carceris pro certo tempore, eo transacto dici infamē, & tanquam talem repelli à consequitione habitus militiæ Equestris Divi Stephani, & Commendæ patronatus, ad quam vocabatur ex pactis in illius fundatione appositis; & in ea sententia sistit, non solū ex circumscriptis statutis religionis, quæ huiusmodi perso-

nas

nas ad tam honorificam militiam non admittunt, & admiffas exauthorant, & eijciunt, fed quia iure communi fic reperitur difpofitum.

45 In thefi Caballi dubitatione res carebat, in alijs tamen cafibus, vt facinorofus honores, & officia dimittere cogatur, communi calculo receptum eft pœna ordinaria coerendum ipfum effe, vt tenet Decian. *conf.* 34. *num.* 30. *vol.* 4. Sefse *tom.* 4. *decif.* 430. qui tamen fuo cafu etiam de condemnato pœna extraordinaria decifum testatur, ad honorem obtinendum inhabilem remaniffi.

46 Hæc tibi patefeci, vt inde intelligas regulam fupra à nobis *num.* 9. firmatam, qua folidavimus inquisitum de crimine ad honores promoveri non poffe: nam cum talis regula fundetur in reprobatione famæ inquisiti, fit inde, quod quoties ex accusatione nulla resultat infamia iuris, nec facti, tunc non efficitur interim inquisitus inhabilis ad honores inquisitione pendente, & fub hoc fenfu loquuntur Doctores *num.* 41. laudati, & eft de mente Sefse *tom.* 4. *decif.* 430. nam cum fententia cum non poffit afficere infamia, ex qua derivatur inep-

titudo ad honores, minus poterit à dignitatibus excludere inquisitio, ex qua nulla prorfus infamia descendat; & hæc non eft limitatio prædictæ conclusionis, fed eius verax declaratio, quæ nec limitat, nec novum quidquam difponit, vt generaliter edocuerunt Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 10. *n.* 67. Vela *difsert.* 2. *n. fin.* & *difsert.* 8. *num.* 44. Caftillo *lib.* 6. *controv. cap.* 182. Escalon *lib.* 1. *Gazophilac. cap.* 12. *nu.* 1. Ricc. *par.* 7. *collekt.* 7619. Cyriac. *controv.* 210. Salgad. 2. *par. de retent. cap.* 2. à *num.* 15. & fubinde 48 Fontanella *de pæct. clauf.* 4. *glof.* 10. *par.* 1. à *num.* 55. ad explicationem *Constitutionis* 3. *tit. de personas prohibid. regir offic.* difponentis non poffe admitti ad officium, eum, qui cū aliàs de fimili officio extitiffet provifus, fuit in fyndicatu cõdemnatus pro geflis in eo munere, demonftrat, ac iudicatum tradit, non procedere eam fententiam, nifi quando pro magno delicto, aut magna culpa fuiffet facta condemnatio, fecus verò pro parvo, & minimo delicto; & in fpecie invitandi ad novum honorem inquisitione pendente, quod minimum delictum non obftet, notat 49 Xammar *de privileg. Civ. Bar-*
chi-

chinon. §. 22. num. 81. vnum tamen observa, quod condemnatus per modum causæ super crimine quod aliàs infamat, nō efficitur infamis. Tusch. litt. I. concl. 3. num. 26.

50 Quib⁹ cōcinit infames infamia iuris, vel facti, esse irregulares, atque ita incapaces reddi promotionis. Panormit. in cap. omnipotens de accusat. & in cap. super eo de electis, num. 3. Div, Anton. 3. p. tit. 28. cap. 6. §. 8. Sylvester verbo Irregularitas, q. 6. & verbo Infamia, q. 10. Villad. tract. de irregular. q. 1. vers. Item irregularis. Richard. 4. distinct. 25. art. 6. q. 1. 2. & 3. Perez lib. 8. ordinament. tit. 2. fol. 26. pag. 1. vers. Confirmatur. Armilla verb. Infamia, n. II. & alij congesti per Sanchez cons. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 5. num. 14. licet contrarium videantur asserere de infamia facti Suarez tom. 5. disp. 42. sect. 3. num. 7. Fillues tract. 19. nu. 207. & seq. & num. 198. tract. 20. Toletus lib. 1. cap. 57. num. 1. & seq. Garcia de benefic. p. 1. cap. 3. num. 118. & p. 7. cap. 8.

51 Et tamen irregularitas ex delicto non incurritur, nisi sit grave, nec sufficit sola culpa venialis, & vtrumque confirmant præter Doctores quos citat, & sequitur, Sayrus de cen-

sur. lib. 7. cap. 5. nu. 5. Coninch. de Sacrament. disp. 17. dub. 2. num. 13. Bonacin. de cens. disp. 7. q. 1. punct. 2. num. 1. Fillues in quæst. moralib. tom. 1. tract. 20. cap. 3. à num. 58. vsq; ad 64. Villalob. in sum. tract. 21. difficult. 22. num. 8. & 14. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 32. n. 34. Diana resol. moral. p. 2. tract. 16. res. 18. vbi consuluit super homicidio casuali, non incurrisse fontem irregularitatem, reprobatis Molina, Megola, Caietano, Petro de Aragona, & ipsorum argumentis contrarijs explosis, alios plures eandē conclusionem amplexantes cumulat idem Diana tract. 4. res. 41. se vindicans ab impugnatione Megalij: En quomodo neque ex delicto levi incurritur infamia, nec obstaculum ad novos honores promanat.

Idem accidit in debitore 52 Reipublicæ, qui ad honores invitari non potest, ex text. in l. rescripto, §. debitores, ff. de munerib. & honorib. l. 1. Cod. de debitorib. Civitat. lib. II. & de iure nostro est text. in const. unica, tit. de deutes de Universitat. Leo decis. 113. qui non procedere ait hanc ineptitudinem in debito modico, & pluribus exemplis ornat ad intentum accommodabilibus; his acc-

cedit quod condēnatus pro crimine culposo, & nō doloso, non efficitur infamis Tusch. *litt. I. concl. III. num. 26.*

- 53 Per Doctores superiūs colaudatos dignosces, quæ sit infamia iuris, & quæ facti, sed nō prætermitto Sesse *tom. 4. decis. 430. num. 40.* vnico verbo describere *infamiam iuris esse, quæ oritur ex causis contentis in leg. I. ff. de his qui notantur infam. facti vero, quæ ex alijs causis, veluti ex delictis, quæ licet non inducant infamiam, notant tamen statum, honestatem, & splendorem, adde Morla in emporio iuris, part. I. tit. II. cap. 13. num. 6.* vbi docet in omnibus casibus, in quib⁹ incurritur infamia iuris, medio tēpore ante sententiam incurri infamiam facti, quod intelligas, si talis imminutio decoris à probis, & honestis viris exurgat. Unum tamen erit notandum, quod licet infamia facti impediatur collationem alicuius dignitatis, non tamen privat dignitate, vel beneficio iam obtento. Panormitan. & alij communiter *ad cap. super his de accusationib. Covarrub. lib. 2. var. cap. 8. num. 4. & præct. quest. cap. 19. num. 5. vers. Sexta conclusio. Sanchez cons. mor. tom. 2. lib. 6. dub. 5. num. 7.* quidquid sit de
- 54

infamia iuris, quem articulum attigimus *decis. I. à numer. 43.* vbi etiam disputavimus an sententia debeat continere privationem honorum, vt amittantur, & addimus nunc Sanchez proximè relatum adducentem, aliquos tenere infamiam iuris privare dignitatibus, non verò beneficio.

Retenta ergo opinione communi calculo probata, nimirum infamiam facti non privare dignitate, licet ad eam obtinendam impedimentū præbeat, non tibi videantur à iuris tramitibus deviare decisiones nostri Senatus adductæ supra à *num. 14. 15. & 17.* in quibus extracti sorte ad aliqua officia fuerunt evulsi ab illorum exercitijs, tametsi sine causæ cognitione non debeat regulariter quis exbursari, & ab officio quod possidet deponi, & fuit declaratum 7. Ianuarij 1588. inter Iacobum Vila Civem honoratum Barchin. & Syndicum eiusdem Civitatis, referente Puig, pronuntiando, quod quantumvis prædictus Vila, tunc Consiliarius Barchinonæ, recesserit à Curijs Generalibus sine licentia Concilij centum Iuratorum, & ideò privatus, & depositus fuerit per dictū Concilium officio Consiliarij, & effe-

effectus debitor quātitatis per eum receptæ, tam vt Syndicū, quam vt Conciliarium: Tamen quia dicta depositio, privatio, & declaratio facta fuit, non citato, neque audito dicto Vila, & nullo legitimo præcūte processu, nulliter facta fuit, cum iuxta iuris communis dispositionem Iudices per directum, nempè citata, & audita parte, & non sine causæ cognitione procedere debeant; & rursus fuit expressum, quod licet nulla dicto Vila competeat defensio, respectu sui recessus à Villa Montiffoni; Attamen nō expedit Reipublicæ, quod similia etiam in casibus notorijs fiant; nam si permitterentur, traherentur in alijs casibus forsitan non reparabilibus in consequentiam, cuius sententiæ tenorem modo relato ferè ad litteram recitavit Xammar *de privileg. Civit. Barchin. §. 23. num. 18.* & ante, ac post plura tradit ad intentum adaptabilia.

56 Hancque doctrinam infestando, Regia sententia me referente lata 23. Martij 1680. Actuarius Famada, in causa Syndici Castri, & termini Sancti Ioannis de Avinyò, contra Iacobum Abadal, & Elenam conjuges, declaratum extitit malè fuisse provisum per Baiu-

lum dicti Loci, & benè per Syndicum eius appellatum à provisione, & mandato factis contra Iuratos illius, quibus cum procedimentis fuerat provisum competere memoratis coniugibus privilegium immunitatis, & beneficium exemptionis à iure concessum parentibus ob numerum duodecim filiorum, & ex consequenti eos exemptos esse à muneribus personalibus, realibus, & mixtis, & exinde profluxerat mandatum præhabitis Iuratis, quatenus prælibatis coniugibus prædictam exemptionem observarent. Motivum nuper expressæ Regiæ sententiæ pro revocandis dictis provisione, & mandato quatenus de facto processerunt, ex eo fuit desumptum; quia facta fuerunt non citatis, neque auditis Iuratis dicti Loci, nulloque legitimo præcūte processu, sicque nulliter, quantumvis revera duodecim filios prænominati coniuges in laribus haberent, ob idque exemptione ipsis concessa digni essent.

57 Redeundo ergo ad remotiorem ab officio, quod quis obtinet, exploratum est non licere absque causæ cognitione, adeo quod si ex privilegio cōpetat facultas eligendi, non ex eo censetur concessa privandi.

Q Ho-

Hoftiens. *in cap. cū ex iniuncto de nov. oper. nun.* Dominic. & Calder. *in cap. dilectus 26. vers.* An autem Visitator de rescriptis, vbi etiam Barboſi. cum pluribus. Abbas *in cap. ex quo, col. 1. de stat. Monach. in cap. acceptam de restit. spoliator.* Felin. *in cap. auditis num. 12. de prescription.* Giurb. *conf. 65. num. 19.* limitans si privilegio privandi facultas sit concessa, ex Lambert. *de iur. patron. p. 3. lib. 2. q. 1. art. 14.* Vivian. *de iur. patron. par. 2. lib. 12. cap. 3. n. 12.* & propterea cum die 13. Iulij 1687. Conciliū generale Vniuersitatum, & locorū Baiuliæ Regiæ de Ciurana Diœcesis Gerunden. privasset ab officio Iudicis eiusdem Baiuliæ quendam legū Doctorem pro triennio ab illo Concilio electum, eo adhuc non elapso, fuit processum criminaliter provisione facto verbo facta 5. Octobris 1687. in Regio Concilio referente litteratissimo Senatore Francisco Rius & de Bruniquer Iudice Regiæ Curie humaniorem, & amēniorem eruditionem, ac negotiorum dexteritatem, atque in iure peritiam præcellentem, Actuario Famada, & fuit crimen nuncupatum vsurpatæ iurisdictionis: quia ius privandi officialem de Regalibus est. Cravet. *conf. 388.*

num. 1. conf. 592. nu. 99. Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 15. num. 24.* videndus Vicecancell. D. Christophorus Crespi *observ. 7.* vbi omnes propositiones mox adductas eleganter comprobavit, ob idque prædictum intrabat delictum, de quo latè Giurba *consil. 24. à n. 19.* quod & aliundè emergebat, quoniam solus Princeps poterat privare, seu aliter punire dictum Iudicem, cum Regius officialis esset, ex firmatis *decif. 1. num. 66.*

Atverò præmissæ decisiones relatæ *num. 14.* non prodierunt in casibus quibus officiales fuerint amoti ab officijs per eos possessis, sed dumtaxat repulsam sustinuerunt ab eorum assequutione, non obstante extractione, & pro his cognitio causæ necessaria non fuerat, vt extenso calamo explicuit Xammar *de privileg. Civit. Barchin. §. 22. & expressiùs §. 23. num. 12.*

In quo etiam elucet æconomica Principis potestas; nam licet eam neget Xammar *dict. §. 22. num. 16.* Concilij Vniuersitatum ad delendum à matricula sortis officiorum, & declarandum inhabilem non citatum, nec auditum propter excessus, & delicta in perniciē corporis Reipublicæ commissa: Attamen ad excludendum

ad

ab adeptione huiusmodi honorum, vltra adductas rationes, quæ Principi claram tribuunt potestatem, politicum etiam exercitium id ipsum suadet, & pluries medio isto in hac materia prudenter, ac religiosè Princeps vsus fuit. Inde 15. Decembris 1660. Regiæ Cancellariæ diplomate fuit iniunctum Consulibus Villæ Oloti, quatenus certas personas infaculent ex motivis ibidem contentis. Aliud habes diploma sub die 7. Aprilis 1670. quo præcipiebatur dictis Consulibus, quod non impedirēt Doctori Gerardo Marcillo possessionem officij Clavarij, & si contrarium prætenderent, iudicem adirent; & si quisquam recusat publico fungi munere, simili quoque remedio succurritur, velut fuit servatum 21. Novembris 1656. iubendo Doctori Portolà, quod acceptaret officium Patriarij Civitatis Balagarij.

63 Quibus convenit legis vigorem habere Regia ista decreta, quæ non sint contra ius, vel utilitatem publicam, vt Romanorum placita decantant. Leo *dist. decis. 113. num. 5.* & non semel non obtemperantes hisce mandatis fuerunt acriter puniti, dum iusta causa nõ ducti, nec humili deprecatione à

rationibus probabilibus excitata obsequi renuerunt, de qua re copiosè, ac doctè Vicecancell. D. Christophor. Crespi *observ. 114. tot.*

Alia conclusio prolata n. 16. 64 tractans de eiectis à pace, & treuga, captis, & bannitis, solidis fulcitur rationibus: Eiecti siquidem à pace, & treuga, quamvis non fuerint auditi ante sententiam, inhabiles omninò munerum censentur, vt observat Xammar *de privileg. §. 22. num. 82.* vbi tradit votum insignium Iurisperitorum, Doctorum Regij Concilij suffragijs postea munitum, quo sentierunt sententiam declaratoriam, quæ anteire debet, vt quis inhabilis efficiatur in vim Constitut. 8. tit. *de Abatuts*, in latitantes fieri debere per Regium Concilium, non per Universitatem, quibus appositè 65 accomodatur, quæ docet Quesada Pilo *contro. 29. num. 25.* firmans quod indignus, cuius indignitas percutit actum iurisdictionis, solum per Fiscum potest obijci. *text. in l. sororem, Cod. ad Syllanian. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 2. tit. 2. num. 8.* Baiard. ad Clar. *§. homicidium, num. 55.* Cyarlin. *cap. 184. nu. 66.* Farin. *in fragment. par. 1. litt. C. num. 564.* habentur enim huiusmodi eiecti à

pace, & treuga pro mortuis, & qualiter hoc intelligatur, declarant Medic. *cons. 69. num. 18.* Regens Marin. ad Revert. *observ. 133. de Ponte decis. 23.* & evidentiùs id patet, quia in præconijs quib⁹ tales publicantur, iniungitur, quod receptari, & auxilio aliquo iuari illi non possint, & pœna contravenientes rigidè afficiuntur. *Bursat. cons. 402. lib. 4. Marc. Anton. lib. 3. resol. 29. per tot. Guazzin. def. 19. cap. 2. Caball. resol. crim. cas. 282. Giurba cons. 38.* & hæc prohibitio receptandi, atque auxiliandi similiter in nostris bannitis, qui citantur ad fines banni adhibetur: Vndè vides fundamentum evidens, cur ab honoribus fuerint repulsi illi eiekti à pace, & treuga, & cæteri banniti. De captis dicam *decis. 18.*

69 Deportati autem quæ amittant, & quid condemnati ad trirèmes in perpetuum, vel ad tempus, accipies ex Vasq. *controv. illustr. q. 96. nu. 3. Crass. de success. §. testamentum, q. 28. num. 1. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 5. num. 2. Maltrill. decis. 167. Marta de success. legal. par. 3. q. 19. art. 2. & 3. per tot.*

70 & deportatos affici infames, & perdere totam famam, dixit Tusch. *concl. III. num. 8.*

71 Nota tamen quod illi, qui

propter pœnam inflictam infamiam incurrerunt, ab honoribus sunt depellendi; dicitur autem ignominiosa pœna fustigationis publicæ, *l. fustibus 16. Cod. ex quib. caus. infam. irrog. Mascard. de prob. conclus. 1356. num. 33. lib. 3. Farin. de testibus, q. 56. num. 456. Carena de offic. Sanct. Inquisit. part. 3. tit. 5. num. 44.* & hæc infamia non tollitur tempore, sed perpetuo durat, vt annotant Doctores proximè laudati: Alia autem est infamia, quæ aboletur certo temporis spacio, vt de relegato voluit Tusch. *litt. I. concl. III. num. 10.* infamem fieri, sed si eius infamia sit ad tempus, puta quia delictum sui natura non esset famosum, sed solum ex condemnatione illata fama per aliquod tempus denigraretur, purgatur illa infamia, ac tollitur tempore adimpleto, vt tradam inferiùs *num. 77.* eo autem pendente, ad dignitates admitti damnatus non potest. Caball. *cas. 121. lib. 1.* sunt etiam pœnæ diversæ, per quas vilescunt supplicia, quæ alibi memorabuntur.

E contra tamen abiurans tanquam verus hæreticus de hæresi à se commissâ, probata, vel confessâ, vt misericordiam consequatur, & nè ad mortem tradatur, remanet inhabilis ad

be-

beneficia, & officia, donec fiat habilis. *cap. ego Berengarius de consecrat. distinct. 2. cap. ad abolendum, §. presenti de hereticis*: nam per eam abiurationē non fuit mundatus ab inhabilitate ad beneficia, & officia, quæ eo in casu non tollitur
 74 per pœnitentiā; quamvis enim infidelitas præcedens non noceat converso ad obtinenda beneficia, & tales ad fidem conversi sint honorandi propter adeptam sacri baptizmatism dignitatem. *Montalv. in l. 2. gloss. tau. tit. 3. lib. 4. fori. Vanegas part. 1. tit. de la diferencia de los libros, lib. 3. del officio, y uso de la razon, cap. 9. pag. 122. Soar. comm. opin. tom. 1. lib. 1. tit. 16. num. 13. pag. 212. & habetur Apostoli ad Roman. cap. 10. omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Iudæi, sive Gentiles &c. & circa statuta prohibentia, nè admittantur Neophyti ad Ecclesiastica beneficia, latè *Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 2. de Episcopali muner. gloss. 17. per tot.* Attamen regulam illam de purganda inhabilitate ad beneficia per pœnitentiam, limitat *Felin. in cap. eam de rescript. vers. Sic infidelitas*, non procedere in hæresi, seu hæretico converso. *Rodriguez quest. regulari. tom. 2. q. 82. art. 2.**

75 In abiurantibus autem de levi, si sint regulares, quidam tenuerunt, de iure communi non reddi inhabiles ad gradus, & dignitates. *Seraphin. Freytes in addit. ad Roder. de confess. sollicitant. q. 24. num. 70. Rodriguez quest. regular. tom. 2. q. 82. art. 2. Tondut. quest. benefic. lib. 1. cap. 44. & huic opinioni adhæret Iul. Capon. disc. 95. relatus supra decis. 2. num. 55.* qui tamen omnes concordant in hoc; quod decreto Urbani Octavi, seu sacre Congregationis fuit statutum, quod regulares, qui in Sancto Officio quodcunque genus pœnæ, vel pœnitentiæ, exceptis salutaribus in Sancto Officio, sustulerint, reddantur inhabiles ad quæcunque officia, vel dignitates suæ religionis: Undè in vim talis decreti, præculdubio regularis abiurans de levi in dicta incapacitate; remanet comprehensus; sequitur *Carena de offic. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 12. §. 4. vbi enixè tenet abiurationem esse pœnam, infames pariter fieri publicè pœnitentes, & portantes Crucem propter hæresim. Specula. in tit. de Testibus, §. 1. vers. Quid de portantibus Repert. inquisit. verb. Infamia, §. infamis dicitur cum §. sequent. Covar. lib. 2. var. cap. 8. num. 2. Morla*
 in

in emporio Iuris, part. 1. tit. 11. q. 13. num. 4.

76 Sanè in informationib⁹ omnium ordinum militarium ad poscitur, si sermo sit de militibus, seu equitibus probari præter qualitatem puritatis sanguinis ex utroque parente, & quatuor avis, non descendere ex Iudæis, Sarracenis, conversis, aut quoquo modo à Sanctæ Fidei Tribunali punitis. Mendo *de ordin. militar. disquisit. 3. q. 1. num. 8.*

77 Adverte etiam pro regula generali, quod sicut is, qui non fuit condemnatus perpetuo, sed solum qualitercunque ad tempus, eo finito recuperat habilitatem ad honores, & reliqua omnia, quæ per sententiam amisserat, absque aliquo facto hominis, ita etiam capacitatur dispensatione, & remissione sibi facta. Villadiego *de irregularitate quest. 1. vers. Item est irregularis. Panorm. in cap. cum te de sententia, & re iudicata. Antonin. in cap. bonæ memoriæ de atat. & qualit. ordinand. Bernard. Diaz in prax. cap. 122. num. 5. Tiraquell. in tract. cessant. caus. 1. p. num. 245. Bossius in tit. de remed. ex sola clement. Princip. nu. 22. & plures sunt text. in tit. Cod. de sent. pass. Sanchez consil. mo-*

*ral. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 30. qui ex Gregor. Lopez in l. 6. tit. 6. par. 7. vers. El enfamamiento in verbo Fama, respectu remissi de crimine, ad quod sequitur infamia, distinguit, quod si solius criminis mentionem faciat Princeps, non censetur abolere infamiam; secus si utrumq; expresserit (hancq; æquiparationem respectu eius, qui tempus condemnationis finijt, intellige, ut supra num. 42. & 72. si delictum non sit famosum.) Morla in emporio Iuris, par. 1. tit. 11. de fide instrumentorum, quest. 13. num. 9. distinguit inter infamiam iuris, & facti; affirmans infamiam iuris posse tolli per Principem; non verò infamiam facti, sed solum ipsius effectus: unde dimanat assertio illa, quod si Princeps eligat inhabilem, sciens eius inhabilitatem, dispensare videtur, prout scripserunt Matthæu *de regim. Regn. Valentia, cap. 4. §. 6. num. 26. Quesada Pilo contr. 29. num. 15. Solorzano in politica Indiana, lib. 3. cap. 25. vers. Por esto se deve limitar, fol. 422. & cap. 23. fol. 442. vers. Y para remate. Anton. Borrin. tractat. de servitutibus vassal. part. 5. cap. 3. per totum. Petra de potest. Princip. cap. 32. num. 48.**

78

79

EPIGRAMMATA.

An factum sit punibile. De licito, & illicito, utili, & honesto, iusto, & iniusto, scandalo, rebus mali exempli, stellionatu, vsuris. Resistentibus Officialibus iustitiæ dum iniusta exequuntur. Auxiliatori quando pœna irrogetur, impunito relicto principali, & qualiter delicto aliorum ope, & auxilio sequuto excusari possit à dolo, & pœna, eorum alter, quovè casu minor in vno, quam in alio versutia concepiatur pro modo punitionis. De furto magno per vxorem cum socijs in bonis mariti perpetrato, & rationibus illam adiuvantibus. Quibus casibus scelus committatur, non tamen exerceatur criminale iudicium. Paradoxa, firma tamen, humaniorum litterarum, atque legalis disciplinæ locis plenissimè munita observatio.

N U C L E U S.

- 1 *Facta aliqua faciem habent delicti, & intrinsecè crimen non continent; alia exterius scelus non ostendunt, interius autem ex circumstantiis secum trahunt.*
- 2 *Non semper est puniendus qui illicita fecerit, nec impunis evadit, qui licita exercet.*
- 3 *Non omne, quod licet honestum.*
- 4 *Ea honesta non perpetuè, quæ expediunt.*
- 5 *Primum iuris præceptum vitæ honestas.*
- 6 *Iure civili simulabatur concubinatus, sed ab eo boni abstinebant ob honestatem.*
- 7 *Meretrici donare inhonestum, & num. 8. quid intersit inter meretricem, & non honestam.*
- 9 *Honestas etiam in verbis servanda, & quare.*
- 10 *Res mali exempli punitioni subest.*
- 11 *Contra equites in Cathalonia proceditur absq; partis privata instantia ob concubinatum.*
- 12 *Pro scandalo vitando à iuris regulis receditur. Ratione scandali fit peccaminosum, quod aliter non esset.*
- 13 *Iudici de facto procedenti licet resistere, ubi ratio. Limita ut num. 17. 19.*

- 14 *Princeps, vel Respublica an possint innocētem morti tradere.*
Negativā opinionem amplectuntur hic citati, & nu. 15. ubi tunc licitum esse resistere iudici, & iustitiæ ministris, & ibidem ratio, & n. 16. Affirmativam tuentur allegati num. 18.
- 17 *Limita, si innocens damnatus non possit effugere pœnā absque scandalo, & pacis publicæ turbatione: nā tunc fas non est resistere, sicut neque si citra resistantiam potest evadere.*
- 18 *Civis, qui pro bono communi non paruerit condemnationi de se facta, ex innocente fit nocens.*
- 19 *Citra scandalum etiam non licet resistere Officialibus sub pretextu iniuste executionis.*
- 20 *Intellige, ut tunc, vexati debeant ad superiores Officialium recurrere si in cortice, & figura iudicii procedant, et si iniuste operentur.*
- 21 *Naturali rationi repugnat, ut quis sua manu sibi iudicat.*
Duoprincipaliter exiguntur, ut resisti possit Officialibus. Primum, quod notoriè iniuste agant. Secun-
- dum, quod factum sit præiudicii irreparabilis.
- 22 *Clerici, & Ecclesiastica persona non possunt armis bellicosis defendere reum ad Ecclesiam confugientem propter vitanda scādala.*
- 23 *Mala sunt toleranda vitandi scandali causa.*
- 24 *Malum minus respectu maioris habet speciem boni.*
- 25 *Mala sunt multa, quorum remedium non congruit.*
- 26 *Iusta, & utilia plura sunt, quæ ex circumstantiis loci, & temporis iniusta fiunt, & hæc in legibus sancientibus attendenda.*
- 27 *Initio mala præcavenda, & numer. 28. fieri non debere, ut inde sequantur bona.*
- 29 *Casus, in quibus non omne illicitum punitur, nec omne inhonestum, vel inciviliter factum, & num. 30.*
- 31 *Pœna nunquam imponitur nisi expressa lege caveatur. Faciens contra legis præceptum, uti ipsius contemptor punitur pœna arbitraria. Intellige, ut nu. sequen. 34. 35.*
- 32 *Quoties lex aliquid iubet, vel fieri vetat non expressa pœna, contraveniens*

extra ordinem est plectendus.

Declarat, extante facto ordinato potius ad crimen, seu dolum, quam ad actus nullitatem; quia ex ea sola non emanat delictum, ideoque nec poena infligitur.

33 Stellionatus crimen committitur, quoties quicquam dolo factum est, quod specialis delicti nomen non sortitur.

34 Si materia contractus dirigitur potius ad delictum, quam ad nulliter contrahendum, tunc semper agitur criminaliter. Sic igitur, ut contraveniens legi puniatur extra ordinem, dolus malus exigitur.

In crimine stellionatus non agitur criminaliter, si per actionem ex contractu potest satisfieri; at secus, si ex facto oriatur proprium delictum.

35 Contraveniens legi non subit poenam extraordinariam, nisi adsit dolus, qui iudicio civili purgari nequeat.

36 Æquiparatio doli in enormissima lesione cum dolo ex proposito comprehenditur, ut civiliter agatur, non criminaliter.

Fruetus debentur à die con-

tractus in lesione enormissima.

37 Non omnis contractus iniustus est usurarius, & non sequen.

38 Si quis lucrum capit ex nulla iniustitia contractus, usura non extat.

Iurisperitis apprimè incumbit usurarios contractus ab iniustis secernere.

39 Regula firma traditur, in contractibus attendi debere, an mutuum verum, vel palliatum extet, ut usura ex lucro emergat.

40 Alia regula non minus indefectibilis, ad usurae cognitionem inspicere debere, an lucri cum onere inaequalitas reperiatur.

41 Quæstio incohatur, an animalia dans ea lege, ut accipiens liberè eis utatur, dummodo tantundem restituat cum certo lucro, usuram committat? Affirmativè resolvitur; sed nullam usuram serpere agnoscitur, si certum illud lucrum non excedit rationem fructuum.

In societate animalium equalitatis ratio habenda, & periculum animalium in accipientem potest reiici facta gravaminis compensatione.

- 42 Societas, qua quis tradit animalia pastori, ut pascat, & custodiat in eodem numero, non sustinetur si desit equalitas.
- 43 Si animalia conferantur in societatem, ut si pereant equale sit damnum apponenti, & recipientis; si vero non pereant, capitale detur apponenti, at fructus aequaliter dividantur, & adiungatur asecuratio, licitus est contractus.
- 44 Asecuratio sufficit, quod tamen insit. Societas virtualiter, & alii contractus quando dentur.
- 45 In contractibus potius spectatur natura, & effectus actus, quam nomen eis à contrahentibus impostum.
- 46 Quæstio, an in societate possit adici pactum, quod maneat salvum capitale socij illud immittentis, & periculum subeat socius recipiens ad negotiandum. Opinio negativa. Affirmativa nu. 47.
- Tres contractus sunt celebrandi, ut socius apponens capitale possit consequi ipsius securitatem, qui hic describuntur.
- 48 Bulla Sixti 5. de qua hic, quomodo intelligenda.
- 49 Pactum suscipiendi in se periculum capitalis licitum est quando habet compensationem, & num. 51.
- 50 Inæqualitas lucri, & oneris semper attendenda, ut usura extet. Cōiectura sanoris circumscripti non possunt.
- 51 Inanis est quæstio cuius nature sit contractus, quia determinatio, an usura vitietur ex compensatione pendet.
- 52 Pulcher casus in nostro Regno Concilio diffinitus.
- 53 Lucrum adversus contractus formam quæsitum usuram redolet.
- 54 Pactum legis commissoria in pignore improbatum. Rationes ibidem, & num. 55.
- 56 Cur mutuum lucrum non admittat, & num. 57. 58. & num. 60.
- 59 Tempus non est modus inducende obligationis.
- 60 Mutuum est contractus tantum gratia mutuatarij celebratus.
- 61 In mutuo certum interesse ab initio pacisci permittitur. Negant adducendi n. 67.
- 62 Declara, quod talis quantitas debet regulari secundum interesse verosimile.
- 63 Declara amplius, debere concurrere stipulationem à principio cum mutuario,

- & postea damni probationem.
- 64 In lucro cessanti sufficit, quod mutuator sit mercator solitus lucrari, & quod pecunia mutuata esset exposita certae negotiationi.
- 65 Iulij Caponij, & aliorum sententia traditur tenentium licitum esse pacisci interesse ab initio, nec requiri probari postmodum cessationem lucri, & num. 66.
- 67 Opinionem negantem certum interesse posse ab initio taxari, tenent hic citati, & de eorum fundamento ibidem.
- 68 Eorum rationibus responderetur.
Dubius litis eventus ad certam aestimationem redigitur, & qualiter.
- 69 Conciliantur praedictae Doctorum sententiae.
- 70 Verisimilitudo plures producit effectus.
- 71 Doctorum gravium opinio sufficit ad excusandum à crimine usura.
- 72 In mutuo velato usura latet propter inaequalitatem compendij cum onere.
- 73 An sit usura carius vendere credito, quam praesenti pecunia, ubi decisio.
- 74 Sit ne usura minoris emere, vel conducere anticipata solutione.
- 75 Quando & qualiter licita sit venditio fructuum incertorum, & futurorum.
- 76 Explicatur Pragm. 1. sub tit. de compra, y venda in 2. vol. constitut.
- 77 Constitutiones nostrae interpretationem recipiunt à iure communi passivè.
- 78 Proœmialia dispositione declarant.
- 79 Utilitatis cum onere contributio inaequalitatem demonstrat.
- 80 Mercatorum mutuantium Principibus conventiones, cum lucris valde excessivis, & facultate cambiandi, & recambiandi, iuxta lucri, & periculi metas regulantur.
- 81 Mercatoribus plura lucra sunt licita in hac materia, quae alijs prohibita.
- 82 De interesse multiplici intrinseco, & extrinseco, & qua maturitate iudex debeat se gerere in cogendo illud praestari, & num. 83.
- 84 Inter iudicia civilia, & criminalia notoria sunt differentiae, & num. 85.
- 86 Iudex criminalis non potest cognoscere de facto civili.
- 87 Inertium iudicum ignavia criminalem vindictam in-

- biantium refellitur, & num.88.
- 89 Benevolentiam subditorum captare curæ incumbit iudicantium.
- 90 Iudices non debent in leuiusculis immorari.
- 91 Actus in dubio præsumitur bonus.
Interpretatio sumēda est que excludat usuram, & aliud quodcumque delictum.
- 92 Contra pastorem pro venditione ovium in scio domino facta an possit criminaliter inquiri.
- 93 Legum nonnullarum magna difficultas excusat.
Inconstantia Doctorum in tenendo modo unam, modo aliam sententiam, remissivè notatur.
- 94 Arbitrio alicui commisso præsumitur elegisse optimum.
Naturalis hominum ad dissentiendum propensio.
- 95 Ex dissidio opinionum nulla reprobanda, si rationibus urgentibus fulciantur.
Dictamini suo nemo debet nimis confidere.
- 96 Duobus cooperantibus in eodem facto, principalis quādoque punitioni non subest, benè verò auxiliator.
Auxiliatores inquiri nō possunt non constituto de principali delinquenti, & eius delicto.
- 97 Sufficit constare per sola indicia de principalis delicto, ut procedatur contra auxiliatores.
- 98 Accessorium non datur sine principali. Eius naturam sequitur, etiamsi sit dignius, num.99. vide nu.116.
- 100 Non potest auxiliator interrogari super auxilio, nisi ei nominetur principalis, ipsiusque appareat delictum.
- 101 Sententia lata ad favorem mandatarii, dicendo non fuisse commissum delictum, prodest etiam mandantis non verò si proferatur absolutoria propter exculpationem persone, & n.137.
- 102 Quando ab vno ex complicibus remissio est obtenta, tamen si formaliter alios nō iuret, prodest tamen ad temperandam pœnam.
Intellige, nisi dispar ratio inter complices militet.
- 103 Casus refertur uxoris, que furtum magnum commisit in bonis viri, alicrum ope, & auxilio.
- 104 Criminale, & civile iudicium pro parte uxoris, & mariti in casu numeri antecedētis instituuntur, & du-

- dubium firmatur, an causa esset civilis, vel criminalis.
- Decisio dubii.
- 105 Opem ferens filio, seruo, vel uxori, surripienti patri, domino, vel marito, tenetur actione furti.
- 106 Criminalis vindicta non datur patri adversus filium surripientem.
- 107 Uxor surripiens viro suo non tenetur furti. Prima ratio num. 108. Vide num. 125.
- 109 Uxor sine viri consensu contrahere, distrabere, vel alienare nequit.
- Sed consensus huius defectus delictum non inducit.
- 110 Vir, & uxor invicem domini appellantur, honorifice saluari solent. Eam vir diligere debet.
- 111 Nobilitate viri gaudet uxor, & si obscuretur uxoris honor, nocumentum patitur viri fama.
- 112 Textualis ratio cur opem, & consilium dantes filio, & uxori furti obstringantur. Et num. 113. nu. 128.
- 113 Rationes quæ militent pro uxore in furto mariti, non procedunt in auxiliante.
- Eodem in facto quis ex causa particulari non incurfit
- pœnam, benè verbè alius.
- Convocatis pluribus amicis ignavis delicti patrando, si rex ipsis intervenientibus eveniat, illi nulla puniuntur pœnas morte tamen coercetur, qui eos congregavit interficiendi animo.
- 114 Auxilium cooperativum præstans, eadem pœna punitur qua principalis.
- Uxor, quæ in fabricanda moneta auxilium marito præbet à pœna ordinaria excusatur propter metum.
- 115 Stante coactione, & compulsionem viri, non dicitur voluntarie uxor deliquisse, & sic mitius plectitur.
- Superior vir est mulieris.
- 116 Dolus qualis in principali extet, & qualis in auxiliatore considerandum.
- Accessorium non sequitur naturam sui principalis ubi militat diversa ratio.
- 117 Alloganti doli exclusionem in furto incumbit onus probandi.
- Afferens dominum consensisse in ablatione rei, probare debet, nec declarationi domini statur.
- 118 Si tamen dolus absit pœna non infligitur, & cum minori dolo, minor quoque irrogatur, ubi decisio.

- Creditor derobati, qui factis diligentibus debitum consequi non potuit pœna levi tenetur, non furti, sed extraordinaria, & num. seq.*
- 119 *Verba generalia non sunt obligatoria.*
- 120 *Caupones de furto factio in caupona, nauta de comisso in navi, tenentur ex suscepto, & ex maleficio, sed ex isto maleficio alieno, ut puniantur, doli coniectura requiruntur, cum decisione.*
- 121 *Decisio dubii per cauponis uxorem firmati in causa civili supersedendum declarans, ob furtum in caupona commissum.*
- 122 *Dolus cur ista in causa fuerit deductus.*
- 123 *Qualitatem, ex qua preiudicialitas resultat sufficit allegari, nec querere debent iudices dubii an sit probata, & quid in causa caupona acciderit, num. 124.*
- 125 *Pro furto magno in bonis mariti commissio, iudex ex officio potest inquirere, & num. 126.*
- 127 *Cause que dolum excludebant in furto magno, de quo agitur per mulierem commissio.*
- 128 *Furtum sine affectu furandi non committitur.*
- Defensio rerum suarum aliquando adeo iudicatur licita, ut pro illis tutandis permittatur homicidium.*
- Auxiliatores non iuvantur causis, que uxorem excusabant, & num. 130, 132. 138-139.*
- 129 *Furtum committitur, quoties accidit contrectatio invito domino, que presumitur fraudulenta contrario non apparente.*
- 130 *Rationes que excusarunt uxorem non deserviunt pro auxiliatoribus, cum illius sint peculiare, & numer. seqq.*
- 131 *Prestans auxilium furi bona fide non punitur, & quando.*
- 132 *An rationes predictae sint communes uxori, & socio.*
- In contractibus uno ex correis solvente ceteri liberantur.*
- 133 *Ex delicto si plures teneantur proprie non sunt correi, & sic uno solvente pœnam, alii non liberantur. Limita ut num. 135.*
- 134 *Quando plures delinquant, plures sunt obligationes, & delicta, inter correos autem unica est obligatio.*
- In-

- 135 In restitutione, & emenda
damni, licet ad eam sint
omnes in solidum obliga-
ti, uno tamen ex eis sol-
vente, ceteri remanent li-
beri.
- 136 Si unus ex delinquentibus
furti non tenetur, tenebi-
tur tamen socius. Si in
uno subsit qualitas gra-
vans, vel minuens, in
alio non augetur in uno
pœna, non in alio.
- 137 Causa, etsi non iuste excu-
santes uxorem, cum non
tollant delictum, non libe-
rant socium, exemplo man-
dati, de quo num. 101.
- 138 In negotio proprio propter
interesse suum obcacari fa-
cile mulier potuit.
Advocati lites suas, medici
morborum suorum curatio-
nem aliis concedunt.
- 139 Defendere extraneum in-
sultatum licet, & aggres-
sorem occidere cum mode-
ramine inculpatae tutelæ.
Sed stante excessu acrius de-
fensor tenetur, quam pro-
vocatus.
Iram propriam moderari dif-
ficillimum.
- 140 Mulier suo interesse obscu-
rata liberatur à pœna fur-
ti, non ita auxiliator, qui
nulla propria affectione
moveretur.

- 141 In auxilio cooperativo om-
nes sunt principales, &
obligatio non accedit obli-
gationi, sed factum facto.
Decisio damnati ad mortem
pro furto cum tractatu ad-
misso, fractura interve-
niente, excubante reo ante
ostium, & recipiente po-
stea à sociis bona surrepta.
- 142 Effectis omnibus principa-
libus in delicto propter
pluralitatem obligationum,
liberatione unius, alius
non iuvatur.
Fideiussor, qui ut principa-
lis accessit obligationi nul-
le in civilibus tenetur.
- 143 Dubitationes omnes, que
suadere videbantur, li-
berata uxore ab actione
furti, auxiliatorem ab-
solvendum, dissolvuntur.



DECISIO IV.



ACCIDIT ali-
quando iudicem
competentem esse
respectu reorum,
& facinoris, is-
tud tamen eius contingere qua-
litate, quod in sui facie deli-
ctum demonstret, si autem in-
trinsecus examinetur nullum
in

in se crimen, aut dolum continet: Et è contra conspicamur aliqua esse facta, quæ suapte natura vllum sceleris specimè non ostendant, & ex circumstantijs punibilia redduntur: deteguntur hæc nonnunquam in limine processus, quandoque in progressu ipsius comperiuntur; fontes ergo, & infontes iudex secernat, vt de simia fucata proverbialiter fertur, dum turpem causam orationis phaleris quidam adornant, vt honesta videantur, & non inconcinnè Retordamus similitudinem illam proposuit, vt sicut argentū, cum sit candidum, nigras tamen ducit lineas; ita quorundam alia species, alia facta neque in id incidere debemus vitium ad vitia cohibenda intenti, de quo G. Pachimer *histor. lib. 1. Perturbatione temporum eos etiam, qui verò iudicio nullius criminis convinci queunt maximis involui criminibus haud est inverisimile*, quare vt iusto, & recto gladio ius dicens vtatur, operæpretium esse habui de gestis punitione dignis, & eam non merentibus theoremata propalare.

2 Paradoxæ, seu quasi problematicæ propositiones huius decisionis materiam præbent; vulgaris namque est illa,

qua iactatur extra delictū esse qui licitum actum gerit, & è contra pro certa similiter ea traditur, qua instruimur delinquere illum, qui illicitum actū operatur; commonstrabimus tamen ad rei criminalis institutum, neque fontem esse, qui illicita fecerit, neque impunè evadere, qui licita exercet, & vt hæc dilucidemus principiū tritum, atque certum est repetendum, non omne quod licet honestum existimari. Acuña *in cap. 4. num. 2. distinct. 3. & cap. 6. à num. 3. distinct. 8. Carleval de iudic. tit. 2. disp. 1. num. 35. Tacit. lib. 1. histor. §. 9. ibi: Proinde intuta, quæ indecora, & de discrimine inter bonum, & honestum. Senec. epist. 118.*

Inde dimanat laudabilis illa sententia non semper ea honesta esse, quæ expediunt quibus abstinere inde necessum. Sallust. *in Cathalin. pag. 20. de Cathalina* inquit, *neque id quibus adsequeretur dum sibi regnum pararet, quidquam pensi haberet, & ob id dicebat Seneca epist. 76. fol. 152. & epist. 123. ut ea demum sint tibi iucunda, quæ honesta, & ius nostrum dum præcepta præfinit,*

primo loco vitæ honestatem collocat *l. semper 197. ff. de reg. iur. l. libertinus 8. l. adoptivus 14. §. unde nec vulgò, l. sem-*

ap-

- per 42. ff. de rit. nuptiar. §. iuris
præcepta 3. Inst. de iust. & iur.
appositè Tullius in offi. lib. 1. &
3. de finib. Excell. Viccancellari-
arius Crespi observat. 1. num.
6 124. Ideoque tametsi iure civi-
li toleraretur cōcubinatus, abo-
minabatur meretricem vir bo-
nus propter honestatem, Mat-
thæu de re crim. contr. 58. Me-
noch. lib. 2. de arbitr. cas. 418.
Gutierr. lib. 2. canonic. quest. 7.
Tondut. lib. 1. quest. 97. P. Mar-
ques lib. 1. de gubern. cap. 28. fol.
170. & seq. Diana tom. 9. tract.
2. ref. 293. Cevall. com. quest.
295. Bovadill. lib. 2. polit. cap.
17. à num. 55. Vela de offi. ordin.
par. 1. à num. 62. Riccius par. 3.
7 coll. 821. & 857. Et ei donari
lex quidem non omninò pro-
hibet, sed inhonestatis dedeco-
re notat, l. affectionis, ff. de do-
nation. de qua materia Gomez
in l. 50. Tauri num. 68. Antun.
lib. 1. de donat. prælud. 2. §. 7. vi-
dendi Peguera decis. 15. in fin.
tom. 2. Xammar rer. iudicatar.
diffin. 44. Cancer variar. part.
1. cap. 8. num. 172. Ciarlin. con-
8 troverf. cap. 33. num. 4. & 5. Ve-
rum est, quòd inter inhonestè
viventem, & meretricem dif-
ferentiam considerat Carleval.
de iudic. tit. 1. disp. 2. num. 550. &
seq.
9 Non modò in factis, sed etiã
in verbis honestatis præceptū

à iure impositum est servan-
dum, de quo evidens extat
apud Terentium testimonium
in Hentontim. vbi Chremes de
amoribus filij noluit corã vxo-
re verba facere: *Pudet, ait, di-
cere hac præfente verbum tur-
pe*, & scitus est locus Menar-
dri Senarij à Divo Paulo I. ad
Chorinth. cap. 15. vsurpatus.

*Corrumpunt bonos mores col-
loquia prava.*

Prudentissimãque hanc ani-
madversionem extulit Ariste-
tel. lib. 7. politic. cap. 7. ibi: *Om-
ninò obscenitas verborum, si
quidquam aliud; per legislatorem
exterminanda est de civitate, ex
turpiter enim loquendi licentia,
sequitur, & mala facere; nul-
lumque esse bonum, quod ho-
nestum non sit* censebat Sene-
ca Epist. 74. & 118. vbi quid
honestum, & in quo à bono
differat.

Ea de ratione condemnari 10
quis potest ex eo solo, quod
res sit mali exempli, l. 3. §. sed
ex Senatus consulto ff. ad l. Cor-
nel. de Sicar. & venefic. ibi: *Sed
ex Senatus consulto relegari vi-
sã est ea, quæ non quidem malo
animo, sed malo exemplo medi-
camenta ad conceptionem dedit,
ex quo ea quæ acceperit decessit.
l. si quis aliud 38. §. qui abortio-
nis ff. de pœnis, ibi: Qui abor-
tionis, aut amatorij poculum
S dant,*

dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est humiliores in metallum damnantur: Nam quæcunque mali exempli sunt in Republica à iudice puniri debent. Gomez *lib. 3. var. cap. 3. num. 33.* Caball. *res. crim. cas. 214.* movent etenim plurimum exempla. Solorzan. *de iur. indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 15. à num. 65. & lib. 2. cap. 24. num. 15.* Marquès *lib. 2. de gubern. cap. 17. fol. 268.* Senec. *Epist. 94. fol. 195.* & præsensit *lib. 3. natural. question. in fin. dum dixit,* citò nequitia subrepat, virtus difficilis inventu est, etiam sine magistro vitia discuntur. Iuvenal.

Quoniam faciles imitandis turpibus, ac pravis omnes sumus.

II Exemplificat Fontanell. *decis. 138. num. 18. tom. 1.* ubi ex eo defendit contra equites in Catalonia posse absq; partis privatae instantia procedi ob concubinatum, inde permotus quod scandalum gigneret equites inhonestam vitam agentes, mandataque Regia spernantes, puniri, & coerceri non posse, quia instantiam non haberent. Sed me nō latet principalē rationē fuisse, in delictis iteratis, & continuatis non procedere prærogativā militarē, & propter geminationem non debere

sperare veniam, neque comprehendi in indulto, seu gratia delinquentibus concessio, vt Fontanell. *dict. decis. num. 14.* expendit.

Scandalum adeo est exo- 12
sum, quod pro ipso vitando à iuris regulis receditur. Segura *part. 2. director. cap. 15. vers. Nec dicere.* Riccius *part. 4. collectan. 1277.* ubi quod nihil sit cum scandalo agendum. Salgado *p. 1. de retent. cap. 4.* qui plura de scandalo, & effectibus eius tollendi causa receptis; & multoties quod in se peccaminosum non est, propter scandalum tale efficitur. Sanches *in summ. lib. 1. cap. 6. & 7.* Navarr. *tom. 3. in manual. confess. cap. 15. num. 30. & seq.* videndus Diana *tom. 5. tract. 7. resol. 1. & seq.*

Descendimus per hæc foli- 13
das regulas ad intellectum materiae resistantiarum, quæ contra officiales iustitiæ fiunt: cōmune est DD. placitum iudici de facto procedenti licere resistere. Ripa *in l. admonendi num. 171. de iur. iurand.* Farinac. *quest. 30. num. 131.* Dueñas *reg. 393. limit. 4.* Covarrub. *1. resolut. cap. 2. num. 12.* Fachineus *lib. 9. iur. contr. 72.* quia iuris ordine non servato procedat, *l. omnes.* & ibi Bartol. *Cod. de decurion. l. prohibitum,* *Cod. de iur. fisc. lib. 10.* Marsil. *in l. editum*

Sum num. 3. ff. de question. & in l. 1. num. 86. ff. ad l. Cornel. de siccar. Bolognet. in l. ut vim num. 55. ff. de iust. & Iur. Grammat. vot. 1. nu. 35. Borrell conf. 24. num. 17. Thesaur. iur. lit. 1. num. 24. Thoming. conf. 48. num. 84. Laderch. conf. 181. num. 24. Plaza lib. 1. de delict. cap. 28. n. 7. ea de ratione quia iudex ita datus censetur vt ordinario, & non irregulari modo se gerat. Dec. in l. testamento num. 11. Cod. de testam. mil. Alciat. reg. 3. presumpt. 36. num. 2. Menoch. lib. 2. presumpt. 16. num. 9. & sic cum aliter procedens priuata persona reputetur, impunè ei valet resisti. Aviles. in cap. 1. Prætor glos. mandando num. 32. & seq. Cardin. Zabarell. in Clement. 1. nu. num. 16. vers. Item non debet, de off. ordin. & in Clement. 2. super verbo Notarij num. 2. de heret. Puteus de syndicat. verbo Resistentia, cap. 1. num. 3. ad fin. Decis. Capell. Tholos. 423. & ibi singularis additio Aufrerij. Bovadilla in polit. lib. 2. cap. 21. num. 109. Caball. cas. 8. Narbon. in l. 61. glos. vnic. n. 8. tit. 4. lib. 2. recopil. Parejati. 2. de instr. edit. res. 5. num. 39. Salgad. de Reg. protect. par. 4. cap. 4. à num. 9. & 22. Giurba conf. 29. & quando officialis dicatur procedere vt privatus diffuso

calamo Reg. Cortiada decis. 27. num. 92.

Quamobrem ardua in illa 14
quæstione, an Princeps, vel
Respublica possint vassallum,
vel civem innocentem morti
certæ tradere, adeo negativã
partem tenuerunt complures,
vt non ambigerint resolvere,
quod si quis iniuste damnetur 15
ad mortem possit resistere iudi-
ci, & iustitiæ ministris. D. Tho-
mas 2. 2. q. 65. art. 6. & alibi. So-
tus lib. 5. de iustit. q. 6. art. 4. Co-
varrub. lib. 1. var. cap. 2. num.
13. Sylvester in summ. verb. Ac-
cusatio, q. 6. num. 12. tum quia
homo non est dominus mem-
brorum suorum l. liber homo,
ff. ad l. Aquil. atque ita se ip-
sum interficere, nisi Deo im-
perante, non potest, pro vt ex
D. Augustino, D. Thoma cit.
Concilio Bracharensi, Theo-
doreto, & pluribus Bibliorum
locis cumulatis firmavit Lay-
man 1. tom. Theolog. Moral.
cap. 1. num. 3. Tum quia nullus 16
actus ad propriam mortem vo-
luntariè tendens licitus esse
possit, nec per aliquam circun-
stantiam iustificari, etiã ex cau-
sa religionis conservandæ, vel
custodiendæ castitatis. Archi-
diacon. in cap. non est. 23. q. 5.
Baiard. ad Iul. Clar. quest. 68.
num. 115. Nec pro salute Rei-
publicæ. Amescua de potest. in

se ipsum lib. 2. cap. 2. ex Durando, Petro Navarro, Menochio, P. Lugo de iust. & iur. disp. 10. sect. 1. num. 1. & sect. 4. nu. 105. & 106.

- 17 Limitatur tamen hæc opinio, & sententia quando contra iustitiam iniquè damnatus, pœnam non aliter subterfugere valet, & vitam tueri, quam resistendo iudici, eiusque ministris, vt privatis: nam tunc fas ei est quomodolibet suæ indemnitati prospicere; sed si ex defensione maximum oriretur scandalum, per quod pax publica turbaretur, cōtra commune bonum resistere, aut occidere ministros non liceret. Faria ad Covarrub. cum multis *lib. 1. cap. 2. num. 80.* confirmat Larrea *alleg. 114. numer. 28. tom. 2.* ex D. Antonino, Armilla, Tabiena, Thoma Sanchez *resp. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 17. num. 1.* & Larrea, quidquid alij senserint, concludit licere Principi, vel Reipublicæ vassallum, & civem innocentem pro communi omnium, & publica salute morti tradere, sicut Deus innocentissimum, & impeccabilem Christum Filium suum pro vniuersali generis humani vita, & redemptione, morteque trucidanda, supplicio immanissimo libavit, ipseque; Christus ad occisionem
- 18

libens, lubensque se obtulit, vt nos salvaret. Ioan. *cap. 11. Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat:* nam quamvis à scelesto Caipha promeretur, attamen, vt legitur in Evangelio, à semetipso hoc non dixit, sed prophetavit; & ad ea quæ nuper enuntiavimus non posse aliquem se occidere pro salute publica, ac licitum non esse actum ad propriam mortem voluntariè infligendam (quod sibi D. Thom. obijcit, & respondet 2. 2. q. 124. art. 1. ad 2. & 3.) Satisfacit Larrea *num. 29.* aliud esse morti se tradere ob timorem periculi, vel alia de causa, vel parere Reipublicæ, quæ civem, & membrum eius abscindit pro totius corporis salute; & tenet civem qui in hoc casu non paruerit, ex innocente fieri nocentem, & puniri posse, de qua re Calixt. Ramirez *de leg. Reg. §. 31. num. 13.* Benedict. *in cap. Raynutius, §. mortuo itaq; testatore lo primer, num. 48.* Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 25. num. 1.* Solorzano *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 13. num. 62.* citatis Soto, Victoria, Aragō. Gabriel. Vasquio, Horca, Agia, Amescua, latè Fagundez *in 1. præcep. decalog. tom. 12. num. 11.* Lugo *de iust. & iur. tom. 1. dis-*

disput. 10. sect. 4. & 5.

19 Veritas est per supra allegata nusquam licere resistere officialibus iustitiæ, licet iniuste exequentibus, si scandalum ex resistantia suboriat, addendus Xammar *de offic. iud. par. 1. q. 24. num. 121.* imò etiam citra scandalum quod non debeat executoribus fieri resistantia prætextu iniustæ executionis, affirmavit enixè Caball. *cas. 132. num. 11.* dicens quod aliter daretur occasio reis similia delicta perpetrandi sub his prætextibus, nec deficerent rationes pro excusandis resistantibus ad impugnandam executionem, & obviandum est semper reorum malitijs, & machinationibus, quibus ut benè ponderat Caballus illa accedit optima ratio, quod executores suos habent superiores, ad quos recurri potest, ut illos de suis excessibus puniant, & ideò non debent, qui se gravatos prætenderint propria auctoritate, & de facto ius sibi dicere, ex *l. penult. ff. de leg. Iul. de vi publ. l. extat, ff. quod metus causa.*

20 Similiter namque se vexatos asserentes debent ad superiores officialium recurrere, & non armis resistere, si in cortice, & figura sola iudicij procedant, quidquid iniustum, &

iniquum operentur; non est enim privato concedendum, quod à iudice comparari potest. *l. non est singulis, ff. de reg. iur.* idque ne detur ansa veniendi ad arma, & tumultum commovendi, quod ius non patitur *l. aequissimum, ff. de usufruct.* Naturali enim rationi repugnat, ut quis sibi sua manu ius dicat, ut ex Aristotele tradit Carc. *p. 2. var. cap. 10. num. 1.* & pro his est totus titulus in nostris Constitutionibus *quant sia licit, ò no venjar se sens jutge*, ac per consequens duo principaliter requiruntur ut iudici, seu eius officialibus resisti possit; primum quod notorium sit eos iniuste agere, vel exequi. Secundum, quod alio modo non possit impediri eorum executio, nisi resistendo, nam quando factum est præiudicij irreparabilis, posse impunè resisti docuerunt Xammar *qui supra d. p. 1. cap. 24. nu. 120.* Caball. *resol. crim. d. cas. 132. nu. 13.* consulendi ulterius Bovadilla *lib. 2. Polit. cap. 21. num. 68.* Salgado *p. 1. de protect. cap. 1. prelud. 3. & p. 4. cap. 4. à nu. 9. & 22.* Narbona *in l. 61. glos. unic. num. 8. tit. 4. lib. 2. recopilat.* Pareja *tit. 2. de instrum. edit. resol. 5. num. 39.*

Ex his etiam patet aditus ad certam conclusionem, qua doce-

cemur, Clericos, & Ecclesiasticas personas non posse armis bellicosis defendere reum ad Ecclesiam confugientem, ne de facto per iudicem secularem in casibus, & delictis non exceptis extrahatur, cum inde maiora scandala exoriri soleant, & Ecclesia non sit defendenda moribus castrorum. Bovadill. *in polit. lib. 2. cap. 15. per tot.* Remig. *de imm. Eccl. q. 12.* Paz *in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. nu. 16. vers. Nec tunc.* Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 39. difficul. 7. num. 23.* Covarr. *lib. 2. var. resol. cap. 20. num. 18. vers. Sed & illud.* Portoles *§. infantio num. 19.* Cutell. *de imm. Eccles. lib. 1. quest. 37. num. 6.* Azevedo *l. 3. num. 30. tit. 2. lib. 1. recopil.* Suarez *de relig. lib. 3. cap. 13. num. 4. & 5.* Farinac. *de immunit. Eccles. num. 47.* Fagundez *lib. 4. de precept. Eccles. cap. 4. num. 59.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 3. num. 14.* Correa *de immunit. Eccles. cap. 4. num. 12.* Lezana *quest. regul. tom. 3. verbo immunitas Ecclesie num. 22.* & cum his Reg. Cortiada *decis. 120. num. 18.* & tradit exempla de Clericis punitis, ob resistantiam factam Ministris Regijs volentibus extrahere reos ab Ecclesia.

23 Meritò hæc reperiuntur definita, quia quamvis malè se

gerat iudex sæcularis extrahens reum ab Ecclesia in casibus non exceptis, non idcirco imprudenter, & tumultuosè ei est resistendum: quia mala sunt toleranda vitandi scandali causa, Solorzano *tom. 2. de iur. indiar. lib. 2. cap. 1. num. 24.* & discreto, ac pervigili consilio videntes Clerici immunitatis noxam, & scandali pernitiem tenentur ab scandalo effugere, & ex duobus malis minimus eligere, vt sæpissime monitum accipimus Solorzano *de iur. indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 4. à num. 82.* Saavedra *emblem. 35.* Vela *disfert. 4. num. 51.* itidem Solorzano *lib. 2. polit. cap. 6. fol. 90. vers. Lo tercero, & seqq.* Marquez *lib. 1. de Govern. cap. 22. fol. 232.* Araujo *de stat. civil. disp. 6.* Fermosin. *de constit. quest. 16.* Malum enim minus respectu maioris habet spetiem boni, Solorzano *de iur. ind. tom. 2. lib. 2. cap. 30. num. 107.* Scaccia *de sent. cap. 1. glos. 1. quest. 1. num. 174.* Covarr. *in cap. 7. §. 2. à num. 10. de matrim.*

Hucusque de licito non semper impuni. Pandamus nunc illicita perpetuò non punibilia; & sicut initio huius decisionis præmissimus, non semper expedire licita, ita nunc vice versa præiacimus mala esse multa, quorum remedium

non

non congruit. Solorzano *tom. 1. de iur. indiar. lib. 2. cap. 16. nu. 5.* imò quæ permitttere sæpè publica vtilitas expostulat. Marquez *lib. 2. de gubernat. cap. 8. fol. 237.* Covarruv. *de sponsal. cap. 4. à num. 7.* & simulantur ita correctæ, vt quantum possibile sit minus noceant. Solorzano *lib. 3. polit. cap. 1. fol. 252. vers. T trabe.* Robert. *lib. 1. rer. iudic. cap. 7. fol. 46.*

26 Et multa sunt iusta, & vtilia, quæ ex circumstantiis loci, & temporis iniusta, & bono publico contraria fiunt. Sayro *in clavireg. lib. 3. cap. 3. num. 6.* & ideò lex, & Principis iussio taliter commensuranda est, vt loco, temporique conveniat, veluti eleganter probat Excell. Vicecancell. Crespi *obser. 1. nu. 169. ex tex. in l. ex facto 43. ibi: Incipit fieri iniquum beneficium Principis, si adhuc id valere dicamus ff. de vulg.* & audivimus non semel Principum placita tristè eventū produxisse istiusce circumspectionis defectu.

27 Non tamen idcirco existimes mala fovenda: nam imò ad nuper expressa inconvenièntia amputanda, initio mala præcavenda: quia si radices immittant difficiliter exterminantur. Acuña *cap. 3. num. 2. & 3. distinct. 8.* Tacit. *lib. 1. hystor. §. 9. ibi: Si incipiens adhuc, &*

non adulta seditio melioribus consilijs flecteretur, at deinde festinandum. Seneca *Epist. 85. facilius est enim initia illorum prohibere, quam impetum regere.*

Profecto cessante summa 28 publicæ vtilitatis lege, tam studioso conatu sunt mala vitanda, vt fieri non debeant eo animo, quod inde sequantur bona. Solorzano *de iur. indiar. to. 2. lib. 1. cap. 15. à num. 33. & in polit. lib. 2. cap. 6. fol. 90. vers. Porque & seq.* Scaccia *de sentent. vbi sup. Moya to. 2. select. tract. 5. quest. 6. & 7.*

Quatenus verò ad nostrum 29 attinet scopum, examinanda veniunt facta, seu mala illicita, & tamen punitionis expertia. Caball. *resol. crim. 1. latè concludit, non omne illicitum puniri, nec omne inhonestum, vel incivilliter factum: casus refert, in hærede qui prohibet funeraria ab eo, què testator elegit, nam is non rectè facit, non tamen pœna in eum est statuta, l. at si quis, §. divus ff. de relig. & sumpt. funer. hæres qui demolivit villam positam in fundo, contra ius facit, non tamen plectitur, l. hæres ff. de vsufr. legat. & eiusdem classis sunt, qui corpus defuncti per vicos transverferunt absque facultate eorum, quibus iuserat per-*

permittendi, l. 3. §. *divus ff. de sepulc. violat.*

30 Ad eandem speciem pertinet *tex. in l. 1. per tot. iuncta l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est vi exhibeat*, nā eximens in ius vocatum, punitio- ni regulariter non subjicitur; & quod inhonesta complura, quæ ultionem non habeant, confirmat Caball. ex Gozadin. Bald. Nata, Craveta, Vlpel. Iass. Menoch. Surd.

31 Rationem subdunt nuper memorati DD. quoniam pœna nunquam imponitur, nisi expressa lege caveatur, nec dicitur delictum, vbi pœna non est à iure expressa: verum tamen est, quod faciens contra legis præceptum, vt ipsius contemp- tor puniri potest pœna arbitra- ria, si aliquid fieri à lege prohibeatur. Riccius *part. 3. collectan. 559.* Senator Xammar *de offic. iudic. part. 1. quest. 11. num. 46. & 47. ex tex. in l. 1. §. expilatores, vers. Idcirco*, vbi Bartol. & Alberic. & communis Doctorum cōclusio *ff. de effra- torib. l. 1. §. ait Prator ff. de iur. deliberan. l. si quis reum ff. de cust. & exhib. reor. l. bodiè ff. de pœnis Farinac. quest. 30. num. 8. & 9. Francisc. Marc. decis. 479. num. 2. part. 2. Guid. Papa decis. 433. Borg. Cavalcan. decis. 41. num. 41.*

Quandoquidem quoties 32
lex, vel statutum aliquid iubet, vel fieri vetat, non expressa pœna, tunc illi contraveniens extra ordinem venit plecten- dus, per notata in *gl. singular. ad l. nemo Martyres Cod. de Sa- crof. Eccles.* quæ intelligi de- bent extante facto ordinato potiùs ad crimen, seu dolum committendum, quam ad actû nullum, atque à lege irritum celebrandum: nam ex ea sola nullitate, nō emanat delictum, ideoque neque pœna irroga- tur, veluti firmant Doctores crimen stellionatus exponen- tes: Docent namque quod quo- ties aliquid dolo factum est, 33
quod specialis criminis nomen non habet, stellionatus crimen objici debet, *l. 3. ff. de crimin. stellionat.* & hoc casu concurrat dolus, vt principale delictum, in alijs verò criminibus, vt qua- litas substantifica eorum, sicut elucidavi *decis. 2. num. 77. tex. in l. 1. §. 1. l. cuiusque dolo ff. ad l. Iul. Maiest. l. qui dolo ff. ad l. Iul. de vi publ. l. in lege corne- lia ff. ad leg. cornel. de siccar.* qua de re doctè, & subtiliter Ti- ber. Decian. *lib. 1. tract. crim. cap. 4. de dolo*, prosequuntur de stellionatu tractantes Suel- ves *tom. 1. consil. 40. num. 1. Vi- gell. lib. 23. iur. civil. cap. 28. Go- mez lib. 3. var. cap. 7. Cyriac. contr.*

contr. 76. Olea de cess iur. tit. 7. quest. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 381. P. Marquez lib. 1. de gubern. cap. 29. fol. 184. Gregor. in syntagmat. lib. 39. cap. 3. Farinac. quest. 150. num. 219. & num. 288. & q. 168. n. 16. Bolaños in cur. Philippi 2. tom. verbo hypotheca nu. 16. vbi quomodo purgetur crimen stellionatus. Lafarte de gabell. in addit. ex cap. 16. num. 10. Padilla de leg. pand. 2. part. cap. 7. & 45. num. fin. vbi quod crimen stellionatus committit, qui debitum solutum iterum petit. Villadiego in polit. in forma libellandi in hoc crimine stellionatus. Molin. de iust. tom. 5. disp. 9. num. 26. Escobar de purit. sang. 2. part. quest. 4. art. 4. §. 9. num. 57. vbi quod nō cōmittatur hoc crimen in contractu nullo.

34 In quo crimine stellionatus resolvunt supradicti Doctores, quod quando materia contractus est directa potius ad delictum, seu dolum patrandum, quam ad nulliter contrahendum, tunc semper ex eo contractu agitur criminaliter ad poenam stellionatus, punctim Salgad. in labyrinth. credit. par. 1. cap. 14. num. 99. post Farinac. tom. 1. quest. 19. à num. 33. cum multis seqq. & præsertim num. 35. & 37. sic igitur ita demum contra præceptum legis veniēs extra ordinem punitur, si do-

lo malo se gesserit, & non ex eo tantum quod adversus legis prohibitionem progressus fuerit: nam tunc civili iudicio potest factum annullari, & quemadmodū in crimine stellionatus non agitur criminaliter quando per actionem civilem ex contractu potest satisfieri. Farinac. consil. 7. lib. 1. & conf. 96. num. 19. & seq. & decis. 183. lib. 1. in addit. at secus si ex facto oriatur proprium, & particulare delictum, utputa usura, furtum, & similia, quia tunc quamvis dolus possit civiliter purgari ex contractu, non tamen ex hoc prohibetur, quin criminaliter etiam agi possit. Farinac. d. quest. 19. num. 37.

Pariformiter in nostra specie, & dolus necessarius est, ut poenam arbitrariam transgressor legis subeat, & etiam desideratur, quod dolus civili iudicio emendari non possit, nisi ex eo individuum delictum proveniat, cum ut longè definitum fuit *dict. decis. 2. num. 77.* dolus in omnibus delictis exhigatur, aliter enim, nec firma essent quæ adduximus num. 31. scribentes delictum solum esse, quoties poena à iure reperitur præfinita, & falsa remaneret stabilis illa propositio, quam suscepimus, non puniri omne illicitum, de qua præter supra relatos, Car-

leval. *de iudic. tom. 1. disp. 2. nu.*
270. Farinac. *in prax. crimin.*
quest. 18. num. 6. 7. & q. 31. num.
108. Anastaf. Germon. *lib. 3. de*
facror. immunit. cap. 12. num. 59.
& lib. 1. animadvers. cap. 11.
Abulensis *in opusc. defensorij*
2. par. quest. 57. & 58. Covarrub.
de spons. par. 1. cap. 4. in pr. vers.
Nec sequitur. Gaspar Roder. *de*
ann. reddit. lib. 3. quest. 4. num.
56.

36 Proinde asseverat Bucca-
ron. *de different. inter iudic.*
civil. & crimin. different. 126.
num. 1. 2. & 3. dolum ex enor-
missima læsione proveniente,
dolo ex proposito æquiparari;
hanc tamen æquiparationem
intelligi vult locum sibi ven-
dicare quoad actionem civi-
lem, & sic quoad rescisionem
contractus, secus quoad crimi-
nalem, & propter nullitatem,
& dolum debentur eo casu
fructus à die contractus, qui
rescinditur, seu nullus decla-
ratur ob gravissimam illam læ-
sionem, dolum re ipsa indu-
centem. Mastrill. *decis. 247.*
cum quatuor seqq. Mar. Giurb.
decis. 105. num. 8. & 9. & num.
14. in fin. D. Ioann. Fran. del
Castillo *decis. 14.* penes quem
plurimi. Valenzuela *cons. 196.*
ex num. 12. cum seq. & consil.
156. ex num. 26. Fontanella *de-*
cis. 66. à num. 15. adde Gregor.

Lopez *in l. 56. glos. 12.* & ibi
Hermosilla *per varias glossas*
tit. 5. part. 5. Molin. *lib. 2. de pri-*
mog. cap. 3. num. 14. & 18. Casti-
llo *lib. 3. contr. cap. 2. & de ter-*
tijis cap. 18. & de aliment. cap.
36. §. 2. & cap. 59. Pareja *tit. 1.*
de edit. resol. 3. §. 2. num. 72. & ta-
men dolus iste, quem in con-
tractu considerant Auctores
criminaliter nunquam fuit ani-
madversus ex rationibus *num.*
precedenti excussis, nempe
quod huiusmodi actus gestio,
non ad dolum, seu crimen,
sed ad contractus invaliditatē
principaliter tendat, & eius-
modi dolus iudicio civili pur-
gari possit, ac nomen specifi-
cum delicti non contineat.

Concatenatur cum his quæ 37
percurrimus, certa illa distin-
ctio, quàm eruditè observa-
vit Leotard. *de usur. quest. 7.*
vbi demonstrat valdè differre
contractum illicitum, & iniu-
stum esse, ac vsurarium, &
num. 6. infert non omnem con-
tractum, in quo iniustitia, &
inæqualitas contingit illicitum
esse, tametsi iniustum, nec
per ius civile ob commercio-
rum, & commutationem ne-
cessitatem corrigi, vt palam
est *ex l. 16. §. idem Pomponius*
ff. de minor. l. 22. §. ultim. ff. lo-
cat. l. 8. & 15. Cod. de rescind.
vendit. & alijs iuribus, quibus
ob il. con-

constat licere naturaliter contrahentibus, se in pretio circumferibere, quod tamen iniustum est, & iustitiæ commutativæ adversatur.

38 Simili modo non omnis contractus iniustus, & illicitus usurarius iudicari debet, quantumvis omnis usurarius contractus, nunc illicitus sit, & iniustitiam includat. Leotard. *d. q. 7. num. 7.* nam uti iniusta notatur conventio, in qua quis plus capit, aut invito Domino alienum extorquet, & contra iustitiam commutativam operatur, quæ æqualitatem in contractibus præcipit, sed non ideò usura committitur, si lucrum, quod quis capit, non ratione temporis percipitur, vel ob usum, & retentionem quantitatis debite, sed ex nuda iniustitia contractus. Hadrian. *in 4. sentent. tit. de rest. vers. Occurrit.* Soto *de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 1.* Molina *Theolog. disp. 33. num. 7.* Marefcot. *var. res. lib. 2. cap. 133. nu. 1.* ubi iudices quosdam imperitos appellat, qui contractus iniustos dumtaxat ab usurarijs separare nesciunt, & nemo ignorat incumbere summè Iuriconsultis hæc secernere *l. 1. ff. de iust. & iur.* Leotard. *d. q. 7. num. 33.* Vacovv. *lib. 1. declarat. cap. 29. & 30.* Brisson. *lib. 4. se-*

lect. cap. 16. Roscius *lib. 2. memorab. cap. 3.* Caldeyra *lib. 3. var. lect. cap. 4. ex num. 13.* luminare maius scholarum Div. Thomas *2. 2. q. 50. & seq. inque suis comment.* Molina, & Bannes qui reliquos ex Theologis referunt.

Syntagma ergo nunquam 39 fallibile tradunt Doctores ad discernendos contractus usurarios, ut inspiciatur, an contractui de quo quæritur, mutuum insit, vel apertum, vel palliarum, verum, aut interpretativum, & ex eo creditor lucrum capiet, & capiat, & hoc casu contractum usurarium esse dignoscitur, & usuram istiusmodi lucrum, sin minùs usurarium esse non posse, sive contractus iustus sit, sive iniustus, quam regulam Marefcotus *ubi supra* ait nullam exceptionem pati, & ex eo Leotardus *d. q. 7. num. 35.* Carleval *de iudic. tit. 3. disp. 8. num. 7. & sect. 6. num. 101.* prosequuntur Riccius *p. 4. collectan. 1384.* Castillo *lib. 2. contr. cap. 25.* Cyriac. *contr. 469.* Leotard. *de usur. q. 8. & 9.* Reg. Matthæu. *de re crim. contr. v. 40.* Iul. Capon. *tom. 3. disc. 188.* qui latè quomodo, & unde usura simulati contractus probetur.

Aliam ego regulam subiungo 40 proximè finitimam, nempe

ad discernendum contractum, an vsurarius sit, vel licitus, attendi maximè debere, num inter cōtrahentes seruetur æqualitas, vel non, habita ratione de eo, quod quis ex sua parte facit, & vicissim de onere, vel commodo ex alterius parte suscepto, seu percipiendo: itaut si maius sit onus, quam emolumentum, vsuræ pravitas non profiliat; si verò lucrum onus superet, tunc vsura facillè serpat.

41 Quapropter Leotard. *de vsur.* q. 31. num. 8. determinat, quod animalia æstimata dans ea lege, vt accipiens liberè eis vti valeat, dummodò tantundem post aliquod tempus restituat cum certo lucro, vsuram committit in tali contractu, cum perinde sit, ac si illorum pretium dominus dedisset mutuo, ac per cōsequens ex lucro vsura desumitur; sed tamen ulterius pergens Leotard. num. 11. hoc genus contractus saltim eo casu sustineri tenet, quo certum illud lucrum, quod dominus animalium stipulatur non excedit rationem fructuum, quia in ea contingentia vera venditio inita dicitur.

Duo igitur supra iacta consolidantur ex proximè recensitis: Prius nimirum contractum ibi expressum ita demum lice-

re, si mutuum non subodoretur, & si æquivalens recompensatio lucris, & oneris consideretur, cuius defectu statim mutuum delitescit, & deinceps mutuo latente vsuram illicè obrepere. Bonacin. *de contract.* disp. 3. q. 6. punct. 5. num. 2. qui in societate circa animalia inter alias condiciones requirit æqualitatem observari, taliter quod damna, expensæ, & lucra emanantia ex causa societatis sint communia, pro vt quis plus, vel minus in societatem contulerit, ac periculum animalium in accipientem posse reijci facta gravaminis compensatione, firmant Sylvester *in sum. verb. Societas* 2. *quæstio* q. 8. Azor *lib. 9. cap. 7. quæstio* 10. *vers. Mibi verò.* Navarrus, Reginald. Salonius, & alij per Bonacin. *qui supra*, laudati.

42 Contemplatur etiam Bonacina *d. disp. 3. q. 6. punct. 5.* societatem, qua quis tradit animalia pastori cum pactis vt illa pascat, & custodiat, & deinceps conservet in eodem numero, taliter quod si aliqua pereant compleatur numerus ex foetibus, & in fine singulorum annorum accipiat dimidiam partem reliquorum foetuum, iniquitatem autem huius contractus ex eo dimensuravit, quod

quod illi deesse videatur æqualitas si pastoris industria pluris æstimetur, quam valeat numerus animalium ipsi constitutus, & assignatus, secus si non pluris ipsius opera, & industria æstimetur.

- 43 Magis ad intentum idem Bonacina *ead. disp. 3. quest. 6. punct. 5. num. 5.* loquitur de illo qui inita societate cum alio defert ei animalia, ut si pereant æqualiter pereant apponenti, & recipienti; Si verò non pereant capitale detur apponenti, fructus verò æqualiter dividantur, quam conventionem assurationi adiunctã licitam esse fatetur; & hæc asseveratio sufficit, quod tacite insit, licet expressè non inveniatur, sicut ad improbandum contractum mutuum virtuale, seu interpretativum, bene Leonard. *d. q. 31. num. 20.* docens quod licet expressa non fuerit lucri incerti venditio, sed simpliciter actum sit, ut certa annua quantitas lucri nomine præstetur, si lucrum illud verisimile est, & maius esse verisimiliter speratur, taxatio sustinetur, & contractus consistit, & *num. 21.* virtualiter adesse contractum societatis statuit, & terminanter implicite assurationem, aliosque contractus concurrere sentierunt Navar. *in manual. cap. 17. nu. 255. vers.*

Addo, & in commen. de usur. num. 33. Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 28. & 31. Filliuc. q. moral. tract. 38. n. 56. vers. Dices tertio. Dianaresol. moral. par. 1. tract. 8. ref. 31. vers. Et hæc omnia procedunt. Bonacin. de Moral. Theolog. tom. 2. tract. de contract. disp. 3. q. 3. punct. 11. numer. 2. vers. Addo cum Navarro. Carleval de iudic. tit. 3. disp. 7. numer. 21.

Meritoque non tam quid 45 scriptum, quam quid actum attenditur, cum regulare sit in contractibus potius inspicere naturam, & effectum actus, quam nomen ab agentibus ipsi attributum, & impositum *l. insulam, ff. de præscrip. verb. l. si oleis, & ibi notat locati, Cod. locati. Oldrad. conf. 138. Boer. decis. 144. Alciat. l. 2. in verbo aliud genus, ff. si cert. petat. Tiracquell. de retract. lignag. §. 30. glos. 1. num. 12. Gratian. disc. for. tom. 3. cap. 544. num. 15. cum seq. & tom. 2. cap. 206. num. 24. Olea de ces. iur. tit. 1. quest. 4. num. 40. Ciardin. contr. 43. n. 2. Mantie. de tacit. & ambig. tit. 2. lib. 2. num. 17. Ripoll var. cap. 7. à num. 356.*

Quibus consonat resolutio 46 Doctorum in difficili illa disputatione, an in societate possit adijci pactum, quod maneat salvum capitale socii illud immit-

mittentis, & periculum subeat socius recipiens ad negotiandum. Negativam sententiam tenuerunt Canc. *var. res. 3. par. cap. 7. num. 51.* *Parlad. lib. 2. rer. quotidian. cap. 2. ex nu. 9.* *Aragon. 2. 2. q. 78. art. 2. post solut. ad 5. argumentum principale ex §. sed dubitabit aliquis hoc loco.* *Bannes 2. 2. quæst. 78. comm. in art. 4. §. dubitatur circa vltimum modum societatis concl. 1.* *Azor. inst. moral. tom. 3. lib. 9. cap. 3. q. 5. 6. 7. & 8.* *Ioan. Baptist. Lupus in cap. naviganti de vsur. §. 1. num. 24.* *Natta conf. 403. cap. 18. ex num. 3. & cap. 19.* *Armill. verb. Usura num. 17.* *Vivius decis. 84. n. 4.* addo *Quesada & Pilo disert. 22. num. 109.*

- 47 Affirmativam verò partem amplectuntur *Covarrub. lib. 3. var. cap. 2. num. 4.* *Sarmient. lib. 7. select. cap. 1. ex num. 6.* *Mantic. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 6. tit. 6. ex num. 3.* *Bellon. decis. 183.* *Molin. de iust. tract. 2. disp. 417. ex num. 10.* *Diana resol. moral. par. 1. tract. 1. de contract. resol. 30.* *Narbona in 3. par. recop. in l. 15. tit. 18. lib. 5. glos. 2. ex nu. 2. & 7.* *Azor. inst. moral. to. 3. lib. 9. cap. 3. q. 6. §. ego tamen, & his, & alijs multis relatis* *Carleval de iudic. tit. 3. disp. 7. nu. 18.* qui notat ad hoc vt in societate, socius appo-

nens capitale possit consequi ipsius securitatem, vt illi saluum remaneat in omni casu, etiam fortuitæ amissionis, tres contractus esse celebrandos ab eo, qui pecuniam suam tradit mercatori ad negotiandum, & lucrandum; primus societatis, in qua vnus ponat pecuniam, alter præstet operam in negotiatione, ex qua singuli possent percipere pro centenario decem, vel duodecim pro lucro. Secundus contractus est affecurationis capitalis pro qua securitate renuntiat socius immitrens capitale, socio affecuranti partem aliquam lucri incerti, quod ex societate percepturus est. Tertius contractus est affecurationis lucri incerti ex societate percipiendi taxati in minori quantitate, quam speratur percipi pro qualitate, & securitate lucri v.g. ad ratione quinque, vel septem pro centenario, socius affecuratus, cedit socio affecuranti maius illud lucrum, quod se habiturum sperat.

Et ad Bullam Sixti V. promulgatam die 28. Octobris 1586. quæ incipit *Detestabilis avaritiæ*, *Carleval* respondet *num. 22.* per illam damnari contractum societatis, in quo reicitur periculû capitalis in socium accipientem, ob solum so-

societatis contractum, & nullo prætio illi assignato, ob periculum quod suscipit, non verò damnari societatem, in qua ex vi contractus affecurationis manet periculum capitalis penes accipientem ob partem lucri speratam maiorem, quam ipsi posset ex societate contingere; & hanc opinionem crebriori calculo per Hispaniam, Galliam, Italiam, Germaniam à celeberrimis Theologis receptam refert, & Sixtum V. Pontificem vivæ vocis oraculo respondisse de hac constitutione consultum, se non damnasse societates à Doctoribus classicis comprobatas, sed eas solummodo, quas Doctores communiter reprobaverant.

49 Addo relatis à Carleval Cyriacum *contr. 357. nu. 14. & 15. & contr. 465. num. 16. & seq. Conciol. res. criminal. 7. verbo Bulla num. 2.* qui contestarunt cum Carleval. concludentes, pactum, in se, suscipiendi periculum capitalis licitum esse quando habet compensationem.

50 Vides, quomodo usuræ vis, in eo sistat, ut inæqualitatis lucri, ac oneris, semper ratio habeatur, proindeq; perspicax sit iudex in non damnando facile contractus tanquam usuraria labe infectos ex sola ca-

pitalis securitate promissa, nisi simul inæqualitatis consideratio perpendatur, quæ basis semper, & fundamentum est huiusce materiæ; sicut, & mutui simulati detectio, quæ arbitrio prudentis iudicis committuntur, cum coniecturæ fænoris incertæ sint, & nullæ certæ regulæ circumscribi possint. *Leotard. de usur. quest. 9. num. 2. & seqq.*

51 Quare superflua est solertissima illa cura plurium scribentium, quorum ingenia anxie torquentur in disquirendo, cuius naturæ sit contractus in quo usuram serpere contenditur, nam cuiuscunque speciei contractus remaneat, quæstio ista potius est facti quam iuris, ut acutissimè explicavit eximia ingenij acie effulgescens *Card. de Luca in theatro veritatis. lib. 5. de usur. & interesse decis. 2. tot.* videlicet præ oculis semper habendum est, an onus recompensetur illud suscipienti, vel non, quia extante compensatione usura cessat; ea verò non extante aperte illa vergit.

52 His perpensis in nostro Senatu cum de mense Martij 1686. referente Magnifico Frâncisco de Portell Iudice Regiæ Curia, actuar. Riambau se obtulisset casus examinandus contra

tra N. fuit resolutum verbo nō esse contractum vsurarium, qui erat traditionis boum æstimatorum conuenta æqualitate lucri, & damni, & vltius intercedente pactione de præstandis per accipientem annis singulis tribus quarterijs tritici: eiusque contractus praxis ita esse ferebatur, quod quando boves restituerentur, primum æstimatio à partibus imposita domino exsolvenda veniebat, & postea lucri, & damni æqua facienda erat divisio, adeò quod si auctus esset valor vltra æstimationem, augmentum esset æquale, si verò valor diminueretur damnum ex diminutione causatum æque pateretur tam dans, quam accipiens; at si boves demorerentur, domino, & recipienti æque perirent, taliter quod si deperirent ambo boves, seu alter eorum, teneretur recipiens damnum pro medietate satisfacere de ære suo, & sic non ex lucro communicabili, & rursus practicabatur traditionem animalium fieri absque certi temporis præfinitione. Pensatis namque cunctis circumstantijs visum fuit Dominis non adfuisse in hoc contractu inæqualitatem oneris, respectu lucri recipientis boves; atque ideo vsuræ vitio non esse

maculatū. Recognascatur processus evocationis generalis vulgo *Xavega* de dicto anno 1686. contra vsurarios.

Scias etiam ad pleniorē intellectum, & detectionem mutui palliati, tunc potissimum latere cum lucrum acquiri curatur adversus contractus formam, pro vt de deposito late Leotardus de *vsur. quest. 32. de mandato quest. 33. de pignore* si verum, vel velatum contrahatur, & forti fructus non impudentur *quest. 11.* nam cum tales contractus non permittant lucrum quæri, evidenter labefactantur per similes pactiones, & mutui simulatio discooperitur, eleganter Merlin. de *pignoribus lib. 4. tit. 4. à num. 6.* Vbi tenet improbari pactum legis commissoriæ in pignore ex duplici ratione; Prima est quoniam obligatio pignoris solet fieri pro minori longè quantitate, quam res valent; vnde si valeret pactum valdè deciperetur debitor, & licet quandoque possit evenire vt pro iusto pretio pignus detur, quia tamen leges adaptantur ad ea, quæ frequentius contingunt, hoc non attenditur.

Secunda assignatur ratio, quia si valeret pactum, vel nunquam, vel rarò creditor mutuarct sine isto pacto, & in mu-

tuo

53

54

55

tuo quis moveri non debet spe
lucris, concordant Ant, Faber
de error. Pragmatic. decad. 21.
error. 1. Scaccia de comm. §. 1.
q. 7. par. 2. ampliat. 12. num. 4.
vers. Primus casus. Gayto de
credito, cap. 4. quæst. 8. num. 1100
cum seq. Mantic. de tacit. &
ambig. convent. lib. 11. tit. 9. n. 2.
cum seq. Seraphin. de iuram.
privil. 131, Gutierrez de iuram.
par. 1. cap. 33. num. 1. Merenda
contr. iur. lib. 1. cap. 3. num. 1.
Surd. decis. 248. num. 11. & ibi
Hodierna, Covarrub. lib. 3. var.
cap. 2. num. 7. Trentasinq. var.
lib. 3. tit. de pignor. resol. 11.
num. 1. Hermosilla ad Lopez
glos. 1. l. 41. tit. 5. par. 5. num. 6.
pag. 642.

56 Si autem quæras, quare spe-
ciale sit in mutuo omne lucrū
in ipso vsurarium esse, ratio
in promptu erit: quia mutui
datio ex charitate descendit,
iuxta illud Lucæ 6. *mutuum da-*
te, nihil inde sperantes, quæ
verba licet sint de consilio, &
non de præcepto, obligant ta-
men, nisi adsit magna necessi-
tas ex parte proximi. Sigism.
Scaccia de comm. §. 1. q. 1. n. 401.
& 402. vers. Minus obstat, &
405. in secundo responsu, & 407
& in q. 7. par. 1. nu. 27. & par.
1. ampliat. 8. nu. 7. 20. 21. & 259.
& ampliat. 10. num. 10. Medina
in suis tract. tom. 2. de reb. per
vsur. acquis. q. 2. vers. Quod

autem, Soto de inst. & iur. lib.
6. q. 1. art. 1. Molina in 2. tom.
disp. 304. Rebell. de inst. & iur.
lib. 2. cap. 10. disp. 11. num. 82.
Azor. inst. moral. lib. 4. part. 3.
& lib. 7. tit. de mutuo, cap. 5.
vers. Quarto, qui ex actu cha-
ritatis nihil exigi posse, com-
memorat; nam licet non sem-
per sit de necessitate exercen-
da. Diana tom. 6. tract. 1. resol. 3.
est tamen virtus quæ nullo pre-
tio erogato diffunditur. Cyriac.
contr. 518. Tolet. lib. 4. instr.
cap. 8. Suarez tract. 7. de Relig.
lib. 1. cap. 3. 4. & 6.

57
58 Alia concipitur ratio: quia
in mutuo transfertur dominiū
penes mutuatarium, & non di-
stinguitur vsus à dominio, &
iniustum est aliquid solvi ra-
tione temporis, cum tempus
sit commune; ita Hermosilla ad
Lopez. *glos. 3. l. 1. tit. 1. p. 5. n. 2.*
pag. 28. post Petr. Gregor. Syn-
tagm. iur. lib. 22. cap. 2. Nicol.
Mozz. in tract. de contractib.
tract. de mutuo, cap. de substāt.
ex formal. mutui num. 11. Co-
varrub. var. resol. lib. 3. cap. 1.
num. 5. Canc. var. res. tom. 3.
cap. 7. de pact. num. 61. Gaspar
Roderic. de ann. reddit. lib. 1.
quæst. 4. num. 99. Felic. de So-
les in tract. de censibus, lib. 1.
cap. 5. n. 14. Tusch. præct. concl.
litt. M. concl. 44. num. 1. Jacob.
Cuiac. in paratill. ad tit. com-
modati, vel contra sol. mibi 22.

59 *tom.2.* qui omnes mutuuum gratuitum esse debere constabilerunt : tempus enim non est modus inducendæ obligationis *l. obligationum ferè, §. placet, ff. de action. & oblig. §. at si ita, instit. de verb. oblig. & ob id Aristoteles lib.4. phisicorum, cap.10.* docuit omnia quidem fieri in tempore, nihil autem propter tempus : quia tempus est mensura actuum humanorum, non verò causa. *Roderic. de ann. reddit. lib.1. q. 3. num.24. & seq. Fontan. clau.6. glos.2. par.6. à num. 21. Suelves tom.3. conf.39. num.2.* aliis citatis.

60 Tertia adiungitur ratio, quippe mutuuum est contractus tantum gratia mutuatarij celebratus, vt notatur *in cap. consuluit de usur. Peguer. decis. 147. tom. 1.* ad differentiam contractuum onerosorum qui vtriusque gratia conveniuntur. *Canc. var. par.3. cap.7. nu.71.* & consequenter ex mutuo usuræ per mutuantem peti non possunt.

61 Non tamen ideò existimes in mutuo non posse pacisci certum interesse, nam veriùs est posse taxari ab initio, & sine alia probatione exigi, dummodo iustum sit. *Navarr. conf. 1. de offic. iud. Reg. à Ponte de potest. Proreg. tit.4. §.50. Surd.*

decis. 259. Rovit. in Pragm. 1. num.45. de usur. Pereyra decis. 84. Canc. par.3. cap.7. num.73. Castillo lib.2. cap.1. à num. 67. Fontanella de pact. nup. claus.5. glos.9. à num. 19. Gayto de credito, cap.2. tit.7. quæst.2. à nu. 1723.

62 Verum est quod talis quantitas certitudinalis debet regulari secundum interesse verosimile. *Canc. qui sup. dist. par.3. cap.7. num.73. Parisius conf.6. num. 31. lib.1.* qui taxatione ad quinq;procentenario, licita esse resoluit, iuxta text. *in §. quia verò in authent. de non alienand. & glos. communiter receptam authore Azpilcuta conf.28. nu.2. lib.5. tit. de usur. tom.2.*

63 Concurrere etiam debent, vt ex mutuo interesse lucri cessantis ratione, vel damni emergentis recipiatur, conditiones enarratæ à Peguera *decis.32. nu.22.* Stipulatio à principio cum mutuatario, & postea damni probatio.

64 In lucro verò cessante sufficere arbitratur Peguera, quod mutuator sit mercator solitus lucrari, & quod eandem pecuniam, quam mutuat, iam expositam habuisset, certæ, & particulari negotiationi, à qua alterius precibus illam evellit, quia tunc non diffitetur Pegue-

guera posse, quidem lucrū cessans in pactum deduci, tametsi noh̄it esse taxatum, & determinatum, sed verisimile.

65 Jul. Capon. *discept. for. tom. 4. discept. 292. à num. 13.* assentitur Cancerio. Fontanel. & alijs supra relatis, & adhuc defendit non solum posse pacisci interesse ab initio, sed nec postmodum debere probari cessationem lucri; intendit namque quod sufficiat verosimile, & proportionatum interesse iuxta qualitatem mutantis; & latius *tom. 5. discep. 399.* strenuè tutatur in mutui contractu ab initio ratione lucri cessantis, & damni emergētis de certo interesse pacisci licere omni iure sic probans, & etiam ex generali consuetudine totius orbis, & ita iudicare omnia Tribunalia, & æquitatem suadere. Thoro *in comp. decis. verbo interesse lucri cessantis, & verbo mercator* pronuntiatum referens Gizzarel. ad Capic. Latro *in observ. decis. 106.* decisum narrans de anno 1658. in causa Michaelis Andreę Bertini ad rationem decem pro centenario, & de alijs decisionibus testatur Marescot. *disc. for. cap. 34.* Hodiern. *contr. cap. 17.*

66 Pro sua similiter sententia tradit Caponius, Spada *lib. 2.*

conf. 226. num. 7. & conf. 201. num. 4. Nicolaum Romanum *in utriusque iuris lucubrationibus, tom. 1. lib. 3. tit. 15.* Ognetta *par. 3. lib. 3. tit. de usuris, tract. 3. disp. 105. sect. 5. num. III.* Diana *in moral. resol. tract. de contractib. res. 15. cum seq.* Merenda *contr. 1. cap. 13. & 4. controvers. cap. 42. vsque ad 45.* Cyriacum *contr. 368.* Ciarlin. *contr. 1. cap. 29. num. 52.* Leotard. *de usur. q. 72. & 74.* Merlin. *2. contr. cap. 50.* Galeota *1. contr. cap. 61. num. 47.* Sanfelic. *decis. 124.* Marin. *var. 1. cap. 194.* Capic. Latro. *decis. 133.* Roccum *in respons. cap. 74. num. 20.*

Nihilominus opinionē contrariam negantem posse taxari, & constitui certum interesse in mutuo à principio, sectantur, & toto animo propugnāt Carleval *de iudic. lib. 2. tit. 3. disput. 8. sect. 6. à num. 79.* qui quinquaginta Doctores pro sua thesi cumulat, viginti pro adversa referens, addēdi Reg. Matthæu *de re crimin. contr. 40. à num. 40. ad 64.* Solorzano *lib. 6. politic. cap. 14. fol. 1015. vers. Pero, & seq.* & fundamentum principale Carlevalli in eo sistit, quod cum contractus fit, interesse est factum futurum, de quo nulla potest esse certitudo, & multis de causis potest impediri, sicque co-

natur non posse taxari, & reduci ad certam quantitatem, quasi divinationem, præsertim cum negotiationes in damno esse sæpissimè experientia com-
monstret; illud enim interesse, cum in factò consistat minimè sine probatione dandum, sicque à principio, neque taxandum; aliàs solo nomine differt ab usura.

68 Ratiocinatur ita præfati Doctores, quibus effusè respondet Caponius, nihil tam incertum esse, quod vir prudens perpensis omnibus circumstantijs æstimare non possit, & incertum, ac dubium litis eventum ad certam æstimationem redigunt iudices. *Canc. var. 1. cap. 13. num. 36.* qui advertit, an ius sit dubium, vel non, iudicem ex se iudicare, & æstimationem potius ad se pertinere, quam ad testes; & *num. 37.* subdit iudicem in his, quæ ipse intelligit magis credere teneri sibi, quam alijs. *Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 9. part. 5. nu. 206.* affirmat securiorem modum considerandi dubium litis eventum esse iudicis arbitrium.

69 Discrepantes valdè videntur inter se hæ Doctorem sententiæ, sed in re, & effectu nimis non distant, nam probato interesse fatentur Carleval, & alij

suam conclusionem amplectentes, teneri mutuatarium, quatenus damnum subsequutum sit, vel lucrum amissum, sed à principio conventionem suspectam recitant, & elidi per supervenientem probationem veritati cedentem, vt explicat Regens Matthæu *de re crim. contr. 40. num. 61.* Cancer citatus *num. 62.* ad exactionem dani, & interesse probationem exposcit, ante tamen eam conventionem validam autumat data verisimilitudine, sicque ad effectum exactionis istæ opiniones non discordant, & licet Caponius cum alijs ex sola proportione, & verisimilitudine ad exactionem deveniri posse putet, ei nititur principio, quod 70
verisimilitudo plures producat effectus. *Escobar part. 2. de puritat. quest. 2. num. 81. cum seqq. Castillo lib. 4. contr. cap. 63. & seq. & aliquando pro veritate habetur. Gutierr. lib. 3. pract. quest. 17. num. 290. in fine. Fontanella decis. 439. à num. 19. tom. 2. mihi profectò non displicet conclusio Caponij cum plura videam in iure regulato iudicis arbitrio commissa, sed iuxta sensum Cancerij, & aliorum extra difficultatem materiam cerno, cum nullum damnum ex tali pactione possit provenire, si probationes ad exequendum*

dum expo stulentur , & vitium suspicari non possit , data proportionata verisimilitudine à principio, & arrident magis istius sententiæ rationes , & fundamenta.

71 Recolligendo tamen vsque hue exarata, vt secernatur punibile ab experte punitionis, qui est noster scopus , sufficit Doctorem tam gravium dissidium, ne iudices vexent contrahentes cū certi interesse cōventionē ab initio, pro vti puniam manifestat *Cyr. contr. 169.*

72 Regulas iam vndequaque confirmatas habemus, mutuū scilicet nullum lucrum admittere , & ita in velato mutuo compendium vltra sortem producente vsurariam pravitatem abscondi: inæqualitatem lucrum cum onere, ac recompensationem semper attendi debere, vt vsurarius contractus cognoscatur, damni emergentis , & lucri cessantis rationem habendam esse in solito negotiari, vt inde iustus , vel iniustus contractus constituatur iuxta excessum commodi , habita ratione damni, vel cessationis lucrum; per quæ principia facile resolves quæstionem illam; an sit vsura carius vendere credito, quam præsentī pecunia, de qua *Covarruv. lib. 2. var. cap. 3. num. 2. vers. Secundo, & num.*

6. & 7. Tolet. lib. 5. instruct. cap. 31. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. 39. Araujo de stat. civil. disput. 1. dub. 3. Cyriac. contr. 109. & seq. Carleval. de iudic. tit. 1. disput. 3. num. 15. Leotard. de vsur. quæst. 1. nu. 10. Moya lib. 1. select. tract. 6. disp. 6. Navarr. in manual. confess. cap. 23. num. 81. & seq. Soto de iust. & iur. li. 6. q. 4.

Ex hisce motivis non fuit vsurarius iudicatus contractus initus per Iosephum N. Agricolam Villæ de Miravet , qui de mense Octobris 1686. vendidit alicui agricolæ eiusdē Villæ triginta quarterias tritici, ad rationem decem, & septem regalium argenti pro quarteria, indulgendo duos terminos ad pretij solutionem, & licet constaret eo tēpore quarteriam tritici vendi cōmuniter assuevisse minori pretio. Nihilominus inter alia fuit perpensum pactum in eadem venditione adiectum, quod venditor ad sui periculū teneretur triticum à Ciuitate Dertusæ ad locum de Amposta transuehere. Quibus, & alijs considerationibus excussis visum fuit, habita ratione augmenti pretij ob dilatam solutionem, & oneris per venditorem assumpti non adesse inæqualitatem ad vsuram necessariam. Quare cum timens capi à Baiulo de Miravet præmissus

10-

Josephus recursum per arrehp-
tionem itineris interposuisset,
Regia provisione facta 9. Apri-
lis 1688. fuit traditus sub Sacra-
mento, & homagio, donec ali-
ter esset provisum referente
Nobili Don Narcisso de An-
glafell, varijs, quas cumulatiffi-
mè exercuit Regij Senatoris
iam dudum dignitatibus, nunc
in tertia Aula suæ perspicaciæ
extollenda documenta plausi-
biliter ostendente, & ei causa
commiffa extiterat propter in-
firmitatem subtilis, ac Nobili-
s Don Francisci de Cancer,
Iudic. Reg. Curia, Actuatio
Vilariquer.

74 E contra minoris emere, vel
conducere anticipata solutio-
ne, an in vsuram incidat, pen-
det quoque ex prælibatis ele-
mentis. Gutierrez. *lib. 1. canonic.*
quæst. 39. Molina *de iust. tract.*
2. disp. 356. & seq. & 501. Cy-
riacus *contr. 87.* Moya *tom. 1. se-*
lect. tract. 6. disp. 6. quæst. ult.

75 Eodem modo ex stabilitis re-
gulis dissolves quæstionem illâ,
quando, & qualiter licita sit
venditio fructuum incertorum,
ac futurorum: nam vt benè ob-
servat Leotard. *de vsur. quæst.*
8. num. 30. adspici debet an
propter prorogationem pretij
emptor minus solverit, & im-
mediatè lædatur vëditor; prop-
ter hæc enim vsurarius contra-

ctus efficitur, concordat Her-
mosil. ad Lopez *glos. 1. l. 11. tit.*
5. part. 5. num. 8. & 11. pag. 472.
vbi concludit tutam non esse
emptionem fructuum ante col-
lectionem, quando fructus im-
maturi viliori pretio vendun-
tur, quam valebant tempore,
quo erant in esse, seu maturi,
habita consideratione ad ex-
pensas, quas emptor in eorum
collektione est factururus. Rode-
ric. *de ann. redd. quæst. 12. num.*
38. lib. 1. Navarr. *in manual. cap.*
17. n. 127. vbi ita intelligit scri-
bentes istiusmodi emptiones li-
cita esse. Matien. *in l. 17. tit. 11.*
glos. 2. dato enim pretio hone-
sto fructus nascituri emi pos-
sunt, nec fæsus suspicamur,
etsi omne onus ad venditorem
pertineat. Mantica *de tacit. &*
ambig. lib. 8. tit. 21. num. 1. Et 76
his voluntatis intelligi debet
Pragmatica 1. *sub ti. de compra,*
y venda in 2. volum. Constitu-
tion. quæ prohibet, & annullat
venditionem granorum in her-
ba, imponens venditoribus,
rei venditæ; emptoribus, amif-
sionis pretij pœnam, vt deno-
tant verba illa eiusdem Prag-
maticæ, ibi: *Ex quibus utilita-*
tas plublica læditur, charitatis
officium infringitur, & peccati
via promptissima aperitur: Nam
hæc non concurrunt, nisi data
pretij iniustitia, & vulgata sunt,
duo

77 duo: vnum, constitutiones nostras interpretationem passivā recipere à iure communi. Ramon. *consil.* 71. num. 26. Giurb. *decis.* 64. num. 14. Mascard. *de gener. stat. interp. concl.* 2. à nu. 1. Iul. Chartar. *decis.* 94. num. 154. Suelves *conf.* 2. num. 17. & *conf.* 14. num. 10. lib. 1. Cancer *par.* 3. var. cap. 18. nu. 114. Font. *de pact. nupt. tom.* 2. claus. 5. glos. 8. par. 6. num. 46. Regens Cortiada *decis.* 34. num. 34.

78 Alterum, procemialia dispositionem declarare. Molin. *de primogen. lib.* 1. cap. 5. à num. 1. Valēzuel. *conf.* 119. Castillo *lib.* 4. *contr. cap.* 47. & *lib.* 2. cap. 22. num. 98. Riccius *par.* 7. *colleēt.* 2569. Vela *dissert.* 37. nu. 4. Pareja *de instr. edit. tit.* 3. *res.* 3. numer. 31. Menoch. *lib.* 6. *presumpt.* 2. & toti dispositioni ius tribuere. Thesaur. *lib.* 1. *quest. for.* q. 1. Solorzano *de iur. indiar.* 2. *tom.* lib. 1. cap. 26. n. 99. quamobrem, & iure communi inspecto, & procemii contextu mediato indubiè Pragmatica percipienda est, læsione in pretio quoad fructus immaturos supposita, vt sic, & non aliter contractus vitiosus, ac prævus censeatur.

79 Periculi cum lucro recompensatio consideratur ad contractus validitatem, & usuram excludendam, sicuti utilitatis

cum onere contributio metiēda venit; hæc enim omnia inæqualitatem, & iniustitiam obtuentur. Diana *tom.* 6. *tract.* 3. *resol.* 41. Moya *tom.* 1. *select.* *tract.* 6. *disp.* 6. *quest.* vlt. à n. 2. & *tom.* 2. *tract.* 6. *quest.* 5. Navarr. *in cap. naviganti de usur.* *tom.* 2. *fol.* 271. & secundum hæc circumstantias dirimenda diiudicatur disputatio de mercatoribus mutuantes pecunias Principibus adiectis pactionibus valdè lucrosis cum facultate cambiandi, & recambiandi, nam etiam regulantur iuxta periculi, ac lucri metas. Peguera *decis.* 33. *tom.* 1. Diana *par.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 5. Castillo *quotidian.* *contr.* *lib.* 2. *cap.* 1. num. 21.

Notes velim in hac usurarum indagine, quod mercatoribus plura sunt permessa, & conceduntur, quæ aliis prohibita, & à iure improbantur, perindeque usuræ usurarum, interesse alterius interesse, quæ aliis prorsus denegantur, favore mercatorum elargiuntur, vt testantur Capon. *tom.* 5. *difcept.* 399. num. 21. Fontanella *decis.* 91. num. 9. ex *decis.* Rot. *Genuen.* 37. num. 15. profusè Leotard. *de usur.* q. 86. Bursat. *conf.* 68. nu. 36. & mercatorum utilitates licitas esse docuerūt Covarrub. *lib.* 3. *var. cap.* 1. nu.

2. & 4. Solorzano *lib. 6. Polit. cap. 14. fol. 1015. vers. El qual, & seq.* & vsque ad quam quantitatem ascendere possint Carleval *de iudic. tit. 3. disp. 8 à nu. 103.*

- 82 Denique de interesse intrinsecò, & extrinsecò damni emergentis, & hoc cuilibet tametsi non mereatori deberi, & in eo speculandum esse pretium quod eius prætextu exigitur, vt æquivalet damno; & similiter de interesse intrinsecò, & extrinsecò lucri cessantis. Castillo *qui supr. quotid. contr. lib. 2. cap. 1. toto*, vbi etiam de iure canonico peti posse aliquid ultra sortem ratione damni emergentis, & lucri cessantis, in quo nullus scribentium dissentit; dummodò bonus, & discretus iudex animadvertat, quod interesse petitum sit verum, nec antea præstetur, quam verisimiliter appareat de damno contingenti creditori, aut de lucro quod illi evenire potuisset, secluso omni dolo, & fraude vsuras palliandi. Velazquez *de privil. pauper. & miserab. person. par. 1. q. 26. num. 7.* Anton. Gamma *decis. 110. num. 3.* Hieronym. Magon. *decis. Florent. 3. num. 5.* Marc. Anton. Amato *decis. 124. num. 2.* Mart. *decis. seu vot. 165. nu. 5.* Sigism. Scaccia *de comm. §. 1. quest. 7. par. 2.*

ampliat. 8. Trentasinq. var. res. lib. 1. de interesse, res. 1. num. 18. & 25. Leonard. Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 20. dub. 10. nu. 68. & 69.* Menoch. *de arbit. cent. 2. casu 119. num. 1. & 2.* copiosè, & doctissimè Hermosilla ad Lopez *in addit. ad glos. 4. l. 10. tit. 1. par. 5. pag. 129.* supra quadraginta Doctores allegans inter Theologos, & Jurisconsultos.

Et hæc de iniusto, & illicito non tamen perpetuo punibili respectu vsurarum, quæ cum casus evenerint non modicè spero profutura, licet non omnia possint in materia tam lata limitibus certis claudi; sufficiat principaliora tetigisse, vt manuduci inde facile possint de criminibus inquirentes, & processus vtiliter efformare. Discamus igitur, quæ ad iudicem criminalem spectant, & quæ ad civilem, cum notoriæ sint inter hæc duo iudicia differentia, sicut enodarunt Bovadilla *lib. 3. Politic. cap. 8. à num. 112. & cap. 14. num. 26.* Scaccia *de sentent. cap. 1. glos. 6.* Solorzano *tom. 2. de iur. indiar. lib. 4. cap. 5. à num. 16. & lib. 5. Politic. cap. 5. fol. 789. vers. Pero, & seqq.* Pareja *tit. 2. de edit. resol. 6. à numer. 41.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. cas. 263.* Farin. *tom. 3. prax. quest.*

100. Buccaron. *in integro*, ac valdè proficuo tract. de differentiis inter hæc duo iudicia:

86 Nec potest iudex criminalis se intromittere in factò, vel articulo civili de iure nostro. Constit. *Com per la bona administraciò* 12. Constit. *fin. tit. De la elecció dels Doctòrs de la Real Audiencia*. Reg. Cortiada cum multis decis. 35. num. 3. tom. 1. & num. 5. vbi, quod etiamsi iurisdictio ex consensu partium fuerit prorogata in Regium Criminale Concilium, seu in iudicem criminalem, non potest cognoscere de causa civili.

87 Sed proh dolor! nonnulli inepti iudices omnia facta delicta iudicant, & solum quando processus, & inquisitiones coacervant, se rectos, & laudabiles censent cum magno subditorum detrimento, dispendio, & aliquando dedecore, iudicumque salutis æternæ interitu, quorundam inertium medicorum vitio laborantes, qui vbique sint, plures semper morbos inveniunt, vt refert Vallens. *in paratill lib. 3. tit. 10. num. 8.* Rigiditatem tales iudices affectant, vt eorum zelus ab omnibus extollatur, ignorantes præclaram illam D. Chrysoft. sententiam de qua meminit idem Vallens. ibi: *Cir-*

ca vitam tuam esto austerus, circa aliorum benignus. Audiant te homines parva mandantem, & grandia facientem.

Ambitione abominabili ad 88 hæc efferuntur, vt fama volet, ac resonet, quod ipsi homines furcis suspendunt, subuertunt ædificia, stupefaciunt infantes, turres, ac pinnacula, caueque cavernæ sonitum dantes per eos extremiscunt; at non hæc Deo, non Regi, non Reipublicæ grata, sed legum sacra observatio, & in nullo transgressio. Verum elogium est iuris præcepta custodiendo iudicare, alterius existimationē non lædere, vt notabiliter dicebat Patricius *lib. 1. de repetit. tit. 5. fol. 19.* *Defendat, ac tuatur bonos, malos autem supplicio afficiat: ea tamen ratione, vt malit Civēs emendare, quam interimere. l. respiciendum, ff. de pœnis, ibi: Nec enim severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est.*

Quinimò, & benevolentiam 89 subditorum captare curæ incumbit iudicantium, vt sensit Episcop. Simancas *lib. 8. de Republ. cap. 32. pag. 496. num. 4.* ibi: *Quamvis enim (inquit) præfectura urbis satis magnam auctoritatem habeat, nihilo tamen minus necesse est, vt Præfectus urbi placidè pertractet ci-*

vium animos, & captet voluntates eorum præsertim Senatorum, & illustrium, atque nobilium, salvis legibus, & iustitia, salvo officio, & autoritate, nec enim laudandi sunt, qui sibi subiectos nimis asperè tractât. Prosequitur Bovadilla in *Polit. lib. 2. cap. 8.* eleganter Seneca *lib. 1. de clement. cap. 22.* ibi: *Non tanquam probet vitia, sed tanquam invitus, & magno cum tormento ad castigandum veniat; & lib. 3. de ira. cap. 16.* Franciscus Ferrer super *Const. hac nostra temp. 1. decl. 2. à numer. 12.* proponit aliquos iudices absq; corporis delicti probatione iniquè iudicantes, & ait eos præter asperam, & crudelem illam propensionem, quam habent, credentes sequendo rigores, & effundendo sanguinè fieri plus iustitiæ amatores; & ex Parladorio tradit, ipsos in vitium prolabi sub umbra virtutis, vt iusti ab hominibus colantur, sicut loquaces eloquentes, temerarii, & fortes providi volunt reputari, vt dicebat Seneca *de natura Deorum.*

90 Compescant iudices actus qui crimina sunt, & facta extra delictum gesta pœnis non coerceant, ne ipsi in infantes exasperantes criminosi reddantur, & punitione digni, nec in leuiusculis tempus terant

defectibus, ne maioribus hore deficient, vt crudité exornat Solorzano *emblem. 30.* cum gravia occurrunt facinora in his eorum studeat conatus; Nec 91 eos lateat actus in dubio, qui possunt se habere ad delictum, & non delictum præsumi potius bonos, & in non delictum, quam malos, & in delictum, vt notant Mascardus *de probat. conclus. 1003. num. 14. & seq. lib. 2.* Giurba *conf. 37. num. 31.* Barbof. *axiom. 68. n. 14.* Vrsell. *in exam. apum. concl. 47. nu. 28.* Vermigl. *conf. 3. num. 25.* Paul. Rub. *de valid. leg. cap. 1. nu. 7. & seq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præf. 2. num. 1. & seq.* Farin. *de reo confess. & convict. q. 85. num. 5.* Eugen. *conf. 86. nu. 53. lib. 1.* Hond. *conf. 58. nu. 57. lib. 1.* & interpretationem semper sumendam esse, per quam excludatur delictum: abundè Conciol. *verb. Interpretat resol. crim. 1.* vbi etiam quod debeat ea interpretatio admitti, quæ excludat vsuram, & *verbo actus, resol. unie.*

92 Intenti maximè est *contr. 7.* D. Petri Quesada Pilo vbi tutatur: cōtra pastorem pro venditione quinque ovium infcio domino ipsarum celebrata, procedi non valere criminaliter, & exclamat iudicum, & consultorum ignaviam, qui pro re

non

non punibili multoties ad capturam deveniunt, & expensas iniuste homines sustinent. Sunt autem quædam ita difficilia, quæ an criminali iudicio, an civili subsint, non satis inter homines etiam notæ; & magnæ eruditionis dilucidatur, imò discordibus votis dubium resecari indiget; leges enim quandoque tam variis difficultatum retibus involvuntur, ut non raro aliud videantur velle, quam velint, & sæpè decipiantur in illarum intelligentia magistri, & scholares. Paul. Rub. *obser. de testam. cap. 20. numer. 23.* Quesada Pilo *d. controvers. 7. num. 3.* de opinionum autem delectu latè Senat. Xam. *de offic. iud. par. 1. q. 3.* & inconstantiam Doctorum modo vnam, modo aliam tenendo opinionem, lato, & perpolito calamo reprehendit Fontan. *de pact. 1. claus. 4. glos. 12. num. 40.* cum aliis; & non punitur iudex qui in iure dubio, & obscuro minus tutè, ac rectè definit. Alex. *in addit. ad Bartol. in l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit. litt. F.* Rondinell. *de Syndicat. num. 151. & 153.* Berart. *de visis. cap. 25. n. 51.* maximè si res sit arbitraria, ut solent esse omnes pœnæ præsertim in Cathal. idem Berart. *cap. 25. n. 35. & 36.*

94 nam tunc intrat regula, quod

arbitrio alicui commisso, præsumendum est optimum elegerit, ut explicat Reg. Mattheu *contr. 63. n. 4.* & hominum naturalem esse ad dissentendum propensionem, demonstrant Solorzano *tom. 1. de iur. indiar. lib. 2. cap. 14. num. 1.* Hermosilla *glos. 1. num. 1. in Prolog. part. 5.* Escobar 2. *part. de purit. quest. 7. à num. 1.* ex qua varietate oritur ambiguitas, idem Solorzano *tom. 2. de iur. indiar. lib. 2. cap. 30. à num. 14.* Nec ex dissidio opinionum reprobandi, qui vnam, vel alteram sequuntur, dummodo rationibus urgentibus vtraque fulciatur, ut ex proximè laudatis Doctoribus deprehenditur, & videmus passim viros magnos in contraria vota scissos: nemo enim debet suo dictamini nimis confidere, ut consulit Riccius *part. 4. collect. 977.* facundè Solorzano *in operib. posthu. tract. sobre el juzgar, y discorrir pag. 399.* vnde perdoctè Tullius *de finib. & in 4. Tuscul.* hæc comprobatur ibi: *Nos institutum tenebimus, nulliusq; verius disciplinis legibus adstricti, quid sit in quaque re maximè probabili, maximè requiremus, nosque ipsos redargui refellique patiemur, quod si ferunt iniquo animo, qui certis quibusdam destinatisque senten-*

95

tis, quasi additi, & consecrati sunt, eaque necessitate constructi, ut etiam que non probare soleant, ea constantia causa defendant.

Lustramus ex eo per pluries inter Regium Criminale Concilium, & Regiam Audientiam Civilem dubium, & contentionem suscitari, & sciscitari, an causa sit civilis, vel criminalis, ut evenit in casu decisionis quintæ sequentis.

96 De variis actibus à punitione immunibus, vel ei suppositis fuit pertractatum, sed rursus disquisitio nostra progreditur, ut in maiori paradoxa omnis procul difficultas relegatur. In eodem ergo facto patenter tibi aperiam, duobus cooperantibus, principale punitionem non subire, auxiliatorem vero criminali subesse vindictæ. Quid prorupi! invita tota Iurisprudencia loquutus vidcor, sed non ita, parumper sistat, acquiescet, si quiescat animus. Non abnego contra auxiliatores inquiri non posse, non constito de principali delinquenti, & eius delicto *l. si is qui rem* 68. §. *si tu Titium*, & ibi Bartol. ac alii ff. *de furt.* Menoch. *de arbitrar. cas.* 349. num. 13. Farin. *de inquisit. q.* 3. num. 4. & *de consul. ac mandatorib. q.* 131. num. 34. & *consil.*

37. num. 18. & *consil.* 60. numer. 121. lib. 1. Guazzin. *defens.* 33. cap. 10. nu. 16. Giurb. *consil.* 41. num. 42. & *consil.* 87. num. 1. Flamin. Chartar. *de execut. sentent. sup. bannum cap.* 1. n. 347. Cyriac. *controv.* 132. num. 40. Conciol. *verb. Auxilium, resolut. crimin. 1. n.* 1. qui num. 3. 97 declarat ex Claro, Baiardo, Farinacio, de consuetudine praticari, quod procedatur contra auxiliatores, licet plene de principali delicto non adsint probationes, & sufficere de eo constare per sola indicia.

Rationem adducunt præcitati Doctores: quoniam accessorium non datur sine principali, *cap. accessorium* 42. *de regulis iuris in 6.* Surd. *consil.* 40. num. 47. Farin. *de inquisit. q.* 3. sub num. 2. Honded. *consil.* 107. num. 12. lib. 1. Cyriac. *controv.* 230. num. 15. 98

Imò accessorium naturam 99 sequitur sui principalis, etiam si sit dignius. Barbof. *in l.* 12. §. *si v. nu.* 211. *de iudic. & in rubr. solut. matrimon. par.* 4. num. 30. Salgado *de Reg. protect. cap.* 6. num. 27. Castillo *lib.* 6. *contrav. cap.* 168. & §. *unic.* Solorzano *de iur. indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. num. 79. Riccius *par.* 3. *collect.* 2532. Robert. *lib.* 3. *rer. iudicatar. cap.* 1. *fol.* 7.

Non

- 100 Non potest enim inquiri, nec interrogari auxiliator super auxilio, nisi ei nominetur principalis delinquens, & ubi principalis non deliquit, eo minus dici potest deliquisse accessorius. Cravet. *consil.* 319. num. 12. Farin. *de inquisit.* q. 3. num. 4. Giurb. *consil.* 87. nu. 3.
- 101 Quo fit, ut sententia lata ad favorem mandatarii super facto, dicendo non fuisse commissum delictum, profit etiam absenti, & mandanti; si verò sententia absolutoria non est lata super facto, sed super persona, declarando inquisitum esse absolvendum, quia non reperitur culpabilis, tunc talis sententia non suffragatur mandanti. Menoch. *de arbitrar. casu* 351. num. 14. & *casu* 352. nu. 12. & *seq.* Baiard. ad Clar. *§. fin.* q. 57. num. 2. & *seq.* Decian. *tract. crimin.* lib. 9. cap. 33. nu. 7. Farin. *de consultorib. & mandatorib.* q. 135. num. 33. Guazzin. *defens.* 2. cap. 8. num. 12. Carena *de p. ffic. Sanctæ Inquis.* p. 3. tit. 9. num. 101. Conciol. *resol. crim.* 5. num. 4. *verb. Mandatum*, ubi sic conciliat contrarias opiniones, & hoc modo intelligit Cyriac. *controv.* 354. num. 24. & *seq.*
- 102 Nedum in casu tam aperto, absolutio unius alteri opitulatur, verum, & quando ab vno

ex complicibus in delicto remissio est obtenta, tametsi formaliter alios non iuvet, prodest tamen ad temperandam pœnam. Marin. *quotid. resolut. lib. 1. resol.* 160. conferunt Marta *de iurisdic. cap.* 118. nu. 4. Diana *par. 1. tract.* 12. *resol.* 35. & fuit hæc doctrina approbata in Regio criminali Concilio pro decisione causæ recursus interpositi per Joannem Savall à sententia contra eum pronuntiata per Locumtenentem Gubernatoris Campi Tarraconæ Regia sententia lata 11. Martii 1686. referente R. S. Francisco de Portell, Scriba Riambau: hanc verò assertionē nō arbitris perpetuò veram; nam si causa particularis intuitu personæ movit ad eius remissionem, quæ causa in alio non militet; non ex eo benignitas, quæ in vno exercetur, ad alium est protrahenda.

Hiscæ tamen omnibus non 103 reluctans casus est describendus resolutionem à nobis desuper allatam securam, & incolumem reddens. Bernardus N. mercator contra Raymundam uxorem suam criminaliter egit, eam uti principalem accusans, & alios, qui opem, & auxilium præbuerunt in furto patrato, mercatore illo ab hac Civitate absente de duplis,

plis, & localibus auri, & argenti, aliisque rebus magni valoris à mariti domo contrèctatis. Uxor è converso iudicio civili se protelari tentavit, lite introducta præventionis iudicij, quam nos iactatorum solemus nuncupare, ex remedio *leg. si contendat ff. de fideiussoribus*, prætensionem mariti per eam exauditam exposuit, & res illas per ipsam abductas ad se pertinere, & iure permittente amotas extitisse, petiitque more solito declarari licuisse sibi res prædictas adsportare è domo mariti, eidemque silèrium imponi.

¹⁰⁴ Duobus iudiciis incohatis, illud aliud supervenit diffiniendi, an causa civilis esset, vel criminalis, & sic an ad Regium Criminale Concilium, an verò ad Regiam Audientiam Civilem harum pugnantium prætensionum spectaret cognitio. Fuit observatus stylus solitus, de quo sequentibus decisionibus fiet specialiter mentio, & die 17. Decembris 1660. per meritissimos Senatores Nobilè D. Fabricium Pons de Castellvi, Magnificum Ludovicum Ferrer, Nobilem Michaelè de Pallares, & D. Joannem Baptistam Pastor fuit decisum, supradictam cognitionem prætensionis Bernardi, quo ad il-

lius interesse contra dictam uxorem suam Raymundam ad Regiam Audientiam Civilem pertinere, quo verò ad auxiliares ad Regium Criminale Concilium spectare.

Vides uxorem principalem ¹⁰⁵ in furto à punitione immunem, auxiliares verò criminali coercionem fuisse remissos; & iuris quidè stabilimentis hæc struitur diffinitio: nam opem ferens filio, servo, vel uxori, surripienti Patri, Domino, vel Marito, tenetur actione furti, licet servus, filius, vel maritus non adstringantur. *l. qui servo 36. §. item placuit. l. si quis uxori ff. de furt. §. hi qui parentum 11. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascun. Azor in sum. rubr. de furt. num. 18. notant DD. omnes in l. si quis servo, Cod. de furt. Cyrillu. in summ. criminal. par. 2. rubr. de privat. delict. num. 3. Angel. de malefic. in verbo & vestem caelestem num. 36. in fine. Petr. Gregor. syntagmat. iur. lib. 37. cap. 1. rubr. de furt. num. 2. in fin. vers. Item, & in eum, qui consilium uxori furandi dederit. Bonifac. in tract. de furt. §. animo lucri faciendi num. 158. & nu. 216. Cardinalis Tusch. pract. conclus. verbo furtum, concl. 555. num. 31. Farin. de furt. q. 168. num. 38. & q. 174. n. 116.*

Et

106 Et tamen in filio præsertim clara est, & indefectibilis conclusio, quod quantumvis rem patris surripiat, criminalis tamen vindicta non datur patri contra eum, inspecta patriæ potestatis natura, qua filius vivente patre, dominus, vel quasi paternarum rerû habetur. Caball. *resolut. crimin. casu* 204. num. 8. cent. 3. Farin. *de furt. q.* 174. num. 99. Paschal. *de patr. potest. p. 4. c. 5. n. 5. in fin.* Giurb. *consil. 68. num. 4. & seq. & n. 27.* Vermigliol. *consil. 259. n. 1. & consil. 261. num. 2.* Layman *in theolog. moral. sect. 5. tract. 3. cap. 1. num. 4.*

107 Uxorem autem surripientem viro suo, non teneri furti probat text. in l. 1. ff. de act. rerum amot. ibi: *Quia non placuit, cum ea furti agere posse, quibusdam existimantibus ne quidem furtum eam facere, ut Nerva, & Cassius quia societas vite quodammodo dominam eam faceret; aliis, ut Sabino, & Proculo, furtum quidem eam facere, sicuti filia patri faciat, sed furti non esse actionem constituto iure, in qua sententia, & Iulianus rectissime est: subdit rationem, l. 2. ibi: Nã in honorem matrimonii turpis actio adversus uxorem negatur.* Explicuerunt Gomez lib. 3. *variari. cap. 5. num. 3.* Donell. lib. 15. *comment. cap. 29.* Vigell. lib.

23. *iur. civil. cap. 5.* Robert. lib. 2. *rer. iudicat. cap. 12.* Faber *de errorib. pragmatic. decad. 79. error. 1. & seqq. & decad. 80. & 81. error. 8. & 9. & decad. 82. err. 3. 5. 8. & decad. 92. err. 8.*

Ratio Nervæ, & Cassii, quod societas vite quodammodo mulierem dominam faceret, discutitur latè à Robert. *rer. iudicatar. lib. 4. cap. 19. fol. 128.* Covarrub. *de matrim. cap. 7. §. 1. à num. 5.* Giurb. *ad consuetudin. cap. 1. glos. 6. à num. 1.*

Quamvis revera vxor sine viri consensu contrahere, vel distrahere, aut alienare nequit. Covarr. *de matrim. cap. 7. §. 1. à num. 1.* Molina lib. 2. *de primogen. cap. 9.* Roder. Suarez *in l. 13. tit. de las deudas.* Gregor. *in l. 6. glos. 4. q. 5. circa medium, tit. 11. par. 6.* Gomez *in l. 54. & seqq.* Thaur. Molin. *tract. 2. de iustit. disp. 224.* Barbosa. *in l. 1. par. 1. num. 23. ff. solut. matrim.* Vela *disert. 9. n. 1.* Carlev. *de iudic. tit. 3. disp. 19. à num. 12.* Salgad. *par. 2. labyrinth. cap. 14. num. 62.* Hermosill. *in l. 1. glos. 5. num. 23. tit. 4. p. 5.* Diana tom. 6. *tract. 7. resolut. 58. vbi quomodo possit.* Giurba *ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 11. à num. 6.* Tiraquell. *in l. connubial. glos. 4. à num. 2. & glos. 5. vbi etiam an distrahere.* Navarr. tom. 3. *in manuali confessa-*

fessarior. cap. 17. à nu. 154. apud quos an sufficiat generalis licentia, sed consensus iste exposcitur ad contractus validitatem, non verò ipsius defectus delictum inducit.

110 Accedat legis 2. fundamentum; nempè quod in honorem matrimonii turpis actio adversus vxorem non dirigatur; & merito; quandoquidem vir, & vxor invicem domini appellatur, & inter se honorificè salutari, ac tractari solent. Panciroli. *lib. 1. var. cap. 76.* Narbon. *Annal. an. 14. q. 12.* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap. 1. §. 1. à num. 2.* Eam vir diligere, & tolerare debet. Covarr. *cap. 7. §. 5. num. 5. de matrimon.* Bovadilla *lib. 3. politicor. cap. 10. n. 7.* Valenz. *consil. 41.* Senec. *lib. 2. de benefic. cap. 18.* vbi quod vir est maior vxoris pars.

111 Viri nobilitate vxor perfruitur. Petr. Gregor. *lib. 1. de rescript. cap. 29. num. 11.* Garc. *de nobilitat. glos. 1. §. 1. numer. 44.* Gomez *in l. 79. Tau. num. 6.* Ricc. *par. 2. collectan. 251.* Olea *de cess. tit. 3. q. 3. à num. 29.* Salzedo *in Theatr. honor. glos. 12. 51. 52.* Pareja *de instrum. edit. tit. 2. resol. 6. inspect. 6.* Amaya *in l. ultim. à num. 4. Cod. de incol.* Giurb. *de feud. §. 2. glos. 13. num. 19. vers.* Ex his; quapropter si vxoris honos, & fama in-

umbraretur, nocumentū etiam pateretur viri opinio, ob communicationem qualitatum viri cum coniuge. Bovadilla *lib. 2. politic. cap. 17. num. 146.* & *lib. 3. cap. 2. num. ult.* Garc. *de nobilit. glos. 35. num. 40. & 42.* Salgado *par. 2. de retent. cap. 33. num. 73. & seq.* Vela *disert. 4. num. 9.* Olea *de cess. tit. 3. q. 3. num. 29.*

112 Transeamus ad assignandam rationem, quare filius, & vxor furti non teneantur, secus verò eum, qui furto opem, & consilium dederit: litteralis comperitur in *§. bi qui 11. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascuntur* ibi: *Si verò ope, & consilio alterius furtum factum fuerit, quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur; quia verum est ope, & consilio eius furtum factum esse.* Certa est pars prima istius textus, furtum nempè commissum esse, quod omnes Doctores supra allegati asseruerunt, concludentes impunibilem vxorem reddi propter adductas considerationes.

113 Et quoniam istæ non militant in auxiliante, puniri ideo debet; in eodem enim furto, quis ex causa particulari non incurrit pœnam, alius verò ea afficitur, vt si quis vnum convocet, vel plures amicos suos de-

deambulandi pretextu, ipsique ignari malitiæ convocantis cū eo incedunt, & hic amicos infcios ad locum vbi suus adest adversarius adire faciat, ibique nex sequatur; hoc in casu deliberatè homicidio interuenisse non dicuntur, etsi gladium strinxerint, ideoque nulli pœnæ sunt obnoxii adstantes in actu homicidii; qui verò malo animo, & interficiendi proposito congregaverit, pœna mortis punitur. Clarus, Molina, Cavalcanus, Carpanus, Farinacius, Gomez citati per Giurb. *consil. 2. num. 23.* & passim.

114 Eodem *consil. 2. n. 50.* Giurb. statuit, quod si quis auxilium cooperativum præstet ex proposito, eadem pœna punitur, qua principalis, ex Craveta, Claro, Ponte, Guazzin, Sesse, & plerisque alijs, & tamen *consil. 95. toto* à pœna ordinaria excusandam censuit mulierem, quæ in fabricanda falsa moneta, aut ea tondenda, auxilium marito suo præstitit ex metu, eo quia etiam in gravioribus criminibus leviùs punitur vxor iussu viri delinquens. Farin. *q. 97. num. 151.* Gomez *variariar. 3. cap. 30. num. 42. in fine,* qui se practicasse testatur in muliere, quæ de mandato mariti auxilium ei præstitit in falsa moneta fabricanda. Fab. *lib. 9.*

Cod. tit. 15. diffin. 3. alia similia exempla subiunxi infra à n. 131.

Stante enim coactione, & 115 compulsionem viri, voluntariè non videtur mulier deliquisse ad effectum pœnam duriozem evitandi, vt latè ponderat Giurb. *consil. 95.* propter superioritatem quam vir erga vxorem habet. Gomez *in l. 45. Taur. num. 37. in fin.* Covarr. *in cap. 7. num. 5. de matrimon.* Narbon. *in l. 10. glos. 4. tit. 6. lib. 1. recopil. Vela dissert. 1. à num. 2.* Giurb. *ad consuetudin. Messan. cap. 1. glos. 1. à num. 62. & glos. 6. à num. 54.* Amaya *in l. ultim. num. 5. Cod. de incol.* Tiraquell. *in l. connubial. glos. 2. par. 1. ex num. 12.* Navarr. *in manual. cap. 14. num. 2.*

Considerandum ergo est, 116 qualis adsit dolus in principali, & qualis in auxiliatore: Si enim ille ex causa particulari eximi à pœna meretur, in auxiliatore autem non viget eadem ratio, punitur iste, non verò ille; generalis namque regula, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, vbi militat diversa ratio, non procedit. Alexand. *consil. 4. circa primum num. 5. lib. 1.* Francisc. Molon. *de ritu nuptiar. lib. 1. comp. 12. num. 22.* & alii laudati per Barbosa *in locis communib. axiom. 14. num. 10.*

117 Siquidem licet in furto dolus suapte natura conficiatur, & transferatur onus probandi in fure allegante illius exclusionem. Bartol. *in l. inter omnes* 46. §. *rectè*, ff. *de furt.* adeo quod afferenti dominum consensisse in ablatione rei, incumbat onus probandi per coniecturas à iure admissas, sine quibus, nec assertioni domini statatur, ut docuerunt Anton. Gomez *variar. resolut. tom. 3. cap. 5. num. 1.* Menoch. *de arbitrar. cas. 298. num. 2. 3.* Farin. *de furt. q. 174. num. 142.* & *seq.* Caball. *resolut. crimin. cas. 136. num. 14.* Giurb. *consil. 68. num. 12.* plures apud Conciol. *verbo furtum, resol. 5. à num. 4.*

118 Atverò si dolum abesse constiterit, aut cum modicum fuisse, vel omnino poena cessat dolo secluso, vel temperatur ex illius modicitate: De mitiori poena exemplum habetur in pacto admissio 22. Martij 1688. Joanni N. Agricolaë, habitatori Loei de Parets, serviendi in praesidio de Moniuch Civitatis Gerundæ per tempus trium annorum, & solvendi Francisco Varnès 23^{to}, ab eo receptas pro pretio boum subtractorū Paulo Xiol agricolaë, Relator R. S. Franciscus de Rius & Bruniquer, Scriba Famada. Constabat plenè de furto, sed reus

probavit creditorem esse derobati, deduxitque, aliquibus subministratis probationibus, non potuisse, factis diligētis, consequi debitum, cuius valorem non excedebant res furatæ, quo casu poena arbitraria levi fur tenetur. Farin. *de furt. q. 174. num. 75.* Alexand. *consil. 135. in fine, volum. 1.* ubi loquitur de famula, cui dominus dixerat: *capias, & tibi solvas;* quæ verba, uti generalia non fuisse obligatoria defendit Alexand. *ex glos. in l. 2. cod. ex quib. caus. colon. lib. 11. cap. cum venissent de instit. l. obligation. substantia, ff. de obligat. & actionib.* Ludovic. Roman *in rub. ff. de arbitr. & quod saltem debeant intelligi civili modo, sicque talis famula in casu Alexandri non evasit omninò à poena; & quod, extante copia iudicis, creditor auferendo propria autoritate rem debitoris, non puniatur poena furti, sed extraordinaria, tradiderunt Ludovi. *decis. Lucens. 1. nu. 20.* Boss. *in pract. tit. de furt. nu. 5. & 6.* Baiard. *ad Clar. §. furtum, num. 78. & 79.* Menoch. *de arbitrar. cas. 516. num. 7.* latè Conciol. *verbo furtum, resolut. 10. num. 5.* addo Diana *p. 2. tract. 16. resol. 46.**

Pariformiter caupones de furto facto in caupona, nautæ de

de admissio in navi tenentur duabus actionibus, alia ex suscepto, de qua in l. 1. & tot. tit. ff. Nautæ, Caupones, stabularii &c. Alia ex quasi maleficio, de qua in l. romic. & tit. ff. furt. advers. naut. caupones: Sed tamen ex maleficio alieno non aliter tenentur, quam si ipsorum culpæ tribui possit; utraque enim actio civilis est, & ut criminaliter vindicetur, necessaria erunt doli argumenta. Vicecancellar. Crespi obser. 67. num. 10. vbi testatur quendam cauponem accusatum criminaliter fuisse de furto, quod in eius caupona evenerat, & non fuit habita pro sufficenti probatione præsumptio generalis, quæ ex sola commissione furti in hospitio resultabat, de qua in l. 1. §. 1. ff. Nautæ, Caupones. Farin. in fragment. verb. Cau-po num. 22. Sed adhibita quoque extitit mala qualitas cauponis, qui sæpe de similibus furtis suspectus habebatur, aliæque concurrebant coniecturæ, ob idque fuit ad exilium reus per tempus missus, & damnatus, ut ab exercitio Cauponis perpetuò abstineret sub pœna verberum. De hac materia Peguera decis. 45. Thesaur. qq. forens. cap. 55. Caball. casu 70. Marta decis. 58. multis cumulatim Ayllon ad Gomez lib. 2.

variar. cap. 7. numer. 3. vers. Nautæ, & vers. Et circa. Donnell. lib. 15. comment. cap. 42. Vigell. lib. 17. iur. civil. cap. 8. Pichard. in §. ult. Instit. de obligat. quæ ex delicto nasc. Molin. de instit. tract. 2. disp. 710. & 713. Diana tom. 6. tract. 3. resolut. 141. & seqq.

Propterea 17. Martij 1688. 121 in dubio firmato pro parte Paulæ N. vxoris Josephi Cauponis de la Font de la Reyna super causa criminali suscitata in Regio Concilio, & procedimētis in ea factis corā R. Senatore Francisco de Rius & Bruniquer, instantibus Fisci Procuratore, & parte privata, prætendente rea non posse tractari talem causam in Regio Criminali Concilio pro restitutione cuiusdam Sarcinæ, vulgò Fardo, in qua, ut asserebatur, inclusæ erant diversæ raurpæ, lanæ, & lini, & sericæ, ac aliqua iocalia auri, & argenti, amissa in hospitio, vbi inhabitabat prædicta Paula, quæ conabatur ius super ea prætensione, si aliquod competeret, tanquam ex quasi maleficio, aut aliter esse dicendum in causa civili, iam tunc vertenti ad relationem Nobilis Josephi Pastor & Mora Regij Conciliarii, in qua per eam deducebatur neutiquam teneri ad re-

stitutionem prædictæ Sarcinæ, ac rerum in ea contentarum: quam tamen cognitionem respicientem subtractionem relatæ Sarcinæ cum accusatione doli per dictam Paulam commissi, furtum patrando, ad iudiciû criminale pertinere enixè per Filci Procuratorem, & partem instantem affirmabatur, eo quod actio criminalis ex memorato furto enata præiudicialis erat, & exclusiva iuris Paulæ civiliter agentis, quo in casu supersedendum erat in iudicio civili, donec ius esset dictum in criminali; In hac igitur disceptatione fuit per sapientissimos Senatores D. Narcisum de Anglasell, Don Josephum Pastor & Mora, Franciscum de Portell, Franciscum de Rius & Bruniquer conclusum, circa prætensionem dicte Paulæ, quo ad causam vertentem in Regia Audientia Civili esse supersedendum, donec, & quovisque ius esset dictum in prælibata causa criminali.

122 Dolus fuit deductus in hoc casu; quia cum supponatur maleficio cauponis non esse, sed alicuius eorum, quorum opera caupona exercetur: idcirco nisi extante cauponis dolo, furti teneri non poterat. Allegatio sola Fisci, ac partis sufficiens visa fuit, ut causa civilis con-

quiesceret, nec aliud examinare Iudices dubii debent, cum vna causa præiudicialis est alteri; sed tantum an qualitas, ex qua præiudicialitas infertur, fuerit allegata: nam super meritis probationum, & iustitiæ, Iudex, cui causa remanet cognoscit, de quo frequentia suscipimus exemplaria. Et in hac causa accidit, quod pro coniectura doli deducebatur per accusantem, ream dixisse, quod Sarcina ante portam cauponæ relinqueretur, vbi secura existeret, quod detecto furto id se dixisse negaverat, ex quo mendacio, nimia fiducia, & malo consilio, effectu sequuto dolû indicari suadebatur, iuxta scribenda *decis.* 40. sed singulari tantum teste, & quidem famulo, vnius ex his coniecturis probatio innitebatur, quare rea sub manuleura dimissa fuit.

125 Dispicias igitur qualiter ex dolo pœnam metiamur in furto, & causa excusans vnum alteri non proficit, & in specie dubii in vxoris favorem, tamen si furripientis deducti, satis firmum fuit relictum, advertendo præmaximè furtum illud fuisse magnum, quo casu iudicem ex officio inquirere posse contra vxorem, & ad punitionem devenire Doctores laudati supra *num.* 107. agnoscunt,

cunt, tametsi contrarium vo-
luerint Molina *de iust. disp.* 686.
num. 6. Giurb. *consil.* 68. *num.* 26.

- 126 Magnitudo enim furti excusa-
tionem excludit, dolum au-
get, & pœnam exacerbat, ob
idque cum quantitas furata est
magna, pœna non semel ad
mortem porrigitur. Gomez
tom. 3. *cap.* 5. *num.* 4. Baiard. ad
Clar. *verbo furtum*, *numer.* 42.
Peguera *decis.* 26. & 27. *num.* 6.
Menoch. *de arbitrar. casu* 295.
num. 10. Portol. *verbo furtum*
num. 27. Grivell. *decis.* 94. Gui-
do Pape *decis.* 89. Otero 3. *par.*
q. 17. *num.* 6. *in fin.* Cevall. q.
741. Caball. *resolut.* 181. & co-
piosè Regens Cortiada *decis.*
106. *numer.* 154. addo Regent.
Matth. *de re crimin. contr.* 36.
à num. 2. *contr.* 37. *à nu.* 17. *contr.*
38. *à num.* 20. *contr.* 41. & 43. *à*
num. 17.

- 127 In themate dubii, in quo
obtinuit vxor de furto magno
adversus eam in iudicio civili
disputari, causæ existebant do-
lum removentes, nempè viri
sevitia, eius deperditi mores
in mulieris bonis miserè con-
sumendis, dotis non modicæ
quantitas sub periculo existēs,
vt prorsus periret, & alia simi-
lia, quæ dolum omnino exclu-
dere in ea videbantur: Et huc
128 refertur comunis cōclusio, fur-
tum sine affectu furandi non

cōmitti s. placuit tamen 6. *Inst.*
de obligat. quæ ex delict. nascun.
l. qui re 76. *de furt.* & rerum
fuarum defensionis licita ali-
quando adeo iudicatur causa,
vt pro illis tutandis permissum
fuerit hominem occidere. Fa-
rin. *de homic.* q. 125. *numer.* 168.
& seq. Cevall. *com. contra com.*
q. 349. *num.* 2. Paschal. *de patr.*
potest. par. 3. *cap.* 6. *num.* 36. 37.
Fachin. *contr. iur. lib.* 1. *cap.* 31.
circa medium. Calvin. *de equit.*
lib. 2. *cap.* 192. *num.* 15. Layman
in theolog. moral. sect. 5. *tract.* 3.
par. 3. *cap.* 3. *num.* 4. *vers.* *Asser-*
tio tertia.

Sed hæc auxiliatoribus non 129
favebant: nam revera vt præ-
monui *num.* 112. furtum com-
missum fuit, cum contrectatio
extiterit invito domino facta,
provt ita furtum diffiniunt.
Addent. ad Hostiens. *in summ.*
rubr. de furt. nu. 1. *lit.* A. Iodoc.
in præct. cap. 110. *rubr. de furt.*
refert Farin. *de furt.* q. 165. *n.* 5.
vidend. Donell. *lib.* 15. *commen-*
tar. cap. 29. Vigell. *lib.* 22. *iur.*
civil. cap. 2. & seq. Anton. Au-
gustin. *par.* 3. *lib.* 35. *tit.* 9. Mar-
cin. *de iur. sac. dissert.* 11. *cap.* 1.
Gomez *lib.* 8. *variar. cap.* 5.
Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.*
680. *cum trib. seqq.* Moya *tom.*
1. *selectar. tract.* 6. *disp.* 4. q. 5.
nam licet hi Doctores, & tex-
tus ab eo adducti poscant cō-

tre-

tractationem fraudulētam esse, tamen vt prænотavi *num.* 117. statimatque dolum abfuisse non demonstratur, dolosa re ipsa perspicitur.

- 130 Consequenter cum dolus abfuerit in vxore, extiterit tamē contractatio invito domino, furtum commissum remansit, non tamen actio furti enata ad criminalem vltionem; ad hunc enim effectum dolus requiritur; cum autem is in auxiliatore reperiat, qui bona fide, societatis cum viro, domini quodammodo rerum suarum, & proprię dotis incolumitate, aliisque causis credulitatis non adiuuetur, exinde furti ipse tenetur; sicut etiam è conuerso constitutum auditur præstantem auxilium furi bona fide, non puniri, ex allegatis per Bonifac. *in tract. de furt. §. contractatio num.* 62. vbi ponit exemplum in eo, qui opem tulit furi ad rem alterius subtrahendam, quam suam esse idem fur affirmabat, sequitur Farinac. *de furt. q.* 168. *num.* 53. quę tamen vera crederem, si probabiliter decipi auxiliator potuit.

- 132 Hisce non reffragabitur opponere credulitates illas, quibus mulier excusatur, nempe prætensionum, & iurium in bonis viri, quasi domini faculta-

tum illius, societatis, & similitum, communes videri ad factum, & ad omnes delinquentes; sicque cæteris, nulloque dempto debere proficere. Cui argumento respondetur præsupponendo primitus, quod in contractibus, si duo, vel plures sint correi debendi, vno solvente, reliqui liberantur. *l. 2. ff. de duobus reis, l. 1. Cod. eod. tit.* notant Doctores *in Authent. hoc ita, Cod. de duob. re. stipulād.* Bald. *in l. decem stipulatis, ff. de verbor. oblig.* Valent. *Illustr. 1. tract. 4. cap. 9. n. 15.* Borgnin. *Cavalcan. decis. 10. num. 11. p. 4.* Farin. *consil. 59. num. 13.* Anton. Fab. *ad tit. Cod. de fideiussorib. defin. 5.* Pacian. *consil. 152. à n. 3.* Gratian. *disceptat. forens. 104. num. 25. & cap. 130. à numer. 10.* Flamin. *Chartar. decis. 13. nu. 6.* Mastril. *decis. 126. à num. 6.* & in terminis satis notabilibus Salgad. *in labyrin. credit. par. 1. cap. 18. à num. 8.*

At si teneantur ex delicto, & sic ex causa criminali, utiq; non dicuntur propriè correi, proindeque vno solvente pœnam, alii non liberantur, sed vnusquisque ad eam tenetur. *l. si is quod §. fin. cum duob. seqq.* & ibi Bartol. Alexand. & alii *ff. de iurisdic. omn. iudic. l. si per alium §. hoc iudicium ff. ne quis eum*, vbi glos. advertit, quod

quod quando totum est pœna, tam ex parte rei, quam actoris, vnus solutio non liberat alios *l. item Mela §. sed si plures ff. ad leg. Aquil. l. qui seruum ff. de interrogator. act.* Thesaur. decis. 254. num. 1. Caball, cas. 198. num. 2. & seq. Anton. Gomez. var. 3. cap. 1. num. 88. ad dentes ad Peguer. decis. 26. in fin.

134 Natura enim correorum requirit vnā obligationem tantum, sed si plures delinquant, omnes offendunt, & quot sunt delinquentes, tot sunt obligationes, & delicta. Bartol. in *l. si familia in sine, ff. de iurisdict. omn. iudic. l. si plures ff. de iniur. l. vulgaris §. si duo ff. de furt.* Bartol. in *l. sed si vnus permisso §. seruus meus, nu. 5. ff. de iniur.* Iason. in *§. pœnalis Instit. de actionib.* Alberich. de statut. lib. 2. q. 32. numer. 6. Caball. casu 198. num. 1. & seq. Guazzin. defens. 33. cap. 23. n. 1. vbi alii concordantes.

135 Limita tamen supra num. 133. admonita de solutione vnus ex delinquentibus quod alium non liberet, vt intelligatur in pœna, secus autem in restitutione, & emenda damni, nam licet ad eam omnes sint in solidum obligati, vno tamen ex eis solvente, ceteri liberi remanent à restitutione, & emē-

da damni, text. in *l. 1. in 2. respons. glos. Cod. de condict. furt.* Thesaur. decis. 254. per totam, & alii citati per Conciol. verbo *furtum, resol. 3. num. 4.*

Ex qua doctrina firmante, 136 quod tot sint delicta, quot delinquentes, inter alios effectus illi promanant, quod tametsi vnus ex delinquentibus furti non teneatur, tamen tenebitur socius. Buccaron. different. 137. num. II. ex *l. si quis vxor, ff. de furt.* ex qua expressim infert quod extraneo socio in furto vxoris, huius beneficio non succurritur. Ampliusque infert, quod si duo, vel plures delinquant, & in vno subsit qualitas augendi, vel minuendi pœnam, & in alio cesset, quod in vno augeatur, vel minuatur per iudicem, & in alio non *l. si quis perferend. §. fin.* & ibi Bartol. & alii *ff. de furt.*

Nunc iam non obstant con- 137 siderationes ex aduerso deductæ: nam excusationes illæ, quæ vxori favorabiles iudicantur, ipsius personam respiciunt, cum suaderi possent causis, etsi non iustis ad actus gestionem, sibi licere putans sub velamine matrimonii; cum autem ex eis factum licitum in re non efficiatur, proinde huiusmodi causæ nequeunt socium à pœna liberare, cum separatim delictum,

licitum, & diversam obligationem commiserit à crimine vxoris, quidquid sit an attendi debeant pro temperanda pœna, ad quæ conducunt superius *num. 101.* indagata de sententia lata in favorem mandatarii, vt ea si sit absolutoria super furto liberet mandantem, nimirum declarando nō adfuisse delictū, at si favore personæ feratur, vt quia non sit culpabilis, non ex eo liber evadit mandans; ita in casu ex defectu doli in vxore, delictum non tollitur, sed pœna ea non afficitur, ista tamen defensio non liberat ipsius socium.

- 138 In negotio proprio propter interesse suum obcæcari facile mulier potuit, vt dicebat Quint. Curt. *lib. 7. in hoc natura quasi prava dici potest, quod in negotio quisque suo habetior sit, quam in alieno;* & ea de causa Bovadill. *in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 62.* advocatos monet, vt lites suas aliis advocatis patrocinandas relinquunt, exemplo medicorum, qui infirmitates suas aliis medicis curandas concedunt. Villadieg. *in polit. cap. 5. de la instruct. num. 57.* Testay *allegat. 7. in princ.* Molina *de primog. Hispan. in præfat. ex numer. 5.* Xamm. *de offic. iud. p. 2. q. 1. n. 56.*

139

Unde quamvis certum sit,

licitum esse defendere extraneum, & pro eius defensione, insultati ab alio, in discrimine vitæ positi, aggressorem occidere. Guazzin. *defens. 29. cap. 4. num. 19.* Diana *in summ. verbo occidere invasorem num. 17.* Lessius *de instit. & iur. lib. 2. cap. 9. num. 87. & seq.* Conciol. *resolut. criminal. 7. num. 1. verbo defensio:* Si tamen excessus committatur, puniendus est defendens, non servato scilicet moderamine inculpatæ tutelæ. Crispold. *cas. militar. 20. vers. quia tuve valeret.* Farin. *de homicid. q. 125. num. 330.* Anton. Gomez *variar. tom. 3. cap. 3. num. 21.* In hoc autem excessu acrius punirem defensorem extranei, quam insultatum: quia ille nulla irâ movetur, sed affectione charitatis, quam ex perfectione, & non ab excessu metiri, & regulari oportet. Invasus vero propriam iram moderari debet, quod summè difficillimum existimatur, & rectè idcirco dixit ille qui concinit

*Fortior est qui se, quam qui
fortissima vincit
Mænia, nec virtus altior
ire potest,*

Et iram propriam cohibere quantum postulet studium, animique præstantiam latissimè Solorzan. *emblem. 38.*

Nihil ergo mirum, quod 140
mu-

mulier, quæ suo interesse obnubilata fuit, à pœna liberetur ob prædictas credulitates; auxiliator autem non ita, cum nulla propria affectione torqueretur.

141 Vnum tamen prætermitti non debet, hoc in casu auxiliatorem auxilio cooperativo, de quo tractamus, æquè principalem haberi quo ad crimen, licet respectu furti dicatur quodammodo accessorius, ut observavit Bartol. *ad leg. qui servo. 36. §. item placuit ff. de furt. vbi notat, quod eo in casu obligatio non accedit obligationi, sed factum facto; non enim potest quis præstare opè alteri facto, nisi illud factum fiat, adstipulatur Sanfelice. decis. 36. tom. 1. vbi testatur fuisse vltimo supplicio punitum pro furto valoris vltra ducatorum centum socium, penes quem bona surrepta reperta fuerunt, & confessus fuerat communi consensu cum effratura furtum commissum, ipsum tamen non fuisse ingressum, & in fractura non intervenisse, sed excubasse ante ostium, & sequuto furto bona à sociis tradita recepisse; & hæc est ratio propositionis supra num. 114. traditæ, qua tenuimus auxiliatorem auxilio cooperativo æquè vt principa-*

lem teneri: & quamvis auxilium non esset cooperativum, nihilominus adhuc non eximeretur à pœna auxiliator, ex prælibatis.

Pro constanti ergo habito delicto, nulla est difficultas obligationes pluras esse pluralitate delinquentium præsupposita, & auxilio cooperativo, & omnibus effectis principalibus, liberatione vnus alium non iuari, sicut in civilibus fideiussor, qui vt principalis accessit obligationi censualis nulliter à tutoribus minoris contractæ absque decreto, tenetur: quia data obligationis principalis nullitate, sustinetur fideiussoris obligatio, qui vt principalis se obligavit late, ornatissime, & concinne nitidissimi acuminis Senator D. Bonaventura de Tristany *decis. 24. à nu. 21. par. 1.*

Opus ergo non est dubitationibus à num. 96. præhabitis respondere; nam in casu nostro non proceditur contra auxiliatores, nõ constituto de principali delinquente, & eius delicto, cum furtum ipse commiserit, non tamen furti teneatur, ex causis peculiaribus, neque accessorium datur absq; principali, sed non ipsius sequitur naturam ob rationis diversitatem, pro vt stabilitur supra num.

116. interrogatur auxiliator de auxilio, ei nominando principalem. Absolutio verò vnius alteri non prodest; quia non super facto, delictum non esse proferendo lata fuit sententia; sed super exculpatione personæ, ut præmittitur *numer. 137*. Quinimò hic omnes principales reputantur, omnes suum speciale delictum committunt, tot sunt delicta, quot personæ, sicque nihil mirum excu-

sationē personam vnius adspicientem alteri non esse proficuum, neque vtilem, ex libatis *num. 136*.

Non omitam, priusquam ad aliam transeam decisionem, nonnulla hic peracta eleganter de more enodasse Nobilem Michaelē de Caldero, Fiscī antea Advocatum in criminalibus, nunc Patrimonialē *decif. 54. tom. 2.* post hæc elaborata edito.

EPIGRAPHE.

De puniendo p ossessore possessionem suam defendente cum armis reprobatis, Regiique Officialis captura, vbi latè defensionis limites circumscribuntur. Armorum etsi prohibitorum delatio qualiter reddatur impunibilis si principale factum sit licitum, & aliter patefit. Reverentia Officialibus Regiis debita commendatur. Usurpatæ iurisdictionis crimen execrabile edocetur. Excessus, & scandala possessorum detestantur.

NUCLEVS.

- 1 Factum refertur.
- 2 Possessio est admodum proficua, & pro illius defensione enixè navari oportet.
- 3 Remedium ad evadendum Criminale Tribunal.
- 4 Possessor potest propria auctoritate, & manu armata, & convocatis amicis propriam possessionem propugnare.

- Intellige, si talis defensio fiat in continentis secus si ex intervallo.
- In continenti fieri, quæ dicantur remissivè.
- 5 Defensio debet fieri cū moderamine inculpatæ tutela, semoto omni excessu.
- 6 Modus in rebus est habendus, sine quo nihil rectè peragitur.
- 7 Iurisdictione, cum iuris dicendi

- potestatem contineat, congruum est illius auctoritatem tueri.
- 8 Nemo potest perturbare alienam iurisdictionem, & sic omnibus magistratibus permixtum est secundum ius propriae potestatis suam iurisdictionem defendere. Idem dic de dignitatibus, & praeminentiis.
- 9 Delictum asportationis armorum in casu permissio- nis iustae possessionis, an possit separari à procedimentis licitis. Qui vult consequens, vult antecedens.
- 10 Officialis officio officiendo potest deferre quaecumque arma, etiam prohibita per Regia edicta, & num. 12. ubi quod Officiales, & eorum familia possunt arma deferre.
- 11 In proclamatibus Regiis non reperitur expressè prohibitio Officialibus officiantibus asportandi arma interdita, & sic eos non ligant.
- 12 Edicta exorbitantia à iure communi, & gravem poenam imponentia, non sunt extendenda.
- 13 Expressa dicta prohibitione dissimulatur etiam Officialibus armorum usus.
- 14 Consuetudo deferendi arma contra prohibitionem, an valeat, explicatur, & ibidem Decisio Senatus.
- 15 Tolerantiae efficacia quae sit cum Decisione Senatus.
- 16 Bannum, & eius publicatio requiritur ad poenam incurrendam.
- 17 Officialis Regius subestran- tum Domino Regi, & ipsum capiendo in crimen usurpata iurisdictionis inciditur, quod gravissimum ostenditur. Non certus de sua iurisdictione ius dicens, in utroque foro delinquit.
- 18 Protestationis effectus explicantur, & num. 19.
- 20 Ordinarius non potest punire Officialē Regium delinquentem in suo territorio, sed bene potest eum in flagranti capere, & ad suum superiorem remittere; Intellige, si graviter deliquerit, aliter capere non permittitur. Nimum omne, malum.
- 21 Defensio possessionis cum armis à Doctoribus non laudatur. Ad Principis curam spectat cavere ne privati ad arma profiliant.
- 22 Curandum est ne ineffrenata multitudo congregetur, ne

scandala sequantur.

23 Gravior est contemptus, quibus maior honor est prestandus.

Excessus deprehenditur ex modo scandaloso, & n.24.

25 Causa Civilis præiudicialis causa criminali in specie putabatur.

Ex duabus causis, si una est alia præiudicialis, prius ista est decidenda; & quomodo hoc intelligatur, & num.26.

27 Decisio dubii cum paritate votorum, que transcribuntur usque ad num.32. & in paritate votum dedit Excellentissimus Dominus Locumt. Generalis.

28 Reprehensibile non est Senatores in vota contraria scindi, imò laude dignum.

29 Proreges in casu paritatis votorum, eam apud nos dirimunt.

30 Transcribuntur vota pugnantia Iudicum istiusce dubii num.31. & 32. ubi notatur, cui ex illis adhaerit Dominus Locumt. Generalis.



DECISIO V.



UNIVERSITAS

Villæ de Viella Vallis de Aràn contendebat se esse in possessione, seu quasi exercendi per suos Consules omnimodâ iurisdictionem in Quadra vulgò nuncupata dels Pontells, & individualiter in Hospitali nominato Sancti Nicolai private ad Governatorem nuper expressè Vallis de Aràn. Evenit quod die 17. Octobris 1672. Consules memoratæ Villæ de Viella associati cum aliis hominibus illius, coadunatis, deferentibus omnibus armata, prohibita, quam reprobata, vociferando *visca la Quadra*, accesserunt ad memoratû Hospitali, & Ioannem Granart Baiulum Regium, ac Generalem relatæ Villæ de Viella, & tercionis ipsius ibidem reperiunt, unâ cum ei assistentibus manciparunt, in compedibus posuerunt, & per aliquos dies detentos, suaque libertate privatos vexarunt, donec per Governatorem præmissæ vallis fuerunt liberati.

Habita de his notitia, inquirere cepit Regium Criminale Concilium per causæ evocationem;

nem; Atverò Consules, & Vni-
versitas Villæ de Viella litem
introduxerunt in Regia Au-
dientia Civili, deducentes esse
dominos iurisdictionis omni-
modæ prælibatæ Quadræ pri-
vativè ad quoscumque alios
Officiales, etiam Regios, & eo
nomine existere in possessione,
seu quasi exercitii præmentio-
natæ iurisdictionis; & cum ex-
timeſcerent iudicis criminalis
coertionem, dubium firmarunt
iuxta formam Constit. vnicæ
tit. *com se ha de firmar lo dup-
te, si la causa es Civil, ò Crimi-
nal*, cuius praxim perduxit in
Practica civili rubr. 32. post
Reg. Cortiada *decis. 35. tom. 1.*
in qua contentione pro parte
inquisitorum complura ad cri-
minale iudicium subterfugien-
dum afferbantur.

- 2 Primò possessionem admo-
dum esse proficuum, & pluri-
mi æstimandam, pro illius-
que defensione, & continua-
tione enixè navari debere. Po-
stius *de manut. obser. 1. Castillo
de tertiis cap. 3. Vela disert. 48.
num. 53. Riccius par. 3. collectan.
603. Parlador lib. 1. rer. quoti-
dian. cap. 9. Molina de iust. tract.
2. disp. 16. Rojas de incompatib.
part. 5. cap. 5. num. 28. Giurba de
feud. §. 1. glos. 16. à num. 9. & §.
2. glos. 9. à num. 1.*

- 3 Unde fit quoad evadendū

criminale Tribunal pro optimo
remedio detur partem compa-
rere in Regia Audientia Civili,
& evocata causa, expeditisque
literis citatoriis, & inhibitoriis
parti alteri præsentatis, dubiū
movere, an causa sit civilis, vel
criminalis; nam tunc procul
difficultate obtinebit, quod
superſedeatur in causa crimi-
nali, donec sit ius dictum in
civili, vt firmarunt Reg. Cor-
tiada *dict. decis. 35. num. 78. ex l.
1. Cod. de appellat. Farinac. in
praxi 3. part. quest. 100. num. 62.
Cancer part. 3. cap. 4. num. 256.
& 257. Thoro decisum refe-
rens in comp. decis. part. 2. verbo
causa criminalis fol. 59.* non
alia de causa nisi quia, possessor
potest propria auctoritate, ma-
nu armata, & convocatis ami-
cis propriam possessionem pro-
pugnare, ac turbatores expel-
lere, vt docent Doctores *num.
antecedenti* laudati, quibus nō
paucos, vt assolet addit Reg.
Cortiada *dict. decis. 35. num. 78.*
idem conſectans, dummodo id
fiat in continenti; secus si ex
intervallo, ex *l. 1. §. vim. l. 3. §.
cum igitur ff. de vi, & vi ar-
mata. l. 1. Cod. vnde vi. Gratian.
discep. for. cap. 80. num. 35. Can-
cer part. 2. var. cap. 7. num. 62.*
antequam possessor ad actus ex-
traneos se divertat. Cutell. *de-
cis. 20. num. 100. Fermosin. in
cap.*

cap. cum olim quest. 1. num. 6. de restit. spoliator. vel ut idem Fermosin. & alii exponunt quamprimum poterit possessor, ut ex Farinac. 4. part. de homicid. q. 125. num. 218. & de furtis quest. 175. num. 83. tenet Regens Cortiada qui supra, addo Gomez in l. 45. Tauri num. 190. Cyriac. contr. 105. Carleval. tit. 2. de iudic. disp. 2. à nu. 19. Olea de cess. iur. tit. 4. quest. 1. num. 19. Giurba ad consuet. cap. 2. glos. 6. num. 20. & seq. & glos. 15. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 9. 10. & seq. qui omnes perspicuè declarant, quæ dicantur fieri in continenti.

5 Requiritur etiam, ut rectè advertit Cortiada, defensionem fieri cum moderamine inculpatae tutelæ, se moto omni excessu, sic probans ex Gratian. discip. forens. cap. 80. nu. 35. Barbosa in cap. cum olim num. 5. de restit. spoliator. nam licet defensio sit de iure naturali. Tolet. 1. part. instrum. cap. 80. Salgado 1. part. de protecl. cap. 1. pralud. 1. & cuilibet permittatur etiam armatis hominibus, per supra allegatos, quibus conveniunt Ricc. part. 6. collectan. 2262. Cyriac. contr. 126. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 277. hæc tamen intelliguntur non prætergrediendo moderamen tutaminis. proprii Salgado p. 1. de resen. ca.

16. à nu. 76. vbi quid tale dicatur, confert idem Salgado de reg. protecl. cap. 14. à num. 215. vbi qui excedit, an pro toto actu, in quo excedit, vel pro parte, in qua excessit, puniatur: Modus enim in rebus est habendus, sine quo nihil rectè peragitur. Escalon. lib. 1. gazoph. cap. 10. num. 17. Escobar de purit. part. 1. quest. 1. §. 9. à num. 2. Seneca lib. 1. de benefic. cap. 7. & duobus seqq. & suasor 1. epist. 66. Omnis in modo est virtus, modus certa mensura est, & per hæc intelliges à nobis tradita decis. 4. num. 128. & 139.

7 Secundò ponderabatur per Consules, & Vniversitatem de Viella; quod iurisdictio cum iuris dicendi potestatem contineat. Paul. de Castro in l. ex falso §. si quis rogatus num. 6. ff. ad trebell. Mantica lib. 11. tit. 9. num. 7. & habeatur pro dignitate. Ioann. Andr. in cap. cum olim de præbend. Valenzuela, Velazq. tom. 1. consil. 185. num. 20. & 23. congruum est illius auctoritatem tueri, & pro virili descendere. l. observandum in fin. ff. de offic. Præsidis. l. 1. ff. de postuland. Cassane. in Cathal. glor. mund. in præfatione col. 3. & part. 8. consider. 6. & ex Valerio Maximo lib. 2. cap. 2. haurivit Petr. Gregor. lib. 4. de republ. cap. 10. num. 11. Rodin. de maiest.

de maiest. Princip. n. 134. Aviles in cap. Prætorum cap. 3. verbo iurisdictionis. Avendaño de exeq. mand. par. 1. cap. 5. num. 8. Gonzalez sup. reg. 8. Cancell. §. 4. provinciali num. 3. Menoch. de arbitr. cas. 251. & 280. revocanda in memoriam quæ scripsi decis. 2. num. 63.

8 Generale siquidem est, ut nemo perturbet alienam iurisdictionem, multi allegati per Reg. Cortiada decis. 27. à nu. 7. ubi effusè comprobatur omnibus magistratibus permissum esse secundum ius suæ potestatis iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere, & iudicem Ecclesiasticum pro conservanda sua iurisdictione, cōtra illam turbantes, uti posse gladio spirituali, scilicet excommunicationis, & materiali, hoc est pœna pecuniaria, & mulcta, vel alia pœna extraordinaria iudicis arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem; ordinarium autem modum procedendi esse per censuras; Et quod possit quis dignitatem, iurisdictionem, & præeminentiam suam defendere per se, ac manu armata contra turbantes de facto, fuit opinio originalis Benedicti de Pumbino, & Baldi in l. observare §. antequam ff. de offic. Proconsul. sequitur, & extollit Gerard. *singul. 1. nu.*

20. & latius *singul. 33.* ubi eius additio. Gratus *conf. 298. nu. 11. & conf. 110. ex num. 14. ad 25.* Cassan. *conf. 58. num. 32. & in Cathal. glor. mund. considerat. 58. par. 1. concurs. 29.* Pancirol. *concl. 6. num. 2.* Avendaño *de exeq. mandat. par. 1. cap. 9. nu. 15.* Menchaca *contr. illustr. cap. 18. num. 18.* & alii plures aucthores, quos refert de communi attestans. Jul. Clar. ubi additio. Baiard. in §. homicidium num. 26. Menoch. *confil. 51. num. 41. lib. 1. & confil. 257. num. 55. lib. 3.* Petrus Cencdo in *collectan. 96. ad decretal. & 17. ad sextum num. fin.* latissime Farin. iam citatus in *prax. criminal. tom. 4. quest. 125. nu. 41. & seq. & confil. 169. num. 1.* ubi hoc certissimum esse credit, quando possessio, quæ defenditur, non est turbida, nec controversa.

9 Tertiò perpendebatur delictum asportationis armorum non potuisse in dicto casu separari à tuitioe possessionis, & reliquis procedimentis licitis quæ gesserunt Consules Villæ de Viella, & homines suæ comitivæ; ideoque sicut pro defensione suæ possessionis puniri non potuerunt, ita nec pro armorum, et si prohibitorum gestatione, cum exploratum sit, defendentem se

ipsum, vel alium in casibus à iure permissis, posse impunè uti armis ab statutis, vel proclamatis sub pœna vetitis, & quibus alias uti non potuisset. Caball. *cas. 62. tot.* qui eam reddit rationem, nimirū, quia si licet vnum, licet etiam id, sine quo illud expediri non potest, arg. *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* & iuvat vulgaris traditio, quod qui vult consequens, vel le creditur antecedens *l. ad rem mobilem ff. de Procurat. Gregor. l. 19. gl. 1. tit. 6. part. 6. Riccius part. 7. collectan. 2523.* consequens enim tollitur eo sublato. Pareja *de edit. tit. 5. resol. 4. num. 20. & tit. 6. resol. 7. nu. 59.* & benè robor sumit hæc conclusio ex doctrina Afflict. *lib. 1. constit. Regni Neapolitan. rub. 9. de illicit. portat. armor. in constit. intentionis n. 4. & 5.* ubi vult, quod non obstante statuto prohibente delationem armorum, quis possit ea deferre, & ad defensionem uti, si ab adversario insultetur. Consequenter deducebatur per homines de Viella, in nihilo deliquisse cum armorum gestatione.

10 Quartó idem suadere intēdebatur; quia Consules de Viella, & alii eos comitantes in loco suæ iurisdictionis officio officinando progrediebantur,

ut ex hypothesis serie cernebatur, quo casu permissum est deferre quęcumque arma, tametsi breviora, proditoria, & per Regia edicta vetita; latè, & eruditè Episcop. Fermosin. *ad c. 10. Eccles. Sæbt. Maria de Const. q. 58. num. 40. Bursat. conf. 141. num. 15.* ubi cum quibusdam inquisitis obiiceretur, quod non semper cum Officialibus stetitissent, ac propterea in discedendo ex illorum domo, & redeundo visos fuisse ipsos detulisse arma iniustè, sublata fuit difficultas huius argumenti, ex ratione numero antecedenti attacta; quia ubi aliquis actus permittitur à lege, tunc omnia ex quibus pervenitur ad illum, permitta censentur, nec solum in cundo ad actum, sed in redeundo quoque, nam si invenitur quis ad Officialem accedens causa ei assistendi, tam cū ad actum profisciscitur, quam quando redit, puniri minimè potest; faciunt tradita per Ioan. Baptist. Thoro *not. decis. 70. à num. 77.*

11 Adiungitur quoniam in proclamatis, ac edictis Regiis non reperitur expressa *cap. 28.* dū prohibetur delatio armorū, qualitas Officialiū officiātium; & indubium iactatur, quod quoties qualitas aliqua speciali nota digna litteraliter non

legitur in proclamate, vel statuto, non intelligitur de ea loquutum fuisse edictum. Cyriac. *contr.* 62. num. 34. Larrea *alleg. fiscal.* 94. num. 25. Cancer *tom.* 2. *var. cap.* 20. *ex num.* 377. Fontanel. *decis.* 294. num. 2. & 21. Excellentis. Vicecancel. Crespi *obser.* 1. num. 209. quæ maximè locum obtinent, quoties edita, vt sunt similia tam gravem pœnam imponentia, sunt exorbitantia à iure communi; tunc enim non sunt extendenda extra suos casus, adhuc ex rationis identitate, tex. in *auth. de ministr. offic. in sacro Palat. §. penult. glos. ibi verbo quoniam.* Gayl. *lib.* 2. *pract. obser.* cap. 124. num. 8. punctim Bossius *tit. de pœnis num.* 51. Farinac. *quest.* 135. num. 133. Villagut. *de extens. leg. tit. de extens. leg. corrector. & pœna. latè Reg. Matthæu deregim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 1. *§.* 2. num. 29. & *tom.* 2. *cap.* 8. *§.* 8. nu. 12. & magis strictè intelligenda sunt, si materna lingua sint concepta, qua evulgantur in hoc Principatu similia præconia, ex traditis per nostrum Don Raphaellem de Vilosa in magnis magnum, cum magnus Cancellarius Mediolanensis præfuerit post Cathalaunici Senatus rogatum splendorem obtentum, Neapoli de collateralis Conci-

lio, Locumtenentis Regiæ Cameræ summariæ clavum eximie rexerit, in apice Supremi Aragonensis Concilii Regens illuxerit, & relictis prætiosis operibus in sinu communis quietis oppetierit, vt eius remaneat:

post funera fama,

& faustius perennante laude celebrata afferventur eius volumina, quam expectaret Ovidius *lib.* 1. *de Ponto eleg.* 3.

*Scripta placent à morte ferè:
quia ledere vivos*

*Livor, & iniusto carpere
dente solet.*

in tract. de fugitiv. cap. 18. *§.* 3. num. 16. perfectè ad intentum Francisc. Merlin. *contr. forens. cap.* 47. Thoro *in compend. decision. verbo sententia colum.* 2. fol. 503.

Rursus communis opinio 12 opitulatur, quæ docet, licet adfit statutum pœnale gestationis armorum brevium, tamen si sub prætextu exercitii, seu servitii iustitiæ, & persecutionis bannitorum, quis ea gestaverit, nec in eundo, nec redeundo molestari valet, vt depromitur ex Farin. *quest.* 103. num. 75. & *conf.* 101. numer. 29. vbi alios dat concordantes. Nell. *de bannit. in 2. par. temp.* 2. *quest.* 48. Menoch. *de arbitrar. cas.* 394. num. 73. & 575. per

Aa tot.

tot. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 38. Guazzin. def. 4. cap. 8. num. 6. Massin de confisc. bonor. q. 8. num. 34. Vrsell. in exam. apum. concl. 143. num. 79. Grass. de nece prodi. §. 12. n. 13. ea ratione ducti, de qua supra num. 8. quod concessio aliquo, censetur concessum omne id, per quod ad illud pervenitur; & in individuo, quod Officiales, & eorū familiæ possint deferre arma sine pœnæ incursum, tradiderunt præter hic relatos Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. post num. 18. Caball. ref. crim. cas. 107. cent. 2. Cyriac. contr. 152. num. 11. ubi loquitur de curialibus, & familiaribus Principis. Sperellus decis. 128. nu. 63. par. 2. Ant. de Ballis tract. crimin. lib. 5. de pragmat. Regiis tit. 41. num. 3. & de cubiculariis Principis Andreol. contr. 426. num. 2. fuse amplians, & limitans Conciol. ref. crimin. 19. verbo arma.

13

Et quamvis in Regiis editis interdicanter etiam Officiales Regii ab huiusmodi delatione *cap. 28. sub expressione verborum: Attamen ex tacita licentia dissimulatur eis armorum usus. Giurba conf. 63. n. 22. & seq. ubi verba instituit de insidiosis, & proditoriis armis. Cyriac. contr. 152. lib. 1. ubi ex iusta credulitate excusavit in-*

quisitum de delatione armorum. Egreg. Reg. Don. Philipp. Vinyas in suo discursu de celebrar Cortis discurs. 8. nu. 60. ubi quod si Officiales maiores conniventibus oculis paterentur quod quis arma deferret, veniret excusandus, sequitur Borrell de magistr. edict. lib. 3. cap. 17. num. 37.

Licet enim consuetudo de- 14
ferendi arma contra prohibitionem, non teneat, ut dixerunt Rolland. *conf. 3. num. 46. Craveta conf. 314. nu. 4. vers. non obstat tertium, cum quibus pertransire videtur Menoch. de arbitrar. cas. 394. numer. 35. in addit. atverò eorum opinio declaratur, ut habeat locum in consuetudine indiscreta deferendi arma quoad omnes, quæ posset esse contra bonum publicum; secus tamen est quoad consuetudinem restrictam ad certum genus personarum, vel certum locum, & tempus; quia illa est valida, ut sentiunt Rolland. Cyriac. Menoch. iam citati, quos laudat Conciol. verbo arma ref. 21. quam distinctionem admittit Senatus me referente pro Nobili Francisco Cancer infirmo contra Isidorum N. loci de Bescanó, qui pro delatione armorum brevioris mensuræ, & aliis criminibus (hæc probatione carebant)*

bant) fuit condemnatus ad remigandum per septenniū Regia sententia lata 26. Iun. 1682. Scriba Badia.

15 Accedit his omnibus tolerantiae efficacia, quae ad liberandum à poena in hoc casu in favorem certi generis personarum prodest, & actum à dolo alienum facit. *Corneus conf. 159. num. 2. Vermigliol. conf. 195. nu. 7. & 8.* & iustam credulitatem, & excusationem inducit. *Avendaño de exeq. mandat. par. 1. cap. 1. num. 30.* & pronuntiavit noster Regius Senatus 12. Iunii 1666. referente Magnifico, & integerrimo Senatore Bernardo de Olzina, & de Vilallonga, Actuário Famada, in causa Iacobi N. qui cum esset delatus de portu tormenti manualis brevioris mensuræ, vulgò *pistola*, & constaret plenè de delatione, fuit sub manuleuta dimissus à carceribus, non obstante quod ingès vrgeret contra eum instantia Civitatis Ilerdæ; erat enim Regius Commissarius, & probavit in defensionibus tolerantiam, & tacitum consensum deferendi hæc arma per Officiales Regios; idemque dixit Senatus 20. Decembris 1661. in causa Ioannis N. & Petri Pauli N. Not. Preve, qui fuerunt à carceribus dimissi in hono-

rem Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, Regiæ visitæ generalis conclusione.

16 Omnesque amaritudines cessare per Consules, & Universitatem de Viella perferebatur, quia non constabat de banno, & eius publicatione, quæ ad poenam irrogandam necessaria esse, docuerunt Decian. *conf. 458. num. 1. Bolog. conf. 27. n. 1. Honded. conf. 88. num. 32. Farin. conf. 37. num. 2. & 15. Bursat. conf. 331. num. 2.*

17 His, & aliis rationibus suffulti iudicium criminale evadere tentarunt rei, de supra relatis impetiti; sed ex adverso discutiebantur non levia argumenta pro illarum exclusione, & fundanda criminis vindicta. Primò enim ediscerebatur, negari non posse Consules de Viella; & ei assistentes in captura Baiuli eiusdem Villæ delictum patrasse; erat enim Officialis Regius, qui vt stabili *decif. 1. num. 66.* subest tantum Domino Regi, eiusque Regio Concilio, proindeque eum capiendò, in crimè vsurpatæ iurisdictionis Regiæ rei inciderunt, cuius gravitatem ostendunt *Lanar. conf. 5. num. 14. Rovit. ad Reg. pragmat. 8. num. 1. tit. de Baronib. Anton. Sola. ad decret. Subaud. tit. de Bannaret. glos. 2. num. 6. Borrell.*

conf. 10. num. 2. Mastril. de magistr. lib. 6. cap. 8. num. 103. Alexand. conf. 90. ad fin. num. 1. Bolognet. consil. 3. num. 107. Paris. de resignat. benef. lib. 10. quest. 2. num. 4. Bardell consil. 68. num. 12. 13. Macertan. lib. 1. ref. 24. num. 8. resol. 39. num. 6. taliter quod vsurpans Regiam iurisdictionem labatur in crimen læsæ Maiestatis, si dolo malo id fecerit. Bartol. in l. omnes populi 9. num. 14. & ibi Caccia-lup. num. 32. ff. de iust. & iur. Farinac. de crim. læsæ Maiestatis. quest. 114. num. 1. & 2. Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. num. 1. & in utroque foro summè rei arguuntur, qui non certi de sua iurisdictione, ad cognoscendū de vllis casibus transeunt, cap. super literis de rescrip. vbi Doctores Theologi post Diuum Thomam 2. 2. quest. 67. art. 1. latè Vant. de nullit. ex defectu iurisdictionis. ex num. 1. Zevall. de violent. 2. part. quest. 63. ex num. 4. Valenz. consil. 48. num. 39. plures apud Solorzano de iur. indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 28. num. 26. proficiunt à me adducta decis. 2. à num. 3.

18

Secundó præmebat consideratio evidentissima : nam ad prædictam prætensam iurisdictionem tuendam sufficiebat Consulibus, & Vniuersitati Villæ de Viella Baiulum requi-

rere, & protestari de suo iure, & remediis iudicialibus propriam defensionem protelare, ac turbationem expellere ; & quoties alia via potest indemnitati possessoris consuli, non debet vti violentiis, vt præie-cimus num. 9. vbi arma prohibita, tunc demum in defensionem impunè admittuntur, quādo aliter tutamen proprium quis non assequeretur, & excessum in omni casu puniendum, ex supra exaratis, facillimè constituitur.

Protestationem autem con- 19
servare ius, nedum quo ad proprietatem, sed etiam quo ad possessionem, expedita res est. cap. Cumana de elect. Bellamera conclus. Rota 337. num. 1. fusè Valenzuel. Velazq. consil. 73. num. 30. tom. 1. Surd. consil. 310. num. ultim. & consil. 385. num. 20. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 15. tit. 4. num. 4. & 5. Mangil. de imput. quest. 135. num. 12. Fontanella de pact. cl. 4. glos. 10. part. 1. num. 134. & claus. 7. glos. 2. part. 5. num. 18. Mar. Gurbā non paucos cumulans decis. 85. num. 6. Vela disert. 25. à num. 56. videndi Ricc part. 2. collectan. 259. & part. 4. collect. 865. & part. 6. collect. 2094. Garcia de nobilit. glos. 15. à num. 5. Ayllon ad Gomez lib. 2. var. cap. 13. num. 13. Olea de cess. iur. tit.

tit. 8. quest. 1. à num. 10.

20 Secundò quia, adeò est reservata Principi iurisdicção Officialis Regii, quod nullo facto discrimine, an in officio, an extra deliquerit, nequit puniri ab Ordinario, in cuius territorio deliquit, sed solùm à Domino Rege, vel eius Locumtenente Generali, aut coram Gerente vices Generalis Gubernatoris vice Regia procedente. Mieres, Ferrer, Cancer. allegati per Regentem Cortiada *decif. 27. num. 113.* & quamvis *num. 118.* dicat benè posse Baronem, vel Ordinarium in cuius territorio Officialis Regius deliquit, cum capere in flagrantia delicti, & ad suum superiorem remittere, provt etiam tradit *decif. 10. nu. 184.* & D. Sebastianus filius Regentis in *doctissimo discursu sobre la jurisdiccion del Excelentissimo Señor Virrey &c.* ex Mieres, Cancer, Sesse, Scialoya, Avendaño; veruntamen *Canc. part. 3. cap. 13. num. 223. vers. An autem cum Mieres part. 2. coll. 6. fol. 44. cap. 23. num. 17.* hanc theoricam intelligit, si Officialis Regius graviter deliquerit; tunc enim potest capi, & ad superiorem remitti, non verò si leviter excefferit; & hoc sensu sunt cõprehendendi Doctores omnes, qui de hac re peregerunt; pro rebus namque

parvi momenti, ad capiendum Regium Officiale devenire, etiam animo remittendi ad suum iudicem, nimius est zelus; & omne nimium, malum. Solorzano *lib. 5. politic. cap. 8. fol. 811. vers. Con quien.* Seneca *epist. 39.* vbi per plura id ostendit, & quando expediat ardens zelus Marquez *lib. 1. de gubernat. cap. 6. fol. 32. & seq.* & tantum aberat Baiulum prædictũ, & alios ei assistentes graviter deliquisse, quod imò non constabat aliquem actum iurisdictionis civilis, vel criminalis in Hospitali, vel Quadra exercuisse, & per consequens citra pœnæ incursum evenire non potuit captura Bajuli, & ei assistentium.

21 Tertiò quia, communi Doctorum suffragio defensio possessionis cum armis, & via facti non laudatur, & eam non consulit Reg. Cortiada *dicta decif. 35. num. 78.* sed, quod vtabitur possessor via iuris, adeundo iudicem, remedium retinendæ possessionis intentando, probans ex Postio *de manut. observ. 17. num. 53.* Cancer *part. 3. cap. 4. à num. 91.* Fontanella *decif. 321. à num. 26. part. 2.* Poterant ergo Consules de Viella ad interesse civile iudicem adire civilem, ad capturam autem, & punitionem Baiuli, instare

coram Excellentif. Locumtenti Generali, & Regio Concilio, & non in armis, in violentia ius propria auctoritate statuere, & cum id non servaverint, punitionem merebantur; ad Principis enim curam pertinet securitatem publicam tueri, vim armorum prohibere inter privatos, & cavere, ne ad arma profiliant. *l.1. Cod. ut armor. usus. Novell 85.* Ferrer ad Guidon. *decif.1. Cutell. de prisc. & recentiorib. lib.2. quest. 77.* optimus tex. in *l. equissimum ff. de usufr.* Cassiodor. *7. var. cap.3.* ibi: *Non amamus aliquid incivile, scelestam superbiã cum suis detestamur auctoribus, violentos nostra pietas execratur, in causa possint iura, non brachia, nam cur eligunt quære violenta, qui præsentia probantur habere iudicia: quæ pro gubernio Vallis de Atãn peculiariùs expediunt, habent enim Brachia (sic regiminis sui corpus vocant) ad terminanda negotia, non ad iniurias inferendas, & excessus cõmittendos, ne inde nascantur iniuriæ, unde iura nascuntur.*

22 Prævus animus Consulũ, & aliorum hominum de Viella mōstrabatur ex inefrenata multitudine gentium, quæ ad locum contentiosum se contulerunt, ansam dantes vt scanda-

la sequerentur, quod non est ferendum; multitudo enim semel mota modum non servat. Seneca *lib.3. contr.8.* & plurium concursus improbat idem Seneca *lib.7.* & in Regiis edictis *cap. 1.* coadunatio hominum armatorum ultra tres, pro factione vulgo *Quadrilla* habetur, atque punitur, quod quemadmodum percipiatur declarabo in *2. volumine.* Et seditiosum animum illius gentis aperuerunt verba illa *visca la Quadra* iuxta *cap.49.* earundem Regiarum præconisationum, de quo meminit Reg. Cortiada *decif.104. num.24.*

Aggravabantur hæc ex circumstantia personæ offensæ, & compedibus, & carceri detrusæ; erat enim ordinarius suus, cui reverentiam debebant, & tenebantur exhibere, & eo gravior fuit contemptus, quo maior ab ipsis honor erat præstandus. Bovadilla *lib.3. politic. cap.1. num.2.* Marqu. *lib.1. de gubernat. cap.18.* Solorzano *tom. 2. de iur. indiar. lib. 4. cap. 4. à num.21. & lib. 5. politic. cap. 4. fol.779. vers. En segundo* Giurba *consil.38.* remissivè Olea *tit. 3. de cess. iur. quest.3. num.27.* itidem Giurba *observat.91.* Navarr. *tom.3. in manual. confessorior. cap.14. num.2. & seq.* qui de subditorum enormi facinore,

re, dum superiores vti reos persequi audent, sic isti homines de Viella processerunt capiendo Baiulum suum. Adde quæ de scandalo vitando, ac cohibendo latè adduxi *decis. 4.*

24 Ita pro Fiscis iure allegabatur, cuius causam potiore censeo in hoc casu, nam ex ipsismet fundamentis per reos deductis, in permissum esse excessum deprehenditur in possessionis tuitione, excessisseque reos, imò cum abominabili scandalo se gessisse compertum relinquitur, quibus præhabitis, & vti certis præsuppositis, necesse non est contraria argumenta labefactare, quæ ex solo excessu, & scandalo diluuntur.

25 Solum superest respondere aliæ obiectioni supra non attactæ, qua certabant rei causam civilem præiudicalem esse criminali, sicque hanc per illam cessare debere. *l. l. Cod. de appellation. l. fin. verbo sape Cod. de ordin. iud.* Farinac. *quest. 100. num. 61.* Gratian. *discep. forens. cap. 394. num. 23.* Xammar. *de offic. iud. par. 1. quest. 15. num. 123.* Peguera *decis. 9. nu. 3.* Tondut. *de prævent. iudic. par. 2. cap. 26. num. 13. vers. Idem.* Ripoll ad Peguer. *in prax. cap. 32. num. 18.*

26 Et generaliter, quod si ex duabus causis, vna sit aliæ præiudi-

cialis, prius ista sit decidenda, & terminanda. Tondut. *de prævent. iud. part. 1. cap. 15. nu. 22.* Gratian. *qui supr. n. 17.* Larrea *part. 2. decis. 64. n. 14.* Guazzin. *def. reor. 1. cap. 24. num. 3.* Reg. Cortiada *decis. 22. num. 14.*

27 Sed huic dubitationi facile occurritur, nam incompatibilia non erant, quod declararetur pro possessione dictæ Universitatis, & nihilominus excessum commissum per Consules, & alios dictæ Universitatis criminaliter vindicari, quod sufficiebat, vt causa civilis in hac specie præiudicialis non esset criminali: nam vt vna causa aliæ præiudicialis sit, necesse est adeò inter se esse connexas, quod sententia in vna causa lata producat exceptionem rei iudicatæ in alia. Farinac. *d. quest. 100. numer. 79.* Gratian. *d. cap. 470. numer. 17.* Xammar, & Peguera qui supra; si verò res, quæ in causis tractantur dividi, & separari commodè, ac facile possint, tunc vna causa per aliam non impeditur, & propterea in hypothesis contentiosa præiudicialitatis ratio non oberat.

28 Disceptabatur hinc inde ingeniosis argumentis, ac considerationibus adeò acriter animus iudicantium impellentibus, quod ad votorum paritatem

tem Regii Senatores devenerint, nec id est notandum, aut reprehensibile; acumen etenim non vulgare commostrar ingeniorum, cum alia sint humilia, & ignobilia, quæ nec subtilitatem, nec doctrinam habent ad contradicendum, quæ videbat Terent. *art. 2. scen. 2.*

Quidquid dicunt laudo: id rursus si negant, laudo id quoque

Negat quis, nego: ait, aio: postremò impar uni egomet mihi

Omnia assentiri: is quæstus nunc est multò uberrimus.

Memorabilis est casus disparitatis votorum quem recitat clarissimus Reg. Don Raphael de Vilosa *diff. 3. num. 34.* ex Plinio iuniore *lib. 8. epist. 14.* in eamque ex septem iudicibus, tres ad mortem reum damnarunt, duo ad relegationem, & duo absolverunt: elegantia sunt verba Plinii *in dicta disser.* transcripta. Ad dirimendam paritatem votavit Excellentissimus Dominus Prorex, prout assuevit fieri. *Canc. par. 1. var. cap. 21. num. 55. Fontan. de pact. tom. 1. claus. 3. glos. 3. numer. 35. Ramon conf. 3. nu. 114. Michael Ferrer par. 1. observant. cap. 86. numer. 4. Reg. Cortiada ad intentum decis. 35. num. 114. decis. 27. num. 41. & decis. 18. nu. 38.*

Berart in specul. visit. cap. 5. num. 23. Solorzano de iur. indian. lib. 4. cap. 10. num. 26. & in politic. Indian. lib. 5. cap. 13. vers. En quanto, qui etiam de Cathalonia loquitur, exemplaria, rescripta Regia, iura Cathalonix, & alia Doctorum testimonia fusè, & eruditissimè adducuntur per Regentem Vilosa in d. disert. 3. Et quia docta, & perspicacia sunt vota, prælo excudere hic decrevi.

*Die 8. mensis Novēbris anno 30
à Nativitate Domini 1673. Bar-*
chinone.

Congregatis Nobilibus, & Magnificis Iosepho Balaguer, Don Francisco de Ribera, Don Iosepho de Ferrer & Vinyals, & Iacobo de Potau D. Etoribus utriusque Concilii respectivè in domibus dicti Magnifici Iosephi Balaguer antiquioris.

In factò dubii propositi per Syndicū Villa de Viella Vallis de Aràn in causa vertenti in Regio Concilio ad relationem Magnifici Iacobi de Potau Iudicis Regia Curia inter Fisci Procuratorem dictæ Regia Curia, & Nobilem Raphaelem de Subirà Procuratorem Generalem Vallis de Aràn, & Castrè Leonis contra Consules, & alios singulares Villa de Viella dictæ Vallis, congregatis iuxta formam

nam Constitutionis Doctoribus utriusque Concilii, & factis relationibus ambarum causarum Civilis, & Criminalis per illorum respectivè Relatores.

Attento quia ex meritis processus constat die 17. Octob. 1672. Ioannem Nart, Bernardum Rodés Consules Ville de Viella Vallis de Aràn, associatos cum aliis hominibus eiusdem Ville, & coadunatos cum armis, tam permissis, quam prohibitis, & reprobatis, vociferando, visca la quadra, accessisse ad hospitale vulgariter dictum Sancti Nicolais, & quadram vulgò dictam del Pontells, sitam in termino dictæ Ville; & Ioannem Granart Baiulum Regium, & Generalem eiusdem Ville, & personis eiusdem, ibidem repertum una cum ei assistentibus mancipasse, & in compedibus posuisse, eosque per aliquos dies detinuisse, donec, & quousque per Gubernatorè prædictæ Vallis fuerunt à carceribus liberati; Constat causam criminalem contra dictos Consules, & alios complices delinquentes fulminatam, evocatam fuisse ad suam Ex. & R.C.C. & commissam Magnifico Raphaeli Nabona, tunc I. R. C. & per eius promotionem ad R.A.C. Iacobo de Potau & Moles I.R.C. Constat Consules, & Universitatem dictæ Ville de

Viella aliam causam in R.A.C. introduxisse, eamque commissam fuisse Nobili Iosepho Ferrer Regio Senatori, deducendo in ea esse Dominos omnimoda iurisdictionis dictæ quadra, privativè ad alios quoscumque Officiales etiam Regios, & eo nomine esse in possessione, seu quasi exercitii iurisdictionis eiusdem: dubiumque postea firmasse iuxta formam constitutionis unica titol Com se ha de declarar lo dupte, &c. pretendendo cognitionem excessus, & delicti prædicti non ad suã Exc. & R.C.C. tanquam præiudicalem dictæ cause civili pertinere, sed ad R.A.C. spectare. Constat ad dictum dubium decidendum nominatos fuisse Iosephum Balaguer tertie Aule Doctorem, & Iacobum de Potau I. R. C. Nobiles Iosephum Ferrer & Vinyals, & Franciscum de Ribera R.A. DD.

Et licet constet præsensu fuisse pro parte dictorum Consulium, dictam Universitatem Ville de Viella esse in possessione, seu quasi exercendi omnimodam iurisdictionem in dicto Hospitali, seu quadra dels Pontells privativè ad alios quoscumque Officiales, etiam Regios, & propterea licitum eis fuisse possessionem cum armis defendere, & Baiulum prædictum, & alios eam perturbantes in carceribus conicere,

Et casu quo in defensione dictæ possessionis excessus aliquis punitione dignus fuisset commissus, cognitionem, & punitionem eiusdem ad dictam R.A. Civilem pertinere, & non ad R.C.C. tanquam præiudiciale dictæ causæ civili.

Ceterum attento quia ex eisdem meritis processus constat dictum Ioannem Granart esse Officialem, & Baiulum Regium Villa, & tertionis de Viella, & uti talem exemptum à iurisdictione cuiuscumque Baronis, & subditum solum suæ Exc. & R.C.C. consequenterque Consules prædictos, & alios capturando eum, & ei assistentes commisisse delictum usurpatæ iurisdictionis Regiæ, nam ad dictam suam prætentam possessionem tuendam sufficiebat, Baiulum prædictum requirere, & protestari de suo iurè, & remediis iudicialib⁹ se prævenire, & non illum, & suos assistentes in carceribus, & compedibus ponere, & constat cognitionem delicti supradicti in R.C.C. nullatenus præiudiciale esse, nec esse posse dictæ causæ civili; nam bene potest in hac causa declarari pro possessione dictæ Universitatis, & tamen excessum commissum per dictos Consules, & alios eiusdem Universitatis per R.C.C. puniri.

Et quidquid esset de supradictis, ex meritis processus, nec alias non constat Baiulum prædictum, nec alios ei assistentes aliquem actum iurisdictionis civilis, nec criminalis in Hospitali, nec quadra prædictis exercuisse, & consequenter prætentam possessionem turbasse, & perturbatione eiusdem cessante, certum est, & liquet Consules, & alios complices in captura Baiuli prædicti, & ei assistentium delictum usurpatæ iurisdictionis commisisse, illosq; per R.C.C. puniendos esse, & nõ per R.A. Civilem.

His igitur, & aliis meritis processus attentis dictus Magnus Iosephus Balaguer est voti quod declaretur, quod cognitio excessus, & delicti commisi in dicto Hospitali, & quadra dels Pontells in captura & incarceratione dicti Baiuli, & ei assistentium pertinet, & spectat ad S. Exc. & R.C.C. & non ad R.A. Civilem.

Idem Magnus Iacobus de Potau.

Nobilis Iosephus de Ferrer 31
& Vinyals. Visa supplicatione per Syndicum Villa de Viella Vallis de Aràn oblata 12. Februarii currentis anni in & cū qua fuit firmatum dubium in causa vertenti in Regio Concilio ad relationem Magnifici

Iacobi de Potan Iudicis Regie Curia inter Fiscii Procuratorē, & Nobilem Raphaelē de Subirà Procuratorem Generalem in dicta Valle, & Castro Leonis, versus, & contra Ioannem Nart, Bernardum Rodes, & Guillerimum Callvero Consules, & aliquos particulares dictae Ville de Viella, circa procedimenta cum armis per eos facta in termino Hospitalis dictae Ville contra Ioannem Granart Baiulum tertii, vulgò del terço de Viella, & suam comitivam, capiēdo illum, & alios eiusdem comitivae, & ponendo eos postea in compedibus, vel in seppo in eadem domo Hospitalis, cum dictus Baiulus, & ceteri comites irent exequendo in dicto termino quendam ordinem executionem expeditum à dicto Nobili Procuratore Generali Vallis de Aràn ad instantiam N. Boe Francigenae, continentem quod pro pœna in eo expressa dictus Baiulus executionem faceret in pecoribus existentibus in mansis dicti termini Hospitalis, & quia aliqui ex assistentibus dictis Consulibus de Viella visi tunc fuerunt armis minoris mensurae, vulgò pistolas armati, isti tamē prætendentes dictam causam civilem esse, remittendamque fore ad iudicium civile intentatū in Reg. Aud. ad relationem No-

bilis Iosephi de Ferrer & Vinyals per Syndicum Ville de Viella contra dictum Nobilem Procuratorem Generalem, præ-tendendo dictam Universitatē de Viella esse in possessione exercendi per suos Consules omnimodam iurisdictionem in quadra, & termino dicti Hospitalis privativè ad dictum Procuratorem Generalem, & Baiulum prædictum, & sic super possessione dictae iurisdictionis; unde asserunt dictis Consulibus Ville de Viella licuisse armis suam possessionem defendere, illamque turbantes capere, & Baiulum saltem ad effectum remittendi detinere, delictumque prætense asportationis armorum minoris mensurae, vulgò pistolas, non posse in dicto casu à ceteris procedimentis separari, quia cum dicti homines assisterent Consulibus de Viella, qui officio officiantes ad defendendam Ville iurisdictionem, quam ipsi exercebant, contra illam facientes procedebant, licitum à iure eis erat similibus armis armari, maxime cum in dicta Valle Regias præconizationes, asportationem armorum huius generis in tali casu prohibentes, publicatas fuisse minimè constaret, nec aliàs ordinationibus illius Vallis dicto casu prohibita sint. Visano-

de Doctōrib⁹ supradictis vtriusque Concilii iuxta formam Constit. 1. tit. de com se ha de declarar lo dupte. Visis processibus, & procedimentis vtriusq; causæ; habitis diversis colloquiis, meritis processuum attentis. Est voti quod declaretur, dubio firmato per dictum Syndicum Villa de Viella in dicta causa criminali locum fuisse, & esse, & quod intimetur.

Idem Nobilis Francisc⁹
de Ribera.

32 Et Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis est voti Doctōrum Magnificorum Iose-

phi Balaguer, & Iacobi de Potau, à quo votum accepit Balthasar Oriol & Marcer Regii mandati Scriba in Aula Regii Concilii Palatii suæ Exc. siti in Platea ante Portam maris presentis Civitatis, ad quem effectum fuit vocatus.

Et idem Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis pro observantia constitutionis concludit cum voto dictorum Magnificorum Iosephi Balaguer, & Iacobi de Potau.

Balthasar Oriol &
Marcer.

EPIGRAPHÆ.

Dolus, & fraus administratoris quoad computa excussa, & diffinita, & civiliter indagatur, & criminali punitione vlciscitur. Rationum autem nondum dispunctarum redditio litis civilis indiget examine, nec criminaliter plectitur. Præiudicialium causarum exactior, & verior expositio eruitur, De errore, & oblivione summam peragitur. Luce donatur Constit. unicit. Com se deu declarar lo dupte, si la causa es civil, è criminal.

NUCLEVS.

1 Factum, & num. 2.

3 Fraus multoties, non criminaliter, sed civiliter coeretur.

4 Velamen administrationis facit cessare actionem furti, præsertim quando res habuit originem à contra-

ctu, & ibi ratio; & nu. 5. vide num. 85.

6 Administratorum materia ad instar tutorum regulatur, qui pro malè gestis criminali iudicio non subsunt, vide n. 90.

7 Administrans perperam pri-
va-

- vatur administratione, nõ per iudicem criminalem; sed civilem, vide numer. 92.
- 8 *Causa civilis præiudicialis facit cessare criminalem, ubi quando causa dicitur præiudicialis, & num. 9. & num. 54.*
- 10 *Defenditur causas civiles, in casu, præiudiciales esse criminali.*
- 11 *Dolus, & fraus in iudicio civili nonnunquam disquiruntur, veluti in enormissima læsione, & n. 12.*
- 13 *Exceptio doli nõ est in iudicio criminali proponenda, donec per iudicem fuerit approbata in causa civili.*
- 14 *Dolus qui potest purgari civiliter, non punitur criminaliter.*
- 15 *Computis dispunctis, & approbatis dolus, fraus, & error non queruntur, donec præcesserit declaratio causa cognita, & num. 65. & 75.*
- 16 *Error non animadvertitur criminaliter, & numer. 69.*
- 17 *Delicti exclusiva præsumptio semper præferenda.*
- 18 *Libros alterius habens, non est audiendus antequam eos edat, vide num. 98.*
- 19 *Primum capitulum accusationis.*
- 20 *Satisfactio præberi intenditur.*
- 21 *Falsitates, & abrationes scripturarum non vindicantur, si nocere, nec proficere possint.*
- 22 *Rationes reddi possunt sine libris, si per documenta legitima de eis constet.*
- 23 *Secundum accusationis capitulum, ubi responsio.*
- 24 *Tertium accusantis capitulum, cui ibidem respondetur.*
- 25 *Quartum capitulum. Responsio num. 26.*
- 27 *Falsa demonstratio delictum non includit, neque attenditur.*
- 28 *Quintum capitulum, & num. 34. vide num. 96.*
- 29 *Responsio. Vehementi detestatione redarguitur pessima lucrandi aviditas in perniciem, & fraudem proprii Regis.*
- 30 *Confirmatur execratio pulchra autoritate.*
- 31 *Plures sunt artes, & astutia mercatorum, & de eorum officio.*
- 32 *Quomodo inter se differant artifex, mercator, & negotiator, remissivè.*
- 33 *De mercatura, & eius publi-*

- ta utilitate.
- 34 Redit ad quantum capitulum.
- 35 Litteras ad solvendum recipiens, creditum non consequitur ex ipsis, nisi de solutione constet.
- 36 Oblivio praesumitur in homine pluribus negotiis implicato, & cessat dolus.
- 37 Fallit, si administrator negat partitas, quae verè debebantur, nam tunc dolus, & non oblivio praesumitur.
- 38 Negotiatio aliquando oblivione facta censetur.
- 39 Oblivio à quibus excuset, remissivè.
- 40 Capitulum septimum, & eius satisfactio.
- 41 Execratio adversus calumniantes.
- 42 Ex quolibet delicto duplex oritur actio, civilis scilicet, & criminalis, & utraque explicatur, & numer. 46.
- 43 Exemplificatur in crimine suspecti tutoris, vide n. 92.
- 44 Aliud exemplum in furto.
- 45 Simile, si fuerit occisus servus.
- 46 Ad quid fuerit institutum iudicium civile, & quare criminale.
- 47 Actio civilis, & criminalis non possunt cumulari, nec illa intentata exerceri criminalis.
- 48 Finito primo iudicio civili, potest actor intentare criminale, & è contra.
- 49 Dolus est crimen, & si non cadit in proprium nomen delicti vocatur stellionatus.
- 50 Administrator fraudulentus, & dolosus quando teneatur poena falsi.
- 51 Quando subeat poenam furti.
- 52 Reliquum restituere renuens, facto calculo, delinquit, & pro solutione potest carcerari, & num. 81.
- 53 Causa criminalis principaliter intentata facit silere civilem, tum ratione praedicti, tum propter maioritatem.
- 54 Quoties causa criminalis est exclusiva iuris agentis civiliter praedictialis efficitur.
- Diffinitio causa praedictialis adducitur.
- 55 Parum prodesset credita administratori competere, si fraudibus, & dolo acquisivit.
- 56 Constit. unic. tit. Com se deu declarat lo dupte si la causa es Civil, è Criminal, contextus afferatur.

- Parte petente potest prorogari terminus præfinitus per dictam Constitutionem.
- 57 Terminus tamen præcisus, & peremptorius potest prorogari iusta existente causa, & qualis sit.
Cum decisione Senatus.
- 58 Assignatur ratio, & numer. 71.
- 59 Confirmatur ex Constit. Statutum 8. tit. de supplicat. de sentent.
- 60 Decisio dubii.
- 61 Ratio primæ partis declarationis.
- 62 Ratio secundæ partis decisionis.
Administrationis creditum illicquidum dignoscitur quousque examinata sint computa, & idem dic de capitali societatis.
- 63 Amplia in credito tutelari, & alterius administrationis, cum decisione Senatus.
- 64 Distinctio facta in declaratione dubii roborata.
- 65 Rationes semel redditæ, extante dolo, seu errore, sūt reiterandæ, & n. 75.
- 66 Amplia, tamen ad sit pactum, quod calculi sint observandi, nec contra eos venire possit sub pretextu erroris, & quamvis fuerit renuntiatum exceptioni doli, metus, fraudis, & similibus.
- 67 Quod plures clausule ponuntur, eò magis redolent falsitatem, & dolum.
- 68 Amplia, licet allegetur, quod liber rationum factis calculis fuerit laceratus.
Discrimen inter editionem instrumentorum, & rationum dispunctionem.
- 69 De errore calculi, & quo tempore præscribatur.
- 70 Pro confusa, & intricata computorum redditione, competit furti actio.
- 71 Amplia, ut eò magis criminaliter procedatur si concurrat falsitas.
- 72 Alia ratio decisioni, dubii. Donec fuerit exposita quantitas reliquatus, & declaratum liberationem esse elargiendam, non dicuntur excussa computa.
- 73 Actum dicitur, cum nihil superest agendum.
In delictis nondum perfectis locus est pænitentia, non verò in consummatis, si actio ex delicto descendens sui origine pænalis sit, & num. 74.
Cum decisione Regii criminalis Concilii.
- 75 Repetuntur rationes dolo cõperto, & punitur administrat-

- strator, & num. 76. ac nu. 83.
- 77 *Validum est argumentum de inventario ad rationum efformationem.*
- 78 *Tutor conficiens inventariū, & non scribens in eo omnia bona pupilli, accusari potest.*
- 79 *Delictum emergit, si quid ex mala administratione queratur.*
- 80 *Amplia, vt procedat etiam in tutore.*
- 81 *Amplia. 2. in quocumque administratore solutionem reliquatus negante, & quare, & num. 89.*
- 82 *Contemptus superioris in casu relato non est causa delicti, sed retentio pecunie administrationis post finita computa.*
- 83 *In omnibus Regnis receptū est, nobilem pro civili debito in carcerari non posse.*
- 84 *Idem de iure communi fuit statutum.*
- 85 *Velamen administrationis furtum non impedit, si administrator sit in dolo vero, & n. 89.*
- 86 *Contrectare rem quid sit.*
- 87 *Usus interversione furtum committitur, etiam à vero domino rei.*
- 88 *L. itaque §. sed etsi res ff. de furtis ab aliquorum in-*
- terpretū emendatione eximitur, remissivè.*
- 89 *Dato animo non restituendi, non proficit administrationis velamen.*
- 90 *Pro rationibus tutelaribus, existente dolo, due actiones parantur, altera civilis, altera criminalis.*
- 91 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
- 92 *Remotio tutoris à tutelari munere quos effectus producat in iudicio civili, & quos in criminali.*
- 93 *Dolendum est non frequentari contra prave tutores criminalem gladium.*
- 94 *Pœna privationis officij qua secum inducat.*
- 95 *Si per imperitiam, aut incuriam quis erraverit, non infligitur pœna privationis officij*
- 96 *Privatio pro quibus sceleribus irrogetur, à quibus officijs intelligatur, & qualiter sit criminalis.*
- 97 *An valeat statutum, quod unus teneatur pro delicto alterius.*
- 98 *Tonductus allegatus num. 18. perpensa distinctione facta in declaratione dubij non reffragatur.*



DECISIO VI.

I

CONDUCTOR provisionum Regii exercitus (assentista à nobis appellatus) de factore suo acriter conque- rebatur propter fraudes per eum, vt aiebat, in hac admini- stratione commissas, dolumque compertum in rationibus tam dispunctis, quam aliis perlu- stratis, sed non adhuc conclu- sis: Criminale iudicium pro vtrisque instituit. E contra ve- rò factor duas causas Civiles in Regia Audientia introdu- xit 3. Decembris 1685. ad re- lationem Nobilis Don Iosephi de Pastor Regii Senatoris, egre- giè Consulti; mihi, & sangui- nis, & affectionis gradibus addicti; ab omnibus, & litte- rarum, & famæ splendore ce- lebrali. In vna earum, Actua- rio Ioanne Romeu, prætende- bat Administrator conducto- rem esse condemnandum ad ei dandum, & solvendum 13946tt15p4. ex reliquo admi- nistrationis per ipsum habi- tæ in vim diffinitionum firma- tarum dicto administratori per legitimum Procuratorem con- ductoris. In alia autem, Actua-

rio Armengol, poscebat factor principalem suum condemna- ri ad ei restituendum, aut po- nendum in posse Regiæ Au- dientiæ computum originale, schedulas, vulgò *Libranzas*, & alia documenta pertinentia ad administrationem provisionis antedictæ memorato condu- ctori tradita, simulque con- demnari ad computa prædicta audiendum, & diffiniendum, & restituendum suo casu reli- quum.

Hæc erant partium iurgia, 2 appetente vna criminalē vin- dictam, petente alia civilem cognitionem, & vt ista præva- leret dubium fuit motum, iux- ta stylum in præcedenti deci- sione expressum, disceptando non posse acusatorem, cau- sam criminalem instare, imò ius super prætensis fraudibus esse dicendum in duabus causis civilibus supra relatis.

Fundamenta factoris expē- 3 damus; Erit primum, non om- nem fraudem criminaliter esse coërcendam, sed multis in ca- sibus civiliter venire exami- nandam, vt in terminis admi- nistratoris tenuit glos. in l. tres tutores verbo *contrectare ff. de administr. tutor.* vbi quod ve- 4 lamen administrationis furtum temperat, sicque facit cessare actionē furti, præsertim quan-

do res habuit originem à contractu. Alberic. in l. inficiando num. 5. ff. de furt. quem refert Berart de visitat. cap. 23. num. 147. & rationem subdunt: quia in administratore intercipiente pecunias administrationis, etiam in proprios vsus convertendo, non adest dolus verus, sed præsumptus, & propterea non actione furti, sed actione de rationibus distrahendis cõvenitur.

5 Additur alia ratio, quia administrationis velamen tollit qualitatem contrectationis, sine qua furtum non committitur, vt adduxi decis. 2. num. 96. recitat Berart dict. cap. 23. num. 148. proindeque cum furtum in hypothesi reperiri nequeat, delictum non datur, nam si aliquod considerari posset furtum esset, vt patenter conspicitur.

6 Secunda ratio ex eo sumitur, quod hæc administratorũ materia ad instar tutorum regulatur. l. 1. §. ult. ff. de tutel. & ration. distrab. l. adversus Cod. de admin. tut. Escobar de ratiocin. cap. 3. Loscus de iur. Universit. par. 3. cap. ult. nu. 1. atqui tutores non tenentur criminaliter pro gestis in tutelæ administratione, sed tantum civiliter, etiam si ex pecuniis pupillaribus, & cum pupillo-

rum iactura fuerint locupletati; neque experimur vindicari malam tutoris administrationem rigore criminali, sed civilibus remediis, vt mille casus evincunt, quibus videmus ad magnas summas tutores cõdemnari, vt tutelæ gestionem, nusquam autem criminaliter vrgeri, & non essent in ea segnitic creditores, quod si possent criminaliter agere, vellent civilem causam sequi, cum illa vti brevior, & rigidior ipsis sit magis lucrosa, & ad restitutionem interesse civilis etiam devenit, vt infra dicemus: consequens est igitur, vt idem sequi cogantur in hoc casu.

7 Tertia erit ratio, quoniam administrator privatur administratione, si perperam in ea procedat, idque non iudicio criminali, sed civili. Gutierrez de tutel. 2. par. cap. 18. num. 19. Escobar de ratiocin. cap. 6. nu. 5. & 6. Fontan. decis. 546. num. 2. & decis. 548. numer. 12. tom. 2. Ferrer observant. par. 3. cap. 144. num. 1. vers. Ita etiam, ex Claro, & non fieret privatio per iudicem civilem, si ad criminalem spectaret, cum privationis poena quando delictũ extat à criminum iudice imponatur.

8 Quarta succedit, quia quando causa civilis est præiudicialis criminali, istam cessare fa-

facit, ex capitali text. in l. 1. Cod. de appellat. nos cum aliis decis. precedenti num. 27. vbi firmavimus esse causam præiudicialem, si sententia proferenda in ea sit productura exceptionem rei iudicatæ aliæ, per Doctores ibi citatos. Non quippe alio modo non possit dici causa præiudicialis, sed ex eo, quod principalis tunc signum præiudicialitatis appareat, & ad id reducuntur alia ab authoribus designata, veluti quando causæ sunt connectæ, quando vna aliam ad se trahit, & absorbet, vel quando vna per aliam impeditur, aut quoties vna ius actoris in alia absorbet. Farin. *quæst.* 100. num. 78. Latius Cravet. *conf.* 280. num. 1.

9 Planè, quando ex puncto in vna causa decidendo alterius exitus pendet, quamvis iudicatum in vna non sit pariturum exceptionem rei iudicatæ in alia, præiudicialitas etiam intrat. Gratian. *discept. forens.* cap. 394. num. 23. & *seqq.* tom. 2. Clarus in *prax. civil.* lib. 5. §. fin. *quæst.* 2. num. 4. Capic. *decis.* 25. num. 1. Farin. *quæst.* 100. num. 67. Bossi. in *prax. crimin.* tit. de *for. compet.* numer. 124. confirmantes, casu ab eis allato de testibus in casu civili ministratis, qui si de falso ac-

cusentur in causa criminali, hæc redditur præiudicialis civili, cum ab ea dependeat civilis decisio, & determinatio.

In casu controverso, causas civiles criminali præiudiciales 10
omni proculdubio evulgabantur, quia in præmissis causis conatur administrator principalem condemnandum esse ad solvendum reliquationem quantitatum excussarum, & diffinitarum, & quod cederentur ratiocinia posterius habitata ad effectum, vt discussione facta condemnaretur ad solutionem is, qui debitor remaneret; E converso principalis, seu conductor Regius in criminali iudicio puniri administratorem postulat, eo quia dolum, & fraudem commiserit in administrationibus, quarum computa, & visa, & diffinita supponimus: vnde inferre vult administrator evidentem præiudicialitatem, nam declaratio quæ in civili palestra proderit, exceptionem rei iudicatæ criminali pariet; etenim si sententia declaret administratorem creditorem esse sui principalis in tot quantitibus petitis, non poterit causa criminalis progredi, cum dolus, & fraus repulsi remaneant per causarum civilium pronuntiationem in quibus per viam ex-

ceptionis de illis erat opponendum.

- 11 Augetur, quia exceptio doli, & fraudis in iudicio civili interdum opponitur *l. Iulianus 7. & passim ff. de doli except. Princ. tit. inst. de except.*
- 12 hinc dolus contractus propter enormissimam læsionem in civili lite disputatur. *Font. decis. 64. num. 8. cum seq. ex Fabro in Cod. lib. 4. tit. 30. de rescind. vend. diff. 3. & 30. vbi læsionem enormissimam præ se ferre doli præsumptionem, & comparari dolo ex proposito, plenius de his decis. 4. num. 32.*
- 13 Nec est talis exceptio in causa criminali proponenda, donec per iudicem fuerit approbata in causa civili, vt probatur exemplo adducto per Xammar *de offic. iudic. part. 1. q. 15. num. 124. vbi loquitur de eo, qui executionem instavit contra bona debitoris; executus actione criminali voluit agere contra actorem, quia nihil debebat, vel longè minorè summam: affirmat Xammar prius debere facere declarari coram iudice causæ civilis executionis nullitatem, reservata criminali actione, quam postea movebit, non alia de causa nisi quia in illo casu causa civilis criminali præiudicialis cernitur,* vt in nostro: Additur iis,
- 14

quod quicumque dolus in specie prætendatur apud iudicem criminalem, potest civili cognitione reparari, quo casu non permittit ius de criminalitate tractari, sed solum purgari, atque deduci in civili alea *l. eleganter ff. de dolo, & in terminis redditionis computorum scripserunt Gratian. discept. forens. cas. 625. num. 20. Cravet. cons. 6. numer. 105. Roland. à Valle cons. 75. nu. 31. Peregrin. in tract. de iudic. lib. 2. num. 72. Farin. cons. 96. num. 19. & cons. 7. num. 8.*

15 Quintò deducebatur, diffinitis rationibus tractari non posse de dolo, aut fraude commissis, iure scilicet actionis, sed officio iudicis. Escobar *de ratiocin. cap. 41. num. 9. vnde hauriunt Doctores computis dispunctis, atque approbatis, nefas esse disquirere dolum, fraudem, & errorem, quin præcedat declaratio cum causæ cognitione. Gratian. dec. March. 180. in addit. in fin. Escobar de ratiocin. d. cap. 41. num. 29. Mascard. de probat. concl. 252. num. 27. in hac specie de nonnullis rationibus, nedum dispunctis, sed & laudatis, & clausis peragimus; atque ideò quo ad eas criminalitatem suspensam remanere per causam civilem perpenditur.*

- 16 Sextò dicebatur, in facto nullam doli, aut fraudis speciem adesse, sed si aliquis defectus poterat notari, errori dumtaxat veniret tribuendus, & ita extra metas criminalis cognitionis. Giurb. *decis.* 13. *num.* 10. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 35. Novar. *decis.* 221. *num.* 6. cum semper sit attendenda delicti exclusiva præsumptio. Merlin. *contr.* 51. *num.* 28. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 309. *numer.* 8. *cum seq.* Guazzin *defens. reor.* 29. *cap.* 1. *num.* 5. Peguer. *decis.* 14. *num.* 20. Giurb. *consil.* 37. *n.* 37. Surdus *consil.* 516. *n.* 9.
- 17 *decis.* 221. *num.* 6. cum semper sit attendenda delicti exclusiva præsumptio. Merlin. *contr.* 51. *num.* 28. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 309. *numer.* 8. *cum seq.* Guazzin *defens. reor.* 29. *cap.* 1. *num.* 5. Peguer. *decis.* 14. *num.* 20. Giurb. *consil.* 37. *n.* 37. Surdus *consil.* 516. *n.* 9.
- 18 Septimò proponebatur, non esse audiendum conductorem ad accusationem suam, quin prius administratori restituerit instrumenta, libros, *libranzas*, *vales*, & alia quæ bona fide tradiderat illi administrator, ex doctrina expressa Tonduti *quæst. civil. lib.* 2. *cap.* 68. *nu.* 29. ubi *decisum* testatur.
- 19 Descendebat deinde administrator singulatim ad capitula, de quibus accusabatur; & primum, cum intellexisset sibi imputari, quod in libro ubi scribebat granorum reductiones provisionis exercitus respectu tratenutorum, vulgò *entretenidos*, qui stipendijs super pane, & avena gaudent, artifi-

ciosè folia fuerunt obtruncata, ob idque præsumendum esse, administratorem in hisce truncationibus, dolum, & fraudem admisisse.

Respondere huic capitulo 20 administrator, istud genus solutionum per chirographa, vulgò *libranzas* ab officiis, vulgò *Veeduria*, y *Proveeduria* fieri consuevisse, & cum eorum ostensione actori facienda satis sibi esse consultum, & nullo alio indigere documento, & sic librum voluntariè efformasse pro usu suo, & faciliori rerum expeditione, & rationem satis verisimilem reddebat foliorum abscissionis, atque ideò diluebat delictum; cum falsitates, 21 & abrasiones librorum, & scripturarum non puniantur, dum nocere aliis non possint, neque proficere scribentibus. Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 524. Cyriac. *contr.* 131. *num.* 15. & 51. ubi testatur de veriori, & magis communi, & *controv.* 637. *num.* 67. *tom.* 4. Uermigl. *conf.* 232. *num.* 7. Thesaur. *decis.* 171. *num.* 2. Conciol. *allegat. for.* 89. *num.* 34. Calvinus *de equit. lib.* 2. *cap.* 190. post Sylvanum *conf.* 7. *nu.* 11. Vulpel. *conf.* 129. *tot.* Morot. *conf.* 61. *num.* 5. Ant. de Ball. *tract. crim. lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 45. & posse reddi ratio- 22 nes sine libris, dum per instru-

men-

menta legitima de eis constet, decisum fuit in Rota Romana apud Ludovis. *decis. 199. nu. 8.*

23 Eludebat etiam aliud accusationis capitulum administrator circa fraudem, quam commisisse gravabatur, dicendo quod ad pecuniam reduxerat multo maiora chirographa, sive *libranzas*, quam in prælibato libro posuerat, & conscripserat, & quod ea fingebat, ac si in granis Officialibus solvisset, cum quo reductionis lucrum sibi administrator dolosè usurpaverat, ut actor aiebat; præsertim quippe quando administrator in granis solutiones faciebat, non suis dabat manibus, sed scripturas, vulgò *vales* conficiebat factoribus forensibus directa, ut grana in chirographis, seu *libranzas* expressa darent: Responsio aperta reddebatur, asserendo omnes illas scripturas, seu *vales* in manibus actoris residere, & sibi facile constiturum, quid in granis, quidque in pecunia præstitum erat, & indagatis chirographis, certum mansurum in nullo damno futurum actorem, & sic repulsum manere omne crimen.

24 Nec dolum continere aliud capitulum proponebat administrator, dum ei obiiciebatur, quod reductiones quas fecerat,

fuerant pro minori quantitate, quam in rationibus expresserat, & similiter, quod in debitum principalis depingebat plures emptiones granorum in altiori pretio, quam emisset, sicque aperte his fraudem inesse: Evasio in facti negatione sistebat, nihil tale probari posse asseverando.

Quartum capitulum consistere dicebatur, in falsa enuntiatione partitarum granorù, quæ in computis declarabat administrator à certis personis emisse, cum tamen illæ nunquam ipsi vendidisse affirmarent; Occurrebat huic pariter 25 administrator, exponendo liquere per apodigias, & alias scripturas, sive *libranzas* (quæ instrumenta mandatorum de solvendo vocat Carleval *de iudic. tit. 3. disp. 6.*) & apparere de omnibus granis ratione suæ administrationis consumptis, sicque parum referre, velemisse à personis per eum expressis, aut ab aliis, vel quod sua propria essent, aut aliunde quæsitæ; nam hæc dolum non 26 includerent, sed falsam demonstrationem imbiberent, in qua non cadit delictum, neque debet attendi in civilibus, nec in criminalibus, in contractibus, nec aliis negotiis. *l. 1. in fin. ff. de dot. præleg. l. demonstratio. l. fal-* 27

l. falsa, l. cum tale §. fin. ff. de condit. & demonstr. Mandel. conf. 83. num. 27. Beroi. conf. 42. num. 3. vol. 2. & consil. 64. n. 8. vol. 3. Mascard. de probationib. consil. 504. nu. 17. & 18. Larrea alleg. fiscal. 40. num. 15. 17.

- 28 Duplicatio partitarū granorum in creditum administratoris, & debitum principalis sui, quintum capitulum edocere putabatur: Sed huic administrator satisfaciebat, culpam in principalem vertens, in quo, & propriam, & alienam allegabat turpitudinem; O auriam nunc vilissima fames, quid non mortalia pectora cogis!
- 29 Turpissimum quidem esset sceleratum lucrum à Rege percipere, nequiter ita vassallorum legi obsequendo, si Regi tanta abominatione fierent fraudes, cui opes, & operas debemus. Ille plurimos ad divitias erigit, ad honores evehit, & nihil operatur, quod vassallorum decus, & ornamentum non augeat. Teterimum ergo foret naturę genus, & abiecti animi opus, Regias intercipere pecunias tanto cum dedecore, & nequitia: Utiq̃am Regię possent legiones subsistere absque tam gravium vsurarum præstationibus, vt hac tempestate conductiones, vulgò *assientos* concluduntur, quo fit vt nus-

quam conductoris inextinguibili siti plenè sit satisfactum, à Regiis Ærariis ingentes summa absint, & exercitus admodum patiantur: Nefaria esset hæc calumnia administratoris, si supponatur calumnia, vt præsenferat Cassiodor. *lib. 9. epist. 3.* ibi *Aurum siquidem per bella quarere nefas est; per maria periculum; per falsitates opprobrium,* & iterum sententiosè *lib. 4. epist. 4.* per hæc verba: *Hoc itaque præclaro desiderio illustrem virum Senarium comitiva patrimonii dignitate subveximus qui calumnia non lætetur, nec patrimonii autoritate suffultus de nostro faciat terrore compendium, sed ius æquabile possit tenere cum ceteris, unde nobis placere respicit servientes;* Sed plures sunt mercatorum artes, & astutię captu difficiles, & nervosæ, de quibus, & qualiter se gerere debeant in suo officio. Fontan. *decis. 91. 293. & seq. tom. 1.* Solorzano *lib. 6. polit. cap. 14.* Surdus *dec. 313.* & ibi eius additionator Hodierna, qui doctè declarant differentiam inter artificem, mercatorem, & negotiatorem, latè Scaccia *de commercijs* passim. Reg. Rovitus *in pragmat. ne mercat. offic. prohib. num. 3.* Interest tamen Reipublicæ mercatorum vsus, & merca-

30

31

32

33

- catura. Leotard. *de usur.* q. 2. num. 8. Solorzano *lib. 2. polit. cap. 13. impr. & fol. 131. vers. T* *verdaderamente, & lib. 6. cap. 14. in princ.* Robertus *lib. 2. rer. iud. cap. 16. fol. 185.* & di-
tius est illud territorium, quod mercatoribus, & mercatura abundat. *l. 4. vbi Gregor. Lopez glos. 1. tit. 7. par. 5. Seneca lib. 4. de benefic. cap. 13. Reg. Matthæu de regim. Reg. Valent. cap. 11. §. 4. n. 7. & passim.*
- 34 Evanescebat quintum capitulum ex deductis per administratorem, dum in eo fundari credebatur, quod in computis calculatis nullum creditum principali dederat de quibusdam litteris quas ei ad solvendum Matrini direxerat.
- 35 At esto hæc ita forent, in-
quiebat, quod à crimine omnino alienum est, dantem litteras, ipsas non ponere in creditum recipientis, si de solutione ei non constet, cum non sit danda fides illi, cui ad solvendum fuerunt missæ, donec legitime de solutione liqueat. Ripoll ad Peguer. *in prax. civil. rubr. 29. num. 99. Gayto de credit. cap. 2. tit. 7. ex nu. 2377. Rota decis. Genuæ. 1. numer. 6. Fontan. dec. 124. num. 2. 3. & 4. Carleval de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 6. num. 24.* Alia ponderabat administrator, quæ do-
lum protinus removebant, & amplius monebat omissionem istam, siquæ fuisset, non dolo, sed oblivioni imputandam fore, maxime cum esset pluribus negotiis intentus. Mascard. *de probat. concl. 1127. nu. 12. & 16. Menoch de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 26. num. 4. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 32. num. 1. Valenz. conf. 24. numer. 10. tom. 1. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 946. num. 4. Surdus decis. 222. n. 17. vbi Hodierna, & pluries in Rota decisum refert Gratian. tom. 4. disc. for. cap. 711. num. 11. nec non Gamma in decis. Lusit. 122. & 148. quin obstat Farin. conf. 23. & 96. cum aliis, nam intelligi debent de partitis, quæ verè debebantur, & administrator negabat, qui casus à controverso longè fecernebatur, cum consistat in summis, quas nec constat deberi, nec administratorem inficiari, sed oblivione prætermis-
sæ iudicari possent; & interdum negotiatio ipsa oblivione, aut errore facta præsumitur. *l. penult. ff. de confess. Beroi. conf. 189. num. 9. col. 3. præsertim cum elapsi essent plures anni post redditas rationes, ex firmatis per Cevallos comm. quæstion. 98. Garzia de nobilit. glos. 12. nu. 29. Menoch. lib. 2. de arbitrar. cas. 20. & lib. 6. de**

39 6. de *presump. presumpt.* 32. & à quibus oblivio excuset, docuerunt Sanchez *lib. 1. summ. cap. 16. & 17. Diana to. 6. tract. 1. resol. 38. à num. 8.*

40 Capitulum septimum continere ferebatur, quod administrator penes se retinuerat firmas non impletas, vulgò *en blanco*, quas principalis ei traderat, & neglexerat restituere. Negabat factum administrator circa existentiam firmarum in sui posse, quo solo accusationem hanc elidere cogitabat; ulterius non constare asserbat, quod cum dictis scripturis, seu firmis quicquam scripisset ad sui favorem, nec quod eis usus esset, imò instrumento publico se paratum esse, promittere dicebat, nullo tempore illis usurum, & in hisce terminis satisfieri declaratum fuisse allegabat, ad relationem litteratissimi, ac integerrimi Senatoris Joannis de Colomer Regia provisionali sententia lata 1. Junij 1683. in causa vertenti inter Franciscum Potau, & Hermenigildum Grafes mercatores, Scriba Fabra, in qua, non obstante quod dictus Potau cum scriptura guarentigia se obligasset ad solvendum certam quantitatem, eam satisfecit cum litteris cambii, quarum duæ fuerunt protesta-

tæ, & cum idem Potau litteras deperdidisset, executionem contra præfatum Grafes instavit litterarum vigore, & prætendente Grafes ad solutionem quantitatis in litteris expressæ non teneri, propter periculum quod facta solutione posset memoratus Potau litteras edere, & exigere ab eo, qui protestaverat, cum nihil vetet aliquem solvere summam in litteris contentam, postquam protestavit: nihilominus fuit pronuntiatum dictum Grafes solutioni esse obnoxium, eo tamen proviso, quod prius antedictus Potau idoneè caveret, se restitutum præmissam quantitatem, quandocumque constaret illum ad quem litteræ fuerant directæ exsolvisse, quavis præcessisset anterior illa protestatio; Adiecto etiam, quod prænominatus Potau iuraret penes se non habere præmentionatas litteras cambii originales.

Hucusque pro administratore, qui sibi debitorem, principalem iactabat, & ut à solutione evaderet, querelas istas criminales affectasse, ad instar ingratorum, de quibus Seneca *lib. 1. c. 1. de benefic.* exclamavit hoc sermone: *Multos enim experimur ingratos, plures facimus, quia aliquando graves ex-*

probatoresq; exactores, sumus: aliquando leves; & quos paulo post muneri sui pœniteat. Aliquando queruli, & minima momenta calumniantes: ita gratiam corrumpimus omnem: non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus; lungebat Ecclesiast. 5. 7. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subverti iustitiam in Provincia, non mireris. Et Lucæ 3. 14. Neminem conculcatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris. Et I. Cor. 6. 7. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis.

42 Deveniamus nunc ad accusationem constabiliendam, ad quem finem præiiciebatur, ex quolibet delicto duplicem oriri actionem, civilem, & criminalem, posseque offensum agere civiliter, vel criminaliter; hoc medio, publica ultio intenditur, & pœna quæritur; illo, interesse partis inspicitur, & prosequutio rei familiaris, & ut dicitur bursa, seu commodum proprium. l. fin. ff. de priv. delict. l. fin. ff. de furt. l. 1. & ibi glos. Cod. quando civil. action. criminal. præiud. Angel. de malef. in verbo, & ad querelam Titii vers. 1. Bartol. in l. 1. §.

unde queritur ff. de publ. & vectigalib. Maranta in specul. 4. p. distinct. 1. n. 4. Boslius in pract. crimin. tit. quomodo procedatur per act. in delict. Clar. in §. fin. quest. 1. vers. Ego tamen pro clariori. Farin. in tit. de var. ac divers. questionib. quest. 100. num. 7. Buccaronius de diff. inter iudic. civile, & crimin. præm. 5. num. 1. qui exemplum 43 ponit in crimine suspecti tutoris, cuius accusationem dupliciter intentari vult, vno modo civiliter, idest ad effectum tutorem removendi ab onere tutelæ, & alio criminaliter, ad finem ut imponatur pœna pro malè gestis fraudulenter, & dolosè. l. 1. §. suspectus ff. ad Turpill. l. cum quem Cod. de suspect. tutor. l. 1. ff. eod. l. 1. §. item solent ff. de off. præfekt. vigil. & Instit. de suspect. tutor. in princ. & §. si quis eod. tit. Similiter 44 etiam commonstrat in crimine furti, nam pro rebus ablatis potest agi dupliciter, civiliter videlicet ad privatam utilitatem, & criminaliter pro interesse Reipublicæ. l. fin. ff. de furt. cum concordantib. Dec. cons. 520. nu. 1. Addo quod ser- 45 vo occiso competit iudicium civile, & criminale: Civile rem persequitur, idest quod à patrimonio actoris abest, & ultra rem persequitur etiam pœnam

nam pecuniaria: Criminale vero exquirat solam vindictam, & punitionem publicam. Optimus tex. in l. sepulchri 9. ibi: *Cum hac actio non ad rem familiarem eiusdem, magis ad ultionem pertineat, de sepulch. violat.* Civile iudicium postulat utilitas privata. Criminale vigor publicæ disciplinæ; utrumque in pulcherrimo legitur tex. l. locatio 9. §. quod illicita ff. de publ. & vectigal. ibi: *Quod illicitè, publicè, privatimque exactum est, cum altero tanto passim iniuria excluditur; per vim vero extortum cum pœna tripli restituitur, amplius extra ordinem plectuntur. Alterum vigor publicæ discipline postulat.* His alia habes exempla, quibus plura possent adiungi.

47. Dum tamen in hoc sumus, scias, quod quando ex eodem facto oritur actio civilis, & criminalis in favorem eiusdem actoris, potest is ab initio eligere, qua agere velit, sed non valet simul duabus uti, & si elegerit actionem civilem, non potest cumulare criminalem. Thesaur. decis. 18. ex numer. 3. Ant. Gomez tom. 3. var. cap. 1. num. 11. & ibi eius adductor Ayllon. Farinac. decis. 201. criminal. ex num. 1. vol. 2. quæ est apud Socin. decis. 123. idem Farin. in prax. crimin. q. 100.

cap. 3. ex num. 123. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 2. ex num. 1. Lancellot. de attentat. 2. part. cap. 4. limit. 23. num. 24. Carleval de iudic. tit. 2. disp. 6. num. 2. qui num. 3. exponit secus tenendum esse, atque sequendum finitoprimum iudicio civili: nam tunc potest actor intentare criminale, & è contra, finito criminali iudicio primùm intentato, potest introducere civile.

48. Accedamus hisce præcognitis ad rationes actoris: Prima proponatur, quod dolus delictum est, tenet glot. in l. 1. verbo crimine scilicet dolo ff. de fideiuss. tutor. & roboratur ex l. 1. §. planè, ff. de tutel. & rationib. distrabend. ibi: *Quia proprii delicti pœnam subiit, ubi dolus delictum appellatur, quem textum ad istud propositum apprimè extollit Iass. in lectura l. admonendi ff. de iure iurand. Paul. de Castro in l. mora. n. 13. ff. solut. matrim. ubi dicitur quod si non cadit in proprium nomen delicti, vocatur crimen stellionatus, & explicavi dec. 4. num. 33. Sed pro delicto debet quis puniri: ergo solo dolo exstante.*

50. Secunda, quia administratoris fraudem, & dolum, posse criminali ultione puniri, crebrior, & certior est Doctorum sententia, eo quod, vel subter-

fugit rationes administrationis reddere, & tunc propter crimē, quod cum suo dolo, & fraude patravit, tenetur pœna quasi falsi. *l. 1. §. 1. vers. Tutor, & ibi Bartol. ff. ad l. Cornel de fals. Gregor. Lopez in l. fin. glos. buena cuenta, tit. 19. par. 6. Guierrez de tutelis 3. par. cap. 1. num. 6. & 9. Salgado de credit. concurs. par. 1. cap. 41. num. 14.*

51 Vel pecunias administrationis proprios in usus convertit, & crimen furti incurrit. Alex. Imola, & moderni in *l. Pomponius §. facta ff. de acq. posses. & cum Rolland. Menoch. Anton. Galeat. Malvas. cons. 113. num. 8. & aliis, docet Joann. Gutierrez de tutel. 3. par. cap. 1. num. 55. cumula præmissa num. 37.*

52 Vel reliquum solvere renuit factō calculo, & tunc delinquere, & posse capi, & carcerari pro solutione reliquorū scripsit Bartol. in *l. 1. §. 1. vers. Sic tutores ff. de fals. quem refert Addit. Castell. in l. 79. Tauri. Escobar de ratiocin. cap. 35. ex num. 1. Bovadill. in polit. lib. 3. cap. 3. ex num. 50. defendit strenuē Salgado in labyrinth. credit. par. 1. cap. 41. num. 7. in specie administratoris concursus, etiam nobilis, & tradit loquentes de tutore, seu curatore minoris, de administratori-*

bus positi, & bonorum Civitatis: Sequitur igitur posse puniri dolum, & fraudem huiusce administratoris.

Tertia subnectitur ratio; quoniam causa criminalis principaliter intentata efficit, ut supersedendum sit in civili; & silere debet iudicium civile, donec tractetur de criminali; tum ratione præiudicii; tum ratione maioritatis; cum causa criminalis maior sit civili; quā resolutionem pro regula tradit expresse tex. in *l. quoniam civili ult. Cod. de ord. iudic. Capic. decis. 25. n. 2. Grammat. decis. 60. num. 23. Hieronym. de Laurent. decis. 10. nu. 3. Merlin. decis. 51. num. 1. & 2. Mastrill. decis. 220. n. 1. Cæsar de Grass. decis. 92. aliàs decis. 3. de exception. num. 1. Puteus decis. 93. Agebat Alexander num. 1. lib. 1. Farin. in prax. crimin. q. 100. num. 59. & cons. 199. ex num. 1. & ex nu. 14. lib. 3. Trentacing. var. res. lib. 1. tit. de iudic. resol. 7. ex num. 1. Faber diff. 1. tit. 18. lib. 9. Cod. quos refert, & sequitur Carleval de iudic. tit. 2. disp. 6. num. 4. qui num. 6.*

54 quot modis causæ præiudiciales sint exprimit, & inter alios eum deducit, quoties causa criminalis est exclusiva iuris agentis civiliter, & num. 7. definitione comprehendi omnia exem-

exempla concludit ita, quod præiudicialis causa illa sit, quæ ex natura sua postulat, ut prius de illa iudicetur in concursu aliarum, & ibidem ex aliis confirmat, ac exemplis exornat, & numeris sequentibus proficitur.

55 Ex qua Carlevalii traditione efficacior redditur tertia ratio, quia in occurrenti specie exposcit evidenter causa criminalis, quod prius iudicetur de ipsa, quam de civilibus; est enim illa exclusiva iuris agentis in iudicio civili; parum enim prodesset credita administratori competere, si fraudibus, & dolis in illis se gessit, quo pacto creditor effectus est; & hæc fortius urgent, æquiparatione sumpta à falsitate imputata testibus, qui in iudicio civili deposuerunt, & aliis casibus recensitis per Carleval. quibus præiudicialitatem intrare ex multis probat, & consequenter ut idem in præsentiarum fateri cogamur prætenditur.

56 Sic utraque pars pugnabat, ad ultionem una, ad defensionem alia, seu verius ita certare possent, plurima enim discussimus ab illis prætermissa pro negotii indagine, res erat unde quaque ardua propter argumenta superius ponderata; Et tametsi Const. vnica tit. Com

se deu declarar lo dupte, si la causa es civil, è criminal præfixerit iudicibus ad declarandum in istis causis octo dies, etiam si cum eis includantur feriat, & sint computandi postquam per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curia, vel per aliquam partem fuerit opposita exceptio, disponendo id tempus esse præcisum, & peremptorium, cum impositione pœnæ ibidem contentæ: Nihilominus pars quæ dubium firmaverat die 4. Decembris 1686. Supplicationem obtulit die 20. Februarii eiusdem anni, qua retulit sibi inter informandum fuisse dubia exposita pro negotii decisione occurrentia, & allegationem in iure elaborare, quam ob temporis angustiam, non terminaverat, quare petiit prorogari dubii declarationem per congruum tempus, & Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis decretatione dicto die 20. Februarii facta, prorogavit tempus pro declaratione supradicti dubii usque ad diem 2. mensis Martii tunc proxime venturum, servatis constitutionibus; in quo sua Excellentia constitutionis intellectum aperiendo, propositionem illam tritam approbavit, qua crudimur, quod quantumcumque præcisus, & peremptorius sit

fit terminus ad probandum, tenetur iudex porrigere, & ampliare iuxta existente causa, veluti si non possit intra terminum legis opportuna probatio fieri. Canc. *par. 1. cap. 20. num. 109.* & *par. 3. cap. 18. à num. 107.* Ioannes Anton. ab Ecclesia *par. 1. obser. 53. num. 21.* Fontan. *decis. 2. num. 6. cum seqq.* Senator Xammar *de offic. iud. par. 1. q. 6. à num. 93.* Fermosin. *in cap. 1. q. 2. à num. 7. & q. 3. à n. 2. de dilationib.* Reg. Cortiada *decis. 21. num. 29.* Reg. D. Laurent. Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 10. §. 2. à num. 160. cum seqq.* in terminis dilationis foralis, quæ non poterat prorogari; & fuit observatum Regia provisione facta 20. Octobris 1677. referente virtutum, & litterarum candore, ac præstantia approbatissimo olim Senatore Nobili Don Josepho de Ferrer in causa Ioannis Hieronymi Queffi mercatoris contra Antonium Nicolas Pascasio, & Benedictum Boffill, in qua fuit provisum locum fuisse prorogationi dilationis contrarii imperii, & ultramarinæ ad probandum petitæ pro parte Vilarrubia, Bensi, & Boffill, & fuit prædictus terminus contrarii imperii prorogatus ad menses duos.

Rationem subministrat Fō- 58
tanell. *diēt. decis. 21. numer. 3.* quia quando pro aliqua causa terminanda, & decidenda fuit assignatum certum tempus, ille terminus, & illius præfixio, debent recipere interpretationem à iure, si causa intra illum terminum potest expediri. Sequitur Paz *de tenuta cap. 39. num. 33.* & in terminis dierum contrarii imperii, qui sunt decem præcisi, & peremptorii, quod etiam ex causa teneatur iudex devenire ad prorogationem, docuerunt Canc. *part. 1. var. cap. 20. num. 109.* & *par. 3. cap. 18. num. 107. cum seqq.* Ripoll. ad Peguer. *rubr. 16. num. 32.* si agatur de considerabili præiudicio. Hæcque iuvantur Const 59
Statuim 8. *tit. de supplic. de sentenc.* quatenus in specie supplicationis à provisionibus intermediis, quæ causæ ex eisdem actis sunt terminandæ: statuit posse dari secundam dilationem, seu fatale, casu quo lis sit ardua, & magni interesse, exemplificans ita; veluti si tractetur de Baroniis, vel statibus.

Tempus est, ut quò iudicā- 60
tium statim inclinaverit, veritate, & iure suadentibus enuntiemus; distinctionis fædere controversiâ peracutissimi Senatores dirimerunt, cruditio-

rione innotescunt disertissimi
 iudicantes, Nobilis Don Jo-
 sephus de Balaguer in tertia Au-
 la assidens, egregius Michael
 Ioannes de Taverner & Rubi,
 Nobiles Don Bonaventura de
 Tristany, Don Iosephus de
 Pastor & Mora, ac Don Fran-
 ciscus de Cancer, hic Iudex
 Regiæ Curia, alii autem duo
 Aularum Civilium Senatores,
 eorumque acumen confirma-
 runt pronuntiando, quoad cõ-
 puta examinata, & discussa cõ
 quietatione, & liberatione fi-
 nita, cognitionem spectare, &
 pertinere ad Regium Crimi-
 nale Concilium; quo verò ad
 rationes adhuc non dispunctas
 civili iudicio debere perpendi:
 moti fuerunt Domini, præter
 fundamenta, quæ pro actore
 satis, superque enervavimus, ex
 inexpugnabili doctrina *nu. 54.*
 exposita, quæ dicat causam
 criminalem cessare facere civi-
 lem, quoties est exclusiva iuris
 agentis civiliter, prout supe-
 riùs depromebamus ex Carle-
 val *de iudic. tit. 2. disp. 6. nu. 6.*
 quæ consideratio maiori ad-
 huc vi, quam supra ei tribue-
 bamus viget respectu rationum
 finitarum, quippè actor qui vi-
 gore instrumentorum diffini-
 tionum asserit se creditorem,
 & petit quantitates superiùs
 exaratas, omnino excluditur

extantibus fraude, & dolo per
 eum commissis in illis instru-
 mentis, nec quicquam ei iuris
 superest, si calliditates, & ma-
 chinationes suæ detegantur:
 nihil mirũ ergo, quod in hacce
 specie iudicium criminale fa-
 ciat supersedere civile.

Attamen respectu rationum 62
 exaudiendarum, & traditionis
 schedularum ad idem facien-
 tium, aliter se res habet: nam
 donec eæ sint calculatæ, debi-
 tum liquidum reperiri non po-
 test, quandoquidem remanet
 incertum negotium, quousque
 rationibus trutinatis reliqua-
 tus veridica liquidatio facta
 sit, vt in terminis societatis fir-
 mavit Giurb. *decis. 15. numer. 3.*
 vbi quod societatis instrumen-
 tum mandari non possit execu-
 tioni pro capitali ante reddi-
 tas rationes, & antea docue-
 rat Canc. *var. res. par. 3. cap. 7.*
de pact. num. 330. & cap. 15. de
renunt. num. 317. & iudicatum
 non semel fuisse testis est Ne-
 gusant. *de pignor. par. 5. memb. 1*
n. 37. Alexand. *conf. 192. vol. 7.*
 Iass. *conf. 100. vol. 4.* Ancar.
conf. 235. num. 1. Grammat. *conf.*
civil. 114. num. 11. & aliis, benè
 Barz. *decis. 86. num. 40.* de tu- 63
 toribus, & cæteris administra-
 toribus idem cõcludunt Canc.
var. 1. cap. 7. num. 81. & 82. Gu-
 tierrez *de tutel. par. 3. cap. 1. nu.*

53. Baeza *de decim. tutor. cap. 2. num. 168.* Cavalcan. *de tutor. num. 214.* Escobar *de ratiocin. administr. cap. 21. num. 12. 22. in fin.* Rot. Genuen. *decis. 191. n. 5.* Tusch. *tom. 3. litt. E. concl. 408. num. 8.* Turret. *conf. 60. nu. 19. vol. 1.* Sequitur Burat. *decis. 58.* adde Carleval *de iudic. tit. 3. disput. 7.* Salgad. *par. 3. labyr. cap. 7. à num. 20.* Valenz. *conf. 147.* & fuit in Regia Audientia decisum 23. Ianuarii 1668. in causa Protectorum Hospitalis Pauperum Beatæ Mariæ Misericordiæ Civitatis Barchinone contra Mariam Annam Martin, & Corretja, referente Nobili Ioanne Baptista Pastor, tunc nostri cætus Senatore, alibi elogiorum commendatione adscripto, Actuario Ferrer.

64 Sanè distinctionem quam fecerunt Regii Senatores, non incongruè comprobavit Escobar *de ratiocin. cap. 42. num. 18. & 19.* asseverans, quod si Regius Administrator dolosè prætermiserit se onerare de aliqua parcella, vel in datis computaverit illam, quam revera non solvisset, pœna tripli pleçitur, & hæc distribuitur æquis portionibus inter Fiscum, & Iudices Regii patrimonii; & ad ulteriora pergens, declarat sententiam eorum, qui sentierunt prædicta pœna non puniri ad-

ministratorem si per annum ad minus non steterit in occultando dolo à die rationis calculatæ; eam opinionem intelligens si adhuc in administratione persisteret; secus vero si iam totius administrationis rationem reddidisset, & apocham quietationis recepisset, quæ vulgò *finiquito* vocatur, quia ex hoc (inquit Muños Escobar) dolus, & vsurpandi animus probatur: en quomodo inter ratiocinia terminata cum quietatione, & liberatione, & ea quibus hæc circumstantia deficit evidens dignoscitur differentia respectu malitiæ criminis, & doli administrantis; annuit huic similiter discrimini Berart. *de visitat. cap. 23. num. 148.*

65 Oritur ex supra libatis, rationes semel redditas, extante in ipsis dolo, seu errore reiterandas esse, vt officium iudicis prodesse ad retractandam calculationem, tamen si quietatio fuisset generalis, iurata, cum clausula ex certa scientia, & similibus, vt ex Rolland. *conf. 49. num. 62. vsque ad 56. lib. 1.* Ancar. Socin. Paris. & alijs adductis à Thesaurò *decis. 74. num. 6. & 7.* Muños *de ratiocin. administr. cap. 5. num. 10. & cap. 40. num. 13. vsque ad 17. & cap. 41. num. 4. vsque 30.* & tuetur

Gra-

66 Gratian. *discep. forens.* 761. nu. 5. tom. 4. ubi vult, assertionem istam procedere, etiamsi error esset confirmatus per sententiam iudicis, si esset magni ponderis, & præiudicii; Et num. 8. ampliat Gratian. stante etiam pacto, vt tales calculi sint observandi, nec contra eos veniri possit sub prætextu erroris; & num. 20. superaddit, probandam pariter esse præiactam præpositionem, si in instrumentis adsint clausulæ amplissimæ, renuntiando exceptionibus doli, licet commissi in liberatione ipsa, nec non metus; & fraudis, falsæ causæ, falsæ assertionis, in factū actionis, & alijs complurimis. Placet etenim responsio Gratian. num. 21. affirmatis, quo plures clausulæ ponuntur, eo magis redolere fraudem, & dolum, ex Bald. *consil.* 245. volum. 2. lib. 1. Aymon. *consil.* 241. colum. 10. post princ. vers. Postremò Menoch. *consil.* 1. num. 435. & in fortioribus terminis Costa *de fact. scient. & ignorant. inspect.* 6. in responsu ibi opposito num. 9.

67 vbi in fine edocet, non esse recedendum à firmatis, etiamsi allegetur, quod liber rationum factis calculis fuit laceratus. Pedroe. *consil.* 3. num. 47. & 154. adeundus Pareja *de instrum. edit. tit. 9. ref. 3. num. 22.* qui dis-

crimen assignat inter editionem instrumentorum, & rationum disputationem, sentiens, istam repeti non posse nisi errore legitimo apparente, illam verò præstari deberi toties quoties oportuerit; Et de errore calculi probè Ricc. *part. 3. collect.* 719. & *part. 4. coll.* 1149. Escobar *de ratiocin. cap.* 38. & quo tempore error præscribatur Bovadilla *in politic. lib. 5. cap. 4. num. 75.* Escobar itidem *de ratiocin. cap. 41. num. 15.* Escalon. *lib. 1. Gazophilac. part. 2. cap. 9. num. 6.* & *cap. 15. num. 14.* & seq. Solorzano *tom. 2. de iur. indiar. lib. 2. cap. 12. num. 26.* & 29.

Provenit insuper ex superius elucidatis, confusa, & intricata computorum redditione cum dolo vero, aut præsumpto, delictum prodi, & ostendunt Bovadilla *in politic. lib. 5. cap. 4. num. 71.* Escobar. *de ratiocin. cap. 42. num. 19.* Durlat. *consil.* 325. num. 25. componitque pro vindicta furti actio, Bavadilla, & Escobar, qui nuper Lossæus *de iur. univers. par. 3. cap. ultim. num. 40.* Salgad. *credit. lebyr. p. 1. cap. 41. num. 12.* Farinac. *consil.* 96. num. 20. Et eo magis in scelus incidit, si rationum falsarum, seu fraudem, & dolum continentium fulcimine pecuniam principalis administra-

tor penes se retinet, hac via debitoris nomen, & onus subterfugiendo, & alienas facultates vsurpando Caball. *resol. crimin. cas. 99. à num. 40.* Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 31. num. 2.* Socin. *conf. 213. num. 12. lib. 2.* Cacheran. *decif. Pedemont. 70. sub num. 9.*

- 72 Consolidat omnia præmissa pro statuenda memorata differentia, & discrimine inter rationes discussas, & examinandas, elegans aliud fundamentum: quoniam donec examen sit absolutum, & adimpletum, actus non dicitur perfectus; adimpletur autem per liberationem, seu quietationem administratori præstitam, & donec fuerit exposita quantitas reliquatus, & declaratum liberationem esse elargiendam, nõ dicuntur rationes calculatæ. Bartol. *in l. semel Cod. de apoch. publ. lib. 10.* notant Ioan. Monach. Archidiac. Ioan. Andr. *cap. unic. de Cleric. degrotant. Paris. conf. 89. num. 1. vol. 1.*
- 73 tempore enim factæ calculationis reliquatus nihil superest agendum, atque ita actus perfectus consideratur, iuxta tritum dictærium: actum dici, cum nihil relinquatur agendū, ex tex. *in l. cum Syllanianum, vbi Iass. num. 3. Cod. de his, quibus est indig. l. pen. Cod. ad*

Syllanian. l. Titia ff. de verb. oblig. Flamin. Paris. de resigu. benef. lib. 8. quæst. 8. num. 42. & 97. Ant. Monach. *lucen. decif. 28. num. 12.* Girond, *de privilegi. seu exempt. explicat. num. 1133.* Thomas de Thomasset. *in florib. leg. res. 199.* Rota *decif. 225. num. 7. in fin.* apud Farin. *part. 2. recent.* ex quibus etiam hauries, actum non posse appellari, cum quid agendum remanet: Unde fit, quod calculatis rationibus, reliquatus summa excussa, ac quietatione, liberationeque administratori impensa, delictum dicitur consummatum, nec satisfaciet administrator se pròptum offerendo ad tollendas has, vel illas partitas à codicibus, quod benè facere valeret actu adhuc non adimpleto; cum explorati sit iuris, in delictis nondum perfectis locum esse pœnitentiæ, non verò in consumatis, si actio ex delicto descendens sui origine pœnalis sit. Salicet. & alii *in l. 1. Cod. de crimin. stellionat.* Schander. *de feud. par. 10. sect. 4. numer. 157.* Azevedo *l. 4. num. 76. tit. 17. lib. 8. recopil.* Pafet. *conf. 181. num. 12.* & iis citatis Giurba *conf. 64. num. 12.* optimè Bucaton. *de different. inter iud. civil. & crimin. diff. 170. tota,* post Bartol. *in l. qui ca mente ff. de*

de furt. qui textus est ad hanc rem apertus. Paul. de Castro in l. *quamvis* Cod. de in ius vocand. Clar. in prax. crimin. quest. 16. vers. Item quero, vbi testatur de communi, & q. 60. vers. Fui quandoque interrogatus. Farin. q. 124. num. 177. & aliis multipliciter distinguens: quibus perpensis, quamvis Paulus N. & alii cum supplicatione allegassent in Regio Consilio, quod ipsi amplius non piscarent cū retibus, vulgò *Ganguils*, & quod non existimaverant contrafacere sententiis Regiis talem modum piscandi prohibentibus; quia tamen post præsentationem Regiarum sententiarum, & litterarum exequutorialium, ipsos contravenisse constabat, fuit facta provisio Regaliæ, iudicium in Curia datum 13. Maii 1659. referente Nobili Don Josepho de Rull tunc Iudice Regiæ Curia, alio loco encomiis concelebrato, Actuario Oriol & Marcer.

74 Rectè igitur comprobatum ex his manet, rationibus integrè dispunctis cum reliquatus excussione, ac quietatione sequuta, fraude, & dolo detectis, delictum emergere iudicio criminali punibile, adeo quod tunc administratori non proffit retractatio ab scriptis, & omif-

sis, seu neglectis in codicibus, quod secus erit si examen rationum complementum non habuerit; ideoque firmiter propugnata enitescit cōclusio Regiorum iudicantium, quæ huius decisionis scopum tribuit, & distinctio doctissima, qua dubium fuit refecatum.

Profecto reiterantur rationes dolo extante, vt præcognitum fuit num. 65. delictum dispicitur, vt proximè firmavi, & punitur administrator, veluti præter Doctores supra relatos, tenuerunt Paris. de Putæo in tract. de syndicat. cap. 5. vers. An in causa pecuniaria num. 1. vers. Que limita. Alexand. conf. 77. num. 8. lib. 1. Francisc. Casson. in tract. de torment. cap. 8. §. de non torquend. in causis civilibus, refert Escobar de ratiocin. cap. 20. à num. 1. vbi de eo qui dolo rationes intricavit, & conturbavit, ita vt veritas apparere non valeat, in qua sententia maior manifestè numerus Doctorum concurrat quam supra allegatus pro contraria num. 15. hac adiecta ratione: Negari non posse, eum qui pecuniam administrationis ob falsitatem in datis, vel receptis pœnes se retinet, pravum administratorem apertè cognominari, vt omnes fentur. Socin. conf. 109. vers. con-

Ecz fir.

- firmat col. 2. Paris. conf. 90. nu. 29. lib. 1. Alciat. resp. 46. tom. 2. lib. 6. num. 6. Decif. Genuen. 173. num. 12. Escobar de ratiocin. cap. 10. num. 37. & nedum in rationum redditione hæc vigent, sed etiam in confectioe*
- 77 *inventarii, & validum est argumentum de inventario ad rationis efformationem, vt Bartol. in l. 1. §. de servis in 2. lectur. in fin. verb. ff. de tutel. & ration. distrab. Roman, conf. 414. in princ. Decius conf. 178. num. 1. & 2. Nevizant. conf. 94. in fin. Plotus in l. si quando nu. 194. Cod. vnde vi, refert, & sequitur Malvas. conf. 113. n. 18.*
- 78 *Planè si tutor faciat inventarium, & non omnia bona pupilli in eo scribat, accusari potest ex hoc vt suspectus, remouetur à tutela, nec non etiam criminaliter plectitur, vt ex l. 1. & ibi Bartol. col. 1. ff. de off. Præfekt. Urb. l. in eos ff. de tutor. eruebat Gutierrez de tutel. par. 2. cap. 1. num. 23.*
- 79 *Atqui si quid ex mala administratione debitum appareat, vel quæsitum notetur, delictum tunc intervenit, vt tradunt laudati per Regentem D. Laurent. Matthæu de regim. Reg. Valent. cap. 3. §. 4. nu. 43. vbi quod in ea specie per carcerationem valet procedi contra milites, vulgò Equites.*

Et licet ipse loquatur in terminis administrationis pecuniæ fiscalis, id ipsum in tutore defendit Carrasc. ad ll. Regn. l. 14. tit. 2. lib. 6. recopil. à n. 81. Stabiliens quod pro reliquatu tutelæ, licet nobilis carcerandus veniat, & per personæ captionem posse cogi ad exhibendum bona pupilli. Salgado de Reg. protect. par. 4. cap. 8. n. 165. & generaliter quod quicumq; administratores, calculatis rationibus, si reliquatus extent, carceribus sint coniiciendi, militari privilegio non obstante, cum tunc solutionis denegatio delictum magis redoleat, quam civile debitum, sectantur Don Petr. Quesada Pilo contr. for. cap. 17. num. 21. cum Farinac. q. 27. num. 75. allegati supra n. 80. Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 41. num. 8. Bovadill. in polit. lib. 5. cap. 4. numer. 8. Olea decisum attestante de cess. iur. tit. 5. q. 8. num. 9. qui delictum ex inobedientia decerpit, dum condemnatus executoribus nõ obtemperat: Sed Ego, cū Quesada crimen reperio, non ex contemptu superioris, sed ex retentione pupillaris pecuniæ, cuius debitor compertus fuit tutor, per reliquatus discussionem rationibus in individuo trutinatis. Si velis ad propositum vsque ad satietatem scire quan-

80

81

82

quando tutor, curator, seu executor testamenti reliquari, ex administratione, vel officio carcerari debeant, tametsi nobiles, plenè Carrasc. *qui supra.*

- 83 Hæc administratorum odio admissa fuere, etsi nobilium, ob dolosè gesta in administratione, aut post eam, cum tamen in omnibus Regnis receptum sit specialibusque munitum privilegiis, nobilem pro civili debito incarcerari non posse, sed pro delicto tantum, pro vt de Regno Valentix memoravit Matthæu *qui sup.* de Sarda Quésada Pilo, de Regno Castellæ Otalora *de nobilit.* apud Parlador. *rer. quotidian.* lib. 2. cap. fin. §. 6. numer. 9. Garcia itidem *de nobilit. glos.* I num. 9. de nostra Cathalonia est Const. fin. tit. de accions, y oblig. Cancer. par. 3. var. cap. 3. num. 100. & cap. 17. numer. 516. Fontan. *de pact. nupt. tom. 1.*
- 84 *claus. 3. glos. 3. num. 13.* & idem de iure communi definitum fuisse probat Bosch *tit. de honor. de Cathal. lib. 1. cap. 14. §. 2.* post Covarrub. *lib. 2. var. res. cap. 1. num. 4. ex l. milit. & l. item mil. ff. de re iud.* de aliis Regnis Coler. *de process. exequut. par. 1. cap. 6. à numer. 152.* Gamma *decif. 365. num. 2.* Cabedo *decif. 129. num. 5. part. 1.* Molin. *de iustit. tom. 2. disp. 271*

vers. contraria verò. Baeza *de inope debitore cap. 16. à num. 47.* igitur proculdubio concludendum erit, prout per nostros coniudices dubii fuit declaratum.

Resupinentur iam argumenta adversantia; Diluemus primum sistens in eo, quod administrationis velamen furtum minuat, & furti actionem impediatur, præsertim quando res ex contractu descendit: nam hæc non procedunt, quando administrator animo non restituendi interceptit pecunias, & eas in rationum redditione fuit inficiatus: nam tunc in dolo vno esse dicitur, & furti adversus eum agitur. *l. 1. §. in tutela l. in actione, & ibi glos. in verbo, quod si furandi ff. de tutel. & ration. distrab.*

Et quod ibidem pro certo asseritur, velamen administrationis contrectationem, furtumque tollere; vt falsum profus reiicio: nam quamvis voluntate domini administrator pecunias acquisisset, eo ipso contrectare capit, quo illas ad proprios vsus convertit: exemplo eius, ad quem, res deposita est, qui si ea re vtatur, aut reposcenti domino non reddit, contrectat, & in furtum incidit, ex sola vsus contrectatione, *l. si pignore 56. ff. de furt. est*

- est enim contrectare, rem tractare manibus: Vnde venustè rem oculis contrectare aiebat Tacit. lib.3. ibi: *Nam quo pertinuit nudare corpus, & contrectandum vulgi oculis permittere*: Et adeò ex vsus interventione furtum resultat, quod si dominus rei eam commodet, & postea surripiat, furti etiam tenetur. *l. si socius 45. ff. de furt.* quippè vsum commodatario aufert, & contrectat, doctissimè D. Francisc. de Amaya lib.2. *observ. iur. cap.9.n.4.*
- 87 & passim, vbi subtiliter interpretatur *l. itaque §. sed etsi res ff. de furt.* & à Doctorù emendatione liberat, Cuiacii, & Roberti super ea concertationem dimovens, litteræ mutationem respuendam iustè observans;
- 88 quod autem dato animo non restituendi, nihil profit administrationis velamen pro furto excludendo, quamvis etiam res habuerit originem à contractu, expresserunt Cravet. *cons.287. num.2.* Boslius *in tit. de furt. num.45. & seq.* & probatur ex *l. hereditatem, §. fin. ff. ad l. falcid. l.1. §. sola l. inficiando ff. de furt.* Berart. *de visit. d. cap.23. num.148.*
- 89 Secunda obiectio faciliùs eliditur, quatenus nititur tutores pro tutelæ administratione in civili palestra conveniri, nò criminaliter vrgeri; nam per ea quæ à *num.43.* referavimus abundè elicitur, ex tutelari administratione, sicut ex alio quocumque delicto, duas enasci actiones, civilem, & criminalem, quarum prima tendit ad interesse pecuniarium, & remissionem tutoris ab onere tutelæ: Secunda verò ad punitionem pro malè gestis cum fraude, & dolo; quare parum refert non solere iudicia criminalia institui contra tutores pro sua calida administratione; hoc enim inde fortè provenit, quod honestum non sit, adultum adversus eum, qui tutor suus extitit, criminalem pœnam vindicare, vel quia nolit onus subire probationum criminaliù, quæ clariores, & præstatiores debent esse civilibus, cum ad effectum condemnandi requirantur luce meridiana nitidiores. *l. sciant cuncti fin. Cod. de probation. cap. sciant cuncti 2. & ibi glos. & Canoniste communiter 2. q. ult. Ant. Gomez var. resol. tom.3. cap.12.nu.25. Caball. ref. crimin. cas. 230. num.24. centur.3. Thesaur. decis. Pedemont.25. n.6. Guazzin. def.33. cap.14. in princ. Cyriac. contr.109. numer.4. Carena de off. Sanct. Inquisit. 3.par. tit.3. num.1. Vermigl. cons.179.nu.2. & cons.263.nu.5. & cons. 431.*
- 90

in princ. Conciol. resol. crim. 1. verbo delictum num. 7. Buccaron. de different. inter iudic. civil. & crimin. diff. 55. 56. & in aliis quam plurimis.

92 Non obstat quartum, privari tradens administratione tutorem per iudicem civilem, inde inferendo non subiici malam tutoris administrationem Criminali Aula. Etenim facilis est evasio ex nuper allatis; potest enim ex mala administratione, sicut in aliis delictis, & civiliter, & criminaliter agi, & utrobique de administratore removendo disquiritur; in civili, pro damno pupilli vitando, semoto ab administratione tutores in criminali, ut infamis declaretur, & infamiam pœnis animadvertatur, crimen de suspecto hoc casu eruitur, & accusatio ad id est instituenda, ut habetur *tot. tit. ff. & inst. de suspect. tutorib. & curat. & Justinianus in pr. illius tit. in hæc prorumpit verba: Sciendum est suspecti crimen ex l. 12. tabularum descendere, & remotus à tutela propter suspicionem, si hæc causetur ex dolo, infamis efficitur, si ob culpam, non aequè. l. hæc enim. 4. ff. de suspect. tutor. & curat. & nominis infamia semper tutorem comittatur l. & cum Cod. de tutor. & curator. qui non satisdeder. Vi-*

deat nunc quisquis, an remotio à tutela ob dolum possit criminaliter intentari: Reminis- 93 cor non paucos Instituitas ad prælibatum titulum, non modice mirari, omnes Legislatores tam anxie indemnitati pupillorum consuluisse, & iudicium criminale contra suspectos tutores minus frequens esse hoc ævo, & tam multi vivunt improbi, atque pravi tutores, ob istius scelesti vitii impunitatem, corrumpi hominū mores, avaritia vitiorum fonte efficiente conqueritur Oldendorp. *lib. 12. tutel. Annecte habita num. 43.*

94 Regulare equidem est, pœnam privationis officium irrogare infamiam, & magnum dedecus, ut in *l. qui cum vno ff. ex auctoratus, ff. de re milit. l. iudices Cod. de dignitat. lib. 12. l. moris ff. de pœnis*; non enim talis pœna infligitur, nisi quis pecunia corrupe, aut malitia, & improbitate cæcatus malè suum gesserit officium: Nam si 95 per imperitiam, aut iniuriam erraverit, facile potest ad officium revocari, ut politè scripsit Osor. *sent. lib. 8. de Reg. institution. quem refert Berart. in speculo visit. cap. 26. nu. 53.* quare quam gravis sit hæc pœna, & ex quam ponderosis causis infligenda, ediderunt Bo-
va-

vadill. *in polit. lib. 5. cap. 1. à nu.*
190. Gonzal. *in reg. glos. 15. &*
§. 1. & 2. & glos. 56. à num. 29.
& 116. Lara de anivers. lib. 2.
96 *cap. 8. à num. 12. vbi à quibus*
officiis intelligatur Iul. Capon.
tom. 4. discept. 246. & qualiter
sit pœna criminalis Ricc. *p. 7.*
collect. 2861.

Quintum non obest, quia negatur causam civilem quo ad computa, de quibus factor liberationem, & quietationem fuit assequutus, præiudiciale esse criminali, imò hanc illi dignoscimus præiudicium afferre, vt *supra num. 55.* aspeximus, & per hæc etiam enervantur, quæ de dolo in causa civili opposito proponuntur, quandoquidem in casu ibi relato, articulus civilis præiudicialis erat criminali examini, ideoque de eo prius eveniebat cognoscendum, nam vt sæpissimè monuimus, de dolo civiliter opponi, agitari, ac tractari valet, & etiam criminaliter, sicut de quocumque alio delicto speciali nomine designato. Neque id admittatur, quod adducitur, non posse de dolo criminaliter tractari, si queat purgari, & deduci in civili alea: quia Doctores qui ad id allegantur, intelliguntur, cessante omnino interesse Fisci, & in specie qua dolus ex facto alte-

rius descendebat ex quo nemo debet criminaliter puniri, sed solum civiliter pulsari, cum & 97
dubitationem maximam contineat validitas statuti, quod vnus teneatur pro delicto alterius, pro vt fusè examinat Farin. *in prax. crimin. quest. 24.* Et nihilominus si civile remedium non sufficiat, criminale tunc etiam perhibetur. Et demum quæ in contrarium producuntur, non aliter subsistēt, quam si præiudicialis fuerit civilis causa criminali.

Septimum argumentum nō 98
facefcit quoniam conductus docuit non audiri principalem adversus liberationem iuratā, nisi probet dolum verum, & non præsumptum, & isto casu non debere audiri, nisi restitutis scripturis prius receptis, quæ doctrina facta distinctione cognitionis civilis quo ad cōputa non dum examinata, & criminalis quo ad diffinita, nō refragabatur, quia scripturæ, quæ petebantur diffinita computa non respiciebant, sed quæ non adhuc erant conclusa, & consequenter per retentionem illarum cursus causæ criminalis non cessabat.

Rursus immunis non evadit à dolo administrator ex per eum diffusè allegatis à *num. 20.* sine dolo, & fraude se gessisse pro-

proferendo, quia discordia maxima inter ab eo narrata, & per partem instantem proposita intercedebat, facto per ipsos contrariis prorsus descriptionibus delineato, & eo, in quo res versabatur statu, sat erat materiam subesse criminali coercionem aptam: nam iudi-

ces causæ postea reliqua specularentur, quæ ad merita iudicii, reique defensionem pertinerent, prout advertimus *decis. 4. num. 123.* Et ea propter non erit ulterius huius decisionis ultima manus procrastinanda.

EPIGRAPHÆ.

De falsitate admissa in Bancho almæ, & floridissimæ Civitatis Barcinonæ, pecunias extrahente reo apodigiis in aliorum favorem scriptis, postquam in librorum comprobatione intervenerat, & creditum suum verum inter alia prospexerat. Conditione indebiti Civitas an eo casu experiri possit? Ad fœdus rediguntur text. in *l. si is cum quo ff. de condict. indeb. & l. 1. Cod. Ne filius pro patre &c.* cum utriusque concordantibus, variis exprobatas interpretationibus. De debitore ex pluribus causis, in quam solvisse præsumatur obiter fit sermo *l. repetitio 44. ff. de condict. indeb. cum l. si pœna 19. §. quamvis eodem tit. ac aliis conciliatur.* Regularis, ac irregularis depositio effectus ad casum conducentes producuntur. Falsitatis, furti, & peculatus in specie pœna designatur. Testium de credulitate, peritorum, de nota manu, & per comparisonem litterarum deponentium probatio examinatur.

N U C L E U S.

- | | |
|--|---|
| <p>1 Administratorum calliditas, velata dolosè culpa, maxime scelerata, & flagitiosa notatur, & num. 2.</p> <p>3 Factum, & num. 4. 5. 6. 7.</p> <p>8 Interesse Civitatis Barcinonæ criminale, & pecuniariū. Condictio indebiti solventi,</p> | <p>quod non debet, competit.</p> <p>9 Propter bonam fidem recipientis non excluditur conditio indebiti, sed tantum furtiva.</p> <p>10 Debitor, qui iussu creditoris sui solvit, nullam adversus recipientem habet ac-</p> |
|--|---|

- tionem, licet is creditoris sui delegantis verus creditor non esset.
- 11 Solvens alienum debitum per errorem, cum ipse nihil debeat, si suo nomine solvit, conditione indebiti utitur; secus si solvisset nomine debitoris.
- L. si is cum quo II. ff. de condict. indeb. & l. i. Cod. Ne filius pro patre &c. & alie ad invicem pugnant.
- 12 Conciliantur proximè relati textus vt l. i. intelligatur, ubi pater pro se, & suo nomine solvit, l. verò si is cum quo, si solvat pro filio, & nomine eius. Sed hanc concordiam impugnant memorati, num. 13. & 23.
- 14 Civitati videbatur non concedenda conditio, cum verum debitum alieno solverit nomine. Satisfit huic obiectioni num. 15. 16. & 17.
- 18 Civitas propriè loquendo non solvit pro alio, sed nomine suo, id, quod apud se custodit pro illo, aut tantundem.
- 19 Solutionis nomine pro impartienda conditione qualibet datio pecunie venit.
- 20 Quacumque liberatio sub appellatione solutionis venit.
- 21 Depositarius non solvit cessionario, sed tota eius obligatio est versus deponentem.
- Depositum an liberet, sicut solutio remissivè.
- 22 Apodigiarum scriptores ex Civitatis incuria gravia subtulerunt nocumenta.
- 23 Textibus num. II. allatis alia ab aliis adhibentur solutiones, quo impugnantur, & num. 24.
- 25 Superflua essent verba per imprudentiam in d. l. si is cum quo II. si verum esset indistinctè negari patri, aut domino conditionem.
- Alia solutio reiicitur uti divinatoria, & rursus quia si pater, & dominus alieno solverunt nomine, nulla intrat disputatio si verò propriis, propter errorem facti à conditione non possunt arceri.
- 26 Refellitur amplius interpretatio Pichardi, amplexa à Larrea.
- 27 Debitor ex duabus causis altera propria, & altera fideiussoria, si eidem creditori solvat, pro sua obligatione solvisse intelligitur.
- 28 Solutio semper cedit in gra-

- viorem causam.*
- 29 Gravior dicitur causa propria, quam aliena.
- 30 Quando inter creditorem, & debitorem concurrunt qualitates affectionis, & urbanitatis, & equitatis ex parte debitoris, quamvis sit debitor ex pluribus causis amico suo, & simpliciter solvat certam quantitatem, solutio illa vertitur in causam leviozem.
- 31 De patre erga filium lex semper confidit, & magis intelligitur diligere filios, quam se ipsum.
- 32 Impugnatur ulterius Antonius Faber ad d. l. siis cū quo, & num. 33.
- 34 Iavolenus in l. repetitio 44. ff. de condiēt. indeb. illustratur, & scedere componitur cum l. si pœna 19. §. quamvis ff. de condiēt. indeb. l. si à patre 5. Cod. eod. tit.
- 35 Alio intellectu idem textus decoratur.
- 36 Dolo administratorum comperto, beneficio restitutionis in integrum in electione est Civitatis, aut contra Officiales agere, aut adversus pecunias recipientes.
- 37 Si depositum sit regulare depositarius virtute litterarum, vel cessionis falsæ solvens liberatur, si falsitas ita occulta esset, ut quemlibet industriosum deciperet.
- 38 Casus fortuitus periculo domini cedit.
- 39 In regulari deposito dominiū rei depositæ penes deponentem manet.
- 40 Limita in rebus, quæ in munere, pondere, & mensura consistunt, si iuxta qualitatem suam deponantur.
- 41 An verum depositum sit, si dominium rei depositæ in depositarium trāsferatur.
- 42 In deposito irregulari, si depositarii litteras, seu falsas cessiones solvant, etsi non leviter decepti, non liberantur.
- 43 Falsitates instrumentorū, & litterarum sæpissime accidunt in Tabulis, seu Bancis publicis periculo solventium.
- 44 Si veri domini furtum interveniat, sed citra scelus, in falsitate subsequuta Campsor non facile deceptus, solvendo liberatur, quamvis depositum sit irregulare.
- 45 Ornatur, & exponitur text. in l. cum quis 38. §. 1. ff. de solut. & num. 46.
- 47 Recipiens pecunias in vim

- apodigia nullum creditū habentis, si dolo particeps non sit, criminaliter non tenetur.
- 48 Falsitas tria requirit, dolū, præiudiciū tertii, & veritatis immutationem.
- In falsitate, quæ actu, nec habitu est nocibilis adhuc locum habet pœna extraordinaria.
- 49 Si lex pœnam imponens respicit solum factum, tunc pœna ordinaria intrat etiam non sequuto effectu.
- 50 Præiudiciū tertii, & veritatis immutatio in casu evidenter apparebant.
- Dolus coniecturis probatur.
- 51 Reus, cum in casu librorum cōprobationi assisteret, de que eius re tractaretur, dolosus præsumitur.
- Scientia extante mala, fides infertur. Ea verò præsumitur in facto proprio.
- 52 Bona fides non adest si constructio falsi, & instructio falsitatis sint admixta, tametsi usus sit renuntiatum.
- 53 Falsitas præsumitur ordita ab eo, à quo lucrum speratur.
- 54 De probatione delinquentis in falsitate, de qua agitur.
- 55 Testes de credulitate deponētes non probant, & n. 58.
- 56 De iudicio testes deponentes probationem non faciunt.
- 57 Limita, si tales testes de credulitate, & iudicio sufficientem reddant rationē suæ credulitatis; quia tūc probant.
- 58 Procedit regula excludens probationem testium de credulitate, etiamsi in defensionem deponant.
- 59 Testis deponens de his, quæ non sensu corporeo, sed iudicio intellectus percipiuntur, non attenditur, nisi sui dicti rationem assignet, etiam non interrogatus.
- 60 Testes de credulitate ex actibus externis, & visibilibus, quos enumerant suum iudicium proferunt.
- 61 Non debent assertivè, sed dubitativè deponere, aliter præsumuntur falsi.
- 62 Testes de credulitate quot modis in hac causa, & pro reo, & contra ipsum fuerint ministrati.
- 63 Periti non sunt propriè testes, eorumque depositio potius est iudicium, quam testificatio.
- 64 Recognitionis nomē in subiecta materia dupliciter accipitur, scilicet pro quacūque comprobatione scriptu-

- tura generaliter, & specialiter pro confessione partis recognoscentis.
- 65 Quomodo debeant deponere Testes de nota manu.
Hoc genus probationis imperfectū, & ratio. Et quid tenendum favore pia causa. De scriptura recognoscenda, qua ostenditur testibus inter plures similes remissivè.
- 66 Limita, ubi concurrunt alia adminicula; quia tunc probatio per testes de nota manu efficax est ad condemnandum, in civilibus.
- 67 In criminalibus tales testes faciunt indicium ad torturam.
- 68 Comparatio litterarum firmior probatio iuxta aliquos, quam per testes de nota manu, & quomodo deponant in ea periti.
- 69 Testes de nota manu cum adminiculis sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.
- 70 Comparatio litterarum sola non facit plenam probationem, sed cum adminiculis urgentibus.
- 71 Secundum aliquos nisi concurrant alia cum comparatione litterarum, non sufficit ad torturam, & ratio. Sed hæc sententia exprobaturnum.72.
- 73 An si scriptura privata verificetur per testes de nota manu, & per comparationem litterarum plena componatur probatio. Ex duabus semiplenis eiusdem speciei nō integratur plena probatio. Et num.74.
- 75 In casu nostræ Decisionis, præter relatas verificationes, aderant indicia antecedentia, coherentia, & consequentia, qua hic narrantur.
- 76 Ex parte Fisci periti adhibiti erant Notarii publici Barcinonæ, & eus testes produxit gymnastas.
- 77 Difficilia impossibilib⁹ equiparantur.
- 78 Periti si ex utraque parte postulentur, qui sint præferendi. Et num.79. Retractatur peritorum iudicium per peritiores.
- 80 Debent admitti peritiores quando parti nihil imputari potest.
- 81 Attenditur peritorum iudicium, quod habet meliores rationes.
- 82 Licet periti non debeant reddere rationem sui dicti, si tamen eam reddant, creditur præclariorem rationem explicantibus.

- 83 *Amplia, ut reddentes meliorem rationem, etsi pauciores numero sint anteponendi.*
- 84 *Imperiti testibus peritis postponendi.*
- 85 *Aliud est testibus peritis plus credi, quam imperitiam habentibus, & aliud credi plus peritis, quam testibus, & quomodo hac debeant intelligi, & num. 86.*
- 86 *Peritorum in arte non ita stringit depositio, si deponunt ut testes; Et qualiter hac conclusio sit declaranda num. 87.*
- 88 *In Regia Curia quomodo periti ex officio eligantur, & quæ sit huius electionis præstantia.*
- 89 *Periti, qui uti testes perhibentur in defensionem, si deponant contra dicta peritorum, qui in offensam dantur, etsi peritorum forma offensuales deponant, præferendi præstantiorum rationem reddendo.*
- 90 *Periti, sive, ut testes, sive ut periti deponant, si extra peritiam loquantur, non sunt maioris, nec minoris efficaciz. Testes de nota manu non loquantur de peritia.*
- 91 *Deponens cognovisse aliquem ad vocem non tractat de peritia, & quomodo debeat rationem reddere.*
- 92 *Testis de nota manu, deponens non potest esse imperitus legendi, & scribendi.*
- 93 *Ignorantia cecitati comparatur.*
- 94 *Colliguntur ex prædictis due regulæ hic expresse.*
- 95 *In hypothese dubium faciebat potuisse cifras, seu numeros per comparationem numerorum rei cognosci, aut per testes de nota manu comprobari. Sed indicis vehementibus debilitas harum probationum roborabatur.*
- 96 *De furto, & falsitate reus accusabatur.*
- 97 *Mercatores soliti sunt apodigias dare, etsi nullum obolum habeant in Tabula, seu Bancho, & quare, vide num. 98.*
- 99 *Excusationem præbet à pena temporali observantia quavis prava.*
- 100 *Primi introductores consuetudini contra legem delinquant; non autem posteri. Intellige, ut talis consuetudo non excuset à prohibitis à iure divino, vel naturali; neque si sit improbata à Principe, vel à lege.*

- 101 Excusat verò semiplenè probata per cursum decem annorum à pœna legali, & à prohibitis à iure positivo, ubi de excusandis Officialibus ex prædecessorum factò.
- 102 Dolo manifesto extante non prodest observantia, neque consuetudo.
- 103 Casus refertur de Officiali fraudente Regia Curia Neapolis Aerarium cum Decisione.
- 104 Senibus quando pœna sit temperanda, & num. 105.
- 106 In casu relato, citra ætatis excusationè, inspecto crimine, merebatur reus pœnam mortis, que peculatu est indicta, & numer. 107.
- 108 Alius casus precedenti similis decisus affertur in Regno Sicilia.
- 109 Furtum verè cum peculatu committitur.
- 110 Neapolitana similis Decisio allatis.
- 111 Doctores tenentes sub statuto puniente furtum non venire peculatum reseluntur.
- 112 Peculatus turpius flagitiū est furto, & furtum gravius simplici.
- 113 Pecuniam sacram, religiosam, publicam, vel fiscallem auferens, & in rem suam vertens tenetur crimine peculatus.
- 114 Tribus casibus peculatus punitur pœna mortis, & inter eos quando cum peculatu concurrat falsitas.
- 115 Delicta tria gravissima in reo erant coacervata.
- 116 Extrahens cum falsitate pecuniam è Tabula, seu Banco Barcinona, morte est puniendus, cum Decisionibus, & num. 117.
- 118 Proximè enarrato crimine quando sustigatio adiungatur, aliquando præmittitur num. 19.
- 120 Pœna sustigationis valde ignominiosa.
- 121 Eam non subeunt interdum persone honestiores, & populares divites.
- 122 Quandoque propter dignitatem parentum, vel consanguineorum hæc dispensatur infamia.
- 123 Deciso causa adducitur.



DECISIO VII.

ADministrato-
rum versutias, &
calliditates insec-
tari curamus, non
ergo extra idem institutū erit,

vt subsequenter patefaciamus
quanta, ac quali improbitate
vtantur in delinquendo, vt
etiam ius ipsum, ac iustitiæ in-
defectibile æquilibrium defle-
ctere videantur, fallaci quadam
spe permoti non posse delicto
tribui, quod sub administra-
tionis munimine eripuerint,
aut si in eo criminis labes ag-
noscat, maiorem promereri
veniam, interversa, atque tur-
bata astra, rectitudinis firmi-
tate eversa, qua graviori flagi-
tio durior poena, acerbiori ma-
litia acrior properat coertio:
cum his exacuuntur temerarii
animi scelesti mores vltione
digni, quam diffiteri veritate
discooperta, orditoque pro-
cessu, effractis adhuc erubescen-
tiae limitibus nefas erit; de
his perpulchrè Ovid. de Pont.
lib. 3, eleg. 6.

*Obrruerit cum tot sevis Deus
aquoris undis,*

*Ex illis mergi pars quota
digna fuit:*

Et infra,

*At si fortè velis in nos, inquirere
nemo est,*

*Qui se quod patitur com-
meruisse neget.*

2 Collustrabimus hæc Lucidius,
in publicis administratoribus
postquam de privatis differu-
mus, passim allegare audies
incolumes reddi à delicto, & à
poena, aut ab eius asperitate

velato præsidio sui ministerii,
provt vtrumq; cōspicies, huius
asyli ab ipsis quæsi, & rigo-
ris magna cum ratione in eos
immittendi ex hypothese mox
describenda.

De anno 1680 magnus in-
tonuit clamor excessuum, for-
didarumq; machinationū Of-
ficialium Tabulæ, & Banchi
floridissimæ, ac almæ Urbis no-
stræ Barcinonæ in regimine li-
brorum, qua de causa expen-
debantur quantitates per ali-
quos Cives absque vlllo credi-
to, & aliæ præstabantur, quas
in debitum recipientium no-
luerant, seu neglexerant scri-
bere: sustulit dici Civitas has
nefandas nequitias, cohibere
se obtulit, proposuit, diligen-
tiam adhibuit, sed non ita se-
dulo, vt par erat. Aliquando,
sed longo post tempore, res-
pexit iam graviter publicam
vulneratam causam, & anno
præhabito viros aliquos inte-
gritate, & acumine præditos,
librorum inspectioni destina-
vit.

4 Inter innumeras fraudes, col-
lusiones, falsitates, & crimina,
quæ irrepsert, ac decerptæ
fuerunt ex ea investigatione,
levior, etsi tam turpis, fuit quæ
statim enarrabitur, in eo sistēs,
quod in libro maiori Banchi
bienii 1680. & 1681. in compu-
to Josephi N. prima partita
can-

cantabat in illius creditum novem centum, & vnam libram pro reliquatu sui computi ex biennio annorum 1678. & 1679. relatione facta ad chartas, seu folium libri primi maioris mox expressi biennii, & aliundè constabat Josephum in computo illius biennii annorum 1678. & 1679. habuisse in creditum nihil ultra vnam libram.

- 5 Moris est, quando biennii transcursus, & mutatio accidit, vt reliquationes emanantes ex biennio finito annotentur in exordienti, vocari per Officialem dictum librum regentem adiutorem aliquem, vt eius iuvamine comprobationes computorum faciliùs fiât, & mutatio partitarum de libro veteri ad novum hoc necessario medio comparatur.
- 6 Ad eum finem fuerat accersitus Josephus ab Officiali in mutatione bienii annorù 1678. & 1679. & ipsam reliquationem apposuisse ad sui favorem in libro bienni 1680. & 1681. ferebatur, exprimendo derivari ex reliquatu sui computi biennii 1678. & 1679. relatione habita, ad folia, seu chartas libri anterioris.
- 7 Probatum insuper mansit Josephum expendisse partitam 13. Februarii 1680. apodigia,

vulgò *Poliffa* per eum facta die 10. eiusdem mensis euidam Francisco quantitatis novem centum quinquaginta, & quinque librarum, pro consimilibus quas Franciscus in Bancho pro illo erat depositurus; apodigia eodem die 13. fuit notata in creditum Francisci, & sub die 10. alia extabat apodigia per Franciscum in favorem Josephi confecta de relata quantitate 955^{tt}13^ç9. & in hac Josephus scripsit, quod pro eo solverentur alii nomine etiam Francisco, quapropter iste Franciscus denuò nominatus extraxit cum effectu à Bancho memoratas 955^{tt}13^ç9. die illo 13. quo fuerunt in libris Banchi depictæ, & quam primum fieri potuit, cum illo met die prementionati anni incæperit Banchum pandi ad solvendum; quamobrem pro expendente reputatur Josephus, ordinans, vt latius infra percurremus.

Interesse Civitatis notoriù existebat duplex certè, & criminale, & pecuniarium, hoc nõ ex vnico pendeat capite: nam primò ex eo trahebatur, quippe contra quoscumque accipientes pecunias à Tabula, seu Bancho, absque verò credito, licet cum permisso Officialium, nullo etiam facto in librorum scriptura interveniente, con-

dictio indebiti Civitati competit: ergo urgentius contra illos debet parari, qui in falsitate inciderunt; conditione in relato casu extra nostrum, contra accipientes, & non falsarios patere ex iuris elementis percipitur, cum ea solventi, quod non debet indebiti conditionem concedant. *l. 1. & toto titul. ff. de condit. indeb. Princ. tit. & §. in quoque Inst. quib. mod. re contrah. oblig. Salgad. in labyrint. credit. 3. part. cap. 8. à num. 41. Cyriac. contr. 225. Larrea decis. 86. Burat. decis. 428. num. 4. & 5. Fontan. de pact. claus. 4. glos. 7. part. 1. num. 14. & decis. 175. nu. 3. Olea de cess. iur. tit. 4. q. 5. num. 45. Mangil. de eviction. q. 2. nu. 14. cum seqq. Tondut. quest. civil. cap. 27. num. 4.*

9 Neque quicquam prodest recipientem sequutum fuisse bonam fidem Officialis Banchi: quia quando pecuniam receptam, indebitam fuisse apparet, non excluditur propter bonam fidem conditio indebiti, sed dumtaxat furtiva. Fontanella decis. 386. per tot. Xamarer. indicat. def. 15. & de Privil. Civit. Barcinon. §. 19. num. 26.

10 Obiiceret his fortè quispiam in genere istiusce negotij speculationem suscipiendo,

aliquas ex quantitatibus consumptas fuisse in vim apodi-giarum traditarum per veros debitores, ideoque sibi revera debitum fuisse recipientibus solutum, quo casu conditionem cessare debere, & iustum, & æquum videri: iustum, quoniam non semel accidit accipienti pecunias nihil deberi, & nihilo magis conditionem indebiti, etiam per errorem solventi denegari, ut videre est in debitore, qui iussu creditoris sui solvit: nam is nullam adversus eum cui solvit habet actionem, licet is creditoris sui delegantis verus creditor non esset: conditio enim indebiti, quæ adversus illū exercetur non est debitoris delegati, sed creditoris qui delegavit: cum tritum habeamus conditionem hanc non competere ei qui solvit, sed illi, cuius nomine pecunia soluta fuit. *l. indebitam 47. l. cum indebitam 57. in princ. & §. 1. ff. de condit. indeb. Olea de cess. iur. tit. 8. q. 2. num. 39. impugnato Cyriaco lib. 1. contr. 108. à nu. 2. & lib. 3. contr. 427. addo Larrea decis. Granaten. 86. num. 7. & 8. tom. 2. Salgado in labyr. credit. par. 3. cap. 8. à num. 41. qui loquuntur de tutore, fideiussore, mandatario, & administratore bonorum.*

Sic

- 11 Sic etiam solvens alienum debitum per errorem, cum ipse nihil deberet, si suo nomine solvit habet conditionem indebiti, secus si solvisset nomine debitoris: super quo articulo magna est inter scribentes palestra ad interpretationem *l. repetitio 44. l. si is cum quo 11. ff. de condict. indeb. l. qua de re 74. §. ult. ff. de iudic. l. de hereditate 5. Cod. de petit. heredit.* quibus iuribus præcipuè quæritur, num pater solvens pro debito filij plusquam in peculio erat habeat conditionem indebiti, quam elargiuntur aperte textus in *l. 1. Cod. ne filius pro patre &c. l. si quis reum §. idem Iulianus ff. de liber. legitim.* sed eam negavit Ulpian. in *l. si is cum quo,*
- 12 harumque legum pugnam fædere componit glosa communiter amplexa ubique respondens *l. 1. cum alijs intelligendam, ubi pater pro se, & suo nomine solvit, l. verò si is cum concordantibus, ubi solvit pro filio, & nomine eius.*
- 13 A qua tamen genuina, ac veraci concordia, acriter recesserunt Pichard. *ad §. 1. à nu. 19. & 40. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. & in §. actiones 10. num. 50. Instit. de action. Ant. Faber in rationalib. ad eam. Chesius interpretationum iuris*
- lib. 1. cap. 34. Larrea alleg. 112. num. 29. & 30.* qui alias ruminarunt interpretationes, quas doctè, æquè, & subtiliter expugnat Olea in *addit. ad tract. de cess. tit. 6. q. 11. num. 36. vers. pro conciliatione post finem,* multis probans verissimum esse communem sensum ad dictam *l. is cum quo,* quem sequuntur per plures ab ipso laudati.
- 14 Hisce obiectionibus eludi facile existimares Civitatis interesse in casu obiter descritto illius, qui nulla opera adhibita in Officialis publici defidia debitum recepit: nam si ei non præstatur conditio, qui non vero creditori delegantis solvit sequutus sui creditoris ordinem, minus debet concedi Civitati, quæ solvit verò debitori apodigiam scribentis.
- 15 Rursus etiam, si solvens alienum debitum nomine alterius, cum ipse nihil deberet non condicit, haud dictabit ratio conditionem competere Civitati, quæ verum debitum alieno exsolvit nomine.
- 16 At verò plurimum hæc à nostro distant casu: nam debitor qui iussu creditoris sui solvit, in nullo est damno conditione non utendo, cum à delegantis obligatione sit solutus, in qua suum versabatur primarium interesse.

17 Cæterum Civitas solvens ei, qui pecuniam in Bancho non habet, rectè condicit, cum ex ea solutione nullum sentiat commodum.

18 Alius casus de solvente alienum debitum nomine alterius per errorem, cum ipse nihil debet, minimè quoque officit: quia Civitas propriè, & strictè loquendo non solvit pro alio, sed nomine suo, id, quod apud se custodit pro illo, sive, & veriùs tantundem: vnde non dicitur in rigore solvere nomine alieno, sed ille alius, qui apodigiam scribit, solvit per medium Tabulæ, seu Banchi, & Civitas solum id præstat, quod penes se depositum servatur, & in nihilo respicit creditum intercedens inter scribentem apodigiam, & recipientem; ideoque casus solutionis alterius nomine factæ non aptatur præsentis speciei, pro conditione impedienda; quia tametsi conditio soleat

19 solventi impartiri, atverò sub nomine solutionis eo casu quælibet datio pecuniæ venit, licet non animo distrahendæ obligationis facta; fundatur enim præcipuè conditio in æquitate dictante, accipientem indebitum, propter dantis errorem, locupletiolem fieri non debere, reluctante naturæ iu-

re, teste Cicero. *lib. 3. offic. Pompon. in l. nam hoc natura 13. Cod. de condit. indeb.* & vulgatum sat est solutionis verbū ad quamcumque liberationem pertinere. *l. solutionis verbum, vbi omnes repetentes ff. de solution. Farin. decis. 70. num. 5. par. 2. recent.* quapropter Civitas solum solvere dicitur, quippe à deposito se liberare vult, non autem eo animo, quia intendat obligationem alienam extinguere: nam in hoc nulla est Civitatis cura, nullusve animus.

Præterea, quoties quis nomine alieno solvit, duo exsolventes comperiuntur, negotiorum gestor supponatur, & is alius cuius nomine fit solutio: hic autem vnus tantum est solvens; nempè is, qui apodigiam perhibet, nusquam enim in altercationem venit an depositarius cessionario solvat; nulla enim eius est obligatio erga eum, sed versus deponentem, & dumtaxat dubitationē suscepisse aliquando observatur, an depositum liberet sicut solutio, super quo puncto crebræ Regiæ Audientiæ diffinitiones adsunt, & scripserunt Hermosill. *l. 2. glos. 3. & 4. tit. 3. part. 5. Guzman de evictionib. q. 18. Ricci. par. 7. collect. 3178. Cyriac. contr. 158. Barbof. var.*

126. num. 73. & seq. Jul. Capon. tom. 1. diſcept. 11.

22 Non tamen eſt ſilentio prætereundum, apodigiarum creditores ex Civitatis incuria nõ leves ſuſtulſiſſe noxas, & noſtræ Urbis culpæ imputandas: nam decoctis poſt longum temporis intervallum apodigiarum ſcriptoribus, miſerrimè credita ſua deperdiderunt, & in Civitatem vergere eorum quibus incumbebat execrabilem pigritiam, nõ iniuſtè æquitas fortaſſe ſuggereret, iuxta Ciceron. in orat. pro P. Quint. Reſtat ergo, quod aut ſumma negligentia illi obſtiterit, aut unica liberalitas, ſi negligentiam dices, mirabimur, ſi bonitatem, ridebimus: neque præterea quid dicere poſſis invenio, ſatis eſſe argumenti, nihil eſſe debitum, quod tandem nihil petivit, hanc tarditatem improbat Barboſa not. 126. num. 75,

23 Firmum ergo, & ſtabile relinquitur, quod ſolvens alienum debitum, cum ipſe nihil deberet, ſi ſuo nomine ſolvit conditione indebiti experiat, ſecus ſi ſolviffet nomine debitoris; & hæc eſt cõmunis interpretatio l. ſi is cū quo 11. ff. de cõdiçt. inde. quã minus probè refellũt Pichard. Chef. & Larrea adducti num. 13. qui alias quaſierunt diſcuſſiones, ſed iudi-

cio Oleæ qui ſupra in addit. ad tit. 6. q. 11. alienas, à mente, & verbis illius legis.

Quandoquidem Ant. Fab. 24 & Pichard. qui autumant ideò patri, & domino, qui pluſquã in peculio filii, vel ſervi erat, ſolvit debitori peculiari, non competere indebiti conditionem: quia creditor, id quod filius, vel ſervus ei debebat, recepit. Adverſatur præclaris Jurisprudentiæ regulis, quibus ſuperior firmatur diſtinçtio inter eum, qui ſolvit nomine proprio, aut nomine veri debitoris, cui adſtipulantur l. ſi quid poſſeſſor 31. ff. de petit. hered. l. de hereditate 5. Cod. eod. vbi latè Cuiac. & ſequitur parum ſibi conſtans in l. repetitio 44. ff. de condiçt. indeb.

25 Ulterius ſupervacaneè legentur in d. l. is cum quo 11. verba per imprudentiam, ſi verum eſſet denegari patri, aut domino conditionem, ſive ſuo nomine, ſive filii, vel ſervi computo ſolviffent. Nec magis ſcèliciter Cheſius d. cap. 34. à difficultate ſe expediit, dum tenuit in d. l. ſi is cum quo, patrem, aut dominum ſolviſſe centum, quæ cū effectu in peculio erant, ſed non deduxiſſe ex peculio, quod ipſis debebatur, & hac de cauſa dici pluſquam in peculio aderat exſolviſſe, ideoque iuſtè

iustè conditionem fuisse dene-
gatam. Ista tamen opinatio ar-
ridere non potest cum divina-
toria prorsus appareat ex legis
inspectione: & ulterius argui-
tur: nam si pater, & dominus
alieno nomine solverunt, non
intrat dimicatio, sin verò pro-
priis nominibus, extante erro-
re facti (nam errore iuris po-
sito conditio excluditur) re-
petitio indubiè competit; cum
exploratum habeamus, condi-
tione uti posse solventem per
errorem facti *l. si is qui 45. ff. de
condict. indeb.*

26 Displicet quoque alia inter-
pretatio Pichard. *d. 9. 10. n. 40.*
Institut. de actionib. quam ample-
ctitur Larrea *d. alleg. 112. nu.*
29. opinando, errore iuris per-
motum patrem, aut dominum
ad solutionem processisse, ex
textu namque deprehenditur
patrem, aut dominum fuisse
conventum, & condemnatum
actione de peculio, ibi: *Si is
cum quo de peculio actum est,* ad
quod iuvant textus in *l. si cre-
ditor 37. §. si actum ff. de pe-
culio, l. ex contractu 44. ff. de re
iudic.* ibi: *Ex contractu paterno
actum est cum pupillo, tutore au-
thore, & condemnatus est.*

27 Hęc sūt argumēta Oleę, quib⁹
ut efficacibus hēremus, quin
torqueant, quæ in contrarium
ab Ant. Fabro panduntur. Si-

quidem primum in eo sistens,
quod pater, aut dominus sol-
vens, nomine suo, potius quam
filij, aut servi solvisse censea-
tur, *l. 4. l. quod ex pluribus 97.
ff. de solution.* ad materiam no-
stram non pertinet: nam dispo-
sitio harum legum obtinet,
quoties quis debet creditori
certam quantitatem ex propria
obligatione, & alia centum ut
fideiussor alterius, tunc enim,
si eidem creditori solvat pro
sua obligatione, non pro fide-
iussoria solvisse intelligitur, *l.
modestinus,* vbi Bartol. *num. 4.
ff. de solution.* Caneer *lib. 2.
var. cap. 6. num. 8.* cui & alia 28
non minus certa annectitur af-
fertio, nempe solutionem sem-
per cedere in graviolem cau-
sam; plenissime Caneer *var. 2.
cap. 6. nu. 12. cum pluribus seqq.*
Gratian. *discept. for. 224. per
tot.* Merlin. *contr. 26. numer. 11.
& contr. 77. tom. 1.* Capic. *Latr.
decis. 21.* & ibi Gizzarell. *Fon-
tanell. de pact. 2. claus. fin. glos.
vnt. part. 2. à num. 71.* quibus
addas Marcian. *disp. 87. num. 8.*
Costa de rat. rat. q. 124. ex n. 22.
*Harprecc. ad Instit. tit. quib.
mod. toll. oblig. tom. 3. num. 69.
& 70.* Maceraten. *lib. 2. resol.
50. num. 36.* Hodiern. *ad Surd.
observat. 328. nu. 2.* Less. *de iust.
lib. 2. cap. 23. dub. 10. numer. 86.*
*Molina de iust. tom. 2. tract. 2.
disp.*

disp. 565. *num.* 4. & 5. Arias de Mesa *var. resol. lib.* 1. *cap.* 26. Viscont. ad Franch. *decis.* 164. *num.* 16. & *ibid.* Amendola *nu.* 22. Diana *par.* 2. *tract.* 2. *Miscellanear. res.* 51. Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *resol.* 13. *numer.* 4. Trullench. *ad praecept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *dub.* 12. *n.* 26.

29 Quoniam gravior dicitur causa respectu affectionis, quando in vna causa teneor pro me, in altera verò pro alio: nam graviori nexu, & propensione induor ad obligationem pro me factam extinguendam, quã ad initam pro alio, vt benè exponit, atque exemplificat Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 5. *cas.* 493. *num.* 10. prosequuntur Assin. *in tract. de exequutor. cap.* 2. *num.* 10. Vrceol. *consult.* 49. *lib.* 1. *num.* 14. Costa *de iur. & fact. ignorant. cent.* 1. *distinct.* 20. *num.* 4. & 5. Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 2. *glos.* 3. *ex num.* 16. qui limitat, si solum excederet proprium creditum.

30 Quamvis in specie obligationum patris, & filii dubio nõ careret supradicta conclusio, aliquibus præsertim vrgentibus coniecturis; nam quando inter creditorem, & debitorẽ concurrunt qualitates affectionis, amicitiae, fidelitatis, & urbanitatis, & æquitatis ex par-

te debitoris, quamvis debitor sit ex pluribus causis amico suo, & simpliciter solverit certam quantitatem, solutio illa vertitur, non in causam duriorẽ, & graviorẽ, sed in leviorẽ, & minus fortem, ne eidem amico præiudicium fiat. Menoch. *conf.* 121. *num.* 46. & 47. *lib.* 2. quem & alios sequitur, & refert Gratian. *discept.* 105. *num.* 15. & *cap.* 224. *nu.* 16. & 17.

Amicitia autem, & affectio 31 valdè magna consideratur paterna erga filium in his, quæ filii respiciunt vtilitatem, & commodum, quia de eo lex semper confidit, & præsumit semper pro filio capere consilium optimum. Parlador. *epist. de iurisdic. cum filius in princ.* Quésada Pilo *contr. cap.* 16. *n.* 28. & 29. Xammar *rer. iudic. diff.* 35. *num.* 47. Hodiern. *ad leg. hac edictali. q.* 1. *nu.* 21. & 22. vbi inquit magis intelligi diligere filios, quam se ipsum Vrceol. *consult. for. cap.* 3. *num.* 11. *tom.* 1. Rovit. *decis.* 8. *num.* 7. & 10. Ramon *conf.* 3. *num.* 11. & 12. & *conf.* 95. *num.* 25. & 74. & *conf.* 100. *num.* 469. & *conf.* 61. *num.* 49.

At non disputemus subtilissimo Præsidi Anton. Fabro principia generaliter accepta firmissima, annuamus patrem obli-

obligatum pro se, & pro filio prius præsumi proprium debitum quam filij dirimere; Sed tamen cum pater, vel dominus, neque ex propria, neque ex persona filii, aut servi debitor sit supra peculium, nequit conijci pro propria obligatione, sed nomine filij, aut servi solvisse.

33 Pariformiter verbo *imprudētiā* quo *improvidentiā* significare Faber conatur *in d. l. si is cū quo* II. distinctionem communem evertit, & sic ab ea non abscedimus, subindeq; certum est Pauli responsum *in d. l. II.* nempe, patrem qui nomine filij per errorem solvit, condicere non posse, secus verò si nomine proprio solutio facta fuerit, idemque tenendū esse in quocumque solvente; Civitas autem, ut sæpè notavimus, non solvit, & in apodigijs observabis, in quibus scribens solet rationes exprimere, ob quas solvit, nec tunc dicitur solvisse Banchum, sed debitorem apodigiam accipientis.

34 Eadem distinctione elucidatur Iavolenus *in l. Repetitio 44. ff. de condiēt. indeb.* vbi dicitur, repetitionem nullam esse ab eo, qui suum recepit, tametsi ab alio, quam vero debitore solutum sit; nam ita accipi hæc

resolutio debet, si solvens non suo, sed alieno nomine dedit: nam si solutio proprio nomine facta fuerit, vlllo proculdubio condicētio dabitur, ne apertè refragentur iura *in l. si pæna 19. §. quāvis ff. de condiēt. indeb. l. si à patre 5. Cod. eodem, l. cum quis §. 2. vers. Et magis ff. de solutionib. l. 2. Cod. qui in prior. loc. succes.*

Quæ tamen antinomia receptiori sensu solet computari, affirmando *l. repetitio 44.* loqui solum de illo, qui aliquam recepit speciem, cuius erat dominus; alios verò textus, de illo, qui licet receperit quantitatem sibi debitam, non tamen ab illo, qui debitor erat; & exemplum cernitur in eo, qui deposuit commodavit, vel locavit vestem alienam, eidem vestis devenit ad tertium sine vitio, ille tertius dum putat se obligatum alteri, cui non tenetur ex contractu vestem restituit, vult experiri condicētionem, profectò est excludendus, licet ab alio, quam à vero debitore receperit, hoc est ab eo, cum quo non contraxerat, vel nomine depositi, vel aliter, ita Petrus Stella *in d. l. repetitio pag. 6.* cui subscripserunt Nicolaus Genua *in tract. leg. conciliat. pag. 136.* Gregor. Lopez Madera *animadv. iur. cap. 13.* Osuald.

Osuald. ad Donell. lib. 14. cap. 13. in not. litt. A. Andreol contr. 136. à num. 20. Cyriac. contr. 709. à num. 25. Larrea decis. 75. nu. 14. nec abnuat Tondut. quæst. civil. cap. 27. per totum.

36 Civitas autem non dedit apodigias tradentibus, res eas, quarum essent domini, quamvis quantitatem præstiterit, quæ aliter ipsis esset debita. Et accuratè volutata inanis prorsus esset hæc disceptatio: nam cum de dolo execrabili administratorum, seu Officialium hic agatur, Civitatis indemnitati semper prospiciendum erat, ipsiusque interesse salvum veniret præservandum: quia quotiescùmque minor est læsus culpa sui tutoris, vel curatoris, in ipsius electione, residet, aut contra tutorem agere, aut contra eum, qui cum iactura pupilli, quicquam gessit, aut recepit, medio restitutionis in integrum beneficio. Olea de cess. iur. tit. 5. q. 11. nu. 32. reiecto Francisco Merlino, tenente pupillum, cuius tutor rem perperam, & minus solemniter alienavit, non posse agere contra emptorem, nisi prius contra tutorem experiatur, & eum non esse solvendo appareat; quam etiam Oleæ opinionem confirmant Surd. cons. 164. nu.

54. & 55. Gratian. discept. for. 140. num. 16. Cancet par. 2. var. cap. 1. num. 285. in fin. Hermosill. in l. 4. tit. 5. par. 5. glos. 12. num. 41. Cyriac. contr. 243. à num. 20. & contr. 370. num. 39. & in specie de condict. indeb. Tondut. d. cap. 27. à num. 13.

Hæc tibi de conditione, & repetitione Civitati competenti educere operæ pretium proposui, ne dum quia ad materiam conducibilia; sed & quippe profutura putavi, & ut dignoscatur Civitatis interesse, non solum criminali coercionem ad vindictam publicam esse reficiendum, sed & civilibus remedijs ad emendationem damni illati vindicandum.

Summi iuris unico præsidio non sistunt hucusque examinata asserta, nec enim æquitas vlatenus resistit, si ei æquales exerutem casus, & coherenter nostro ille erit, quando quis solvit litteras, seu cessionem falsam, vel veram, sed alicui personæ suppositæ; nam tunc, si is debitor non sit, sed depositarius, distinctio illa communi placito probatur, quod si depositum sit regulare, veluti quando ob signata, & in sacculo pecunia traditur, ut eadem specie restituatur. Amato res. 20. nu. 2. Hermosill. l. 2. tit. 3. p. 5. glos. 3. & 4. à num. 8. Castillo lib. 3.

Hh con-

contr. cap. 16. à num. 38. Larrea decif. 14. num. 35. Acoſta de pri- vil. credit. reg. 1. ampl. 12. nu. 3. ea in hypotheſi depositarius virtute litterarum, vel ceſſionis falſæ ſolvens liberatur, ſi falſitas ita occulta, & abdita eſſet, vt quemlibet etſi providum, ac induſtrioſum deciperet; ſunt enim non pauci adeò aſtuti, ac improbi, qui alienam manum ita ſimulant, vt veritas à falſitate diſtingui non poſſit. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 114. num. 14. Anſald. conf. 125. à nu. 46. Calvin. lexicon. iur. verbo Arbitrari. Gothofred. ad leg. quid ſit falſ. ff. ad leg. Corn. de falſ.

- 38 Evidentique hæc fulciuntur ratione; caſus enim fortuitus periculo domini cedit. Salgad. par. 3. labyrinth. cap. 11. à num. 16. Cyriac. contr. 442. & terminanter de furto, aut alio caſu fortuito in deposito, docuerunt Ant. Faber. lib. 8. coniectur. cap. 16. circa med. Hermof. in l. 4. tit. 3. par. 5. gloſ. 1. in hoc autem regulari deposito dominium rei depositæ pœnes deponentem manet, l. ſi venditor §. in bonis ff. de privileg. credit. l. ſi is qui Cod. depositi: ergo eius periculo caſus fortuitus contingit; licet in rebus, quæ pondere, numero, vel meſura conſiſtunt, ſi ad numerum, pon-

duſ, ſeu meſuram deponantur, dominium in depositarium tranſeat. Barboſ. in l. ſi mora ff. ſolvit. matrim. num. 81. Petr. Gregor. in ſyntaxmat. lib. 23. cap. 3. Molina de iuſtit. tom. 2. diſp. 513. Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 13. punct. 1. Cancer p. 3. cap. 8. ex num. 48. Caſtill. lib. 3. contr. cap. 16. num. 33. Morla in emp. tit. 8. in præmiſſ. nu. 28. & alijs pluribus adductis Hermofill. in l. 2. tit. 3. num. 2. pag. 218. vidend. Carleval de iudic. tom. 2. diſp. 31.

Probat alio non minus elegantia fundamento Olea de ceſſ. iur. tit. 5. q. 9. num. 17. caſum fortuitum in deponentem vergere ſi depositum ſit regulare, & num. 18. quando depositum irregulare contrahitur, nempe ſi pecunia deponitur ad numerum, vt non ipſa ſpecies, ſed tantundem reddatur, qua pactione ordinarijs terminos depositi tranſgreditur, l. Lucius ff. depositi, l. ſi quis, nec cauſam ff. ſi cert. petat. quantumvis tali pacto ſtante in initio contractus verum, & proprium depositum eſſe, non obſtate quod dominium rerum depositarum in depositarium tranſferatur, defendunt Mantie. lib. 10. tit. 2. num. 10. Pichard. Princ. tit. n. 79. & 80. Inſtit. quib. mod. re contrab. oblig. Fontan. de pact. clauſ.

claus. 5. glos. 8. par. 7. numer. 9.
Morla *in emp. tit. 8. nu. 29.* qui
tamen vnanimiter tenēt, quod
si pauló post initum depositum
pactio accedat alteratur, seu
transformatur contractus, & in
mutuum transfertur ex *l. certi
condictio §. fin. ff. si cert. petat.*

42 - Hoc itaque depositi irregu-
laris casu, qui accidit peculia-
riter in Banchis publicis dum
deponitur pecunia ad numerū
dominio eius translato, & sub
tacita conditione, vt illa de-
positarii vtantur, de quocum-
que casu fortuito depositarium
teneri, firmat Olea *qui supra
numer. 18.* cum Amato, Larrea,
Acosta, & *num. 19.* concludit,
quod huiusmodi depositarij, si
falsas litteras, vel cessionē sol-
vant, non liberantur, quātum-
vis falsitas latens esset, & cha-
racteres ita efformati, vt nul-
lus, etsi peritior calliditatem
detegeret, laudans ad id Fran-
chis *decif. 304.* Amato *d. res. 20.
à num. 9.* Nogueto *allegat. 19.
num. 27.* & *num. 19.* idem Olea
ampliat, vt debitor campfor,
vel depositarius cessionem fal-
sam solventes, similiter non li-
berentur, licet virtute instru-
menti publici solvissent, quod
intrinseca falsitate laboraret,
ea semper ratione præ oculis
habita, quoniam cum quanti-
tatis debitores sint, nullus ca-

sus fortuitus, aut alia quæli-
bet iustissima credulitatis cau-
sa eos excusat, seu liberat.

Si hæc tam notoria sunt, vt 43
per interpretes generaliter ad-
mittantur *in l. quod te mihi ff.
de reb. credit. Canc. par. 1. cap.
22. à nu. 22.* Farin. *in fragment.
verb. debitor à num. 16.* Iustra-
bis evidenter Civitatem abs-
que culpa sua, cum nullum vi-
tium visibile in mandato, vel
cessione obtingeret, solvisse
falso procuratori, vel cessiona-
rio, & nihilominus verò credi-
tori suo, adhuc remanere obli-
gatam, nullaque æquitate ei
succurri pro effugienda solu-
tione; & hanc falsitatem sæpè
sepius evenire in Civitate Nea-
polis, testatur Franchis *d. de-
cif. 304.* ita quod Bancherij, seu
nummularii postquam præsen-
tatis schedulis, seu apochis fal-
sis solverunt, fuerunt iterum
coacti solvere veris creditori-
bus pecuniarum; cōsentaneum
ergò è converso erit, vt si per
errorem quid dederit pro alio,
qui nullum creditum in Ban-
cho, seu Tabula habebat, re-
cipiens indebitè Civitati re-
neatur tantundem restituere.

In hac tamen re obiter non 44
prætermittam, quod si veri
domini factum non interve-
niat, quod iustam præbeat er-
roris causam, solius campforis

periculum, seu depositarij erit, vt proximè explicuimus; si verò factum creditoris quomodolibet versetur, vt putà si creditor scribat cessionem, vel litteras contra campforem, quibus iubet solvi Petro mille, ipse verò falsificatis litteris reponit duo millia, indubiè solvens liberatur, & satisfacit cedendo actiones suas, si falsitas ita artificiosa esset, vt etiam ab accuratiori ingenio campforis cognosci non possit; quia nullam præferebat suspicionem: nam tunc solvens non fuit in aliqua culpa; & consequenter rectè solvendo est liberatus, tam ab eo qui scripsit, quam à verò creditore. Angel. *conf.* 370. *sub num.* 1. ibi: *Sed si culpa campfori nulla &c. & sub num.* 2. *& in fin. conf. vers. concludo igitur.* Foller. ad Marant. *in specul. par.* 2. *art.* 6. *num.* 54. *vers. sed numquid campfor,* sequitur Olea *d. tit.* 5. *q.* 9. *num.* 23.

45 Possent hæc vberimè exornari ex text. *in l. cum quis* 38. §. 1. ff. *de solut.* cuius versiculo *sicuti servatur*, post propositum ab Africano casum de debitore, qui mandato creditoris solvit eius Procuratori post revocatum mandatum assertio adhibetur, eum qui ignarus revocationis solvit Procuratori

scienti ipso iure liberari, si Procurator nummos ea mente acceperit, vt domino traderet, ope autem exceptionis iuari, quamvis Procurator nummos intercipiendi avidus recepisset dummodo cedat creditori conditionem furtivam quæ ei competit contra falsum Procuratorem.

In posteriori verò parte versiculi *sicuti servatur*, 46
resolvit Consultus maritum vxori donaturum, si iubeat debitorem suum solvere, solutione facta non liberari debitorem, sed exceptione adversus maritum defendi, si conditionem præstet sibi adversus mulierem paratam, actionem tamen furti eo in proposito marito post divortium competituram, si sua interfit interceptos nummos non esse. Cuius versiculi difficultas incomperta non est,posito casu de marito, qui donationis causa vxori debitorem suum delegavit, & divortio facto revocavit donationem, & nihilominus vxor furandi causa exegit nummos à debitore ignaro revocationis, & vt tex. iste componatur cum *l.* 3. §. *sed si debitorem ff. de donat. inter*, ac ad illustrationem *l. vir vxori* 39. ff. *de donat. inter*, & *d. l. cum quis* 38. §. 1. consulendus Olea *in addition. ad d. tit.*

5. q. 9. cui addo acutissimum
D. Melch. à Valent. *in epist. ad
Ant. Fabr. exercit. 9. epist. 5.*

47 En qualiter non absona ab
æquitate patefit Civitatis con-
dictio adversus eos, qui à Ban-
cho receperunt pecunias per
apodigias scriptas ab his, qui
nullum in Bancho habebant
creditum, quantumvis scribēs
verè debitor esset illas reci-
pientis. Contra istum, dum do-
li particeps non sit, iudicium
criminale non exercetur, ex la-
tè traditis à Farin. *de furt. q.
170. à num. 36. & q. 171. à nu. 1.*

48 Sed iustissimo verè, & æqui-
tissimo gladio Civitas in illos
clamavit qui authores facino-
rum extiterant, non tamen quo
debuerat conatu, cum miser
iste, de quo nostra efformatur
enucleatio, pœnam luerit, &
alij longè admodum noxij à
punitioe evaserint. Institu-
tum non egrediamur; falsi cri-
men in specie reum patrasse ex-
ploratum suscipitur, cum tria
falsitatis constitutiva specule-
mur, nimirum dolum, præiu-
diciu tertij, ac veritatis im-
mutationē; veluti ex Vulpello,
Gabriele, Cephalo, Hondedeo,
Ciazio, Genoa, Farinacio,
Capicio Latro, firmat Conciol.
ref. crim. 2. verb. falsum, &
adhuc in falsitate quæ actu, nec
habitu est nocibilis intrare pœ-

nam extraordinariam cum Bal-
do, Vantio, Marfilio Ploto, &
Afflictis, propugnat Menoch.
*de arbitr. cas. 306. num. 15. &
seq. quem refert Conciol. d.
verb. falsum ref. 3. num. 6. &* 49
quod quando lex pœnam im-
ponens solum respicit factum,
tunc pœna ordinaria imponē-
da sit etiā non sequuto effectu,
docet Regens Cortiada *decis.
88. nu. 44. ad interpret. Constit.
3. sub tit. de crim de fals, alio-
rum Regnorum sanctionibus
comprobans.*

Præiudiciu tertij, & veri- 50
tatis immutationem ex facti
descriptione evidenter elici-
mus: Dolo autem evenisse in-
dubium conspicitur; nam do-
lus coniecturis, & præsumptio-
nibus arguitur, cum sit latens
in animo. Garcia *de nobilit.
glos. 17. num. 28. Hermos. leg.
57. gl. f. 3. à num. 4. tit. 5. p. 5.
Barbos. vot. 19. à num. 31. Ricci.
par. 4. collectan. 1123. & part. 7.
collect. 2888. Surd. decis. 216.
Reg. Matthæu de re crimin.
contr. 63. à num. 30. de dolo au-
tem ambigendum non erat:
nam cum Iosephus in libro- 51
rum comprobatione assisteret,
& de re propria conscriberet,
scienter affectatè, ac callidè, &
non per errorem processisse
præsumitur, ex latè adductis à
Conciol. *ref. crim. verb. mo-
neta**

meta falsa, ref. 4. num. 6. & 7.
 & bonam, ac malam fidem
 exponentes declarant, Castillo
de tert. cap. 26. Vela diff. 38. n.
97. & dissert. 48. num. 49. So-
lorzan. tom. 1. de iur indiar. lib.
3. à num. 79. Pareja tit. 10. de
edit. ref. 2. à num. 14. Cyriac.
contr. 196. & 533. ex quibus vni-
 vocè promitur scientia extan-
 te malam fidem inferri, & quod
 ad dolum in falsitate proban-
 dum scientia veritatis rei ge-
 stæ ex proprio factò oriens sit
 efficax, omni ignorantia præ-
 sumptione seclusa, annotarunt
 Bald. *conf. 446. num. 3. vol. 5.*
 Cravet. *conf. 123. num. 6. ad fin.*
 Menoch. *de arbitr. cas. 315. n. 9.*
 Caroc. *de re furt. q. 9. num. 9.*
 Farin. *in fragm. par. 2. nu. 207.*
 & alijs plurib⁹ allegatis Giurb.
 52 *conf. 5. num. 13. qui num. 20. &*
seq. tenet doctrinam genera-
 lem, qua iactatur desistentem
 ab usu falsi testis, omni poena
 esse absolutum, obtinere, si
 usus est simplex, & bona fide;
 at si constructio falsi, & falsi-
 tatis instructio sint admixta,
 puniretur reus, etsi millies
 renuntiasset vsui, plena scri-
 bentium seriè opinionem suam
 stabiliens, & probavit exitus
 per Giurba commemoratus
conf. 6.

53 Cum autem nos in specie
 bonam fidem non intueamur, imò

malam, proveniente ex veri-
 tatis, quæ fuit immutata, scien-
 tia, & instructio falsitatis in
 Iosepho adfuerit, extra aleam
 erit dolo se gessisse, præmaxi-
 mè cum falsitas illa in commo-
 dum Iosephi cederet, ut ex fa-
 cti narratione enitescit, & tunc
 versamur in regula, quod ab
 eo à quo lucrum speratur præ-
 sumatur ordita, ut post alios
 affirmat Farin. *de falsit. & si-*
mul, q. 153. numer. 209. Gratian.
discept. for. cap. 262. num. 37. &
seq. par. 2. in addit. ad decis.
March. 84. num. 3. Gayto de
credit. cap. 2. tit. 8. num. 3056.
 Surd. *consil. 512. num. 6. lib. 4.*
 Conciol. *alleg. for. 91. num. 19.*
 rationem subministrarunt The-
 saur. *decis. 121. nu. 7. Vermigl.*
conf. 250. numer. 1. & conf. 252.
num. 2. & his citatis Conciol.
ref. crim. 6. num. 1. & 2. verbo
falsum, asserendo falsitatem non
 præsumi commissam sine cau-
 sa, & sine commodo, ac lucro.

Indagandum nunc est qua- 54
 liter probatus esset falsitatis
 fabricator, nimirum cum fuisse
 Iosephum, qui non negabat
 verba illa quibus dicebatur
 habiturum ipsum ex reliquo
 bienii annorum 1678. & 1679.
 scripta in relato libro primo
 maiori, esse sua manu, suisque
 characteribus exculpta, diffi-
 tebatur vero numeros, vulgò

cifras, tam de *alba*, quam de *pla*, scilicet more Romanorū depictas, atque Hispano suo calamo signatas extitisse; & adverte ad hosce numeros, totum delictum reduci: nam in re creditum vnus libræ Iosephus consequebatur, vt facti contextu *num. 4.* exponitur, ideoque in adiectione cum numeris novemcentum supra vnā libram falsitas, collusio, & caliditas delitescebant.

55 Adhibuit Fiscus testes de nota manu pro numerorum, vulgò *cifras* recognitione, qui deposuerunt nedum characteres, sed & quoque numeros manu, & littera Iosephi credere, & iudicare fuisse conscriptos, ratione assignata, quia notam habebant manum, & litteram Iosephi, necnon vidisse eum pluries numeros efformātem; & licet testes de credulitate, vti incertè deponentes nullam soleant fovere probationem, neque præsumptionem Ant. Gomez *tom. 3. cap. 12. nu. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 458. num. 1. & seq. lib. 1. & conclus. 1369. nu. 1. & seq. lib. 3.* & solum faciant qualequale indicium. Farin. *de testib. q. 68. nu. 62. & seq.* Caren. *de off. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 7.*

56 Sitque æquè certum, testes de iudicio suo deponentes, nō

probare, cum testis officium non sit iudicare, sed solum factum simpliciter referre. Boss. *in pract. tit. de oppos. contra. test. num. 43.* Farin. *de testib. q. 68. num. 32. & seq.* Carena *de off. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 6. num. 4.* Vermigl. *conf. 3. n. 18. & conf. 36. num. 9.*

Cæterum regulæ istæ communem quandam patiuntur limitationem, si tales testes de credulitate, seu iudicio sufficientem redderēt rationem dictæ eorum credulitatis, quia tunc illos probare nemo non videret. Carena, Gomez, Farin. & alij nuper citati; quod autem deficiēte rationabilis causæ credulitatis designatione, fidem non facerent huiusmodi testes, concludit Iul. Chart. *decif. 43. num. 22.* etiam in specie 57 testium defensionis ex Crott. *in tract. de testib. num. 315. in 2. fallent. in fin.* Farin. *quest. 68. num. 78.* de mente Bartol. Alexand. Felin. & aliorum, & indubitatum arbitratur Chartarius: quia alias nusquam quisque puniri posset, cum nullus esset, qui in defensionib⁹ nō reperiret, testes de credulitate deponētes, quidquid in contrarium voluerint Guazz. *def. 29. cap. 3. num. 11. vers. & magis,* Bursat. *conf. 273. num. 12. & seq. lib. 3.* nam eorum opinio delicto-

etorum vindictam omninò auferret, si absolutè cum illa esset transeundum, non adiuuando adminiculis, & præsumptionibus, alijsvè probationibus testium credulitatem.

59 Subnecte prædictis, quod si testis deponit de his, quæ non sensu corporeo, sed iudicio intellectus percipiuntur, vt sunt animi qualitates, veluti præmeditatio, & similes, quæ non cadunt sub sensu corporis, nisi mediantibus actibus externis, ex quibus internæ illæ qualitates deteguntur, testis depositio nihil probat, dum sui dicti rationem non affert, etiam si non fuerit de causa scientiæ interrogatus. Iul. Chartar. *decis. 95. num. 45.* post Abbat. & Felin. qui de communi attestatur *in cap. cum causam extra de testib. Fontan. decis. 60. num. 15. & 16.* quidquid in contrarium scripserit Ripoll *ad prax. civil. Peguer. rubr. 18. nu. 62.* Huius autem generis sunt testes de iudicio, qui ipsum efformant actibus intellectus, & ideò egent demonstrationibus extrinsecis, vt eis fides detur: non enim licet testi se iudicem constituere, sed tenetur factum, & actus exteriores referre, ex quibus suæ credulitatis, & iudicij argumenta desumat; si autem nullis actibus per eum ex-

pressis suam credulitatem, & iudicium inducentibus probaret, iudex ipse esset, cum eius iudicio staretur nullo alio considerato, sicut cognitioni iudicis pareretur, ex quo ipse iudicavit; hoc autem ius non patitur, vt iudicis, ac testis quis munere fungatur, de quo *decis. 32.* vbi cur super articulis iuris testes non admittantur.

Consequens est ergo, quod 60 testis de iudicio, & credulitate ad hoc vt probet, actus corporeis oculis patètes enumeret ex quibus ipse suam formet ideam, credens propter illos actus, quos vidit, rem hoc, vel illo modo evenisse, declarando, ponamus crevisse scribentem sæpius reum alias scripturas, inspexisse deinde contentiosam, vt inferat inde se credere fuisse scriptam manu eiusdem rei, hæc illatio dicitur iudicium, non quidem diffinitivum, quale est iudicis, & qualiter esset, si nulla ratione assignata per demonstrationes visibiles conderetur, sed est iudicium dubitativum, & coniecturale, quod probat quatenus virgèt, & præmunt causæ demonstratæ, & recensitæ, & non aliter, sicque 61 non debent assertivè deponere dicendo hoc ita esse, quia tunc suspecti de falso redderentur. Matthæu *de re crimin. contr. 76.*

num. 67. & deciderent, cum ex solo iudicio suo rem ita se habere declararent; sed tenentur dubitativè suum animum, & opinamentum referre, nec si articuli probandi testibus de re ad intellectus examen spectante per verba determinata, & decisiva conciperentur, admitendi essent in defensionem, ne iudicis cum teste potestas confundatur, sed tantum hi, qui credulitatem, & non iudicium firmum, atque diffinitivum secum trahant; & idem, & maiori ratione teneas de testibus in offensam: nam quotidie de negotio ad mentis speculationem spectanti deponunt, exteriora signa, ac gesta, quæ videntur, & ex quibus moventur, enumerant, & postea iudicium suum coniecturale in actibus illis externis fundatum explicant, non assertivè, sed per verba credulitatis.

62 In hac causa, & in offensam, & in defensionem rei, testes de iudicio, & credulitate producti extiterunt diversæ classis, quidam iudicantes impossibile esse numeros, sive *cifras* comprobare, cuius manu fuerint delineati, & hi erant testes defensivi; alii de nota manu, qui etiam in criminalibus admittuntur, & probant: alij per comparationem litte-

rarum de quorum vi, & efficacia nos *decis. 2. num. 105.* Adverte tamen quod in defensionem testes per comparationem litterarum non fuerunt accersiti, isti autem recipiuntur ut periti, prout notant Doctores laudandi *num. 68.* atque ita non sunt propriè testes: quia ipsorum depositio est potius iudicium, quam testificatio, cum deponant de iudicio, & credulitate, potius quam de veritate Pacianus *de probation. lib. 1. cap. 47. num. 5. & seq.* Buccaron. *diff. 65. num. 8.* & hoc modo deponentibus creditur eis. Paris. *conf. 56. num. 16. tom. 2.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 2. glos. 2. num. 10.* Ioseph. Ludov. *decis. 7. num. 8.* etiamsi nullam reddant rationem scientiæ, ut fundabitur infra *num. 82.* sed nunc ex proposito oportet exquirere, quamnam probationem faciant in criminalibus testes de nota manu deponentes, & anteaquam hæc aggrediamur, notari velim, quod recognitionis nomen in ista materia duobus modis accipitur, altero pro quacumque comprobatione scripturæ, ut videre est apud Fontan. *de pact. claus. 6. glos. 3. par. 7. à num. 5.* & sub hoc sensu accipitur à nobis *decis. 2. num. 105.* in casu ibi memorato, qui fuit scrip-

turæ per testes de nota manu rei comprobata; alio modo significat confessionem partis recognoscentis scripturam illam manu sua fuisse conscriptam, de qua loquuntur Doctores allati *d. decis. 2. num. 104.*

65 Testes igitur de nota manu ita opus est vt deponant, videlicet eos credere, ac iudicare scripturam, quæ eis ostenditur esse scriptam per talem personam quia habent notam illius manum, & litteram, ex quo pluries eam scribere viderunt. Fontan. qui supra *claus. 6. glos. 3. par. 7. à num. 14. qui num. 17.* imperfectum iudicat hunc modum probationis in magnis summis, propter evidens periculum, ne testes decipiantur in iudicando litteram vnus personæ, quæ potest per aliam esse falsó fabricata, & similitudo manus facillimè falleret; & ita non sufficere hos testes ad condemnandum in casu non modicæ quantitatis, tenet Font. ex *Grammat. decis. 84. Vrsil. ad Afflict. decis. 181. Marta vot. 45. Granat. theorem. 15. per tot. Gaspar Ant. Thesaur. q. for. 24. num. 5. Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 22. Ioseph. Ludovis. decis. Perus. 7. ex num. 17. Maresc. lib. 1. cap. 79. & 80. per totum, adde Ioan. Baptist. Costa in tract. de remed. subsid. 82.*

num. 2. & geminatæ sunt Senatus decisiones, quæ debilitatem istam confirmarunt, quæ Marin. lib. 2. ref. 229. num. 6. favore piæ causæ vult non obesse, imó tunc probari per testes habere notam manum deponentes, schedulam testatoris manu in beneficium piæ causæ scriptam; sed hanc sententiam acriter impugnat Manfredi, ad Capic. Latro observ. 140. à num. 64, adde Posth. observ. 98. num. 14. vbi de scriptura recognoscenda, quæ ostenditur testibus inter plures similes instante parte, vt videas, qua securitate sit in hac materia incedendum: nam si testibus, qui viderunt scribere, adhuc hæc potest diligentia adiungi, multo potius illis non est nimis fidendum, qui de nota manu deponant.

Prædicta tamen insufficientia probationis veritatis scripturæ privatæ fallit, vt non procedat vbi concurrunt alia adminicula; tunc enim ea probatio ad condemnationem efficax esset. Fontan. *d. claus. 6. glos. 3. par. 7. à num. 20. Maresc. dict. lib. 1. var. cap. 79.*

Hæc ita in civilibus affirmantur, sed in criminalibus, quod probatio facta per testes dicentes habere notam manum faciat indicium ad torturam, ex Petr.

- Petr. Caball. *cas. 251. num. 5.* & 13. refert Guazz. *def. 20. cap. 23. num. 7.*
- 68 Concurrerebat alia verificatio illius scripturæ, & numerorum, quæ vulgò fertur per comparationē litterarū, quod probandi genus fortiùs, & firmi⁹ appellarūt nonnulli, cū fiat per peritos, illis commonstrando aliam scripturam eiusdem personæ, de qua non sit dubium, quin scripta sit manu propria illius, & isti de iudicio deponunt secundum characteres, & formam litteræ vnius, & alterius scripturæ, illam de qua agitur conscriptam fuisse manu eiusdem personæ quæ aliam peritis demonstratam scripsit Fontan. qui supra *d. claus. 6. glos. 3. par. 7. num. 7.* Caball. *d. conf. 251. num. 12.* Matthæu *de re crimin. contr. 28. num. 68.* in exemplaribus per eum relatis Riccius *part. 2. collect. 350.* & depromitur ex *l. comparationes 20. Cod. de fid. instrum.* Cuius approbatio, & maiorum solemnitatum quæ pro comparatione interveniunt concursus, prevalere probationi testium de nota manu suadent, & ita voluerunt aliqui ex Doctoribus supra commemoratis.
- 69 Sed quid quid de his sit, à quibus parva potest utilitas haberi, video Guazzin *d. def.*

20. cap. 23. numer. 7. docentem, quod si cum testibus habentibus notam manum, concurrunt alia adminicula, sufficiant ad condemnandum in criminalibus.

Simili modo conspicitur Mascard. *de probat. conclus. 330.* Interpretes in *l. comparatione Cod. de fid. instrum.* Farin. *conf. 70.* & *conf. 108.* & in *fragment. p. 1. verbo comparatio q. 1. tit. 25. à num. 446.* Menoch. *de arbitr. cas. 114. num. 2.* Ioann. Baptista Costa *de remed. subsid. remed. 7. num. 14.* Buccaron. *de diff. inter Iud. civil. & crimin. diff. 66.* Vicecancell. Crespi *obser. 27. num. 4.* probare comparationem litterarum solam non facere plenam probationem, sed alijs cum adminiculis, & probationibus, & talia adminicula debent esse ex urgentibus, vt notat Reg. Matthæu *d. contr. 28. num. 67.* ex Thom. Gramm. *decis. 34. num. 15.* & 16. Thesaur. *q. for. lib. 1. quest. 24. num. 26.* Cyriac. *contr. 272. n. 5.* & 6. Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 999.* & quid nisi concurrant alia cum comparatione litterarum, non eliciatur ex ea indicium ad torturam, firmant Riminald. jun. *conf. 236. nu. 14.* & *seq.* Farin. *conf. 70. num. 14.* Vice. *opin. 44. vers. secundum qualitatem personarum.* Marc.

li 2 decis.

decif. 935. ea de ratione: quia comparatio litterarum sit fallax, ob mutationem temporis, ætatis, & atramenti. Farinac. *qui supra, & in fragment. litt. C. num. 447.* quidquid in contrarium resultare ex sola comparatione litterarum semiplenam probationem ad torturam imponendam, senserint plures
 72 relati per Guazz. *d. cap. 23. n. 3.* adde Buccaron. *diff. 66.* Vbi cum Sigismundo Scaccia ponit, quod in casibus quibus, si de civili causa agatur comparatio litterarum plenè probat, in criminalibus tantum facit semiplenam probationem, & ita cum in civilibus non probet plenè absque adminiculis, nec utique illis deficientibus probabit in criminalibus semiplenè, hac retenta sententia; quam tamen non puto veram, inhærendo præiactis *nu. 67.* de probatione semiplena resultante ex testibus de nota manu, qui probare non possunt magis, quam periti deponentes per comparationem litterarum, ex firmandis inferiùs
 73 *num. 87.*

73 Intenti autem nostri potissimum sunt scripta per Caball. *d. cas. 251.* & D. Petr. Quesada Pilo *dis. 11.* in his namque locis duæ probationes militabant pro verificatione scripturæ pri-

vatæ, velut in nostra specie, & quæsitum extitit, an componeretur ex eis integralis, plenaque probatio, Caball. *diēt. cas. 251. à num. 10.* hæsitat in concedendo, quod ex testibus de nota manu, & comparatione litterarum plena promanet probatio.

Enim verò D. Petr. Quesada Pilo *d. dis. 11. num. 12.* non dubius resolvit, quod quamvis regulariter duæ semiplenæ probationes in omni negotio sufficiant ad condemnandum, coadunenturque ad construendam perfectam, & optimam probationem, *l. qui sententiam 16. in medio Cod. de pœnis.* Berlinch. *præct. conclus. cap. 36. nu. 129. tom. 1.* Gregor. Ganaverr. *decif. 28. numer. 32.* Sed tamen hæc procedunt in duabus semiplenis probationibus diversæ prorsus speciei, & formæ, ut si probationes diversæ, ac in se non perfectæ tendant ad eandem conclusionem finalem, & habeant consonantias colligatas ad invicem, tunc omnimoda harmonia dicitur compacta, ut plenè constare dicatur de crimine; si autem eæ consonantiæ, seu indicia non multiplicentur, sed vnius generis sint, probationesque eiusdem qualitatis considerentur, hæud dubitarem non componi cō-

ple-

plementum, ex his quæ late, non vulgariter afferentur *decif. 22. à numer. 77. Faber. Capic. Galeot. contr. 29. num. 20.* vbi quod quando ambæ semiplenæ probationes sūt eiusdem generis, & speciei robore carent ad totum perficiendum.

75 Hactenus discussa evincunt non probare perfectè ad condemnandum, duas istas verificationes; scilicet per testes de nota manu, & per comparationem litterarum, quæ suis requisitis, & legitimè in nostro themate facta est supponenda. Plenam autem probationem integrari ex his verificationibus, & indicijs iuvantibus, absque dubio tenendum proponebatur in præsentiarum; siquidem inter indicia roborantia adducebatur, dum proponebatur commodum speratum, de quo *sup. num. 53.* & insuper *decif. 40.* indicijs antecedentibus, & *decif. 41.* & in cohærentibus invenies *d. decif. 40.* qualitatem facti, in quo ponderabis Iosephum scribentem partem, de qua notū est ambiguitas, aliam partem in sui utilitatem cedere; ex indicijs consequentibus pondera effectum subsequutū consumptionis pecuniæ per Iosephum; nonne hisce simultancè consideratis, de quibus à *num. 4.* probatam

putabis falsitatem in Iosepho? vix crediderim aliud lentias, si firma autumes, prout sunt quæ ad hunc finem luculenter scripsimus *decif. 22. num. 88.* vbi non obscurè monstrabimus, quantum arctent argumenta, quæ ex præcedentibus, cohærentibus, & consequentibus adinvicem unitis attextuntur, & hic urgentius animum coarctare non posse non est cur patefaciamus.

Clamabat Iosephus de testium de nota manu dictis, & peritorum de comparatione litterarum attestantium relationibus: nam utrique numeros, seu cifras manu Iosephi scriptas de iudicio asseverabant: erant omnes Notarij publici Barchinone, & sic periti ad eas dignoscendum, de quibus interrogabantur; sed Iosephus in defensionem Gymnastas, vulgò *Mestres de escriurer* adducebat, qui dijudicabant, criminis numeros, sive cifras eius esse qualitatis, & generis, ut à nemine certitudinali coniectura discerni possent, cuius manu sint fabricati; difficilia autem impossibilibus æquiparantur, ex tradit per Sanch. *lib. 5. disp. 5. q. 1. nu. 12. ante fin. vers. 3. quia licet factum fol. 843.* Hypol. Riminal. *conf. 115. n. 54. vol. 2.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 11. & 12.* Ioan.

Ioan. Gutierr. *conf.* 18. *ex nu.* 9.
& alij laudati per Castillo *con-*
trou. lib. 3. *cap.* 7. *num.* 22. &
23.

78 Periti erant ex vtraque par-
te postulati, sed peritiores suos
Josephus afferebat, vtpote lit-
terarum, cifrarumve efforma-
tioni, & cognitioni semper in-
tendentes.

79 Quomodo peritia sit atten-
denda tetigimus *decis.* 2. *num.*
131. Sed quod peritorum iudi-
cium retractandum sit per pe-
ritiores, profusè Andreol. *con-*
tro. 128. vbi quod post secundā
electionem, non sit amplius lo-
cus vltiori electioni, in qui-
bus nō immorādum, sed adeat
lector Lucam ad Franch. *in ap-*
pendic. ad observ. 628. nullus
enim dubitare potest quod dig-
niores, & peritiores sint præ-
ferendi in concursu discordiū
relationum. Vermigl. *conf.* 18.
num. 13. cum Farinac, *q.* 127.
num. 141. *post princ. vers. regu-*
lariter magis creditur; & quod
peritiores sint admittendi, quā-
do parti nihil imputari possit,
quare eos non prius produxe-
rit, tradit Vermigl. *conf.* 365.
num. 6.

81 Constans est etiam conclu-
sio, peritorum illud iudicium
attendendi debere, quod habet
meliores rationes. Vermigl.
qui supra *conf.* 18. *num.* 16. licet

enim ipsi non teneantur præ-
cisè reddere rationem sui dicti,
quando deponūt super ijs, quæ
ad artis peritiam spectant. Bar-
tol. *in l. de etate,* ff. *de minor.*
num. 9. Aretin. *in l. 1. num.* 15. ff.
si cert. petat. quia habent præ-
sumptionem pro se. Menoch.
de adipisc. poss. rem. 5. *num.* 166.
Mascard. *concl.* 1038. *num.* 15. &
concl. 1475. à *num.* 39. Farin. *q.* 70
num. 64. & 102. Hermosill. ad
Lopez *glos.* 6. *l.* 56. *par.* 5. *tit.* 5.
nu. 65. *pag.* 789. Si tamen eam 82
explicent, credendum est præ-
clariorē eruentibus; tunc enim
isti peritiores iudicantur, qui-
bus credendum. Amic. *conf.*
102. *num.* 8. Beroi. *conf.* 84. *nu.*
25. *lib.* 1. *post Bartol. in l. 1. §. si*
autem num. 2. ff. *si mens. fals.*
Hieron. de Mont. *de finib. cap.*
26. *num.* 10. Pant. Crem. *in l. 2.*
Cod. de rescind. vend. nu. 299.
quos refert, & sequitur Gra-
tian. *discept. for. cap.* 600. *fin.*
nu. 28. Fontan. *de pact. claus.* 5.
glos. 9. *par.* 15. à *nu.* 10. qui in
iudicis arbitrio positum esse
dicit, quibus peritis sit credē-
dum, rationibus nimirum illo-
rum pensatis; & quod in hac
materia plurimum exuberet
officium iudicis, tenet Bucca-
ron. *diff.* 65. *num.* 19. qui vti cer-
tior fiat veritatis potest post
visa peritorum dicta, peritio-
res evocare; & quod reddent- 83
tes

tes meliorem rationem, quamvis pauciores numero, sint cōplectendi. Nogueroi. *alleg.* 18. num. 29. ex Mascard. *de probat. conclus.* 1370. num. 3. & seq. & num. 46. vbi vult quod sit credendum his, qui rationem assignant, potius quam non assignantibus.

84 In hac re attenditur ad cuius artem peritia spectet: nam si ad peculiare aliquorum officium pertineat, illi praevalent testibus imperitis, etsi numero longè maioribus. Cagnol. *in l. 2. Cod. de rescind. vend.* num. 211. & post eum Lupus *de vsur. comm.* 2. §. 5. num. 126. *vers. Tertiò intelligitur.* Nogueroi. *dict. alleg.* 18. num. 21.

85 Sed notem velis, aliud esse testibus peritis plus credi, quàm imperitiam habentibus, quod certè vbi specialis peritia requiritur ab omni dubio abest; & aliud esse credi peritis, plusquam testibus in numero excedentibus: de quo in *l. septimo mense*, vbi Doctores *ff. de stat. homin.* Ludovis. *decis.* 125. num. 9. & *decis.* 161. n. 3. Font. *decis.* 600. num. 8. Nam in primo casu loquimur de peritis testibus, vt intelligatur, inter testes non peritos, & peritos, istos praeferri debere.

86 In secunda autem parte tractatur de peritis, quibus man-

datur, vt iuxta peritiam suam relationem edant, & hi quia non sunt propriè testes, sed quodammodo iudices, vt prae monui num. 63. probationem fortiozem, & superlativam faciunt, Doctores proximè relati accuratè enodarunt. Mar. *Muta decis.* 51. num. 11. qui tenet peritorum in arte non ita stringere depositionem, si deponat vt testes.

Hanc tamen diversitatem, 87 vt peritis declarantibus, vt talibus relationem faciendo sit magis credendum, quam si deponant vt testes, intellige, maximè si fuerint à partibus nominati, & eis discordantibus à iudice, & reliquis servatis, de quibus Hermosill. iam citat. *glos.* 6. cap. 56. tit. 5. par. 5. à nu. 38. pag. 786. & reliqui à nobis adducti *decis.* 2. num. 131. quia cum tunc partes eorum peritiæ cōfidant; nihil mirum magis credi, quam alijs peritis, vt testibus deponentibus; deponunt testes super curiæ praeventis ab vna parte citati, declarant periti iussu iudicis partibus convenientibus in eorū electione, & nulla ex eis citari petente, sed vtraque parte vtrumque ad iudicium suum exponendum invitari poscente; nihil mirum ergo plus peritis hoc modo receptis credi, quam

- quam si vti testes deponant.
- 88 Adhuc vrgentiùs experimur in Regia Curia iudicem ex officio peritos nominare, & eius mandato relationem facere, nõ quidem citatos ad instantiam Fisci, sed vocatos ex officio à iudice, & istis fides datur, quãvis pars alia non assenserit eorum electioni, vt in hoc nostro casu, & alijs quotidie testis est experientia; Si verò ijdem periti, vt testes ministrarentur citati instante Fisco, æqualem fidem non facerent; differentias assignant Gratian. *discep. for. tom.2. cap.235. num. 32. & seq. Xamm. de offic. iud. par. 3. q.5. num.45.* & vera ratio est: quia tunc deponens vt peritus à iudice est approbatus, & vocatus; deponens verò vt testis venit à Fisco, vel parte instante quæsitus.
- 89 Quando autem in defensionem reus ministraverit peritos, & illi vti testes deponunt contra dicta peritorum, qui in offensam à iudice fuerunt dati, eo tunc licet non parem fidem electis à iudice, & vt peritis deponentibus faciant; si tamen meliorem rationem actulerint hi, qui vti testes fuerunt dati, si aliter peritia polleant, non dubitarim quin prævalere debeant, ex adductis *supra num. 83.* præsertim quando ex offi-

cio, vt fieri solet in Regia Curia, eliguntur nullo facto partium intercedente.

90 Observa vltcrius, peritos in aliqua materia, licet super illa recipiantur, quandoq; solere extra terminos peritiæ deponere, & tunc, siue vt testes, siue vt periti (per errorem fieret) recipiantur, maioris, nec minoris efficacix erunt, vt habetur in testibus de nota manu, qui licet periti in Characterum examine, non deponunt vt tales, quia solum declarant se vidisse pluries scribere eum, cuius litteram comprobant, & ideo inferunt scripturam, quæ ostenditur esse illa manu scriptam, sicque non deponunt propter artis suæ peritiam, sed propter cognitionem, quam extra peritiam habent; veluti testis, qui deponit 91 se cognovisse aliquem ad vocem non interrogatur ob peritiam musicæ, sed ob frequentem auditum vocis loquentis, quam taliter notam habet, vt decipi non possit. Natt. *consil. 21. num.5. lib.1. Vvir. opinion. 990. num.2. Farin. de testib. q. 62. num.45. Mascard. de probat. conclus.1114. nu.7. lib.2. Giurb. consil.37. num.41. circa medium. Caren. de offic. Sanct. Inquisit. par.3. tit.6. num.16. Vermigliol. consil. 408. num. 10. Conciol.*

- resol. crimin. 6. num. 2. verbo*
 92 *testis quoad dicta;* verum est, quod, vt aliquis de nota manu deponat, oportet, vt non sit imperitus legendi, & scribendi, aliter enim malè assereret, se habere notam manū, & litteram alicuius, si ipse in ea esset ignavia, ex qua idem enascitur, ac si numquam vidisset scribere; cum ignorantia cæcitati comparetur. *Can. illud relatum per eque 2. §. sed obijcitur 15. q. 1. cui annectitur quod ignoratis principijs, cætera quoque ignorantur. Can. cum Paulus dicat 26. q. 1. l. 1. §. certè ff. de origine iuris, & germanantur supra adducta de testibus imperitis num. 84.*
- 93
- 94 Duo ergo statues ex supra dictis, videlicet peritos, qui nō de qualitatibus peritiæ deponunt, licet de rebus tractent, in quibus nota est eorum comprehensio, vti simplices testes reputari, quamvis per errorem vti periti fuerint recepti: Et è contra elicies, peritos, qui vti testes deponunt, si tamen suæ peritiæ argumenta tam fulgida præstent, quæ vincant rationes peritorum forma declarantium; præferri debere illos melioribus suffultos rationibus.
- 95 Iosephus peritos perhibebat vti testes, qui summè diffi-

cilem peritorum in offensam productorum comprobationē asseruerunt, in comparatione numerorum, seu cifrarum; præmebant animum depositiones istorum testium peritiam habentium, & quorum rationes efficaciores videbantur, nec posse numeros ea peritorum diligentia verificari, neque testibus de nota manu res ipsa, testium defensionum dicta, eorumque ponderationes constituebant. Sed debilitates istæ peritorum, ac testium de nota manu, indicijs desuper num. 75. enumeratis, maximas assequerant vires, vt affirmaretur benè verificatam litteram, & Iosephum falsitatē fabricasse. De pœna ei imponenda noster nunc adstruatur sermo.

Primitus autem animadver- 96
 tas, de falsitate, & furto fuisse hunc reum accusatum; de falsitate vidisti, qualiter per testes, & indicia arguebatur. Furtum verò aliter conabatur Fiscus, & pars privata concludere, nēpè ex apodigijs, quas in favorem nonnullarum personarum scripserat quātitatē 955 113 9.
 continentibus, quæ à Bancho vigore apodigiarum fuerunt extractæ, cum qua contrectatione pecuniæ, expletum furtum decantabatur: Sed Iosephus allegabat, absque dolo

97 furtum non committi, vt enun-
tiavimus *decif. 4. num. 128.* hic
autem nullum adfuisse liquere
aiebat ex probatione, quam in
defenfionibus fecerat de vfu,
ac ftylo in hac Civitate, præ-
cipuè inter exercentes merca-
turam, qui pro faciliori com-
mercij, & negotiationis expen-
ditiõne foliti funt fimiles apo-
digias, five poliffas dare, etfi
nullum obolum habeant in
Tabula, feu Bancho, vt defer-
viant pro tuitione, & fecurita-
te illius, cui hæ apodigiæ præ-
ftantur; & hoc fortè introdu-
ctum ferebatur, nè publicis in-
strumentis arcana negotij pan-
dantur; intereft enim ea non
evulgari, ex traditis *decif. 3. nu-
mer. 38.*

98 Vlloque numquam tempo-
re habitum fuiffe pro delicto,
aut culpa, fimiles apodigias cõ-
fici, exploratum proponebatur,
& ideo in vfu apodigiarum ex
parte vtentis maleficiũ pote-
rat confiftere, non verò contra
feribentem verti, præfertim
cum adderetur Iofephum con-
fueviffe habere partitas in Ban-
cho, prout ex documentis per
ipfum exhibitis eliciebatur;
proptereaque errori, non dolo
fuo erat tribuendum, apodi-
gias illas præbuiſſe; iurisque
fundamentis iſta communie-
bat, deducens obſervantiam

99

quamvis pravam excufare à
pœna temporali. Glos. notabi-
lis in *cap. denique, verbo con-
fuetudine diftinct. 4. Cap. cum
venerabilis, verbo migraffe, &
ibi DD. de confuetudin.* Ale-
xand. *confil. 70. num. 3. & con-
fil. 132. Sperell. decif. 24. num. 43.
part. 1.* & confuetudinem con-
tra legem, primos introducto-
res non excufare, fecus autem
posteror, tenet Fontan. *decif.
483. num. 15.* poſt Domin. Felic.
Navarr. & non displicuit Azor
in *inſtitut. moralib. lib. 5. cap. 4.
verf. Quintò queritur.* Garcia
de *benef. par. 11. cap. 5. num. 150.*
Sarau. de *iuriſdict. adiunct. q.
30. num. 52.* fic enim talis fraus
dicitur eſſe de licitis, de qui-
bus per Decian. in *tract. crim.
part. 1. lib. 1. cap. 5. rubr. de frau-
de num. 14. & ſeqq.* Farin. de
*panis temper. q. 88. num. 37. &
q. 95.* vbi latè declarat, & con-
cludit confuetudinem non ex-
cuſare à prohibitis à iure divi-
no, vel naturali, neque ſi illa
fuerit improbata à Principe,
vel à lege.

Conſuetudinem verò ſemi-
plenè probatam per curſum de-
cem annorum, excuſationem
tribuere à pœna legali, ſtatu-
taria, & ab illis, quæ ſunt pro-
hibita à iure poſitivo, firmat
Farinac. qui proxime. Canc. *p.
3. cap. 12. num. 220.* vbi ſtabili-
vit,

vit, Officiales faciētes id, quod
sui prædecessores fecerunt, ex
huiusmodi causa excusari ab
102 omni culpa. Quibus replicaba-
tur ex parte Filci, coniunctim
acceptis indicijs supra num. 75.
recensitis antè, & post extra-
ctionem pecuniæ militantibus,
dolum manifestum pullulare,
cui nulla favet consuetudo, ne-
que observantia, quæ bonæ fi-
dei munimine fulciuntur. Quã-
obrem de pœna pro falsitatis,
& furti criminibus, & rursus
de peculatu accusatis, videre
nihilominus superest.

103 Regens Sanfelice. *decif.* 166.
casum retulit de quodam Scri-
ba portionis in officio conser-
vationis militarium rerum: hic
maiores, quam recipiebat cõ-
servator in beneficium vendi-
toris quantitatem accipere de-
clarabat, qua de causa supra
veram quantitatem præteium
venditor recipiebat, lucro in-
ter eos postea diviso; in libro
tamen rationum verax tantum
quãtitas describatur in frau-
dem Regiæ Curia; Scriba con-
victus propter senectutē, quia
videbatur sensu, & intellectu
aliquaqualiter diminutus, cū cre-
di posset, quod dolo alterius
fuerat prolapsus, pœna perpe-
tuæ deportationis fuit punitus,
& nihilominus condemnatus

ad solvendum interesse Regiæ
Curia.

Hiscæ concurrentibus pos- 104
se senibus pœnam temperari
docuerunt relati per Farinac.
q. 92. num. 35. *vers.* *Limita ter-*
tiò, videndi Tiraquell. *de pœn.*
temperand. cas. 8. ex numer. 1.
Andr. Gail. *obser.* 110. num. 34.
lib. 2. Caldas *in l. si curatorem,*
verbo vel adversarij dolo nu.
52. Molin. *de iustit. tom. 4. disp.*
36. *ex num. 1.* Narbona *de etate*
anno 70. q. 10. nu. 9. & q. 11. per
totam, & anno 60. q. 8. qui ma- 105
gis communiter eam distin-
ctionem amplectuntur, quod si
talis senectus ita sit longeva,
quæ intellectum minuat, quæ-
libet pœna, sive mortis; sive
pecuniaria temperari debeat, si
verò non sit ita caduca, quod
intellectum obumbret, sed tan-
rum vires corporales defleat,
minuenda non sit pœna mor-
tis, vel pecuniaria; ita Ayllon
ad Gomez *tom. 3. cap. 1. numer.*
68.

Ætate autem, & qualitate 106
personæ non inspectis, delictū
mereri pœnam mortis, censue-
runt quatuor Regij Senatores
Neapolitani ad dictam causam
delegati. Tum quia furtum erat
magnum, cui ultimum suppli-
cium correspondet, vt Sanfe-
licius, qui proximè refert, &

tradunt Doctores citati *decif.*
 107 4. *num.* 125. Tum quia pro cri-
 mine peculatus Officiales mor-
 te plectuntur. Angel. Aretin.
in §. item lex Iulia peculatus
vers. tene menti. Ioann. Platea
in eodem §. num. 125. *vers. nunc*
ad secundum. Petr. Greg. *syn-*
tagm. iur. lib. 33. *cap.* 19. *rubri.*
de lege Iulia peculat. Decian.
tract. crimin. lib. 8. *cap.* 28. *nu.*
 29. *et cap.* 30. *num.* 6. Caball.
cap. 99. *num.* 1. Farin. *de furt.*
q. 171. *num.* 14. 15. Clar. *q.* 68. *nu.*
 31. *vers. Officialis.* Menoch. *de*
arbitrar. lib. 2. *centur.* 6. *cas.* 586.
num. 4. *vers. primus est,* nixi
 textui in l. ult. *Cod. de his quæ*
ex public. collat. illata sunt non
vsurpand. lib. 10. iuncto Fa-
 rin. *de delict. q.* 19. *num.* 10. *vers.*
pæna ultimi, & ex his Sanfeli-
 cius nuper laudatus, adde vi-
 dendos Mastrills *de indult. cap.*
 30. *num.* 5. 7. 8. Hering. *de fi-*
deiusser. cap. 15. à *num.* 104. Re-
 gen. Tapia *in annotationibus*
Regni Neapolitan. rub. de num-
mularijs. Thom. del Bene *de*
immun. Eccles. cap. 26. *dwbit.* II.
sect. 6. *num.* 3. Eliseum Danza
de pugn. Doctor. tom. 3. *cap.* 11.
fol. 515.

108 Mastrills *decif.* 238. tractat
 de Caxerio, sive Depositario
 pecuniarum Tabulæ, qui ma-
 ximam pecuniarum summam
 fraudulenter vsurpaverat, & in

fuga captus extra Regnum in
 carceres extitit coniectus; de
 hoc testatur fuisse determina-
 tum per Proregem, quod ad
 pœnam mortis condemnaretur,
 non obstante relatione
 facta per Iudices Urbis, qui
 post illatam torturam cū clau-
 sula per duas vices ad pœnam
 relegationis, in castro, fusti-
 gationis, & dupli iuxta Prag-
 maticam illius Regni condem-
 naverant, prætermissa Consti-
 tutione Tabulæ nummulariæ
 Panormi, approbata per Do-
 minum Regem, qua omnes Of-
 ficiales committentes fraudem
 in administratione, & servitio
 eorum officij, quomodocumq;
 & qualitercūq; puniebatur pœ-
 na vitæ, & cōfiscationis bonorū;
 & memorat Mastrills, docuisse
 eo tūc experiētiā, Caxeriorū
 mun^o de præterito aliud nō fuisse,
 quam pecuniarum Tabulæ
 vsurpatio; & commissā hac
 causa revisionis tribus Regijs
 Administris, non dubitarunt
 pœnam Caxerij fraudulentī ef-
 se intelligendam iuxta dictam
 Constitutionem, sed quia tor-
 turam subierat, fuit damnatus
 ad remigandum toto tempore
 eius vitæ. Mastrills *d. decif. num.*
 52. inter alias rationes eę per-
 moverunt, præter peculiarem
 à Constitutione desumptam,
 quod Caxerius ille, qui tan
 109
 quam

quam depositarius, & Officialis Tabulæ tenebatur pecunias detinere in arca Tabulæ paratas ad vsum destinatum, illas non detinuerat, nec in tempore restituerat, sed in proprios vsus convertendo aufugerat, dicebatur fraudem, & furtum perpetrasse, *ex l. si is cui Cod. de furt. l. 3. Cod. de pos. §. furtum autem, Instit. de oblig. qua ex delicto nasc. Foller. de administrat. Universit. prag. 5. num. 38. Bonifac. in tract. de furt. §. 8. num. 12. Bargall. tract. de dolo lib. 2. cap. 3. num. 23. vers. 19. fol. mihi 91. Farin. d. q. 171. nu. 40. 44. & 61. Caball. casu 136.* qui etiam in eo conveniunt, quod Officialis, qui ratione reliquatus tenetur peculatus, vel lege Julia de residuis, dicitur verè, & realiter furtum commississe. Similis sententia prodijt humaniorè opinionè, vt refert Marin. dec. 122. scèctando, de anno 1653. in causa Fulvij de Falco olim Caxerij, sivè, vt ipse inquit, destructoris Banchi Sanctissimæ Annuntiata Civitatis Neapolis, qui propter ingentem pecuniarum summam ab arca subtractam, & in proprios vsus conversam, fuit ad remigandum vita durante missus, & etiam ad interesse Banchi condemnatus.

III Decisiones istas produxi, li-

cet contra Officiales editas, vt exploratum relinquatur, statutum, vel consuetudinem, quibus imponitur mors contra furantem, ponamus ultra vnciam, habere locum in subtrahente publicas pecunias, & committentes peculatum, quidquid in contrariu defederint Franch. decis. 315. num. 8. Sebastian. de Neapol. in Cap. Regni Neapolitani incipienti Ad hoc. Cèpola consil. 40. eo tantum ducti fundamento, quod in pœnalibus non fiat extensio etiam ex maiori tate rationis. *l. cum quidam, ff. de liber. & posthum.* Sed adversantem opinionem sequitur, & veriùs, præter numero præcedenti enumeratos Bossius in præct. crimin. tit. de lege Julia peculat. vbi, quod statutum puniens hoc crimen comprehendat etiam peculatum, & esse propriè furtum affirmarunt de Ponte decis. 7. num. 19. Caball. resol. crimin. cas. 99. numer. 47. Vbi, quod saltem exequatur crimini furti, imò turpius flagitium iudicandum, & data hac maiori tate rationis, si non fit locus extensioni, patet tamen comprehensioni.

In crimine peculatus nos versari indubium redditur, cù eo scelere teneatur quicumq; pecuniam sacram, religiosam, publicam, vel fiscalem aufert,

&

& in rem suam vertit l.2. & 3. ff. ad leg. Jul. peculat. Regens
 114 Revert ad Marin. *decif.* 112. vbi tres casus assignat, vt pœna mortis naturalis in hoc crimine praticari possit; quorū primus est, si is, qui de hoc crimine notatur est Officialis; secundus, quando facinus pluries est reiteratum; & tertius, quando cum peculatu concurrat falsitas, & idem antea scripserat lib. 1. *resol. iur. cap.* 291. sequitur Luca ad Franch. *dict. decis.* 315. num. 3. decisiones referunt de punitis pœna mortis Sanfelic. & Caball. iam citati.
 115 Multiplici igitur ex causa Iosephus reus noster, ob scelera, de quibus imputabatur, mortis pœna erat afficiendus; ob furtum scilicet magnum, quod apud nos morte punitur, vt præicimus; ob peculatum cum falsitate, & propter falsitatem ipsam sequuto effectu extractionis pecuniæ è Banco, nam tunc vltimo supplicio reus est puniendus, prout fuit observatum prima Augusti 1563. contra N. Volta, qui convictus extitit, quod cum falso instrumento procurationis Benedictæ Incla extraxit à Tabula Cambij, siue depositorum Civitatis Barcinonæ 26th. vna die, & alia 38th. inducendo quandam mulierem, vt fingeret se Benedictam Incla nomi-

nari, & hoc supposito nomine mandatū sufficiens ei præstaret, quo vsus fuit. Pœna hæc fuit irrogata, reluctatib⁹ trib⁹ Regijs Cõciliarijs nostri Regij Criminalis Concilij; in eo voto residentibus, quod condemnaretur ad servitium Regiarum triremium remigando perpetuò. Michael Ferrer 3. *part. observant. cap.* 360. qui inquit considerasse maiorem partem Senatorum saluum conductum Tabulæ Barcinonæ, exemplo furti in itinere Regio commissi; nam quia est sub pace, & treuga, licet furtum sit modicum, pro eo mors decernitur.

Similis casus fuit decisus 17. 117
 Septembris 1578. contra Iacobum Pou, qui etiam morti fuit traditus; eo quia falso mandato centum, & sexaginta libras à Mensa argentaria Civitatis Barcinonæ extraxerat, vt tradit Xammar *de privileg. Civ. Barcinonæ §.* 19. num. 25. videntus Regens Cortiada *decif.* 88. num. 22. vbi pœnam mortis pro hoc flagitio constituit, quamvis modica quantitas fuerit extracta, idque propter saluum conductum dictæ Tabulæ, & furtum rei Civitatis, ac pecuniæ publicæ.

Aliquando delicto huic adiungitur fustigatio ultra alias, quæ imponuntur pœnas. Regens

gens Cortiada *d. decis. 88. num. 24.* vbi minores adducit, quibus inscriptio criminis de falsitate, & furto facta fuit, & nihil mirum fustigatione tunc coerceri reos, cum furtum solum ipsam mereatur, ex longè traditis à Cortiada *decis. 106.* & sola falsitas absque furto fustigatione quoque inter alias pœnas plectitur, idem Cortiada *d. decis. 88. num. 32.*

- 119 In exemplaribus autè aliorum Regnorum, & in nostris supra enumeratis, fustigatio non fuit indicta, solum Catharina Sans, quæ mandatum supposito nomine Benedictæ Incla concesserat, fuit condemnata, quod fustigeretur, & banniretur perpetuò à Cathalonia. Fuit forte excusatum in casibus supra expressis hoc pœnæ genus, ob conditionē personarum: nam cum pœna hæc sit valdè ignominiosa, & infamatoria. Diaz *in præct. crimin. Canonic. cap. 133. num. 4.* Salgad. *de Regia proteet. par. 2. cap. 4. à num. 201.* Regens Matthæu *de re crimin. controu. 2. à num. 69.* Fontan. *de pæctis claus. 5. glos. 5. part. 2. num. 2.* quibus adde à nobis tradita *decis. 3. num. 71.*
- 121 idcirco quandoque populares divites, & personæ honestiores hanc vilitatem non subeunt. Fab. Anna. *consil. 34. numer. 2.*

Ricc. *decis. 366. par. 2.* & ex eis Vicecancell. Crespi *observ. 70. num. II..*

Interdum propter dignitatem parentum, vel consanguineorum infamia hæc dispensatur, ex text. *in l. moris §. sed enim, vers. parentes ff. de pœn.* Gamma *decis. 112.* Pasch. *de virib. patria potest. par. 4. cap. 2. numer. 29.* Gizzarell *decis. 10.* Phæb. *decis. 155. lib. 2.* Riccius *in praxi fori Ecclesiastic. 9. 545.* Fontan. *decis. 229.* Crespi *observat. 72. num. 5.* vbi multum iudicis arbitrio tribuit qui delicti qualitate, & filij æstimatione pensatis, cæterisque circumstantijs definire poterit, prout casus deposcent, severitatem semper cum moderamine pietatis temperans; sanè in facto Regentis Sanfelici. *decis. 166.* accusatus fuit Tiberius Tagliaferro de pluribus falsitatibus, furtis, & fraudibus, & propter rationes nuper propositas verberibus nō fuit afflictus. In alijs à nobis adductis decisionibus à Ferrer, & Xamar mutuatis, furti nomine in sententia non fuit vsus Senatus, nec fustigatio inflicta, quavis in substantia furtum vbiq; adesset; hæc ita fieri rerum contingentia suadent.

Quibus considerationibus habitis, noster reus; officio met-

*et ibi Balcerio
Mysium 2.
tract. 2. cap.
6. à n. 15.*

mercator (quod apud nos condecorat, licet militaria privilegia non occludat) indole alioquin probus, ætate septuaginta, & vnum annum complens, de falsitate mentione facta in sententia, & de extractio-
ne pecuniæ, deque ipsius longævus annis: fuit condemnatus ad deportationem in Insulam

per suam Maiestatem nominandam perpetuó, & ad restitutionem pecuniarum subtractarum à Bancho, Regia sententia lata prima Febr. 1685. referente Francisco de Portell, tunc Iudice Regiæ Curix, post hæc enodata, Civilis Aulæ Senatore conspicuo. Actu-
ario Riembau.

E P I G R A P H E.

Incidentia articuli in causa principali, quando iurisdictionem tribuat in negotium, vel personam, de quibus iudex principaliter cognoscere non posset. Quid de iudice criminali quoad articulos civiles. Ad interesse quando condemnet, quid sub eo veniat. An poena ordinaria sit imponenda, vt ad interesse, & damna sequatur condemnatio. De custode carcerum. Connexio qualis requiratur pro cognitione ratione incidentiæ. Sequestro de muliere proviso per Iudicem Ecclesiasticum, num possit taxatio alimentorum fieri per iudicem secularem, & quid operetur hoc casu præventio, ac è contra, si ea sit ex parte iudicis laici. Decisiones inter se antinomiam continentes concordantur. Constit. fin. tit. de pobres pledeiants declarata. Sequestrum puellæ nubilis qualiter provideatur per iudicem civilem, & quomodo per criminalem. De nonnullis articulis civilibus incidentibus in causis criminalibus, & è converso. Differentia inter articulos civiles connexos, & consequentes quænam sit, & quis effectus ab ea promanet.

N U C L E U S.

1 Incidentiæ ratione iudex cognoscit de causis, & personis, de quibus aliter iudicare non posset.

2 Clericus se opponens executioni coram iudice seculari, apud eum debet litigare.

- 3 *Iudices criminales, licet nullam habeant iurisdictionē in causis civilibus, iudicant tamen de eis, si incidant in causa criminali.*
- 4 *Sub interesse præstando ratione homicidii veniunt expensæ medicorum, & operæ defuncti.*
- 5 *Hoc ius petendi transit in hæredes, & contra hæredes, & num. 66.*
- 6 *Nunquid in computatione huius interesse habeat locum l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid. remissivè.*
- 7 *Cognoscit iudex criminalis de articulo civili incidenti, ratione connexitatis.*
- 8 *Si pœna extraordinaria infligatur contra reum non confessum, nec convictū, nō cōdemnatur reus ad interesse, & damnum partis.*
- 9 *Sed hæc conclusio suos habet contradictores, qui hic recensentur, & num. 10.*
- 11 *Respondetur Cap. afferre de præsumptionib.*
- 12 *A Sanctorum gestis ad aliorum hominum actiones, nō valet argumentum, quando illi peculiari divina illustratione moventur.*
- 13 *Reus nō cōfessus, nec cōvictus, tantum cōdemnatur, ut de crimine suspectus. Inter imperfectam, & plenā probationem differētia est agnoscenda quoad pœnam criminalem, & interesse civile equaliter.*
- 14 *Inspici debet, ut condemnatio ad interesse sequatur, an plenè de delicto constet, si ei certa non est prævi-ta pœna.*
- 15 *Exemplificatur in casu, quo non imponitur pœna mortis, quæ solet ordinaria appellari. Sed ordinaria verè est, quæ à lege fuit imposita.*
- 16 *Commentariensis carcerum quæ sit pœna. Enodata l. ad Commentariensem C. de custod. reor. l. carceri Præpositus, & l. fin. ff. eodem.*
- 17 *Damnum ex fuga illatum custos carceris resarcire tenetur.*
- 18 *Probatione plena lata culpa supposita, etsi pœna mitigetur, nihilominus resarcire damnum custos compellitur. Cum Senatu.*
- 19 *Custos credens viro officii conspicui, promittenti se non fugituum, excusatur, ut pœna temperetur.*
- 20 *Constituto de dominio rei furata, & repertura eius penes reum, quamvis furtum sit magnum, & reus pœna*

- ordinaria non plectatur, Regia Curia res per eam apprehensas restitui domino providet, ubi Decisio. Ratio num.21.*
- 22 *Præventio iudicii facit, quod causa incidens simul cum principali tractetur ratione connexionis, neve continentia causa dividatur.*
- 23 *Præventio non est considerabilis in causis, & iudiciis separatis.*
- 24 *Qui articuli dicantur cõnexi, nè continentia causa dividatur.*
- 25 *Clausula cum annexis, & connexis intelligenda est de proximis, non de remotis.*
- 26 *Uxor si maritus se viat in eam sequestratur per Regium Criminale Cõcilium, ipsique taxantur alimentaria, & ibi decisio, & de executione pro quantitate debita num.27. Aliud sequestrum num.28.*
- 29 *Alius casus affertur, qui in Senatu fuit peractus, & num.30.31.32.*
- 33 *Iudex ecclesiasticus ratione incidentie pendente lite super separatione Thori, de alimentis cognoscit privativè ad iudicem laicũ, ubi ratio, & Decisio Senatus.*
- 34 *Doctores qui senserint pen-*
- dente lite coram iudice ecclesiastico super matrimonio, posse iudicem laicũ alimenta taxare.*
- 35 *Causa alimentorum non est de processu, nec dependet à causa matrimoniali. Sed vide num.38.*
- 36 *Conciliantur ista opiniones, & decisiones Senatus, ut iudici prævenienti in causa principali, spectet taxatio alimentorum incidens.*
- 37 *Incidentia iudici criminali pro taxatione alimentorũ iurisdictionem tribuit ratione connexitatis.*
- 38 *Iudex cui constat de malis tractationibus viri in uxorem, curare debet, nè ultra se viat eam fame enecando.*
- Incarceratus inops expensis eius est alendus, qui ipsum capi instavit.*
- 39 *Decisio Senatus refertur, mulieris, que fideiussorem dederat pro manuleta à se prestita, & fuit relaxata, quia instantia nõ præstabat alimenta.*
- 40 *Constit. fin. tit. de pobres pledeians contextus.*
- 41 *Fiscus cedere potest, & an ex intervallo.*
- 42 *Fideiussor de representando reum iuvatur exceptione cedendarum actionum contra Fiscum.*

- 43 *Forus cōtractus quomodo intelligendus.*
- 44 *Constit. fin. tit. de pobres pledeians procedit in civilibus, non in criminalibus.*
- 45 *Articulus taxationis alimentorum, non est praiudicialis cause sequestri, bene verò connexus, sicut etiā causa matrimoniali.*
Causa praiudicialis postea mota coram iudice Ecclesiastico super articulo spirituali, suspendit causam iudicis secularis.
- 46 *Decisio 152. Boerii elucidata.*
- 47 *Lata sententia in curia ecclesiastica ad favorē uxoris, potest pro decernendis alimentis adiri iudex laicus. Ante verò latam sententiam, spectat taxatio iudici ecclesiastico, qui pravenit.*
- 48 *Sequestrum, ut puella liberè nubere possit quādoq; opponitur per iudicem civilem. Tunc si puella sequestrata per secularem, per curiam ecclesiasticam petatur, causa explorandi voluntatē, tradenda erit.*
- 49 *Quibus casibus per iudicem criminalem sequestrū puellae nubilis provideatur. Cū Senatu.*
- 50 *Sublatum sequestrum domicella per Regium Criminale Concilium.*
- 51 *Iudici laico duplici casu licet alimenta taxare, si praverit, vel si lata sit sententia pro matrimonio in favorem mulieris.*
- 52 *Indices civiles cognoscunt incidenter de articulis criminalibus, data eorum connexione cum causa principali.*
Provisio quod mittantur inquisitiones formata contra litigantem quando fiat per iudicem civilem, & eis habitis quid servetur.
- 53 *Eximi quando possit vassallus à iurisdictione Baronis, lite cum eo pendente.*
- 54 *Articuli civiles incidentes in causa criminali, quidam sunt dependentes, & merè connexi causa criminali, quidam vero consequentes. Primi generis enumerantur oppositiones dotales.*
- 55 *Cur de oppositionibus dotalibus cognoscat incidenter iudex criminalis inventario, & commenda facta de bonis viri instantibus creditoribus.*
Idem accidit si confiscata sint bona rei, & creditorum adsit interesse: nam de eo

- cognoscit iudex criminalis, & qualiter. Cum Senatu.
- 56 Consequentes articuli sunt, qui in necessariam consequentiam delicti, & pœna inflicta veniunt.
- 57 Effectus distinctionis inter articulos merè connexos, & consequentes ostenditur. Prohibita appellatione ab incidenti criminali, non censetur prohibita ab incidenti civili. Exemplū assignatur de oppositione dotali.
- 58 Prohibita appellatione, non censetur interdicta quoad tertium.
- 59 Amplia in causa mixta, partim nēpè civili, & partim criminali, cū Decis. Senat.
- 60 Mixtura non facit, quod super omnibus admittatur supplicatio, sed super articulo mixto.
- 61 Si sententia criminalis feratur super pœna delicti, & in consequentiam veniunt interesse, damna, & expensæ partis, ab hoc articulo civili non poterit supplicari, licet adsit mixtura, & num. 63.
- 62 Limita, quia potest dari supplicatio ab excessiva taxatione.
- 63 Senatus decisio quoad articulos consequentes civiles, qua fuit reiecta supplicatio à condemnatione emendationis damni.
- 64 Iudex criminalis tantum potest cognoscere de articulis incidentibus civilibus respectu eiusdem rei, non verò quoad tertium.
- 65 Morte crimina extinguuntur, & cessant pœna corporales, ac pecuniariae.
- 66 Limita, si lis fuerit contestata cum defuncto, vel si agatur de rei malè ablata restitutione.
- Praxis servanda contra haeredes.
- 67 Casus affertur, quo Visitatores voluerunt incidenter de articulis cognoscere interesse exēptorum à visita tangentibus.
- 68 Iudex criminalis non cognoscit incidenter de interesse eius, qui nō deliquit.
- 69 Ut cognitio ratione incidentie intret, non debet dari talis connexio præcisè cū causa principali, ut sine ea diffiniri non possit.
- 70 Confirmatur hæc opinio triū Aularū deliberatione hic adducta, & num. 71.
- 72 Incidentia tribuit iurisdictionem quando iudex est tantum incompetens, non verò si sit incapax cause, sive articuli incidentis.



DECISIO VIII.

1

INCIDENTIÆ ratione iudex de aliquibus causis, & personis cognoscit, de quibus aliàs principaliter iudicare non posset. *l. quoties Cod. de iudic. l. cum proponas Cod. de reb. credit. DD. in cap. tuam de ord. cognit. Cap. lator, qui filii sint legitim. Cap. prudenti de donati. inter. Felinus in cap. ceterum in princ. de iudic. Pavin. in tit. de off. & potest. cap. sede vacante 2. par. princ. q. 12. num. 22. Solorzano de iur. iudic. tom. 2. lib. 2. cap. 28. n. 113. firmans Audientias Regales benè cognoscere posse de dubiis ortis circa executorias in causis commendarum sibi commissis, licet aliàs in hisce causis interdictam habeant cognitionem, & probat Solorzano ex Bovadill. in polit. lib. 2. cap. 18. à num. 141. qui num. 178. refert, quod quando clericus se opponit alicui executioni in causa pendenti coram iudice seculari, & istius forum nō declinat, eo in casu ibi debet litigare, iuxta Bald. in *l. testam. col. fin. Cod. de testament. & in duth. clericus Cod. de Episcop.**

2

& cleric. Salicet. in l. consulta eod. tit. Cepola caut. 68. num. 3. Cotta in memorabilib. verbo clericus non possunt conveniri pag. 179. Marant. in specul. 4. par. 7. distinct. iudicior. in fin. Rolan. conf. 29. num. 1. & seq. vol. 1. Ioseph. Ludovis. concl. 5. vers. Ampliantur prædicta. Farin. in pract. q. 8. num. 87. & seq.

Redeundo tamen ad Solorzani casum, quo Audientis Regalibus Commissariis executoriarum, in commendarum causis cognitionem tribuit, super dubiis incidentibus; observa moveri à paritatis argumento, iudicis scilicet causarum criminalium, qui licet nullam habeat iurisdictionem in causis civilibus, prout probavimus *decis. 4. num. 86.* potest tamen de eis inquirere, & iudicare, vbi causa civilis incidit in criminalem. Bartol. in *l. interdum §. qui furem num. 4. de furt. Felin. in cap. ceterum col. 2. vers. Secundò limita. Afflic. Const. Neapolitan. Si quis in posterum num. 43. lib. 1. rubr. 17. Franch. decis. 460. vbi agit de reo, qui pro homicidio nō appensatè commisso per magnam Curiam fuit relegatus eius vita durante, & condemnatus ad interesse partis; & attestatur communiter circa interesse servatum esse in similibus, sub quo*

3

4

quo interesse venire expensas medicorum, & operas, quibus caret occisus, demonstrat text. in *l. ex hac lege. ff. si quadr. pauper. fecis. dicat.* Navarr. in *summ. cap. 15. num. 23.* Reg. Lattro *decis. 75. n. 1. & n. 2.* decisum refert etiam in specie qua occisus non esset in alicuius potestate, extendens hoc ius petendi transire in hæredes, & contra hæredes, & de iure canonico procedere favore animæ, ut à peccato reus liberetur. Marin. *lib. 2. res. 244. num. 17.* Lugo *de iust. & iur. disp. II. sect. 2. num. 31.*

6 An autem in computatione huius interesse contra homicidam habeat locum *l. hereditatum ff. ad leg. falcid.* affirmant Franch. *citata decis. 460. num. 6.* Surd. *de aliment. tit. 9. quest. II. num. 27.* Canc. *lib. 3. var. cap. II. num. 71.* negant Vazquius, & alii adducti per Lugo *d. disp. II. sect. 2. num. 45.* Grivell. *decis. Dolan. 25. num. 17.* Mei muneris est stabilire, iuxta Franchis, & alios, de hoc interesse civili ratione incidentiæ cognoscere iudicem criminalem, in quo conveniunt viginti duo ex scribentibus citati per Regent. Cortiada *decis. 35. num. 6.* qui firmiter concludit iudicem criminalem non posse cognoscere principaliter de causa ci-

vili; benè verò de articulo civili incidenti in causa criminali, idque ratione connexitatis: accumulari possent circa hanc propositionem concordantes à nobis nuper allati.

8 Non immoror in disquirendo, an iudex criminalis, qui reum non confessum, nec convictum condemnat ad aliquam pœnam extraordinariam, possit condemnare ad interesse, & damnum partis; nam verioremi puto sententiam negantem, quàm cum multis sequitur Cortiada *d. decis. 35. num. 20.* quibus addo Novar. *de gravamin. vassall. lib. 2. gravam. 114.* & insuper 9 adiungo conclusionem istam suos habere contradictores: nam condemnatum ad pœnam extraordinariam ex iudiciis, posse per iudicem criminalem condemnari ad interesse, tenent Guazzin *in tract. de pœnt. par. 1. cap. 42.* ex text. in *cap. asserre de præsumpt.* vbi ex sola præsumptione Salomō Rex cōdemnavit mulierem ad restitutionem pueri. Costa *de remed. subsidiar. remed. 51.* Capibl. *de baron. pragm. 6. num. 115.* Palschal. *de patr. potest. par. 4. cap. 3. num. 38.* fusè Vermigl. *conf. 263.* Andreol. *contr. 269.* reprobatis contrarium sentientib⁹ Caroc. 10 *decis. 54. num. 5.* distinguit Sanfelic. *decis. 226.* qui sequitur opi-

opinionem Guazzini, quando adsunt probationes sufficientes ad condemnandum in causa civili; & Franch. *decis.* 333. missum ad inserviendum perpetuò in Regiis triremibus, & sic ad pœnam extraordinariã, cum tamen per magnam Curiam fuisset ad mortem damnatus, nihilominus cum pœna extraordinaria fuisse simul cõdemnatum ad interesse partis testatur.

- 11 Sed tamen à prima opinione non est recedendum, quæ in nostro Senatu indubiè est amplexata: nam ad *Cap. afferre de presumption. de quo Reg. Latio decis.* 75. num. 7. responderetur, quod illa sententia d. *Cap. afferre* fuit lata à summo Principe qui erat plenus Spiritu Sancto, & non potest trahi ad alios iudices, vt in simili argumentatur Ioan. Francis. Leo *in thesaur. for. Ecclesiast. par. 4. cap. 3. num. 23.* non valere argumentum ab hominibus hisce inspirationibus non illustratis, & per regulas ordinarias iudicantibus, ad Sanctos, in quibus mirabilis Deus. *Psal. 67. in fin.* quia inquit esse contra regulas dialecticas argumentari à maiori ad minus, execrans acriter eos, qui in locustas, brucos, & alia animalia irrationabilia processus efformant, adque ex-

communicationis, & anathematizationis sententiam pro damnis illatis procedunt; nam quæ à Deo, & Sanctis facta feruntur de maledictione ficulneæ terræ, ac serpenti inflicta, & aliis rationis expertibus iniectis, vel sensum firmat continere allegoricum, vel ob summam Dei, vel Sanctorum ineffabilitatem ad exemplum trahi non posse; Et certè semper mihi visa est efficacissima ratio pro hac, quam sector conclusione, quod quando reus non est confessus, nec convictus, non dicitur condemnari, vt reus, sed tanquam de crimine suspectus, & suspicio ista nequit esse sufficiens ad condemnandum ad interesse civile, vt proximè laudati Doctores ostendunt, aliter non fieret differentia inter plenam probationem, & eam, quæ non peruenit ad statum perfectum, & completum, cum æqualiter per vtramque quo ad interesse partis reus condemnaretur in incidenti, & non in principali, & hæc difformitas iuri non potest esse consentanea.

14 Ne tamen decipiaris, advertas velim, non esse inspiciendam pœnam in delictis, quæ eam non habeant ordinariam, & à lege, vel statuto, seu consuetudine determinatam, sed id
ma-

maximè spectari debere, an per confessionem partis, vel alias probationes, plenè de delicto constet, vt evenit in falsitate, quæ pœna extraordinaria iudicis arbitrio punitur, prout
 15 *præcedenti decis. à num. 114. præ-*
diximus. In his enim crimini-
bus, non solum quando impo-
nitur pœna mortis (quæ com-
munitè vti maior solet ordi-
nariæ nomine venire, tametsi
ordinaria verè sit ea, quæ lege,
statuto, vel consuetudine repe-
ritur stabilita, vt decis. 22. de-
clarabitur) sed etiam si alia ar-
bitraria reus coerceatur, dum-
modo convictus sit, vel con-
fessus ad restitutionem, seu
emendam damni, damnatur:
vt videre est in exemplari rela-
to per Reg. Cortiada decis. 88.
num. 32.

16 Aliud exemplum habetur in
 Commentariense, seu custode
 carcerum, de cuius pœna sunt
 textus primo aspectu pugnan-
 tes in *l. ad Commentariensem*
Cod. de custod. reor. & l. car-
ceri prepositus, & l. fin. ff. eod.
 & hi textus benè perpensi nō
 imponunt pœnam mortis cu-
 stodi, sed ita demum quando
 carceratus aufugiens fuit de-
 tentus pro pœna capitali; & po-
 test Commentariensis, seu cu-
 stos capitaliter, & corporaliter
 plecti ex sola simplici lata cul-

pa, & nimia negligentia, di-
 mentiendo ipsius punitionem
 ex ea, quam subiturus erat reus,
 qui aufugit. Farinac. latè, &
 distinctè q. 31. tota, remissivè
 cum Menochio, Castillo, Ma-
 trills, Thoro, Sanfelicio, Be-
 rart, Regens Cortiada *decis. 82.*
num. 21. addo Pereyra decis. 69.
tota. Fernandez de Otero de
officialib. par. 2. cap. 3. num. 19.
 cum multis, qui docent, dam- 17
 num ex fuga illatum ultra pœ-
 nam corporalem resarcire cu-
 stodem teneri, ex *l. quoties Cod.*
de exactorib. tribut. lib. 10.
Avendaño respons. 22. per tot.
Aviles cap. 3. prætor numer. 15.
 Supposita tamen probatione 18
 plena latæ culpæ, si arbitrio
 intrinseco iudici à lege dato,
 de quo longè *decis. 22. custos*
castigetur, nihilominus ad re-
sarciendum damnum insimul
cogitur, vt fuit observatum
Regia sententia me referente
lata, dum Iudicis R. Curix mu-
nere fungebar 13. Julii 1672.
 contra Jacobum N. futorem
 exercentē officium Commen-
 tariensis Regionum carcerum
 præsentis Civitatis Barcinonæ
 delatum, & inculpatum de ma-
 la carcerum custodia, eo quod
 die 16. Augusti 1671 propè de-
 cimam noctis horam à dictis
 carceribus per fenestram, qua
 prospicitur ad plateam del Rey
 au-

aufugit Petrus N. à Civitate Cæsaraugustæ Regni Aragonum oriundus, quem per carcerem incedere per aliquos dies permisit; Et quod die 3. Aprilis eiusdē anni 1672. inter sextam, & septimam horas vespertinas aufugit Cosmas N. V. I. D. Civis Barcin. quem è cubiculo carceris, in quo erat clausus, extrahebat contra ei iniuncta; nec non etiam aufugit Franciscus N. agricola Villæ de Oliana, cui toto tempore, quo extitit detentus in prædictis Regiis carceribus permisit per illos ambulare qui reus fuit condemnatus ad relegationem in Insulam per suam Maiestatem nominandam per quinquēnium, & ad restitutionem, seu emendam damni, si quid datum fuerit occasione fugæ dicti Doctoris Cosmæ N. liquidatione reservata.

19 ○ Hæc ideò fuerunt ita arbitrata, quia aderat tolerantia in permittendo, quod rei nō admodum criminosi nutu Commentariensis aliquali levamine gauderent, & quoad fugam Doctoris Cosmæ N. allegabatur excusatio, quod crediderat viro in ea professione, & decore constituto, asserenti se non fugiturum, pro vt considerant Hypolit, *conf. 61. num. 10.* Boer. *decif. 217. num. 9.* Pereyra *decif.*

69. *num. 5.* Crimina fugitivorum non erant valde probata, & solum alter ex eis delicti gravis infamia laborabat, & de interesse considerabili partis instantis contra eum tractabatur: vnde semper firmum putarim, quod quoties iudex, arbitrio regulato sibi à lege permisso utitur, non obstante plena de scelere probatione, refectioni damni locus est.

○ Non repeto sublimitationes limitationis adductæ circa 20 condemnationem ad damna, & interesse non irrogandam, citra pœnam ordinariam; pro quibus adi Reg. Cortiada *dist. decif. 35.* solum non omittam practicasse Senatam providere super restitutione rerum furatarum, quamvis de furto plenè non appareret, ad pœnam ordinariam imponendam: quia liquebat de repertura illarum rerum penes reum, de furto impetitur, qui indicia per torturam purgaverat, vt evenit in causa Fiscus Procuratoris Regiæ Curie, & partis instantis contra Josephum N. agricolam loci Sancti Petri de Bigas, delatum de furto quatuor lampadum argenti longè maioris valoris 403 ^{1/2} *l.* monetæ Barcin. appensarum coram altari Sanctæ Maiestatis Domini nostri Jesu Christi Villæ Calidarum

de Montebovino, in cuius domo fragmenta argentea illarū reperta extiterunt, quæ, & alia per eum vendita eiusdem qualitatis, per Regiam Curiam apprehensa, postquam ille in tortura vicerat, fuerunt restituta Syndico prædictæ Villæ in vim provisionis factæ 12. Septemb. 1687. referente Magnifico Francisco Rius, & de Bruniquer, in actis Famada.

21 Iudicavit enim Senatus non posse res illas reo restitui, qui suas non esse depositione iudiciali declaraverat, & negari non posse restitutionem Syndico, cum Iurati illius Villæ de cultu summæ Venerabilis Imaginis prædictæ curarent, & furtivas esse memoratas res, necnon imaginis nuper expressæ, indicia processus aperiebant, quamvis de facinore reus non esset convictus; & hic est proprius casus quo potest obtinere distinctio Sanfelicii superius memorata num. 10. ut valeat fieri condemnatio ad interesse civile, quamvis sola poena extraordinaria applicetur, si res de qua agitur sit in posse Curia, & de domino accusantis pro iudicio civili sufficienter constet, non tamen de facinore ad puniendum ordinario supplicio.

22 Dixi num. 7. cognoscere pos-

se iudicem criminalem de articulo civili incidenti in causa criminali ratione connexitatis, quibus annecte quod præventio Iudicis, & Notarii tunc operatur, quod causa incidens tractanda sit simul cum causa principali, ratione connexitatis, & in vim præventionis, neve continentia causæ dividatur. Tondut. de prævent. par. 3. cap. 15. à num. 1. qui num. 3. advertit, præventionem non esse considerabilem in causis, & iudiciis separatis; sunt enim articuli incidentes quodammodo accessorii, ut scribit Fontanell. de pact. claus. 7. glos. 2. part. 10. quare in articulis non connexis non potest prætextu incidentiæ iudex criminalis intramitti; & qui articuli dicantur 24 connexi, nè continentia causæ dividatur, benè exposuerunt Scaccia de sentent. cap. 1. glos. 7. q. 4. spec. 2. à num. 60. Salgado de supplicat. ad Sanctis. 2. part. cap. 14. pag. 307. & iterum quæ intelligantur connexa. Salgado 3. part. de Reg. protect. cap. 15. num. 39. & vnde connexio contingat 1. par. labyrinth. cap. 4. à num. 15. & §. 1. à num. 43. & ante eos punctim ad intentum Barbosa claus. 37. vbi de differentia inter causas emergentem, dependentem, & incidentem: idem Barbosa claus. 38. qui n. 5. 25

tenet quod annexum, & connexum dupliciter dicitur; vel quia alterum dependet ab altero, cui annexum est; vel quia ordinatur ad alterum; deinde *num. 8.* tradit annexum aliud esse proximum, & aliud remotum, & declarat cum Tuscho *litt. C. concl. 325. num. 2.* clausulam cum annexis, & connexis intelligendam esse, non de remotis, sed proximis.

26 Inter articulos connexos recenseri vidi alimentorum taxationem, & observatur hoc modo; nam si scævitas exercent maritus in vxorem per Regium Criminale Concilium ea sequestratur, vt fuit practicum in causa criminali Ioannæ de N. contra Valentinum de N. equitem, virum suum, hac forma: obtulit ipsa 24. Aprilis 1607. supplicationem, qua petit sequestrari in domo alicuius honestæ personæ, ob scævitas mariti, cum quo nequibat securè cohabitare, & sibi taxari simul postulavit alimenta præstanda per tertias anticipatas, & inquisitione facta, inspectisque instrumentis productis, sub die 28. eiusdem mensis Aprilis, referente Iover, fuit conclusum, quod pro eo tunc, & donec aliter esset provisum, dicta Ioanna de N. sequestraretur in aliqua domo per suam

Exc. nominanda, in qua salva vltiori taxatione maioris, vel minoris quantitatis, maritus suus ei præstaret pro alimentis 250 *℥*. annuales monetæ Barchin. per tertias anticipatas, computandas à dicta die 24. Aprilis, quo fuerunt petite.

Deinde 29. Aprilis 1609. 27 oblata supplicatione pro parte memoratæ Ioannæ, qua poscebat executionē fieri in bonis viri sui pro quantitate 400 *℥*. decursarum, occasione alimentorum taxatorum, referēte Gamis fuit provisum, quod talis executio fieret.

Peræquè 31. Octobris 1608. 28 fisco, & Catherina N. instante contra Nobilem Carolum de N. facto verbo fuit provisum, referente Sala, quod aliquis ex Regiis Algotziriis accederet &c. & adduceret Nobilem Dionisam de N. ad presentem Civitatem Barcinonæ, & nomine Regiæ Curia sequestraret in domo per suam Exc. nominanda.

De incō tempore 7. Martii 29 1682. porrecta fuit supplicatio in Regio Concilio pro parte Mariæ N. qua deduxit aviditatem execrabilem patris cuiusdam neptis suæ nomine Eulalia, & imminens periculum, ne filia vitæ insidiaretur, vt bona materna acquireret sibi per-

ventura post dies filix, asperitates non parvas parentis enarrando, de quibus informatione recepta constitit, & sub eodem die 7. Martii factò verbo fuit provisum, quod aliquis ex Regiis Algotziriis accederet domum Francisci N. militis V.I.D. & Eulaliam eius filiam apprehenderet, & cum debita decētia, & custodia adduceret domum Nobilis Mariæ de Ribera viduę Nobilis Francisci de Ribera, olim Regii Senatoris, quę eam sequestratā haberet, ad pœnam 500^l. donec aliter esset provisum, referente disertione non vulgari prædico, eruditione non incognita pleno, claritate non modica ornato, & aliis dotibus refero, quas familiaritatis leges reticere imperant, Magnifico Senatore Vincentio de Sabater, tunc Iudice Regiæ Curix, post hæc in Civili Aula assidente, in actis Riambau.

30 Ad patris deinceps instantiam in alia domo fuit sequestrata Eulalia provisione facta 27. Aprilis dicti anni 1682. & rursus instante Fisco in Monasterio Monial. Divi Hieron. fuit sub sequestro collata 27. Junii eiusdem anni, & provisione facta 6. Octobris 1682. salva ulteriori liquidatione maioris, vel minoris quantitatis fuit in-

iunctum, quod pater præstaret filix in Monasterio, vbi erat sequestrata centum sexaginta libras annuales monete Barcinonæ per tertias anticipatas, solvendas, computandas à die sequestri, & die 16. Novembris 1682. fuit provisiva executio in bonis paternis, pro quadraginta libris, debitis ex tertiacessa die 9. Octob. 1682. ex alimentis filix.

31 Ulterius de mense Decembris 1682. exhibuit Eulalia inventarium confectum de bonis avi materni, ex quo constabat dedisse patrem executionem passum pro alimentis, bona filix suæ, & exhibito quoque memoriali censuum, mansorum, & censualium, quæ fuerant defunctę ipsius matris, petiit, quod daretur forma exactiōni tertiarum deuitarum ex alimentis. Quibus verificatis, me referente pro dicto de Sabater absente, relato mense Decembris fuit factò verbo provisum, quod restituerentur patri res ab eo captæ in actu executionis, propriæ filix suæ, & quod mandaretur omnibus, & singulis debitoribus censuum, censualium, ac fructuum hæreditatis, & bonorum matris prædictæ Eulaliæ, quatenus à cætero solverent, & præstarent res, & quantitates per eos respectivè præ-

præstandas eidem Eulaliæ, vsq; ad concurrentem quantitatem tertiarum ex præfatis alimentis debitarum.

37 Occubuit in sequestro angustiarum mole defessa filia. & pro solvendis expensis in vltima eius infirmitate factis, scilicet mercede Medicinæ Doctoris, qui ægram visitaverat in quâtitate 29^{II}6^{II}4. & in 30^{II}14^{II} pro medelis: fuit contra patris bona provisâ executio 13. Martii 1683. Hoc intellecto quod medicus medio iuramento ad veraret computum per eum formatum.

33 Eodem modo ratione incidentiæ iudex Ecclesiasticus pēdente lite super separatione thori de alimentis cognoscit, vtrum vxori debita sint, nec potest iudex laicus cognitionem assumere attenda iudicis Ecclesiastici præventionem super casu principali. Tondut. *de prævent. p. 2. cap. 23. nu. 15.* ratione adhibita, quod quæstio alimentorum ex matrimoniali iudicio dependeat, nunquid vxori alimenta pendente lite debeantur, veluti si propria culpa separata sit à marito absque iudicis Ecclesiastici licentia; confirmat Peguer *decis. 20. num. 12.* vbi tractat de vxore, quæ ob malas viri tractationes, & sævitas vexata, pluries ei

mortem variis excogitatis modis machinando, supplicavit à viri immanitate, & furoribus relevari, & in loco incolumi poni, ac dictum virum debite puniri; Præses cum causæ cognitione in quodam Monasterio sequestrari fecit, petiit deinde alimenta iuxta personarum qualitatem, & vires patrimonii præstari à marito, super quo puncto, an bonum foret vxor ius contrariæ referuntur opiniones, & affirmantem cū Senatu amplectitur is Doctor, recitans ita fuisse conclusum in Regio Concilio 19. Octobris 1583. in facto supplicationis oblatae per Nobilem Mariam de N. vxorem Onuphrii de N. quæ erat sequestrata in Monasterio Beati Hieronymi præsentis Civitatis Barcinonæ, cui pro tunc fuerunt adiudicatae 50^{II}II. pro ratione victus; Et notat Peguera, quod quia licuit causam divortii pendere coram iudice Ecclesiastico, fuit remissa taxatio alimentorum ad dictum iudicem Ecclesiasticum.

Quare in casu relato *num. 34* 26. de taxatione alimentorum facta 28. Aprilis 1609. Bonet, alter ex Regiis Conciliariis fuit voti, quod taxatio alimentorum remitteretur iudici Ecclesiastico, coram quo pendebat causa divortii; at huius opinio

nio non prævaluit; sed videntum est de concilianda hac decisione cum adducta à Peguera, pro qua rationem non excogitavit Fontan. *de pact. clau. 6. glos. 2. par. 3. num. 53.* quinimo fatetur, se nescire quamobrem fuerit remissa iudici Ecclesiastico alimentorum taxatio: ipse enim sentit, quod pendente lite coram iudice Ecclesiastico super validitate matrimonii, potest iudex secularis ea taxare, & decernere, ad quod allegat Afflict. *decis. 152. tot. Surd. de alimentis tit. 8. privil. 10. num. 5.* & ea ratione moventur, quod ista causa alimentorum non est de processu, nec dependet à causa matrimoniali. Sequitur Reg. Cortiada cū multis *decis. 174. n. 31. p. 3.*

36 Pro conciliatione ergo harum opinionum, & decisionum placet mihi distinctio inter casum præventionis, & casum quo ea non intervenit: taliter quod si iudex Ecclesiasticus prævenit in causa divortii, ad ipsum spectet privativè alimentorum taxatio, ex rationibus ponderatis à Tondut. *qui sup. num. 33.* Si autem præventio fuerit ex parte iudicis secularis, non ambigo per eum taxationem fieri debere. Ducor hoc non facile reffragabili fundamento: quippe incidentia non tribuit iurif-

ditionem iudici alioquin incompetenti, nisi ratione connexitatis, & dependentiæ articuli incidentis in principali, ut probant citati à nu. 23. & exemplificari potest in omnibus incidentiæ casibus, ac non egrediendo nostrum res est manifesta; iudex enim criminalis, qui in decisionibus supradictis alimenta mulieribus sequestratis taxavit, non id fecisset, nisi habuisset taxatio cohærentiam non remotam, sed valdè proximam cum causa principali sævitiarum, & earum punitio- nis; aliter enim posito iure, cum quis captus, aut sub sequestro reperitur, vniversa administratio bonorum aulae criminalis esset, quod inauditum prorsus perpenditur. Taxavit alimenta Senatus; sensit igitur taxationem quodammodo sequestri accessoriam, & non immerito: Nam consentaneum, & valdè 38 consequens est, ut iudex, qui ob malas tractationes viri, vel patris, filiam, aut vxorem sub sequestro mancipavit, & patrocinio suo ab imminente periculo liberare voluit, à maiori præservet, nè scilicet indurecente sevitia fame pereat persona sequestrata; sicut etiam de eo curat, quod si pauper sit incarceratus, ut se alere non valeat, expensis illius alatur ad cuius

cuius instantiam incarceratus fuit, et si is qui capturam instavit, alimēta præstare nequeat, à Curia erogentur, summa in hoc iudicium diligētia interposita, prout ex Angelo Aretin. Franc. Marco, Boerio, Hypolito de Marsil, Lancelloto, Conrad. Follerio, Petro Pecchio, & Mattheo Collerio, observavit Martinus Colerius *de aliment. lib. 1. cap. 14. & quinque seqq.* Boniven. *de pauper. q. 7. specubi 2. iudicior. num. 6.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 72.* Guazz. *des. reur. 6. cap. 1. num. 1.* & alii penes Castillo *lib. 8. controu. cap. 37. §. 3. num. 6.*

39 Notabilis ad prædicta est conclusio facta in nostro Regio Criminali Concilio die 15. Octobris 1636. referente Maso in facto supplicationis oblata per Catherinam N. in Regiis carceribus detentam, qua deponerebat, quod ob non præstationem sibi alimentorum per Hieronymum Pintor, ad cuius instantiam capta detinebatur pro debito civili, ratione manuleutæ per eam Regiæ Curia præstitæ, in qua dictus Pintor pro ea fideiussit, à dictis Regiis carceribus liberaretur; & fuit cōclusum dictam Catherinam pro observantia Constitutionum, relaxandam fore à carceribus, in quibus capta deti-

nebatur, instante prænomina- to Hieronymo Pintor.

Ad ornatum istius decisio- 40 nis recole *Constit. fin. tit. de pobres pledejants*, qua disponitur, quod creditor ad cuius instantiam debitor pauper detinetur captus, teneatur ei alimenta præstare iuxta taxationem ibidem expressam, et si per duos dies cessaverit à tali præstatione creditor, captus debitor à carceribus sit liberandus, nulla moræ purgatione admiffa; de hac *Cont. nos in praxi civili ad Peguer. rub. 29. num. 73.*

Insuper observa, quod mul- 41 lier fideiussorē in proposita specie dederat Hieronymum Pintor, iste solverat Fisco, & obtinuit ab eo cessionem, de cuius validitate non erat dubitandum, solum enim altercatio super eo cadit, an Fiscus cedere ex intervallo possit, de qua Alfaro *de offic. Fiscal. glo. 16. privile. 36. num. 146.* Noguero *al. leg. 11. num. 6.* Ant. Fab. *lib. 11. coniectur. cap. 10. circa fin.* Arias de Mesa *lib. 1. var. cap. 23. à num. 16. & 21.* Olea *de cess. iur. tit. 5. q. 4. à num. 30.* & quod ma- 42 gis est Fisco agenti ad poenam contra fideiussorem de repræsentando reum, cuius bona fuerunt confiscata, obstat cendarum actionū exceptio: quia
Fis-

Fiscus fideiussorem condemna-
ti indemnem servare tenetur,
ex Fabro; Constantio, & aliis
probat Massin. *de confiscat. q.*
35. à num. 11.

43 Jurisdictio fuit radicata in
Regio Concilio, vbi obligatio
manuleutæ facta fuit; & quam-
vis inter principalem, & fide-
iussorem obligatio esset civilis,
cum de privato illorum inte-
resse ageretur, remansit cog-
nitio apud iudicem criminalē,
coram quo promissio sub ma-
nuleuta initium accepit, & iste
est forus appellatus contractus,
de quo tex. in *l. heres absens*
19. §. proinde ff. de iudic. §. hæc
considerantes §. si igitur in au-
thent. ut omnes obediant iudi-
cib. collat. §. tit. 24. cap. vlt. de
for. compet. & ibi Doctores, &
in cap. dilecti eod. tit. at de his
longè latèque Carleval de iu-
dic. tit. 1. disp. 2. tot.

44 Cognoscens Regium Cri-
minale Concilium de causa, &
obligatione illa civili ex con-
ventione antedicta provenien-
te, de alimentorum præstatione
ibidem incidenti iudicare per
necesse debebat; sed accuratè
Senatus expressit, capturam il-
lam fuisse pro debito civili, vt
intelligatur *Const. fin. tit. de po-*
bres pledejants, non procedere
si captura sit pro factò crimi-
nali: quia quantumvis tunc

alendus sit reus pauper, vt præ-
diximus *num. 38.* non tamen
potest prætere relaxatiōē
à carceribus in vim dictæ Con-
stitutionis, si per biduum fue-
rit cessatū ab alimentorū præ-
statione; loquuntur enim Con-
stitutio, & omnes illius expo-
sitores in civilibus, non in cri-
minalibus.

Repetas igitur debitori ino-
pi capto danda esse alimenta,
& articulum præstationis illo-
rum, non esse diversum, & om-
ninò separatum à causa princi-
pali sequestri, seu capturæ, &
consequenter neque à causa
matrimoniali, cum utrobique
par adsit connexio; fateor non
esse ex illis qui vocantur præ-
iudiciales, de quibus abundè
nos *decif. 6.* & in terminis iu-
dicis secularis, qui prævenit,
quod nihilominus causa postea
mota coram iudice Ecclesiasti-
co super articulo spirituali
præiudiciali, suspendat causam
iudicis secularis ab ea depen-
dentem. Gutierrez *lib. 3. pract.*
q. 26. reputari tamen debet ar-
ticulus taxationis alimentorū
absque hæsitatiōe connexus,
& accessorius sequestri, vel cau-
sæ principalis; & non omitto
in specie *decisionis 152. Boëris,*
qua Fontanella adductus *nu. 35.*
& alii per eum relati, fuerunt
moti, ad tenendum indistin-

Et iudici seculari spectare taxationem alimentorum pendente causa matrimoniali coram iudice Ecclesiastico, quod casus ille fuit mulieris, quæ litigabat super fœdere matrimonii, & obtinuit sententiam pro matrimonio, à qua maritus appellavit, & pendente causa appellationis coram delegato Apostolico, petiit mulier alimenta coram iudice seculari, & dictum fuit iudicem laicum per viam principalis petitionis post latam sententiam in favorem mulieris, appellatione pendente potuisse super alimentis providere: quia sententia illa continebat tacite præstationem alimentorum, à qua sententia præstationis alimentorum, ut inquit Boërius, non admittitur appellatio, & sublato illo impedimento incertitudinis sententiæ ferendæ, an validum, an irritum matrimonium declararetur, iure optimo potuit iudex laicus sententiam proferre, quod utique non potuisset ante prolatam sententiam.

47 Hancque distinctionem de casu litis pendente in prima instantia inter virum, & uxorem, ad casum, quo lata fuit sententia super matrimonio in ipsius favorem, ut in primo casu privative spectet cognitio iudici Ecclesiastico, qui præve-

nit; in secundo verò possit pro decernendis alimentis iudex laicus adiri, agnoverunt Cordub. in l. si quis à liberis §. vel si parens num. 67. ff. de liber. agnosce. Canc. lib. 3. var. cap. 11. num. 175. Tondut. de prævent. par. 2. cap. 23. num. 16. qui magis quam alii rem hanc discriminatim aperit, & rationem reddit: quia in prima instantia non viget præsumptio boni iuris, sed aliud est in secunda, edita sententia in favorem uxoris, nec tunc intrare attentatorum vitium, docet Lancelot. de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 24. in princ.

Antequam hinc abeamus 48 scias, quod aliquando ut puella liberè nubere possit sequestrum apponitur per iudicem civilem, ut fuit practicatū duobus casibus per me memoratis in addit. ad Ripoll in pract. Vicar. Barcelona, rub. 3. nu. 35. ubi quod recipitur informatio de periculo seductionis puellæ, sequitur Reg. Cortiada decis. 173. num. 15. par. 3. & per totam, ubi abundè, & perdoctè de hac materia, & decisum his refert, quod si puella prius sequestrata per Curiam secularem, per Curiam Ecclesiasticam petatur causa explorandi voluntatem, tradenda est ad dictum effectum Curie Ecclesiasticæ.

Nn

Ali-

49 Aliquoties autem sequestrū puellæ nubilis providetur per iudicem criminalem, vtpote si raptus, armatæ gentis congregatio, periculum vrgens, ne scelera sequantur, vel alia huiuscemodi delicta intercedant, nam propter solas seductiones, & persuasorias violentias ad contrahendum matrimonium, nequiret iudex criminalis ad sequestrum devenire, vt puella liberè nubere possit, ex fusè discussis *decis.* 4. sic criminibus præexistentibus fuit per Regiū Criminale Concilium sequestrata Margarita N. 21. Ianuar. 1671. me referente, probato prius raptus facinore. Actuário Famada.

Similis casus fuit practicatus cōtra Frãiscū N. agricolā loci de Tiana, & Ioannē N. agricolam Loci de Badalona, adversus quos propter raptum commissum in personam Margaritæ N. domicellæ, fuit instructus processus de mense Septembris 1686. referente Regio Senatore Francisco de Portell, tunc Iudice Regiæ Curie, & deinde 24. Septembris eiusdē anni, factō verbo per eundem Relatorem; provisum extitit, quod aliquis ex Regiis Algotziriis accederet quō oportuerit, & dictam Margaritam N. ad manus suas apprehenderet,

& cum debita diligentia, & custodia duceret ad Conventū Monialium Beatæ Mariæ Virginis de Junqueras præsentis Civitatis Barcinonæ, Militaris Ordinis Divi Jacobi, per suam Exc. nominatum, & illam traderet, & commendaret Venerabili Priorissæ dicti Conventus, quæ ipsam pro eo tunc sequestratā haberet nomine Regiæ Curie, donec aliter esset provisum.

His adde 3. Aprilis 1660. in 50 factō supplicationis oblatæ per Franciscam N. domicellā, qua supplicavit tolli sequestrum de persona illius provisum 3. Octobris 1659. eo quia obtinuit licentiam nubendi à suo Ordinario Ecclesiastico, referente Egregio olim Senatore Ludovico de Ferrer, tertiæ Aulæ Doctore pro Nobili Michaelē de Pallares I. R. Curie infirmo; fuisse conclusum, quod dictum sequestrum tolleretur, ad hoc vt prænominata Franciscam N. liberè nubere possit.

Per superiora relinquitur sat 51 firmiter statutum, iudicem Ecclesiasticum alimenta posse taxare, si in causa matrimoniali prævenerit, & idem licere iudici laico, vel in casu præventionis, vel post latam sententiam pro matrimonio in favorem mulieris; & vndeque elucel-

52 cescit incidentiam non procedere, nisi in connexis, & huius generis esse taxationem alimentorum respectu causæ matrimonialis. Hæc rursus confringendo, incomperta non sūt exemplaria iudicum civilium, qui de articulis criminalibus cognoscunt incidenter, data tamen connexionione eorum cum causa principali, vt advertunt Authores laudati à *num. 2.* ea propter si vertente lite civili, molestetur quis per Baronem procedimentis criminalibus, solet fieri provisio, quod mittat inquisitiones, si quas habet contra litigantem, infra certū terminum, aut aliàs illum relaxet, de quo mille possem provisiones congerere, cum nihil sit frequentius; transmittuntur inquisitiones per Baronem, & si videat Regia Audientia fieri in æmulationem litis, aut cum ea habere connexionem, iubetur relaxari reum, aut molestia non affici; si autem cohærentia cum causa non reperiatur, Baronis cursum non impedit, ex traditis supra *num. 37.*

53 Eadem connexio consideratur in eximendo vassallo à iurisdictione Baronis, lite cum eo civili pendente, veluti si videatur Senatui, quod quærit opportunitatem eum vexandi, quia cum eo litigat, vel portat

pondus Vniversitatis contra ipsum, per doctrinas traditas in *praxi civili ad Peguer. rubr. 30. in formulis*, vbi habes provisionem de hac materia factam 9. Novembr. 1672. & alię plures possent circumscribi; sed hæc relinquamus.

54 Ex articulis civilibus incidentibus in causis criminalibus, quidam sunt dependentes, & merè cohærentes causæ criminali; quidam verò dignoscuntur consequentes. Dicuntur dependentes, quando ex criminali cursu pendent, vt sunt oppositiones dotales, si bona viri apprehendantur, quod accidit in decoctis, quorum bona sub inventario ponuntur, & commendantur personæ per Excel. Dominum Locumtenentē Generalem nominandæ, iuxta praxim traditam à Mieres in *cur. Gerunda Regis Iacobi 2. part. 1. col. 4. cap. 13. nu 6. fol. 232. Fontan. decis. 242. numer. 9. & 15. par. 1. Cortiada decis. 70. à n. 51. par. 2.* de qua praxi nos latius in secundo volumine. Non disputo an pro distributione pecuniæ inter creditores decoctos, causa sit remittenda ad iudicem civilem, vt voluit Cortiada mox citatus, de quo si esset contendendum, cognitionem tribuerem Aulæ Criminali, ratione incidentiæ.

55

Mulier videns bona mariti pro manifesto Regiæ Curiaë cōmendata, opponit se in causa criminali, & iudex causæ de hac oppositione cognoscit, utpote connexa cum bonorum inventario, & commenda per se facta: redderentur enim eluforia credita vxoris, si viri bona inter alios creditores distribuerentur. Idem accidit si agatur de confiscatione bonorum propter crimen læsæ Maiestatis in primo capite imposita, nam sepissimè oppositiones mulierum, & creditorum in Regio Concilio, vti incidentes examinantur, si ante sententiam, & declarationem confiscationis, & apprehensionis bonorū proponantur; & fuit practicum in Regio Criminali Concilio, ad instantiam creditorū Iosephi N. cuius bona fuerunt sub sequestro posita, nondum tamen confiscata, & instantibus electis creditorum illius in vim concordiaë cū eis tempore pacis, & debitore initæ, sequestrum tolli; excipiente Fisco, quod esset simulata transactio, plenè discussio negotio 4. Maii 1676. fuit, facto verbo provisum, referente Nobili Don Iacobo de Potau, Iudice Regiæ Curiaë, quod tolleretur dictum sequestrum, & consequenter quod mandaretur al-

teri ex Virgariis Regiæ Audientiaë, quatenus ex quantitate 2035^l7. deposita per arrendatarios bonorum sequestratorum in Tabula cambii communium depositorum presentis Civitatis Barcinonæ rescriberet Regenti Regiam Theaurariam 354^l8⁶8. restantes verò rescriberet electis dictorum creditorum, & ob id soltam appositam in dictis partitis sub diversis chalendariis tollendam. Alia plura sunt, eaque innumera exemplaria horum incidentium, proximè expressum tantummodo referare libuit; quia multæ in eo se obtulerunt difficultates, quarum discussio in casu simili prodesse poterit, Scriba causæ erat Hieronymus Badia.

Consequentes articuli dicuntur, qui in necessariam cōsequentiam delicti, & pœnæ inflictæ veniunt, qualis est in furto, & aliis delictis à nu. 48. enumeratis, restitutio rerum subtractarum, & damni emendatio.

Effectus istius distinctionis inter articulos merè connexos, & articulos consequentes non levis observatur; nam prohibita appellatione in causa criminali, non censetur prohibita ab incidenti civili. Fontan. decis. 26. nu. 11. & de pact. clau. 7. glos.

23 *glos. 2. p. 9. à num. 50. vbi tenet,*
 quod vxor, quæ se opponit pro
 sua dote, & aliis iuribus in
 causa criminali contra maritū,
 si eius oppositio fuerit per iu-
 dicem repulsa, vel aliud pro-
 visum, quod sibi mulier repu-
 tet esse præiudiciale, poterit
 appellare, vel supplicare, quam-
 vis in causa criminali contra
 maritum intentata, fuerit sup-
 plicatio, vel appellatio prohi-
 58 bita; nedum quippe non cen-
 setur prohibita appellatio ab
 incidenti civili, vt nuper enun-
 tiavi; sed, & quoniam prohi-
 bita appellatione, non censetur
 interdicta quoad tertium. Fer-
 rer 3. p. obser. cap. 25. Gutierrez
in pract. quest. lib. 1. quest. 114.
per tot. Castell. in l. 64. Tauri
glos. 5. per tot. Parlador. lib. 2.
rer. quotidian. cap. fin. 5. p. 5.
10. num. 22. quicquid in contra-
rium senserit Gondizal. de Paz
in praxi tom. 1. par. 4. cap. 4. n. 7.
 quia communiter eum repro-
 batum testatur Salgado *de Reg.*
protect. par. 2. cap. 7. à num. 127.
 59 Idemque dicendum in cau-
 sa mixta, partim nempè civi-
 li, & partim criminali, veluti
 quando sententia continet ci-
 vilem, & criminalem pœnam:
 quia partim pertinet ad Fiscū,
 & partim ad privatū; ita fuit
 deliberatum in Regio Conci-
 lio 7. Aprilis 1635. in causa cre-

ditorum Raphaelis N. contra
 eūdem Raphaellem fallitum, re-
 ferente Viñola, Scriba Case-
 lles; & fuit supplicatum con-
 trario imperio, & in forma.
 Boss. *in pract. tit. de appellat.*
num. 7. Caball. res. crim. cas. 110.
num. 18. Guazzin def. 36. cap. 4.
num. 17. Font. d. clau. 7. glos. 2.
par. 9. num. 57. & 58. & d. decis.
26. num. 10, 11. & 12. vbi firmat 60
 quod mixtura non facit, vt su-
 per omnibus admittatur ap-
 pellatio, sed super articulo ci-
 vili mixto, videndi Salgado *de*
Reg. protect. d. cap. 7. & 13. à
num. 139. & 3. p. cap. 12. à num. 82.
& cap. 16. num. 34. Carleval de
iudic. tit. 3. disp. 12. num. 8.

Si verò sententia criminalis 61
 feratur super pœna delicti, &
 in consequentiam veniunt in-
 teresse, damna, & expensæ par-
 tis; ab eo articulo civili hanc
 condemnationem continenti,
 appellari, seu supplicari non
 potest, licet adsit mixtura in-
 teresse Fisci, ac partis privatæ.
 Boss. *d. typ. de appellat. num. 9.*
10. 11. Guazzin d. def. 36. cap. 4.
num. 18. vbi quod detur appel- 62
 latio ab excessiva taxatione, in
 quo concurrat Caball. *cent. 3.*
cas. 208. & generaliter tradidi-
mus in add. ad prax. civil. Pe-
guer. rub. 27. nu. 229. iunge Sal-
gad. de Reg. protect. par. 4. cap. 3.
à num. 16. qui copiosè de ad-
 mit-

mittenda appellatione aliter prohibita ratione excessus.

63 Prædictis consideratis die 30. Augusti 1672. in Regio Criminali Concilio, fuit resolutum non esse admittendam supplicationem interpositam per Jacobum N. Commentariensis officium administrantem, de quo meminimus *num.* 18. à sententia ibidem expressa, eo quod à condemnatione principali relegationis, non poterat supplicare, ex à me structis *ad Pract. civil. Peguer. rubr. 27. num.* 176. vbi cum Senatu statui officialem à iudice suo condemnatum appellare, seu supplicare non posse, & consequenter interdictus erat etiã reus ille, supplicare ab incidenti consequenti emendationis damni.

64 Cognoscit iudex Criminalis de articulis civilibus ratione incidentiæ, vt vidisti: quæ intellige respectu eiusdem rei, sed non quando articulus civilis tangit aliam personam, quæ non est de eius foro, & iurisdictione; tunc enim iudex tertii est adeundus. Fontan. *decis.* 563. *num.* 1. allegans ad id *glos. in l. defuncto §. 1. ff. de publ. iudic.* Surd. *conf.* 266. *numer.* 26. tenentes mortuo reo, contra quem institutum fuit iudicium criminale, non posse procedi,

nec continuari illud iudicium, sed civiliter esse agendum.

Integer tractatus de his constructeretur, si animus esset magnum affectare operis volumẽ, inquirendo an super articulis civilibus incidentibus contra heredes possit iudicium criminale proficere, sed mens fuit uti-liora ad praxim feligere: solum generaliter annotabo, quod quantumvis regula sit, morte crimina extinguunt, pœnasque corporales, & pecuniarias cessa-
ret. l. 3. l. defuncto 6. ff. de publ. iudic. l. ex iudiciorum 20. ff. de accusat. l. ult. ff. ad leg. Iuliam Maiest. l. si pœna 20. ff. de pœn. Farin. *in prax. tom.* 1. *q.* 10. *n.* 36. Peregr. *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. Petr. Barbof. *in l. si filius fam. 15. cum l. seq. ff. de iudic.* Caball. *res. crim. cent.* 3. *res.* 298. *num.* 3. Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 20. Tiber. Decian. *lib.* 5. *crimin. cap.* 57. *num.* 1. & alii penes Solorzan. *in operib. posthum. allegatione contra bona, & heredes num.* 9. quibus adde Simanc. *de cathol. instit. tit.* 18. Torrebl. *lib.* 13. *de iur. spirit. cap.* 16. & 17. Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 78. & *seqq.* & *cap.* 2. *num.* 12.

Limitant tamen Doctores memorati hanc regulam, si lis fuerit contestata contra defunctum, & insuper si agatur de
rei

65

67

62

66

rei malè ablatae restitutione, expr. tex. in l. *unic. Cod. ex delicto defuncti*. ibi: *Post litem contestatam eo, qui vim fecit, vel concussionem intulit, vel aliquid deliquit defuncto, successores eius insolidum, alioqui in quantum ad eos pervenit, cōveniri iuris absolutissimi est, nè alieno ditentur scelere; plenissime Solorzano tota alleg. contra bona, & heredes, qui num. 211. ponit praxim contra heredes servandam, ita breviter summatam; quod si defunctus procuratorem habebat, contra eum, effectum dominum litis iudicium cōtinuetur; si autem habita notitia iudiciali mortis, heredes sint citandi, vt præiudicium pariat, exequi ve possit contra eos sententia de restitutione rei furatae, vel reficiendo damno, aut similibus.*

67 Quare proculdubio remanet, articulos civiles incidentes in causa criminali, etiam adversus heredes, prosequi posse, quod respectu consequentium exploratum omninò relinquitur; in specie autè de qua Fontanella d. *decis. 563.* Visitatores iudicando de culpis Deputatorum, & Auditorum, cognoscere intendebant incidenter de validitate, vel invaliditate nominationum factarum ad loca

ibidem expressa, quæ prætentio subsistere poterat, quoad puniendos Deputatos, & Auditores pro suis excessibus, cum essent obnoxii visitæ, non verò poterat nocere tertiis, scilicet infacculatis, à iurisdictione Visitatorum prorsus exemptis.

Assentior enim rationi à Fontanell. *dict. decis. 563.* expensæ, quod iudex Criminalis nō possit cognoscere incidenter de interesse eius, qui non deliquit, vt, & supra probatur *numer. 48.* quamvis partem in civili fovere iustitiam videat. Abnuo tamen eidem Doctori quatenus vult, vt iudex Criminalis cognoscat de causa civili incidenti, debere esse taliter connexam principali, vt sine ea eadem principalis causa diffiniri non possit; nam hoc est velle, quod articulus civilis sit criminali causæ præiudicialis, quod utique verum non puto, & patet *num. 45.* Nec non cum decisionibus, & casibus à me late tota hac dissertatione exartatis.

Confirmatur hæc mea opinio, præter exemplaria desuper recitata, cum his, quæ quotidie coram civilibus iudicibus eveniunt de criminibus patratibus in æmulationem litis; nam ratione incidentiæ, licet tam strictam non habeant connectio-

xionem, processus instruunt criminales, & scitu digna est contingentia sequens. Aberat ab hac Civitate, & Vicaria, Excellentif. Locumtenens Generalis suæ Maiestatis, & cum ratione cuiusdam executionis civilis factæ ad instantiam Nobilis Mariæ Angelæ N. contra Narcisum N. domicellum, rixa mota fuisset inter dictum Narcisum, & procuratorē Nobilis Mariæ Angelæ, iste percussus remansit ictu ensis illati in aula litiū, qua de ratione in Regia Audientia Civili fuit deliberatum utrosque rixantes capi, & sub arresto poni; Vicesgerens Generalis Gubernatoris Cathalonix mandavit officiali, qui arrestum executioni deduxerat, quod in pœnam violatæ suæ iurisdictionis in carcerem se detruderet, quia transactis 20. diebus præfixis per Constit. 7. tit. de Audient. y Concell Real, prout elapsi erant, negotia criminalia Gerenti vices Generalis Gubernatoris, aut Vicario pertinebant, nec vlllo modo contentiosus casus poterat per Regium Criminale Cōcilium expediri, absente Domino Prorege, cum esset novus, ex à nobis adductis decis. 1. num. 107.

71 Hisce non reluctanti⁹, fuit conclusum iunctis tribus Aulis

4. Novembris 1668. quod cum causæ civiles non cessent, etiam 20. diebus finitis, consequenter nec articuli criminales dependentes ex illis conquiescere debent, in his, quæ per Regiam Audientiam Civilem incidēter tractari possunt, & idēd cum captura, & processus per Regiam Audientiam Civilem ratione incidentiæ, condi, & provideri potuissent, rectè se gessisse officialem nullam de eo casu notitiam Gerenti vices Generalis Gubernatoris præbendo, & ita fuit ei resolutio verbo tenus media Regii Senatoris expressione proposita, ne de officiali amplius curaret, dicti negotii causa, & Gerens vices Generalis Gubernatoris, fundamentis Aulæ Civilis perpensis, à sua recessit opinione, & procedere contra officialem desit.

Nolo spatiosum perambu- 72
lare campū de articulis incidētib⁹ apud iudicem criminalē, illorum cognitionis incapacē, tametsi mihi iucundum esset de his ex proposito, nedum loqui, sed, & commentarios longos intexere, distinctionibus forsan interiectis noviter, sed non contemnendis fundamentis, quibus iudicem etiam incapacem, non solum de facto, verum etiam de articulis iuris

cau-

causativè, seu, vt aiunt, per modum causæ cognoscere posse demonstrarem; sed hæc alibi fortassè, & non inaniter referabim⁹; satis nūc sit, quæ in hoc nostro argumento declarata relinquimus ita comprehendi debere, vt incidentia intelligatur tribuere iurisdictionem, quando iudex est tantum incompetentis, qualis est civilis respectu criminalis; secus autem, si iudex est incapax cognitionis causæ incidentis; provt evenit

in iudice seculari, respectu causæ spiritualis, puta matrimonii, natalium, & similibus; tūc enim iudex causæ principalis, nequit cognoscere de incidenti, provt advertit Regens Cortiada *decis. 174. numer. 8. p. 3.* cum Petro Barbosa, Valasco, Castill. Fermosino, Cevallos, Luca ad Franchis, Anfaldo, Aug. Barbosa, Sperell.

De incidentia sumus rursus acturi *decis. 13.* vbi hic prætermissa comperientur.

E P I G R A P H E.

Testes absque partis citatione, & ante litem contestatam recepti ad futuram rerum memoriam, quando fidem faciant, & quando non probent in Criminalibus, distinctione facta inter accusatorem, & reum. Et qualiter citatio in Tribunalibus servetur, vel necessaria sit, ac de legitimatione processus. Discussio à nebulis, quibus vsquequò prorsus obscurabatur vindicata.

N U C L E U S.

- 1 *Scopus decisionis proponitur, & num. 52.*
- 2 *De iure communi testes recepti absque partis citatione pro informatione Curiae nō probant, nisi in termino probatorio solemniter repetantur.*
- 3 *Testes in summaria informatione recepti sunt reproduciendi, & ratificandi in*

iudicio plenario.

- 4 *Hi testes propriè tales non sunt, nec recepti ad probationem, sed ad instructionem, & hoc casu non est necessaria citatio.*

Processus informativus non est propriè processus.

- 5 *Recipiuntur testes parte non citata, ne rei ad fugam invitentur.*

- 6 *Præcepto penali quando quis vocari possit ut compareat, & examinetur, & regulariter nõ expediri citationes verbales, & n. 31.*
- 7 *Ex solo processu informativo potest decerni captura, imò ex sola informatione extrajudiciali, dummodo iudex moraliter sit certus, quod supervenient testes, & num. 31.*
- 8 *Citatio rei habet vim contestationis litis.*
- 9 *Quando reus contumax condemnari potest, si fuerit citatus, & non compareat, non est necessaria contestatio.*
- 10 *Si reus presens est, & non præeunte inquisitione, vel accusatione, super processu informativo interrogetur; non inducitur contestatio: vide num. 17.*
- 11 *Nondũ formato processu confessione emanata iurisdic- tio prorogatur.*
- 12 *Interrogatione iudicis, & responsione rei lis contestatur.*
- 13 *In causa Syndicatus fertur sententia reo petente, et si accusator renuntiaverit querelæ; vide num. 22.*
- 14 *Fallit si reus respondeat cum protestatione citra animũ contestandi litem: quia tunc non adest contesta- tio.*
- 15 *Protestatio, qua ordinatur ad tollendum factum, non iuvat.*
Benè verò suffragatur pro- testatio, si trahi potest ad sensum protestantis.
- 16 *Declaratur quomodo compa- tiantur inter se, non vale- re receptionem testiũ absq; litis contestatione præce- denti, & reum interroga- ri non posse, non præeun- tibus legitimis iudiciis.*
- 17 *Valet confessio facta à reo ul- trò non adducto, nec à iu- dice interrogato.*
- 18 *Contrarietas præpositionum traditarum num. 17. asen- ditur.*
- 19 *Utilitas expositionis harum præpositivum commenda- tur.*
- 20 *Ad citationem prærequiritur informatio summaria suf- ficiens, ex qua detegatur delinquens.*
- 21 *In criminalibus necessaria est citatio ad validitatem iu- dicii.*
- 22 *Citatio tolli non potest à Principe.*
- 23 *Inquisitus in Syndicatu ad aliam Audientiam pro- motus, potest relinquere procuratorem, ut pro se respondeat.*

- 24 Testes citato reo verbaliter, si fuerint recepti, adhuc est legitimandus processus, ubi ratio.
- 25 Transmisso præcepto si reus compareat procedendū est via ordinaria.
- 26 Ad effectum interrogandi reum, & litem contestandi, probant testes recepti citato reo, & non legitimatedo processu, non verò ad puniendum, & num. 41.
- 27 Regula dictans, quod in criminalibus requiratur citatio ad validitatem processus, non viget quoad contestationem litis, sed quoad pœnam.
- 28 Testes possunt probare ad unum finem, & non ad alium.
- 29 Ut testes examinati in vno iudicio probent in alio, inspicuntur modus, & solemnitates, quibus fuerunt recepti.
- 30 Assignatur ratio cur valeant testes ad effectum interrogandi absque legitimatione processus.
- 31 Captura quare possit provideri ex solo processu informativo.
- Qui vult consequens vult antecedens.
- Per capturam citatio realis inducitur, ac præventio.
- Citatio verbalis non practi-
catur in criminalibus, nisi
certis casibus, de quibus
hic.
- 32 Quomodo inter se differant loqui de testibus receptis ad futuram rei memoriã, & sermonem instituere de examinatis ante litẽ contestatam.
- 33 In criminalibus causis non probant testes recepti ex parte accusatoris, benè verò ex parte rei ad futurã rerum memoriã, & num. 42.
- 34 Amplia tametsi testes recipiantur ex parte accusatoris citato reo; quia etiã non valent.
- 35 Amplia 2. quãvis accusator se subscripserit accusationi.
- 36 Amplia 3. licet timeatur de testium morte, vel absentia, & ratio, num. 37.
- 38 Declaratur regula tradita n. 33.
- 39 Preparans, & preparatum dicuntur ad invicem connexa.
- 40 Idem est ius in preparatoriis, atque in preparatis.
- 41 Alia ratio traditur cur processus informativus sufficiat ad litem contestandam.
- 42 Ex parte rei recipiuntur tes-

- tes ad futuram rerū memoriam.
- 43 Ratio: causa accusatoris minus favoris cōtinet, quam defensionis
- 44 Reus admittitur ad probandum suam innocentiam, etiam post sententiam, & num. 54.
- 45 Declara regulam traditam num. 42. quando reus intendit probare suam defensionem per negativam, vel equivalenter.
- 46 Falsitas etiam in favorem rei punitur.
- 47 Informationes ad futurā rei memoriam plerumque suspecte.
- 48 Testium dicta, tam ad offensam, quam ad defensam in secreto esse debent, nec edi possunt etiam interesse habentibus impunè.
- 49 Iudex non debet esse facilis in concedenda publicatione testium receptorum ex parte rei, & num. 50.
- 50 Infructifera, & aliquando damnosa potest esse reo receptio testium ad defensam.
- 51 Procurator in publicis iudiciis, & pœnis capitalibus à relegatione supra nō admittitur.
- 52 Finis huius decisionis fuit confusam, & ambagibus.
- plenam questionem refecere.
- Quibus casibus necessaria non sit litis contestatio, remissivè.
- 53 Fisco semper remedium superest pro veritatis probatione.
- Reo post sententiam ex indulgentia Principis locus datur ad novas probationes.
- 54 Retractare non potest iudex suam sententiam inconsulto Principe, & quando solus ipse valeat.
- 55 Permittitur Fisco per modū replicationis, & ad impugnandum dicta testium rei contrarias deductiones offerre, & testes præbere.
- 56 Replicando multa allegare licet, quæ aliàs non admitterentur ad eandem rem consequendam. Cum Senatu.
- 57 In criminalibus cur potius replicationi Fisci debeat via aperiri.
- 58 Quando admittitur reū appellantem in criminalibus nova deducere, & probare; idem Fisco conceditur. cum Senatu.
- 59 Fraudes, & cautela contra Fiscum pro debellanda veritate relegantur.



DECISIO IX.

- 1 **D**E iure communi, nō nulli ex scribētibus non parum defatigantur, exerutantes, an ex parte accusatoris in criminalib⁹ causis possint examinari testes ante litem contestatam, seu ad perpetuam rei memoriam, & quid sit sciendum respectu testium recipiendorum ex parte rei; de quo articulo operæpretium duxi disquirere, vt ab exteris legalis scientiæ professoribus enodata, perceptibilia efficiantur.
- 2 Eo iure inspecto, amplexa est vniuoca conclusio, testes absque partis citatione, pro informatione Curix, receptos, tanquam examinatos ante litem contestatam, & ad finem præparandæ inquisitionis non probare, nisi in termino probatorio solemniter repetantur. Corneus *consil.* 58. *col.* 2. & 3. *vers.* *profecto ego.* *lib.* 1. Paz *in praxi par.* 5. *cap.* 3. §. 9. à *num.* 2. tenens, quod testes in summaria informatione contenti, sunt reproducendi, & ratificandi in iudicio plenario, alioquin non attenduntur, vti admissi parte non citata, & ante litis conte-
- 3

stationem. Caball. *cas.* 269. à *num.* 6. vbi quod hi testes propriè tales non dicantur, nec recepti ad probationem, sed ad instructionem, quo casu non est necessaria citatio. Salgad. *de Reg. protest.* *par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 137. ex pluribus; & idcirco processus informativus propriè talis non appellatur, cum non incipiat à citatione, sed ab actu perquirendi probationes aduersus reum. Zuffus *de process.* *legitim.* *q.* 1. *num.* 2. quod certum putes, quamvis testes mortui sint; nam nec tunc faciunt indicium ad torturam. Trentacinq. *lib.* 2. *var. resolut.* 9. Seraphin. *decis.* 1359. *num.* 4. Verall. *decis.* 207. *num.* 9. *par.* 2. Farinac. *q.* 72. & 74. & 76. Boss. *de opp. sit. contr. testes n.* 34. *versic.* *vbi causa committitur.* Castill. *decis.* Sicil. 177. *n.* 2. Barz. *decis.* 137. *num.* 1. & *decis.* 144. *num.* 10. & *seq.* necnon *decis.* 141. Reg. Rovit. *in pragm.* 1. *de bon. prodit.* *numer.* 47. 48. & hanc repetitionem iure positivo fuisse introductam concludit Reg. Matthæu *de re crimin. controu.* 25. *num.* 49.

Verum est, quod iuris communis fines non egrediendo, recipi testes, Doctores assentiuntur parte non citata, & pro informatione Curix; ne rei ad fugam instruantur, ex citatione
Clar.

4

5

Clar. *in pract.* q. II. sub num. 2. post *versic. item quero*, & q. 45. sub num. 13. *versic. caterum*, & ante eum Salycet. *in l. fin. num. II. Cod. de quastion.* Bossius *in pract. tit. de exam. reor. nu. 6. & seqq.* Buccaron. *de diff. inter iudic. civil. & crimin. diff. 12. num. 4.* & tunc si non speratur facile captura, ad citationem est deveniendum, iuxta Doctores nuper, & antea adductos, præsertim Bossium *tit. quomodo procedatur per præcepta*, ubi quando quis licite præcepto pœnali vocari potest, ut examinetur; non enim regulantur talia præcepta, & citationes verbales expediuntur; si autem captura rei consequi potest, & adsit periculum fugæ, satis erit ex processu informativo criminis reos emergere.

7 Carena *de offic. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 2. §. 5. nu. 21.* ubi quod extante fugæ discrimine, ex sola informatione extraiudiciali, nondum in scriptis redacta, potest Inquisitor mandare, quod reus capiatur, dummodò moraliter sit certus, quod post capturam venient testes ad se examinandum; eandem Carenæ sententiam docuerunt Anton. Gomez *var. resol. tom. 3. cap. 9. in princ.* Corrad. *de offic. Prator. tit. de capt. num. 4.* Novell. *in pract. §. 1. num. 23. & seq.* Farin. *de carcer. & car-*

cerat. q. 27. num. 125. cum aliorum plurium autoritatibus Seraphin. *de privil. iuram. privil. 132. num. 94.* Guazzin *def. 5. cap. 3. nu. 24.* qui de practica testatur. Pichard. *in manuduct. ad prax. 3. p. §. 3. nu. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 530. num. 28.* bene explicans Paz. *in prax. tom. 1. pap. 5. cap. 3. §. 2.* tres casus ponit Peguera *in praxi criminali cap. 12. §. 3. num. 3.* quibus iudex ex sola informatione extraiudiciali concedit mandata de capiendo; quorum primus in gravitate criminis sistit; secundus in periculo fugæ rei; tertius in securitate iudicis sperantis testes post capturam iuncta fugæ probabilitate.

8 Testes igitur recepti in summaria informatione si pars fuerit citata, secundum ius commune, habentur pro ritè examinatis, ex aliquorum sententia, qui talem citationem vicè continere contestationis litis existimarunt, provt videtur innuere Caball. *dict. cas. 269. nu. 6.* ubi solum illum processum informem vocat, qui conditus fuit ex testibus, nulla partis citatione prævia, examinatis.

9 Huic expositioni subscripsit Giurba *cons. 53. à nu. 23.* quatuor circa litis contestationem casus distinguens. Primus est, si reus contumax, uti confessus

con-

- condemnari possit: nam tunc alia contestatio necessaria non erit, quam ex tacita confessione dimanans. Guazzin *reor. def. 20. cap. 18. num. 3. & de confisc. honor. concl. 19. nu. 63.* Clarus, Azinius, Farinac. Costa, Tuschus, & alii per Giurba allegati.
10. Secundus casus subiicitur à Giurba *num. 24.* si reus in iudicio præsens sit, & vlla non præcunte inquisitione, vel accusatione super processu informativo interrogetur: tunc nullam induci litis contestationem vult, ex responsione præsertim qualificata, quod solere quotidie fieri refert, si pro eruenda veritate quis interrogetur, & ignoretur an deliquerit.
11. Advertit tamen Tondut. *de prævent. part. 2. cap. 52. n. 9.* cum altis, quod si reus iurisdictionem alterius iudicis prorogaverit, vera præventio inde evenit, quamvis nondum fuerit formatus processus, nec facta inquisitio de delicto; quippè mediante illa confessione, iudex ad eò factus est competēs, ut vsque ad causæ exitum, & sententiam condemnatoriam, illiusque executionem procedere possit.
12. Annectitur tertia species, si reus super delicto interrogetur: tunc responsio, quam iu-

dici facit, litis contestationem inducit. Bartol. Aretin. Angel. Guazzin. Clar. Baiard. Felic. Farinac. Vullpell. Vivi. Scacc. Chartar. citati per Giurba. Solozan *in operib. p. sth. m. allegat. contra bona, & heredes nu. 26.* remissivè ad alios, noster Canc. *variar. lib. 3. cap. 16. n. 3.* Fontan. *decis. 500. tom. 2. vbi,* an comparitio rei vim habeat litis contestationis, quando accusator renuntiavit, & à causa destitit, reus verò vult ingredi merita, & ei non consentit; & *decis. 502. num. 6. & 14.* decisum 13 tradit, absque litis contestatione fuisse latam sententiam in causa Syndicatus; & huc pertinet quartus casus à Giurba *d. consil. 53. nu. 26.* recensitus, concludens, quod etiam si reus, in Syndicatu non interrogetur, tunc præsentato libello, & dato termino, lis contestari dicitur.

At verò hæc Giurbæ sententia, 14 satis mihi non arridet, nisi in casu quo reus publicato processu suas daret defensiones, velut in hypothese Fontanelle: nam tunc litis contestatio inducitur petitione actoris, & responsione rei volentis litem contestate; secus erit si respondeat, cum protestatione citra animū contestandi litem. Mynfinger, *cent. 3. obser. 74.* Canc. *part.*

part.3. cap. 16. num.5. asserens, tunc non obstare, quod dici solet, protestationem facto contrariam protestati non prodesse: nam id obtinet, si protestatio est ordinata ad factum tollendum; utpote si protestor, quod non respondebo, & respondeo, nihil iuvat hæc protestatio; similiter si exprimam, contestor litem, non animo contestandi. Aliter se res habet, si factum posset trahi ad sensum protestationis: quia tunc protestatio non dicitur contraria facto; duas alias declarationes congerit Ant. Thesaur. decis. 227. num. 13. videndi de hac re Petr. Gregor. cap. 9. num. 10. de constitut. Gomez lib. 2. var. cap. 13. num. 12. Ricc. p. 7. collect. 2653. & 2932. Garcia de nobilit. glos. 5. à num. 5. & glos. 6. nu. 41. vers. ad decimum, & n. 65. & seq. Molin. lib. 1. de primog. cap. 21. num. 24. vers. in secunda. Noguero. alleg. 2. num. 19. Barbol. in cap. 9. num. 4. de constit. Vela disert. 34. n. 88. Olea de cess. iur. tit. 2. q. 1. à num. 10. Roxas de incompatibil. p. 7. cap. 4. num. 13. & seqq.

16 Recolligamus nunc quæ hucusque edisseruimus. Primum placitum fuit, testes in processu informativo, seu in summaria informatione receptos, fidem non facere: ea ratione quia,

absque citatione partis, & ante litem contestatam fuerunt examinati. Secundum assertum extitit, litem communiter contestari in criminalibus per interrogationem iudicis, & responsionem rei super delicto: nunc ita, reus à iudice non potest interrogari, nisi præcedentibus legitimis iudiciis, & probationibus. Farinac. in prax. q. 81. num. 15. & consil. 184. n. 58. lib. 2. Chartar. in pract. interrog. reos lib. 1. cap. 2. num. 2. 5. & seq. Vermigl. conf. 315. num. 8. & seq. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 31. num. 8. Conciol. res. crimin. 3. verbo confessio numer. 3. reprobans eos, qui confessionem spontaneam valere, & sufficere ad condemnandum autumant, licet extorta fuerit per iudicem sine iudiciis; fatetur tamen 17 Conciol. num. 4. subsistere confessionem factam à reo ultro non adducto, nec per iudicem interrogato, per Doctores in cap. at si Clerici 4. de iudic. Navarr. in Theolog. moral. lib. 3. tr. 6. cap. 5. numer. 7. exemplificat Guazzin def. 32. cap. 24. num. 2. in fin. videndus Clarus §. fin. q. 55. vers. item posset.

Eveniet igitur duorum alterum, vel quod reus nunquam poterit legitimè interrogari, si probationes ante contestationem litis inutiles censeamus, vel

- vel quod litis contestatio ante interrogationem iudicis resultabit ad validitatem processus criminalis.
- 19 Istius obiectionis elucidatio fructuosa summoperè erit, pro enervanda nostræ decisionis controversia, an informationes ad perpetuam rei memoriam, seu ante litem contestatam recipi possint in criminalibus, nam nisi demonstraretur, qualiter sit standum depositionibus testium ante litem contestatam examinatorum, obscura remanebit vniversa hæc indagatio.
- 20 Tene ergo 1. quod, vt quis citetur in criminalibus, debet præcedere informatio sufficiens, summaria saltem, ex qua detectus sit delinquens. Scaccia *de iudiciis lib. 1. cap. 29. nu. 1. & cap. 84. num. 6.* vbi, quod debilio-
ra indicia ad id sufficiant; & ratio ob quam indicia præsupponi debent ad citationem, est quia, sola citatio in criminalibus infamat de facto: textus est, & ibi Bartol. *in l. in pecuniariis Cod. de requirend. reis.* Buccaron. *diff. 12. num. 4.* iungo tradita *decis. 3.* fusè.
- 21 Tene 2. in criminalib⁹ causis necessariam esse citationem ad validitatem iudicii, adeò quod in hoc causarum genere Princeps nequeat procedere parte non citata. Marsil. *in pract. crimin. §. expedita col. 2.* Gabriel *concl. 1. num. 29.* Aug. ad Angel. *de malefic. in verbo qui iudex commisit. l. præconi vers. 1.* Boslius *in pract. tit. de citat. num. 15.* refert, & sequitur Buccaron. *diff. 11. numer. 3.* ratio in eo sistit, quia citatio est defensio, quæ tolli non potest, præsertim in criminalib⁹; adeundi Bovadilla *lib. 2. politic. cap. 5. nu. 36. & lib. 3. cap. 14. num. 22.* Garcia *de nobil. glos. II. §. 1.* Cevallos *com. 9. 175.* Valenzuela *conf. 6.* Larrea *alleg. 107.* Covarru. *practicar. cap. 23. nu. 6.* Solorzano *de iur. Indiar. lib. 4. cap. 8. à num. 6.* agens de illo, qui ad aliam Audientiam provifus sit, & commoda itineris, vel navigationis occasio se offerat, nec per eum steterit Syndicationis tempus spectare; tunc enim non dubitat posse procuratorem relinquere, qui pro eo adveniēte Syndicatu respondeat, nec intimanda sunt in eo themate acta iudicialia personaliter principali.
- Tene 3. licet testes citato reo verbaliter sint recepti, adhuc est legitimandus processus, nempè per repetitionem, per confrontationem, declarationem habendi testes pro ritè, & rectè examinatos, per veram,

aut fictam confessionem. Zuffus *de legitim. process. lib. 3. q. 97.* & ratio est, quia in iudicio plenario, seu legitimatione processus plura adduntur ad vetus examen, quæ reo prodesse possent, nempe novum iuramentum, interrogatoria pro parte inquisiti danda, in partibus, quibus admittuntur, & ratificatio primi dicti, quæ reo existente capto aliquando nō tam facile contingit, pro uti latè percurrit Zuffus qui supra in suo tractatu; & qualiter tunc sit necessaria citatio ad videndū iurare testes, declarat Zuffus *dicto tract. de crimin. process. legitim. q. 123. num. 3.* optimè Bossius *in pract. titul. quomodo procedatur per precepta num. 24.*

25 docens, quod præcepto pœnali transmissio, si reus compareat, procedendum sit via ordinaria; adde Conciol. *resol. crimin. 6. verbo testes quo ad examen num. 1.*

26 Tene 4. testes receptos reo citato, & non legitimato processu, validè examinatos dici, atque probare, ad effectum ipsum interrogandi, & litem contestandi, non verò ad finē pœnam infligēdi: probat utrumq; Zuffus *de legitim. dicto lib. 3. q. 99. nu. 2.* firmans, quod in multis casibus non adhibetur, tanquam non necessaria repetitio,

& enumerat inter eos, quando reus factus fuerit delictū. Char. *tar. in prax. interrogand. reor. lib. 4. cap. 2. num. 29.* & consulit pro maiori cautela fisci, bonum esse testes repeti, quia posset accidere, quod confessio ex aliquo capite nulla evaderet, & repetitione adhibita sustineretur probatio emanans ex testium probationib⁹. Conciol. *qui supra resol. 6. num. fin. verbo testes quo ad examen*, imò quod testes recepti pro informatione Curia, sufficient ad constituendum, seu interrogandū inquisitum, statuit Zuffus *de legitim. process. lib. 1. q. 62.* & sic etiam nulla præcedente citatione, poterit lis contestari, cum ut præmonui *num. 4.* in processu informativo non adsit.

27 Qua, retenta opinione non obstabit conclusio supra *n. 21.* præiacta, quod in criminalib⁹ requiratur citatio ad processum validandum: id namque erit deprehendendum, non ad finem contestandi litem, quia ad hoc non requiritur, sed ad pœnam irrogandam; vel accipietur non sequuta postea legitimatione processus, altera ex formis attactis *num. 26.*

28 Nec est inconveniens, quod testes ad vnum finem probent, ad alium verò non utique, ut
ape-

aperuit Zuffius *de legitim. proces. lib. 1. q. 50. numer. 7.* vbi tripliciter considerat testes pro informatione Curia receptos, vno modo per respectum ad iudicem, altero per respectum ad partes, postremo per respectum ad ipsosmet testes; quoad hos, & iudices probationes validas affirmat, non verò respectu rei, nisi legitimatio processus interveniat; hinc vulgo fertur, quod vt testes examinati in vno iudicio, probent in alio, inspiciantur præcipuè modus, & solemnitates, quibus fuerunt examinati. Paz *de tenuta cap. 32. num. 37. & 39.* Covarru. *pract. quest. cap. 17. n. 4.* Mascard. *de probationib. verbo possessio concl. 1204. numer. 1.* Menoch. *de remed. ult. sub nu. 32. circa fin.* Beltram. *ad decis. 357. Gregor. 15. num. 6.* Bocar. *de interd. uti possidet. cap. 14. num. 26. par. 3.* Posth. *de manuten. observ. 39. per tot.* remissivè Canc. *par. 1. cap. 20. nu. 97.*

30 Secundò suadetur ea pars, qua tenuimus ad effectum contestandi litem non esse necessariam legitimatorem processus vlla ex viis *num. 26.* enarratis; quia invaliditas principalis ad probationem testium ex duobus dimanat, nempè ex defectu citationis, & contestationis; citato autem reo, ac lite

non contestata, quamvis repetitio testium fieret, semper obliteret solidum iuris principium, lite non contestata testes fuisse receptos, & ita nulliter. *Cap. quoniam frequenter 5. ut lite non contestat.* vbi communiter Doctores. Michael Grafis *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 10. num. 305.* vbi Vivianus *num. 310.* Menoch. *de arbitr. cas. 61. & de præsump. lib. 2. præsump. 54.* Bernard. *Genuæ ad pract. Camer. Imperial. lib. 1. concl. 92.* Perez *lib. 1. glos. 5. pag. 518. col. 2. in princ.* Christophor. à Pace *ad l. 175. Styli, Cancer. variar. 1. cap. 20. n. 82.* cōgruentius ergo est validas receptiones testium fateri ex processu informativo excerptas, & repeti postea vt ad condemnandū proficiant. n

Inferes primò, quam tuto supra asseveravimus ad capturam posse devenire ex solo processu informativo; si enim ex illo pertransimus ad litem contestandam, ad capturam evidentiùs pergimus; non enim interrogatur reus, nisi captus, & legitimis præeuntibus indiciis, vt vidisti, quapropter locus fit regulæ, qui vult consequens velle creditur antecedens. Salgado *2. part. de Reg. protect. cap. 2. num. 29.* cum aliis congestis *decis. 5. nu. 9.* & per cap-

turam citatio realis; imò, & præventio in criminalibus inducitur. Bossius *in pract. tit. de for. competent. num. 99.* Tondue. *de prævent. par. 2. cap. 50. à num. 11.* vbi de citatione verbali, cum multis, quæ tamen ferè in nulla Provincia, neque Tribunali practicatur, nisi quâdo, vel captura non est facilis, vel præceptis pœnalibus de comparendo posset facultas patere, & ad validandos processus citatio realis ex captura proveniens suffragatur cum reliquis supra examinatis de processus legitimatione.

32 Inferes secundò proprio sermone, tametsi ab scribentib⁹ confundantur, & commisceantur inter se differre loqui de testibus receptis ad futuram rei memoriam, & de examinatis ante litem contestatam, quoniam duo hæc se respiciunt uti genus, & species; siquidẽ testes omnes, qui ad futuram rei memoriam recipiuntur, dicuntur recipi ante litem contestatam, at non è contra, qui ante litem cõtestatam examini subiiciuntur, ad futuram rei memoriam suscipiuntur; differentia stat in hoc, quia illi, qui ante litem contestatam, & non ad futuram rei memoriam sunt accepti, inserviunt tantum pro informatione iudicis, & Cu-

ria, ad fines, & effectus desuper commemoratos, & nõ publicantur, nisi legitimatus fuerit processus, ut præmittitur, & ita perpetuò non attenduntur, sed tantum ratificatione subsequuta: Testes autem ad futuram rei memoriam specificè agnoscuntur illi, qui examinantur ex parte rei: eo quia eorũ dicta statim publicantur. Buecaron. *de diff. inter iudic. civil. & criminal. diff. 115. num. 19.* sequitur Zuffus *de crimin. process. legitim. lib. 1. q. 62. numer. 3.* observans ex Paris. *conf. 24. lib. 3.* quod si accusator antequã exponat accusationem, dubitans nè probationes pereant, curat illos extraiudicialiter coram solo Notario examinari, non possunt contestari cū reo; quia tales depositiones, ultra quod sunt suspectæ, tametsi iuratae, nõ fuerunt tamẽ ad finẽ instruendi iudicem, ideoq nullam merentur fidem.

33 Manuducimur ex prælibatis regulis, & theorēmatib⁹ ad nostrę decisionis argumētum. An in criminalib⁹ causis recipi testes possint ad futuram rei memoriam, distinctione illa adhibita, inter testes receptos ad instantiam accusatoris criminaliter agentis, & eos, qui ministrantur ad instātiā rei. Primi namque non probant, nec pu-

publicantur, nec ex eis potest ferri sententia contra reū; probant autem illi, qui recipiuntur ad favorem rei: comprobantur quæ diximus de accusatore excludendo ex glos. in dict. cap. quoniam frequenter, & ibidem Hostiens. num. 9. in verbo *timetur* vers. non tamen publicantur. Henrich. Bocach. in eod. cap. quoniam frequenter §. sunt & alii num. 6. ad fin. vers. ita quod non publicentur. Joani. Andr. in cap. significavit extra de testib. num. 15. & ibidem Bellamera num. 11. Bald. numer. 2. Bartol. in l. Aquilia col. 4. ff. ad leg. Aquil. & in auth. sed & si quis ab aliquo Cod. de testib. in prima, & secunda lectura, & ibid. Bald. post num. 8. vers. in actore autem recipiuntur, sed non publicantur, & ibid. Salicet. num. 7. vers. sed quando ex parte actoris. Andr. Gail obser. 93. num. 6. lib. 1. Jul. Clar. in pract. crimin. q. 44. in princ. vers. & hoc adeo verum est.

34 Buccaron. d. diff. 115. numer. 11. defendens contra Scacciam de iudic. lib. 2. cap. 9. q. 1. num. 596. quod etiam si tales probationes fierent parte citata, vel præsentate, hoc non obstante essent imbecilles, & non quales in criminalibus requiruntur, nempe valde ordinatæ, luce meridiana clariores. l. sciant cuncti

fin. Cod. de probat. cap. sciant cuncti 2. q. ult. Giurb. cons. 72. num. 15. Caball. res. crimin. cas. 230. numer. 24. cent. 2. Thesaur. decis. 25. nu. 6. Guazzin defens. 33. cap. 24. in princ. Cyriac. contror. 109. num. 4. Carena de off. Sanct. Inquisit. par. 3. tit. 3. nu. 1. Vermigl. cons. 179. num. 2. & cons. 263. num. 5.

Idem etiam propugnat Buccaron. contra Farinac. de testib. quest. 76. part. 4. in fin. quando accusator se subscripsit accusationi: nam nec tunc posse examinari facere testes tutatur, etiam si subiturus esset poenam talionis, ea ratione innixus, quia destrueretur regula, & conclusio contra accusatorem præiacta, eum talis post inscriptionem proprie dicatur.

Amplia, quod neque recipiantur testes ex parte accusatoris lite non contestata, & ad perpetuam rei memoriam, quando timetur de eorum morte, vel absentia, seu ob aliã æqualem causã. Bald. in d. auth. sed & si quis ab aliquo num. 5. Cod. de testib. Gail, Farin. & Buccaron. iam laudati: licet aliter fervetur in causis civilibus, prout sequenti decisione aperietur, & fuit practicum multoties in nostro Regio Senatu. Ratione 37 subministrat Buccaron. ex quo in criminalibus causis requirantur.

rantur probationes nuditissimæ, & iuris ordine servato compactæ, vt nuper enuntia-
uimus ex plurimis, qui aliter
in civilibus sentiunt, & etiam
ad id accedit fundamētū, quod
iidem Doctores proximè me-
morati referunt, nempè in cri-
minalibus causis agi de gra-
uiori præiudicio, quam in civi-
libus.

38 Declara præmissam regulā,
& propositionem de accusato-
re, & auctore removendo à re-
ceptione testium ad futuram
rei memoriam, vt procedat in
illis testib⁹, qui recipi petuntur
antequā accusator exponat ac-
cusationem, & non ad finē in-
struendi iudicē, prout animad-
uersum fuit supra num. 28. hi
enim nullam fidem faciunt, nec
publicantur, siue coram iudice
recipiantur, siue coram solo
notario, in quo vltimo casu du-
pliciter vitiantur; primo, quia
testes in criminalibus per iudi-
cem recipi debent, nec est com-
mittendum eorum examen no-
tario, vt infra *decis.* 32. adducā:
Secundò, quippe tunc huius-
modi testes, nec recipiuntur
iudicialiter lite contestata, nec
iudicii præparandi causa, ideo-
que attendi, & probare mini-
mè possunt, quod secus est in
processu informativo, qui præ-
paratorius est offensivi. Zuffus

de proc. crim. legitim. q. 1. nu. 9.
præparatorium namque est de
connexis, & dependentibus à
causa principali; & præpara- 39
torium, & præparatum dicun-
tur adinvicem continentia. *l.*
ordinarii vers. ab eodem iud.
Cod. de rei vind. l. nulli Cod. de
iudic. cap. 1. de sequestr. possess.
Alex. cons. 58. circa 1. quasit. ad
fin. vers. quo ad vltimum du-
bium; sequitur Rota coram Ca-
valler. *Valentina illegitimitatis*
9. Decembris 1609. vers. nam
placebat responsio; & inde pro-
venit, quod iudex præparan-
tis, sit etiam iudex præparati,
ex Vicecanc. D. Christophor.
Crespi *obser. 75. num. 12.* Ton-
duti. *de prævent. iud. p. 1. cap. 24.*
vers. item quia. Fontan. *de-*
cis. 133. num. 11. & ex iis, ac aliis
D. Sebastian. de Cortiada *in*
discurs. iurid. del Capitan Ge-
neral. q. 9. num. 3.

Idemque est ius in præpa- 40
ratoriis, atque in præparatis.
Petr. Barboi. *in l. heres absens*
in pr. numer. 196. ff. de iudic.
Chaceran. *decis. 28. nu. 5. 6. 16.*
Covarr. *lib. 1. var. cap. 4. nu. 7.*
8. Caldas Pereyr. *in l. si cu-*
ratores habens verbo imploran-
dum num. 31. Cod. de in integr.
restit. Gutierr. de iuram. con-
firm. 3. p. cap. 12. num. 6. Surdus
cons. 42. num. 17. Bossius *tit. de*
for. competent. num. 117. Gam-
ba-

bacurt. *de immun. Eceles. lib. 6. cap. 8. num. 3.* Carleval. *de iudic. disp. 2. q. 4. pag. 102. ad fin.* & preparatorium quodammodo est præparati. Zuffus *de crim. process. legitim. q. 1. num. 19.*

41 Propterea nibilmirum, quod processus informativus sufficiat ad litem contestandam, ut *genui num. 26.* & publicentur depositiones in eo recepte processu legitimo, ut vidisti eodem *num. 26.* ad neutrum verò horum effectuum admittantur informationes receptæ ad futuram rei memoriam in criminalibus ex parte accusatoris criminaliter agentis, cū in illo processu militet ratio præparantis, quæ in istis informationibus non procedit.

42 Quid dicendum respectu rei, poterit ne iste testes ad perpetuam rei memoriam ministrare in criminalibus? puta si vellet probare, quod delictum fecerit ad sui defensionem, vel quod non erat punibile, vel quod ipse reperiebatur absens, vel aliã iustam causam: affirmativè respondent. Andr. *Gail obser. 92. num. 15. lib. 1.* Andr. *Barbat. in cap. quoniam frequenter extr. ut lito non contestata.* Farinac. *in PRAX. q. 76. AN. num. 113.* Clar. *recept. §. fin. q. 44. in princ. vers. hoc aded verum est.* Tusch. *lett. T. concl. 158. num. 7. & seq.*

Gomez *var. par. 3. cap. 1. n. 21.* qui allegat *concl. 99.* post opera Roderici Suarez.

Resumitur ratio diversitatis 43 inter actorem, & reum, ex eo quod reus id agat, ne patiatur iniustitiam, & iniquum esset, quod reo in fortuitis casibus defensionis facultas tolleretur, iuribus reluctantibus, cum accusatoris causa sit odiosa, aut minus favoris continens, favorabilis autem causa defensionis. Boss. *in pract. tit. de favor. defens. num. 3. in fin.* Ant. Gomez *var. res. 3. cap. 2. num. 27.* Farinac. *conf. 6. num. 15. lib. 1.* Guazzin *des. 29. cap. 3. numer. 3.* Vermigliol. *conf. 16. num. 21. & conf. 263. num. 6.* Carena *de off. Sanct. Inquisit. par. 2. tit. 9. n. 13.* Conciol. *alleg. foren. 88. nu. 31.*

Et licet eveniat sepe numero 44 rò, testes receptos ad perpetuam rei memoriam ex parte inquisiti in criminalibus statim publicari, quæ sustineri possent ex alio principio, nimirum, quod reus admittitur ad probandam suam innocentiã, etiã post sententiã. Ant. Gomez *var. res. lib. 3. cap. 13. numer. 35.* Carrer. *in pract. in mater. appell. §. tertius casus num. 22. & §. septimus casus num. 12.* Boss. *in tit. de remed. num. 2. tit. de litt. Princ. sub num. 3.* Gail *de pac. publ. lib. 2. cap. 8. n. 2. cum plu-*

pluribus Farinac. q. 75. n. 420.
 & conf. 73. in addit. litt. A. &
 q. 81. num. 25. & q. 11. ex nu. 11.
 Guazzin def. 28. cap. 2. num. 7.
 Conciol. ref. crim. 3. verb. reus
 num. 6. & alii videndi num. 54.
 atque ideò posset inde inferri,
 posse publicari testes ad defen-
 sam receptos ad futuram rei
 memoriam, & hoc non obstan-
 te, si de rei innocentia satis
 non appareat, licere novos te-
 stes adiici.

- 45 Hæc tamen temperanda sūt,
 vt tantum obtineant quando
 partis defensio probetur per
 negativam, vel aliter per evi-
 dentiam facti, vt proximè re-
 lati Authores enuntiant, &
 quamvis timor subornationis
 post didiscita testificata non re-
 fragetur, ne innocens patia-
 tur, ex Guazzin d. def. 28. cap.
 46 2. num. 11. attamen illius occa-
 sio est omnino amputanda, &
 non minus quando agitur de
 actu reo favorabili, cum falsi-
 tas etiam in ipsius defensam
 puniri debeat. Grammat. not.
 12. Baiard. ad Clar. §. falsum
 num. 41. Guazzin def. 28. cap. 18.
 v. 11. vers. sed in Regno. Giurb.
 conf. 71. num. 8. & 22. Reg. Cor-
 tiada tom. 2. decis. 88. numer. 57.
 & 58. de subornante testes ad
 falsum deponendum, ac de pœ-
 na, quæ est quoque falsi, ex tex.
 in l. 1. ff. de fals. l. iubemus 24.

Cod. de probat. Giurba conf. 64.
 num. 25. Carena de offic. Sanct.
 Inquisit. par. 3. tit. 6. numer. 76.
 quibus additur, informationes 47
 ad futuram rei memoriam ple-
 rumque suspicionis labe nota-
 ri, vt nostra decis. 10. Iustrabi-
 tur, & decis. 12. vberriimè habe-
 bitur punitionis delictorū cau-
 sam, non odiosam, sed summè
 favendam esse.

Quamobrem testium, tam 48
 ad offensam, quam ad defen-
 sam deponentium dicta, ante
 publicationem in secreto esse
 debent. Pareja de instr. edit.
 tom. 2. tit. 10. ref. 4. nu. 19. vbi,
 quod nec partibus interesse ha-
 bentibus edi possunt, & si con-
 trarium faceret notarius, seu
 alius ante publicationem tan-
 quam falsarius puniri posset,
 idem Pareja tit. 5. ref. 1. num. 83.
 & seqq. & tit. 2. ref. 6. num. 73.
 & tit. 3. ref. 1. num. 82. & tit. 10.
 ref. 1. ex num. 10. & tit. 5. per-
 moveretur ex quo, ex editione fa-
 cta ante publicationem, delictū
 suum reus obumbraret.

Non igitur facilè iudex de- 49
 bet publicationē testiū ex par-
 te rei concedere, ne via fraudi-
 bus, & subornationibus ape-
 riatur, novos testes addendo
 post didiscita testificata: nam
 finalis causa ob quam Docto-
 res num. 42. laudati, docuerūt,
 posse ad instantiam rei recipi
 testes

testes ad futuram rei memoriã, quæ est ne defensio, & veritas pereat, nihil facit quo ad publicationem.

50 Insuper testes ad defensam publicari non solent nisi offensivo processu adstructo, & publicato, & iudicis accedente provisione, vt suo loco latius videbimus; incongruum igitur esset publicationi locum dari testium receptorum ex parte rei, iudicio criminali nondum capto, nec præparato.

51 Præterea inconsultò videtur agere reus, qui tales testes recipi curat: nam vt in sequenti decisione constituam, examinatio testium ad futuram rei memoriã debet fieri coram iudice, qui est cogniturus de re, super qua recipiuntur. At si iste iudex recipiat testes de delicto deponentes, & ex his depositionibus resultet, quod tamen si reus se defendendo deliquerit, excessit tamen moderamen inculpatæ tutelæ, vel si dicant, vt non semel accidit, contra reum, etsi per ipsum producti, iudex ex eis processum offensivalem condet, & capturam decernet, & damnum inde reus sentiet, unde sublevamen sperabat; præsertim cum procurator in publicis iudiciis, & pœnis capitalibus, & corporalibus à relegatio-

ne supra, non admittatur pro reo; tex. in l. 1. ff. an per alium caus. appell. Andr. Gail de pac. publ. lib. 1. cap. 10. num. 10. Carena de off. Sanct. Inquis. part. 3. tit. II. num. 50. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 44. abundè Farinac. de var. & div. question. q. 99. num. 1. Tusch. præct. concl. litt. P. concl. 818. num. 3.

Ex quibus sequitur parùm practica- 52 biles, vel vtilis futuras in criminalibus informationes ad futuram rei memoriã; volui tamen supradicta rescare, quia nimis confusè, & sub involucribus ab scribentibus traduntur, & vt ab eis relicta aliqua gaudeant claritate, qua penè omnino destituta, & in tenebris iacebant; non tamen credas, ante litem contestatam, me putare, pluribus in casibus iuris communis testes recipi non posse, vltra iam attactum processus informativi; scio siquidem contestationem litis in plerisque causis non desiderari, quos congerunt Maranta de ordin. iudicior. part. 6. memb. 10. pag. mihi 330. per tot. Fontan. de pact. clau. 8. glos. vnic. part. vnic. num. 8. Sabelli. in summa diversor. tractat. litt. L. §. lis 16. numer. 4. Bonden. colluct. legal. 8. nu. 121. & 139. & colluctat. 49. num. 104. Socin. in cap. quoniam frequenter vt lit. non contestat. octua-

ginta duos casus enumerat, alios tradit *Mier. par. 1. collat. 9. de salar. omn. iudic. cap. 8. à num. 27. Canc. var. par. 3. cap. 16. num. 4.* atque ita tunc probare testes ante litem contestatam receptos consequens efficitur, vt iidem Doctores advertunt.

53 Oblivione tamen non est prætereundum, Fisco semper præservari viam pro veritatis probatione, dum reus eam obnubilare conatur, vel cum istis informationibus cepto iudicio, seu ante, vel novis probationibus post sententiam productis; etenim tametsi eæ concedantur, hoc fit ex indulgētia Principis, vt notat *Peguer. decis. 70. num. 7. tom. 2.* vbi, quod etiamsi sententia sit transacta in rem iudicatam, possint probationes recipi, & si relevantes appareant taliter, quod ex eis constet sententiam non mereri executionem, solet *Locumt. Gen.* mandare, quod non procedatur ad illam; & fuisse observatum narrat, quod reus ducebatur ad supplicium, apparuerunt novæ probationes, & quia visæ fuerunt ponderosæ ad excusationem rei, fuit reversus ad carceres, & commutata sententia, & aliquando reus liberatus; & præter adductos supra

54 *num. 44. Farinac. q. 11. ex n. 11.*

defendit, quod licet iudex non possit inconsulto Principe retractare suam sententiã, etiamsi constet de innocentia rei, id verum esse, si sententia sit lata ex certis probationibus; secus autem, si ex præsumptionibus, vel si constet notorie de innocentia rei. *Gregor. in l. 4. tit. 30. par. 7. glos. 6. & 7. Aviles in cap. 1. Prætor verbo mandamento num. 27. Bovadill. lib. 2. polit. cap. 16. num. 99. videndi Pichard. in manu duct. 3. par. 9. 3. num. 27. Boloños in Cur. Philipp. 9. prueva num. 9. Morla in empir. tit. 2. num. 74. Gratian. regul. 421. Matienço in dialog. 3. par. cap. 49. Pareja de instrument. edit. tom. 2. tit. 6. resol. 3. ex num. 69. Canc. par. 2. cap. 2. num. 155. Farinac. in fragment. lit. C. nu. 616. Cevall. quest. 821. num. 6.*

Cæterum permittitur Fisco, 55 ad exclusionem deductorū noviter per reum, & causa impugnandi dicta testium illius, per modum replicationis cōtrarias probationes educere, sic dictante favore publico, propter quē post sententiam produci, ne delicta remaneant impunita, docent *Mynfinger. singular. observat. cent. 4. observat. 60. per totam, & ex eo Marin. resolut. quotidian. lib. 1. cap. 109. num. 5.* recitat *R. S. de Calderò decis.*

56 48. num. 35. par. 1. Nam replicando multa deducere permittitur, quæ aliàs allegare non liceret, ad eandem rem consequendam. Giurb. *decis. 108. nu. 7. in fin.* Salgado *de retent. bul. lar. part. 2. cap. 8. toto*, & ante eos Cuiac. *lib. 5. observat. cap. 34.* Petr. Gregor. *syntagm. iur. part. 17.* Azin. *in praxi cap. 1. §. 16.* Donell. *lib. 22. commentar. cap. 40.* vbi plura, & plures; & fuit declaratum referente Regio Senatore de Colomer 13. Martii 1681. in causa inter Joannem, & Stephanum Alemany ex vna, & Isidrū Xirau partibus ex altera, Scriba Armēgol.

57 In criminalibus potiori iure hæc Fisco concedenda; nam cum aliqui senserint exceptiones peremptorias in his iudiciis opponendas esse in principio, & ante litem contestatam, quos refert, sed non sequitur, pro vt probandi non sunt. Buccaron. *de different. inter iudic. civil. & criminal. different. 18.* & admittatur reus ex indulgentia ad novas probationes, vt Doctores supra relati stabilierunt; non debet Fiscus privari remedio replicationis, & oppugnationis adversus dicta testium, ne veritas debel-

58 Sicut etiam in Regnis, & ca-

tio in criminalibus, & datur locus novis probationibus, & non sunt causæ decidendæ ex eisdem actis; quemadmodum reus potest in causa appellationis, testibus publicatis, & didiscitis, super eisdem capitulis antiquis producere, & examinare alios testes. Buccaron. *de different. inter iudic. civil. & criminal. different. 112.* Guazzin *defens. 36. cap. 18. à num. 1.* vbi postquam dixit licitum esse, tam in civilibus, quam in criminalibus non deducta deducere, & non probata probare, subiungit postea id procedere, tam ex parte appellantis, quam ex parte appellati; Idem similiter licitum erit Fisco agere, qui est pars appellata. Successit hic casus in causa Narcisi N. Sartoris Loci de Ridellots de la Selva, Vicariæ Gerundæ, delati de nece proditoriè, & à tergo per eum mandato alterius perpetrata iactu scelopeti die 8. Januarii 1687. circa horam octavam ante meridiem, in vico vulgò dicto *de Vich*, in personam Matthæi Gamell textoris lanæ eiusdem loci, ipsius consobrini. Fuit iste Nareifus eodē demnatus ad mortem, & ad torturam in caput mandantis homicidii, Regia sententia lata 17. Septembris 1687. referente R. S. de Portell, Scriba Riem-

bau; in tortura negavit, defensiones post sententiam obtulit, iisque Excellentissimo Domino Locumtenenti Generali sue Maiestatis expositis per Regiū Concilium, eiusque indultu admissis, testes fuerunt pro reo recepti super materia, quæ necem honoris causa accidisse evincebat. At ego Fisci partes pro munere eruens, calliditatem subodorans, notitiis non modicis quæsitis, quæ fallacem suadebant tentatam à supplicio liberationem, replicando articulis damnati rei, contradicta testium alios efformavi, & testes perhibui, visisque in Senatu hinc inde probationibus, inclinarūt Domini pœnā mortis non subiturum reum; sicq; ex Principis digna gratia fuit

in mitiorem commutata Regie Cancellariæ diplomate, iniungendo, quod inserviret Narcisus in Præsidio de Oran per quinquennium militando.

Cessent ergo omnes adversus Fiscum fraudes, & cautelæ antequam criminalis instituaturs causa, vel ea iam incēpta: veritas semper est amanda, neque cavillationibus dandus locus; & qualiter in Cathalonia, quam pertractamus testium receptio, respectu accusatoris, & reorum in praxim deduci nequeat, monstrabit decisio sequens, quoad causas criminales, & quomodo alicuius utilitatis esse valeant informationes ad futuram rei memoriam ostendemus, ac qualiter recipi nō debeant.

59

E P I G R A P H E.

Solemnitates observandæ in examine testium ad futuram rei memoriam, ut probent, explanantur. Testes in vna causa recepti, quando fidem faciant in alia eruitur; & quid si vna causa sit civilis, alia criminalis; quidve si vtraque sit criminalis, sed in vna ad defensionem, in alia ad offensam fuerint ministrati. Attentans, & subtrahens, aut confundere inhians probationes factas coram iudice superiore, adeundo inferiorem, quam graviter delinquat. Citationes in criminalibus sub pœna pecuniaria, vel corporali, quibus casibus in Cathalonia, & quomodo extra eam sint expediendæ. De contumacia, & contumaciali processu ad nostram praxim, & eam, quam alia sequuntur Regna, de Sacramento, & homagio, eiectionis à pace, & treuga, ac utilitate summarie informationis peragitur; & Principem

pem posse citationes certis casibus tollere, modumque defensionis ex iusta causa arctare discutitur.

N U C L E U S.

- 1 Solemnitates observanda in examine testium, ad futuram rei memoriam, hac decisione enucleantur. Primaria sit iudicis decretū.
- 2 Aliud requisitum, quod iudex testem recipiens sit competens negotii, & cognoscere de eo possit, nisi necessitas incompetentē adire cogeret.
- 3 Viator repertus, conscius alicuius negotii, potest examinari ubi fuit inventus, sed repeti debet post litem contestatam, si fieri possit.
- 4 Testes in una causa recepti, in alia sunt repetendi, ut probent.
Amplius, licet sint mortui, si tamen vivebant tempore incohatae litis. Cum Senatu, vide num. 7.
- 5 Reprehenditur quorundam ignava solertia, quarentium iudices incompetentes pro hisce informationibus.
- 6 Tertium requisitum est citatio partis, contra quam testes producuntur.
- 7 Res inter alios acta non praedjudicat tertio.
- Hac regula fallit quandoque in criminalibus, iuxta casus hic memoratos.
- An testes recepti inter duos collitigantes, tertio non vocato ad causam, praedictum inferant, si examinari non possint.
- 8 Testes producti ad defensionem deponentes contra aliū non citatum, non faciunt fidem.
- 9 Quartò requiritur, quod de causa quare anticipatur examen constet, saltē praesumptivè, & de hoc debet iurari, sicut etiam de veritate dicenda.
- 10 Testes de recessu sunt recipiendi incontinenti, post iudicis provisionem, aliter, si recepti fuerint ex intervallo, diffusi debent à processu. Cum Senatu.
- 11 Quintum requisitum ab aliquibus adductum de publicandis his testibus, non probatur.
- 12 Publicatio horum testium ad futuram rei memoriā, ubi in criminalibus recipi possent, non facillè esset concedenda.

- 13 *Sextum requisitum, remissivè ad superiora memoratur.*
- 14 *Septimo, contradictor certus in premissis informationibus exposcitur.*
Actor, & reus in iudicio adesse debent.
- 15 *Adversario debent denuntiari testes ad futuram rei memoriam examinati, si absens fuerit, vel lis intra annum moveri.*
- 16 *Servatis prædictis solemnitatibus, informationes ista fidem efficiunt plenam contra personas citatas.*
Nullius utilitatis futuras eas instanti in criminalibus demonstratur.
- 17 *Fiscus citari deberet pro illis recipiendis, nec citatio decerneretur, nisi cum interventu Advocati Fiscalis.*
- 18 *Casus proponitur de notario, qui imputatus de delicto gravi in Regia Curia, recipi instavit coram Priore Curie Vicarii Barcinona testes ad futuram rei memoriam, super delicto pro sua exculpatione, eamque informationem deinde in Regio Concilio produxit, & nu. 19. quid Senatus diffinivit.*
- 20 *Profutura non erat hæc informatio incitato Fisco*
recepta, nec is poterat citari coram inferiori.
- 21 *Apposita manu per superiorem, & iudicio capto, abdicata est inferiori iudici potestas de negotio cognoscendi. Remanent nulla tunc gesta per inferiorem si motu proprio procedatur, numer. 22.*
- 23 *Parti litiganti in Regia Audientia non licet comparere coram ordinario, & ibi ad futuram rei memoriam examinari facere testes.*
- 24 *Reus non auditur in Cathalonia ad defensam, nisi in carceribus constitutus reperiat, quando imputatur de delicto gravi, & quid servetur apud exteros: vide num. 42.*
- 25 *Iterum infertur, & concluditur, informationes ad futuram rei memoriam in criminalibus, nec practicabiles, nec fructuosas esse.*
- 26 *Attentans iudicis violat Maiestatem, & gravius delinquit spoliator, sicque attentata civiliter revocantur.*
- 27 *In casu, attentarunt notarius, & iudex, exemplo eius, qui subtrahit probationes in contemptum superioris, & ita criminali-*

- liter veniunt coercendi.
- 28 Dolo, solertiis, & fraudibus uti non permittitur absque iusta causa.
- 29 Testes recepti in causa civili, non praxiudicant in criminali, & ratio num. 30.
- 31 Alia ratio, quia tales testes non examinantur inter easdem personas, cum in causa civili non interveniat persona Fiscus, & ad dixer sum finem tradunt, quã in criminali.
- Faciunt tamen huiusmodi testes iudicium sufficiens ad inquirendum.
- 32 Limita hanc regulam, ut obtineat, si causa criminalis sit talis, ex qua veniat infligenda pœna corporalis, secus si pecuniaria, cù Senatu.
- 33 Testes recepti in causa criminali probant in iudicio civili, & quando non.
- 34 Exordium datur indagationi processus contumacialis in Cathalonia, & qualiter in ea citationes praticentur.
- 35 Citari possunt inferiores ad comparendũ personaliter, in casibus, in quibus non admittitur procurator, & quomodo sit comminanda pœna.
- 36 Multa quando non possit exigi propter spretum mandatum.
- 37 Citandi sunt rei pro nova causa cum assecuratione primi delicti.
- 38 Modus procedendi per processũ contumacialẽ in aliis Regnis remissive.
- 39 Contumax quando pro confessa habeatur, vel non.
- 40 Quid quoad contumaces observetur in Regno Valentie.
- 41 Contumax absens in quocumque gravi crimine hodie de generali consuetudine damnari potest, & qualiter.
- 42 An procurator, vel defensor aliquando admittatur pro absente, contra quem contumacialis processus cõditur.
- 43 Contumacia grave facinus.
- 44 Operatur contumacia omnes effectus vera contestationis, etiam in criminalibus.
- 45 Nostri Regii Concilii praxis regularis traditur.
- 46 Officiales Regii citantur pro delictis in officio commissis, ut compareant, rationem reddituri de his, que eis imputantur. Cum variis exemplaribus, & num. 47.
- 48 Officiales Regii antequam ad

- ad suum exercitium admittantur, quale præstent iuramentum.
- 49 Homagium qualiter præstetur, & quomodo iuramentum fidelitatis, & quodplex sit homagium.
- 50 Homagium solidum plus est iuramento fidelitatis, & de variis formis præstationis illius.
- Virtute illius homines ad fidelitatem arctius ligantur.
- 51 Officialis quandoque vocatur per Regium Concilium, & ei iubetur, quod intus carceres se detrudat.
- 52 Vocatus à iudice regulariter guidatus dicitur; sed Regius Officialis captus, & ligatus semper est homagii vinculo.
- Duo vincula plus ligant, quàm unum.
- Officialis non debet permittere, se ab alio capi, sed suo nutu, & pro sua innocentia carceribus debet mancipari.
- 53 Citatus in carceribus se præsentans, innocens præsumitur.
- 54 Constit. 19. Curiar. anni 1599. elucidata.
- 55 Factum observatur in quo aliqui Regii Senatores fuerunt voti, quod citaretur delinquens, & nõ erat Officialis Regius; sed non prævaluit hæc sententia.
- 56 Captura contra Officiales Regios quando provideatur.
- 57 Contumacialis processus contra reos criminis læsæ Maiestatis in primo capite, quomodo adstruatur, & qualiter in hoc distet nostra praxis à servata in aliis Regnis, & num. 58.
- Cõdemnare ad mortem absentes derisum aliquando.
- 59 A pace, & treuga qualiter, & qui fontes eiiciantur, & num. 60. vide num. 63.
- Quid censeatur sequendum in Regno Valentia.
- 60 Ubi factiones sunt contrariae delinquentium, non debent Ministri, uti vna contra aliam.
- 62 Eiecti à pace, & treuga offendi impunè possunt, & quando non.
- 63 Facultas capiendi delinquentem mortuum quandoque explicatur.
- 64 Traditur ratio, quare contra facinorosos, ad eos eiiciendos à pace, & treuga, absque citatione proceditur.
- 65 Citatio ad fines banni contra quos, & qua de causa introducta.
- 66 Rursus exaratur, cur in Catha-

*in Catalonia cōtumacialis pro-
cessus, citationesque, præ-
ter relatos casus, non at-
tendantur.*

*Pœna contumacia in Catha-
lonia sunt sublata, tam
in civilibus, quam in cri-
minalibus.*

67 *Defensio omnis à Principe
tollī non potest, secus ve-
rò ea, quæ provenit ex iu-
re positivo, quæ observet
pro casibus, in quibus ci-
tatio denegatur.*

68 *Repetitio testium à iure posi-
tivo derivatur, otiosa so-
lemnitas perpenditur, &
per summariam veritas
plerumque sincerius cōpe-
ritur.*

69 *Princeps potest dispensare
circa modum, & circums-
tias defensionis, ubi ra-
tio.*

70 *Stylus iustè introductus se-
quendus.*



DECISIO X.

1 **R**ELIQUVM est, vt
requisita necessaria,
formam, ac solem-
nitates observandas
in examine testium ad futuram
rei memoriam, vt probationē
faciant, enucleemus; & quan-

do citatio apud nos in crimi-
nalibus non requiratur, ad pœ-
nam exequendā adspiciamus:
per hæc enim antecedenti de-
cisione scripta lucidiùs scintil-
labunt. Et primò pro forma
desideratur ad istas informatio-
nes, quod iudicis interveniat
decretum. Menoch. *lib.2. præ-
sumpt.54. numer.3.* Andr. Gail
*obser.94. postnum.2. vers. Proin-
de.* Rolland, à Valle *conf.23.nu.
20. lib.3.* Hypolit. Riminald.
conf.145.num.5.lib.2.

2 Secundò requiritur, quod
iudex ille sit competens nego-
tii, scilicet, qui de causa cog-
niturus est in principali, aut
cognoscere possit. Doctores in
*Cap. quoniam frequenter 5. ut
lite non contestata. Cap. signifi-
cavit de testib.* Cardin. Tusch.
litt. T. conclus. 156. num.1. Ge-
rard. de Petr. Sanct. *singul.69.*
Canc. *var. par.1.cap.20. à n.79.*
intelligens nisi necessitas aliud
suadeat, veluti si quis peregrè
profectus esset, & equus in iti-
nere moreretur, nam tunc co-
ram iudice loci, vbi mors con-
tigit, possit facere examinari
testes, & probarent attestatio-
nes coram iudice competenti.

3 Ad hæc, invento viatore su-
per alicuius negotii conscio,
potest ibi examinari, vbi ille
viator fuit repertus, extante
periculo, quod amplius eius

copia non posset haberi. Circa quæ animadvertit Cancer, ita demum testes sic receptos probare, si post litem contestatam daret impedimentum, aliás, si repeti possunt, & non sunt repetiti, neutiquam probant.

- 4 Et ultra adducta *deois. præcedenti num. 29.* repetitionem fieri debere testium in vna causa ministratorum, vt in alia probent exploratum habetur, vt cum Senatu, & Doctorum suffragiis firmavimus *in addit. ad prax. civil. Peguer. rubr. 18. num. 60.* & quoties testes vivunt tempore incohatae litis, licet ea pendente moriantur, fidem non facere, si recensiti non fuerint: quia tunc negligentie partis tribui potest defectus repetitionis: definivit Senatus in causa Antonii Llacuna contra Juratos Villæ del Arbòs, Regia sententia lata 27 Junii 1679. referente Nobili Michaele de Cortiada, tunc Aulæ Civilis Senatore, Scriba Vila.

- 5 Caveant ergo, qui huiusmodi informationes studiosè affectant, ne iudicem non competentem negotii, super quo recipiuntur, quærant; vt vidi aliquoties nonnullos ocyores, & sedulos esse in curando coram iudice ecclesiastico testes examinari super materia atti-

nenti ad cognitionem iudicis laici, & é contra; isti siquidem nihil agunt, nec tales testes sunt attendendi, & si similium informationum instaretur revocatio, & abolitio per Fisci Advocatos Curia, cuius interesset, vel per partem præiudicium inde timentem, indubitanter obtineretur; non enim debent iudices ad negotia, ad aliorum cognitionem pertinètia, se ingerere, vt infra *nu. 27.* latius ostendetur.

Accedat tertium requisitum, & est citatio partis contra quæ testes producuntur. *d. Cap. quoniam frequenter vers. porro, ibi: Sive quoniam peremptoria citatione venire contedit.* Gail *d. obser. 93. num. 2. & 4.* & hæc citatio, si constat de adversario certo, aut qui ius ad causam habere possit, debet esse personalis, citati per Escobar *de puritat. & nobilit. quest. 14. §. 2. num. 5.* si verò specialiter de eo non constat, debet fieri per proclama. Canc. 2. p. cap. 7. num. 14. Fontanella *de pact. claus. 5 glos. 8. par. 7. num. 43.* Menoch. *de recuper. remed. 8. q. 13. num. 102.* & alii cumulari per Ripoll *in praxi civil. ad Peguer. rubr. 6. num. 58. punctim rubr. 18. num. 63.*

Alioquin locus fieret regulæ, quod res inter alios acta non

non præiudicat tertio, de qua est textus in l.1. & tot.tit. Cod. res inter alios acta l. sapè ff. de re iudicat. Staiban. iun. resol. 98. num.100. & resol.191.nu.11. quæ tamen conclusio aliquando fallit in criminalibus: nam si sententia est lata cõtra vnum ratione delicti, alteri officit respectu condemnationis pecuniariæ, si teneatur in consequentiam. Salgado part. 4. de Reg. proteçt. cap.8. à numer.313.

Alias fallentias observatione dignas eiusdem regulæ, suggerit iterum Salgado de Reg. proteçt. par.4.cap.12.à num.80.pulchrè Gomez in l.80.Taur.n.72. & lib.3.variar. cap.1. num.88. vers. secundò, & num.89. & 90. Regens Matth. de re crim. controu.56.à num.17. qui omnes ad institutum loquuntur. Unde trahitur quod testes recepti inter duos colligantes, tertio non vocato ad causam, præiudicium non inferant. Præses de Franch. decis. 345. qui voluit non facere semiplenam probationem contra illum tertium, etiamsi examinari non possint. Sed contrariam amplectuntur plures sententiam, scilicet hos testes receptos, parte non citata, facere semiplenam probationem, si mortui fuerint, cum sufficiat fuisse citatum illum, cuius principaliter intererat;

firmarunt ex Bartol. in l.admonendi n.45. ff. de iur. iurand. Gratian. dec. March. 94. in addit. num.3. Mastril. decis.105. par.1. num.10.11. qui declarat dummodo tales testes fuerint legitime recepti. Marin. ad Revert. obser.64.num.7. Fontanella decis.183.num.11.

Atverò proxima doctrinā non procedit in criminalibus. Alexand. Trentacinq. lib. 2. var. resol.9. in fin. & in terminis notat Bertazol. conf. 428. numer. 2. lib. 2. vbi, quod testes producti ad defensam, deponentes contra alium non citatum, non faciunt fidē, concinit Farinac. q. 72. numer. 93. & quamvis contrarium decisum tradat Castillo decis.285. part.2. tamen in eo casu, reus reputatus erat vagabūdus, mala fama notabatur, & quod erat vnus ex argentariis, qui tunc temporis monetam tondabant, & sic fuit ad exilium damnatus, non ex illis depositionibus, sed tanquam homo mali nominis, iuxta Regiam Pragmaticā disponētem, quod homines vagabūdi ex sola mala fama condemnentur ad seruiendum in Regiis triremibus per quinquennium, vt testis est Reg. Ro vit. in pragmat. de vagabund. in rubr. num.3.

Succedit quartum requisi-
Rr 2 tum,

rum, & est, quod de causa, quare anticipatur examen, constet, saltem præsumptivè, & sic de hoc præstandum esse iuramentum, præter ordinarium de veritate dicenda, voluerunt Socin. *in dist. Cap. quoniam frequenter ut lite non contest.* & ibidem Felin. *Veſtr. in præct. lib. 6. cap. 2. nu. 3.* Rolland. *conf. 23. num. 20. in fin. lib. 3.* sed non esse necessaria hæc duo iuramenta, tenuerunt Vivi. *comm. opin. 923. num. 2.* Rolland. *qui prox. numer. 12. & 13.* Attamen tale iuramentum, præstari debere lite pendente, & etiam quando recipiuntur testes ad futuram rei memoriam, exponitur *in prax. civili ad Peguer. rubr. 18. forma 2.*

10 Sed huiusmodi testes recipi debent incontinenti post iudicis provisionem; aliter enim si recepti fuerint ex intervallo, dissui debent ex processu: quia ex quo non recipiuntur incontinenti, constat non esse de recessu. Sic Senatus, referente Regio tunc nostro consocio Nobili Don Joanne Baptista Pastor, in causa supplicationis interpositæ per Nobilem Antonium de Peguera, & Guilla, & Domnam Joannâ eius uxorem, à provisione contra ipsos, & in favorem Procuratoris Fiscalis Patrimonialis facta per

Egregium olim Senatorem Josephum de Aleny 18. Martii 1665. quæ provisio fuit commutata, & declaratum, testes receptos in vim dictæ provisionis dissuendos esse ex processu, ex quo recepti erant 27. diebus elapsis post dictâ provisionem, & sic constabat non esse de recessu, Regia sententia lata 3. Julii eiusdem anni 1663. Scriba Fabra.

Addunt aliqui quintum requisitum, nempe quod testes ita recepti publicentur, ut longè disquirat Escobar *qui supra de purit. & nobil. q. 14. §. 2. n. 9.* ubi contrarias congerit opiniones, & ex sua affirmat, neque testes senes, aut valetudinarios esse publicandos ex parte rei, neque ex parte actoris, & convincit ei nullum ex hoc gigni præiudicium, cû ad hoc citetur, ut ab initio conscius sit personarum testium, & eis opponere valeat in lite, quot habeant defectus, & suo tempore fit publicatio, ut possit opponere quicquid voluerit contradicta.

12 Quare in criminalibus, ubi informationes istæ recipi possent, publicatio non leviter veniret concedenda, ut prælibavimus *antec. decis. num. 51.* & ita constitutum esse in causa nobilitatis, testatur idem Es-

cobar *ex l. 19. tit. II. lib. 3. recopilat.* nempè quod partibus non traduntur informationes, sed in archivo publico clausæ custodiuntur, vsque ad tempus litis, & sic excluditur omne falsitatis periculum sine publicatione, & antea notaverunt Otalora *de nobilit. 5. p. princ. cap. I. num. 5.* Matienç. *p. 3. sui dialog. cap. 50. sub numer. II.* & arguit ministrorum vecordiam in tam iusta custodia, & utili arcano.

13 De sexto requisito non est necesse alloqui, scilicet quod testes examinati ad perpetuam memoriam, qui superstites fuerint, repetantur, & examinentur in termino probatorio post litem initam, nam de his satis hac, & *9. disert.* fuit actum.

14 Contradictor certus exquiritur septimò, vt possint testes ad perpetuam memoriam recipi, aliàs locus non erit receptioni. Bald. *in dict. cap. significavit vt lite non contest.* & *in Authent. sed & si quis num. 5. Cod. de testib.* nam qui has informationes instat, si sit actor, reum habere debet; & è contra si reus, actorem. Scacc. *de de sentent. cap. I. glos. 10.* Larrea *decis. 4. num. 12.* & *seq.* Salgado *part. I. labyrinth. cap. 2. num. 9. 12. 22.*

15 Denique testes ad futuram

rei memoriam examinati, denuntiari debent adversario, si absens fuerit, vel lis intra annum moveri debet, aliàs firmitate protinùs carebunt. *sapè citat. cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. vers. sed si actor,* vbi glos. & DD. Vivius *comm. opin. 923. num. 3.* Gail *lib. I. observ. 92. num. 4.* & *observat. 94. num. 3.* Menoch. *lib. 2. presump. 54. num. 3.*

Servatis prædictis requisitis, & solemnitatibus, testes ad futuram rei memoriam fidem efficere plenam, & contra personas citatas, probant *text. in l. Aquilia 40. ff. ad leg. Aquil. Authent. Sed & si quis,* ibi: *Perinde valebunt, ac si eo presente receptæ fuissent,* *Cod. de testib.* Escobar *de purit. dict. q. 14. §. 3. num. 1.* vnde fit, rarò istas informationes alicuius utilitatis esse, & minus proficuas criminales futuras alicubi, si possent admitti: nam iudex competens negotii adiri facile potest, cuius muneri incumbit delicta investigare, ex traditis *decis. 1. num. 24.* & sic illaqueari non semel accideret hæc inhiantes, vt diximus *decis. 9. nu. 50.* quippè cum à molestiis liberari affectarent, in eas laborerentur examinato negotio, in quo sine magno labore latentem veritatem, & inumbra-

bratum crimen fas esset comperire.

- 17 Ulteriùs excitaret hic reus Fiscum, quem citare teneretur, vti principale interesse habentem, nec posset citatio expediri nisi eo vocato. Fontan. tom. 2. decis. 558. qui num. 15 & 16. exemplaria referens, inconcussam praxim tradit Senatus, ne si quis privatus, vult contra Fiscum movere aliquam causam, quicquam contra eum decernatur citra citationem, aut alias, nisi cum interventu, & voto Advocati Fiscalis, & firma illius in litteris inde expediendis; & Curiam Ecclesiasticam, antequam recipiat testes super extractione rei violenta ab Ecclesia, teneri citare Fiscum Curie secularis, notat Reg. Cortiada decis. 13. num. 16. & seqq. ex Belluga, Azevedo, Peguera, Fontanella, Matthæu. Alia quoque requisita deficerent, quæ diligentiam hanc prorsus frustratoriam derelinquunt.

- 18 Obcæcatus nihilominus quidam notarius publicus Barcinonæ curavit eludere processum contra se formatum 24. Martii 1684. in Regio Concilio per Regaliam Vfatici *Simili modo tit. de dret del Fisch*, quo imputabatur de falsitate commissa in fabricatione mandati, causa extrahendi quantitatem pe-

cuniarum à tabula communiū depositorum Civitatis Barcinonæ, provt cum effectu extractio fuit sequuta, improbo lucro per notarium percepto. Tentavit ergo iste reus, sic inquisitus, temerario ausu per suum procuratorem oblata supplicatione in Curia Vicarii Barcinonæ, recipi testes ad futuram rei memoriam, pro veritate illius instrumenti com-monstranda, & iterum callidus, vel magis ineptus, eam informationem pro sua exculpatione Regio Concilio exhibuit.

Senatus de ea nullam rationem habendam extemplò censuit, quinimò deleri à registris Curie Vicarii præcepit, & contra Priorem Curie capturam decrevit, quam domi suæ sustulit sub arresto positus.

Perperam & erroneè se gessit notarius hic in relata informatione instanda; Primò, quia nullum erat fructum productura, cum incitato Fisco recepta fuisset, cuius citatio, nec posset praticari in ea Curia, cum in inferiori non compareat, nec si præiisset profutura foret, cum statim in illa impedienda Fiscus attendisset.

Secundò, quippè coram iudice competenti non instabatur talis receptio: nam semel apposita manu per superiorem,

& iudicio incapto, abdicata est inferiori iudici potestas de ea re cognoscendi, & redditur inferior iudex incompetens illius negotii. Salgado *de retent.* p. 2. cap. 22. Valenz. *conf.* 84. Narbona l. 59. *gl.* 1. à num. 196. Solorzán. *lib.* 3. *politic.* cap. 10. fol. 317. Pareja *tit.* 6. *de edition.* ref. 6. num. 42.

22 Quinimò sola appositione manus superioris, absque inferioris scientia, remanent nulla gesta per istum, si motu proprio procedatur; velut evenit in causis criminalibus, & tradidimus *in prax. civil. ad Peguer.* rubr. 27. num. 188. *vers.* *hæc tamen regula, & decis.* 1. nu. 57.

23 Subindè appositè ad intentum Fontanell. *decis.* 181. *cum duabus seqq.* convincit, non licere parti litiganti in Regia Audientia, comparere coram ordinario, & ibi ad futuram rei memoriam examinari facere testes, attentativam, ac nullà notàs hâc receptionē; & quod per solâ receptionē informationū attētata causētur, & ex solis procedimētis extraiudicialib⁹, latè defendit Cortiada *decis.* 22. à num. 16. contra Matthæu *de regimin. Regn. Valentia tom.* 2. cap. 7. §. 1. *sect.* 4. à num. 138. vbi non licere Curiaē contendenti informationem summariam de

delicto etiam ad instructionem recipere, si contentio sit iurisdictionis.

Tertiò turpiter lapsus fuit iste notarius, quia testes illi ad suam tendebant defensionem, & de gravi flagitio erat impetitus; in Cathalonia autem reus non auditur in his, quæ defensionem respiciunt, nisi in carceribus constitutus sit. Canc. *var. part.* 3. cap. 5. num. 81. Fontanell. *tom.* 1. *decis.* 241. num. 13. & idem servari in Regno Neapolis, quando delictum non est leve, attestatur Thorò *vol.* 96. p. 1. num. 65. referens in causa Alphonsi Salines delati de vulnere levi illato, armis prohibitis in personam Joannis Jordani, ex verbis præcedentibus paulò ante inter eos habitis in eius domo, & provocacione aggressi, fuisse reo defensiones concessas per magnam Curiam, de quo gravatus appellavit, leve delictum prætendens, & quod sufficiebat per Palatium fieri, vbi detinebatur. At his non obstantibus fuit confirmatum decretum magnæ Curiaē; de hoc amplius num. 42.

25 Quare in Cathalonia, & aliis Regnis, frustratorias, ac omninò non practicabiles puto informationes istas ad futuram rei memoriam ex parte rei; si enim ei nihil permittitur deducere,

cere, aut probare, quin ad carceres detrusus sit, non comparitur similibus informationibus ad defensionem spectantibus locum dari posse.

26 Punitione digni vltius erāt reus, & index ob receptas hafce informationes: nām in animo residebant, scelus obumbrandi, contrariis adhibitis probationib⁹, his, quę pro Fiscī parte essent comparatę, iudicem offendendo, & eius violando maiestatem; quę licet in omnibus attentatis civiliter revocandis concurrant. Valenz. *conf. 71. num. 73.* vbi delinquere attentantem tenet, & quidem gravius spoliatore. Faber *in Cod. ut lite pendent. lib. 1. tit. 10. diff. 1.* Cortiada *decif. 22. nu. 45. & 47.* cui adde plures ex Giurba *conf. 39. num. 48.* Salgado *de Reg. protect. p. 1. cap. 1. num. 184. vers. similiter, & cap. 22.* Solorzano *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 28. à num. 88. & lib. 3. politic. cap. 30. fol. 469. vers. Porque.* Ricci. *par. 2. collectan. 336. & par. 5. collect. 1815. & par. 2. collect. 3104.*

27 Tamen criminaliter debet vindicari dolus quicumque, cū delictum includat, quemadmodum *decif. 6.* latè perspeximus; & dicitur hęc per notarium tentata cauthela, quędam species subtractionis probationū;

sicut enim is qui subtrahit probationes, vel eas occultat, pro motu iudicis pœna extraordinaria punitur. Felin. *num. 3. de test. cogend.* Boss. *tit. de fals. n. 164.* Boeri. *decif. 292. num. 1. & 9.* Farinac. *q. 78. num. 138.* Menoch. *cas. 311. numer. 7. & seq.* Castillo *decif. 160. à num. 30.* Caball. *cas. 43. & cas. 137. per tot.* Guazzin *deff. 16. cap. 1. quin. 4.* advertit, quod tunc puniatur subtrahens, quando subtraheret probationes moto iudicio, & lite pendente: quia eo casu videatur contemnere iudicem, & non considerato hoc contemptu, voluit Caball. citat. pœnam non incurri.

28 Dirius delinquit is, qui in contemptum iudicis, eius acta dolosè cōfundere conatur, probationesque evertere, quā qui recipiendas subterfugere curat, præsertim cum contra probata, vt hic, eius conatus versetur, falsitatis periculo, & evidenti suspitione suborta, iuxta ea quę de testibus de negativa deponentibus *decif. 32.* at texemus; parum enim prodesset statuisse ius suspectos testes carceratos recipi, ne veritas pereat, aut obliteretur, si tam facili medio informationis rei memorię vti impunè liceret, fraudibus, & reorum machinationibus, eis ansam præbendo,

neque permittitur dolo, solertia, aut fallaciis vti, iusta non urgente causa. Bovadill. *in polit. lib. 3. tom. 2. cap. 14. num. 64. in fin.* Paris. de Pute. *de syndicat. verbo Advocat. causar. nu. 216.* & alii penes Xammar *de offic. iudic. par. 2. q. 8. à num. 1.* & quomodo hoc casu usurpatæ iurisdictionis crimen committatur, sequenti patebit decisione.

29 Antequam ad citationes practicabiles apud nos, perveniamus, ut perfectè calleas stabilita *num. 4.* scias velim, testes receptos in causa civili, non prejudicare in criminali. Bartol. *in l. si quis ad se fundum Cod. ad leg. Iul. de vi publ.* Felin. *in cap. qualiter, & quando lo segon §. ad corrigendos num. 19. extra de accusat.* Abbas *in cap. At si clerici num. 29.* & *ibid.* Felin. *num. 12. de iudic.* Lancellot. Conrad. *in pract. lib. 2. cap. 9. §. 3. de offic. Prator. in caus. criminal. sub rub. de negat. crim. & torment. num. 24. in fin. & in subr. de confess. crimin. num. 11. prope fin.* Rot. coram Seraphino *decis. 975. num. 3. par. 1.* Ruin. *cons. 40. num. 1. vol. 4.* Boslius *in pract. criminal. de convict. nu. 19.* Buccaron. *de diff. inter iud. civil. & criminal. premiss. 4. v. 5.* Farinac. *cons. 146. num. 12. lib. 2. & cons. 75. lib. 1.* Mascard. *conclus. 34. vol. 1.*

Rationem reddit Buccaron. 30 quod causa criminalis ob eius gravitatē diligētius debet examinari, quā civilis, & ego addo quod formalitates, quæ in examine testium, dum criminaliter ad offensam deponunt, attenduntur, tradendæ *decis. 32.* in civilibus non servantur; & hac de causa probatio illorum debilis maneret in iudicio criminali, & eodem defectu vitarentur depositiones factæ in defensionem, ut pro offensione de eis haberetur ratio, cum diversis solemnitatibus recipiantur pro Fisco, quam pro reo, quæ annoto in confirmationē dictorum supra *num. 8.*

Farinac. autem *d. cons. 25.* 31 idè dicit non facere probationem hos testes de vno iudicio ad aliud, quoniam non examinantur inter easdē personas; cū in causa civili non interveniat persona Fisci, ut in criminali, & ibi agatur criminaliter, & ad puniendum, non verò in lite civili; fatetur tamen, quod tales testes coram iudice civili ministrati, faciant quandam præsumptionem, seu indicium sufficiens ad inquirendum; videnti ulterius Clar. *in pract. §. fin. q. 54. vers. item producantur.* Cevall. *comm. opinion. q. 296.* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 74.* Cardin. Tusch. *litt. A. conclus.*

91. num. II. Farinac. in fragm. criminal. par. I. verbo acta facta in iudic. civil. num. 17. & seq.

32 Limitatur tamen hæc regula, ut tantum obtineat locum, si causa criminalis sit talis, ex qua veniat infligenda pœna corporalis; secus si pecuniaria, quia tunc probatio, quæ sufficit in civili, est idonea in criminali. Buccaron supra laudatus ex Corneo, Mascardo, Menochio, & hæc limitatio fuit amplexa in Regio Concilio 1. Junii 1680. referente Nobili Jacobo de Potau, tunc Judice Regiæ Curiæ, in factio Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, & Nobilium Mariæ de Agullò, & Pinòs viduæ, & Josephi de Agullò, & Pinòs ipsius filii super promiscua assistentia illis, & Universitati, ac singularibus Villæ de Berga concessa, in qua agebatur de possessione, seu quasi servitutis lignandi, qua singulares prædicti gaudere soliti erant, & dicti Nobiles Agullons excessus in possessione singularium evitari conabantur, ipsamque possessionem regulari ad boni viri arbitrium, & ad hunc effectum sibi assistentiam, iuxta iuris dispositionem concedi. In hac itaque causa quo ad articulum possessionis, non novæ proba-

tiones fuerunt confectæ, aut testes dati, sed visi, & approbati ministrati inter easdē partes in causa civili: quia articulus hic, & totus causæ exitus, ad tuendum possessorem in sua possessione, sine præiudicio causæ civilis tendebat, quomobrem testes illi præcul difficultate ad eum finem probabant, Scriba Badia.

33 E contra autem testes receptos in causa criminali, probare in iudicio civili, voluit Buccaron. cum aliis, iam laudatis; sed Novar. de gravamin. vassall. tom. 3. post decis. 16. ex Gizzarel. decis. 55. tradit, testes in causa criminali examinatos super quadam violentia, & spolio, minimè repetitos, non probare in causa civili, ad finem providendi super spolio, & restitutione possessionis ex remedio cap. reintegranda II. q. 1. fundamento motus: quia tales testes fuerunt recepti ad informationem Curiæ, & ad alium finem, parte non citata, nec audita, quæ tamen audienda erat, pro allegandis forsan pluribus causis, ob quas dictum remedium non competit; & refert, Sacrum Concilium Neapolitanum censuisse, malè iudicasse magnam Curiam, decernendo de mense Aprilis 1604. in causa Martini Roberti, & Cassandræ de Alo-

sio coniugū, cum Joanne Leonardo, & Aloisio de Aloisio de Terracollis, restitutionē possessionis, parte nō audita, & sic de facto, ex depositionibus testiuū causæ criminalis.

34 Pergamus amodò ad enucleationem processus contumacialis, indagantes qualiter in Cathalonia practicetur, & quomodo in aliis Regnis, quando apud nos citationes fiant in criminalibus, & quoties apud exteros, & utrobique ad quos fines.

35 Citationem requiri in criminalibus, præter adductos decis. præcedenti, firmat latè Guazzin *des. 10. cap. 1. toto*, & *num. 9.* docet inferiores iudices posse etiam citare ad personaliter comparandum, in casibus, in quibus non potest intervenire procurator, in istisq; monitoriis esse comminandam, inquit, pœnam condignam delicto, quia alias vitiantur, etiam in delictis atrocibus, & gravissimis, ac posse etiam comminari pœnam confiscationis bonorum, ac aliam pœnam pecuniariam, vel corporalem, ut potè triremium, exilii, mortis, & similibus, ex aliis ita probans.

36 Memorandus tamen est casus relatus à Thoro in *supplem. compend. decis. verbo contuma-*

ci, pag. 115. de quodam Octavio Capycio Bozzutto, inquisito ex causa vulneris illati, cui postquam de hoc delicto imputaretur, & repertus extitisset rixans, fuit factum mandatum ut domum rediret, eamque loco carceris teneret, sub pœna ducatorum 4000. & non obtemperans, post multos dies captus remansit, & cum prætenderet Fiscus dictam mandati mulctam ab eo exigere, tanquam mandati spretore, contra hanc prætensionem diffinitio prodiit: eo quia sic citatus nō præsumitur desinere venire, quia iudicem contemnat, sed quia se ipsum non contemnit, recusans accedere in discrimine. Natta *cons. 594. vol. 2.* & non potest fieri præceptum de domo non exeundo, ut commodius capi possit; iustā enim causam habet non parendi præcepto, ille, qui quomodolibet est de crimine denunciatus. Farinac. *q. 34. num. 54.* & hinc in-
37
valuisse praxim, & formam citandi pro nova causa reos, sub pœna, cum asssecuratione primi delicti; & ita de consuetudine servari, affirmat Foller. in *pract. crimin. verbo, vel eos verbaliter*. Boss. in *tit. de citat. n. 35.* & in *tit. de bann. nullitat. num. 9.* Farinac. cum multis *q. II. numer. 58.* Afflict. *decis. 289.*

num. 24. Decisiones alias cumulat Thoro de bis citatis, qui pro primo delicto, ut contumaces fuerunt habiti, & pro secundo vocati excusationem meruerunt à multa; quia, cum non sint domini membrorum suorum, non tenebantur se ipsos prodere, cum dubitarent probabiliter de carceratione, & tunc posse sperni præceptum, scripsit Bertazol. *conf. crimin. 417. num. 24.*

- 38 His rationibus potuerunt moveri nostrates, qui citationes cum poenarum impositione generaliter neglexerunt: durum enim esset quempiam multari, ex eo solo quod citatus non comparuit, ne puniretur, cum ut probavi *decis. antecedenti num. 20.* citari quis non valeat, nisi inquisitione contra eum formata; modum autem procedendi in processu contumaciali, explicant, de Regno Castellæ Bovadilla *lib. 2. polit. cap. 21. à num. 170.* Gomez *in l. 76. Tauri.* Robert, *lib. 1. rer. iudic. cap. 10.* Scaccia *de sentent. cap. 1. glos. 14. q. 7.* Per totam Italiam statutum vigere communiter, quod non comparens in termino ad respondendum, habeatur pro confesso, & condemnatur ad poenam impicti criminis; & quando id locum non habeat, explanat Ca-
- 39

ball. *conf. 256.* quod maximè procedit, si ultra contumaciam iudicialiter fuerit quis contumax declaratus, & incursum in poenas contumaciæ, aut si ipso iure, vel statuto imponantur, Farinac. *q. 10. num. 58.* sic concordans contrarias opiniones, & communem esse practicam Tribunalium resoluit Boër. *decis. 64. per tot.* & de aliis generaliter Joseph. Ludovis. *in commun. opin. concl. 3. vers. inferitur quinto.* Bertazol. *conf. 82. num. 20. lib. 1.* nonnullos congerit Flamin. Chattar. *in tract. de execut. sent. cap. 1. num. 339.* Ann. Robert. *lib. 1. rer. iudic. cap. 10. fol. 64.* scitè Solorzano *in oper. posthum. alleg. contra bon. & heredes num. 66.*

De Regno Valentia, forum 49
proponit Vicecancell. Crespi *observ. 77.* disponentem reum intra annum, non à die sententiæ contumacialis, sed citationis per proclama, se præsentantem, debere frui eo beneficio, quod processus absentia ad præsentiam reducatur, absque eo quod sit necessaria testium reproductio; & quod si inquisitus tunc ad defensiones admisus, tametsi suam innocentiam plenè non probaverit, probationes tamen processus informativi, & fictæ confessionis, ex contumacia resultantis elice-

serit; sententia contumacialis pro arbitrio iuxta gradus probationis moderetur, probat cum Senatus Valentiaë decisione.

41 Propositio certè crebrò recepta est, contumacem absentem hodie in quocumque gravi crimine ex generali consuetudine damnari posse. Juliyu. Chartar. *decif. 79. numer. 4.* qui *num. 5.* advertit aliter de iure statutum esse; & *num. 8. & 9.* servari, sufficere, quod adsint indicia necessaria ad transmittendam inquisitionem, de quo late etiam Cyriac. *contro. 488. tota tom. 3.*

42 Ibidem Cyriacus examinat, an procurator, vel defensor aliquando admittatur pro absente, contra quem contumacialis processus agitur; & ex Farinac. contra Clar. propugnat, quod si defensor vult producere testes, & facere processum defensivum, tunc non audietur; si verò velit monere, & instruere iudicem de innocentia inquisiti, tunc debet audiri, ne innocens patiat, cessante fraude, & calumnia, & nonnullos casus depingit speciales, quod & plenissimè munit Pareja *de edit. tit. 6. resol. 6. à num. 17.* vbi cum Thesaur. *decif. 65.* defendit, defensori, seu procuratori pro reo absente, &

contumace acta edenda non esse, adde Canc. *var. p. 2. cap. 14. num. 169.* vbi agit de eo, qui fuerat citatus, vt personaliter compareret ad videndum declarari, se incidisse in penam confiscationis bonorum ob falsificationem monetæ, & conabatur Cancer, vxorem, cuius erat patronus, admittendam fore; ex quo non agebatur de ordinaria criminis punitione, sed tantum de interesse pecuniario.

Ratio autem cur contra cō- 43
tumacem pœna pecuniaria, si videatur, executioni demandetur, sin autem, alia applicetur, pro arbitrio iudicantis, ex eo decerpitur; quia contumacia grave crimen censetur. Pareja *de edit. tit. 2. res. 6. num. 196. & res. 7. à num. 17. & tit. 8. res. 1. à num. 3.* Vela *dissert. 39. nu. 13.* videndi Barbof. *cap. 11. num. 13. de constit. & ibid. num. 4. 6. tom. Robert. lib. 1. rer. iudicat. cap. 10. fol. 62.* Farinac. *tom. 1. prax. q. 18.*

Contumacialis quoq; pro- 44
cessus ex eo etiam habilis remanet, quia contumacia operatur, etiam in criminalibus, omnes effectus veræ contestationis: probant textus allegati per Solorzano *in operib. posth. alleg. contra bona, & heredes num. 27.* Pichard. Donell.

Caball. Gregor. Lopez, Azevedo, & Avendaño ibid. citati.

- 45 Nostrum Regium Concilium, licet regulariter, nec citationibus vratur, nec contumacialem processum condant, sed tantum informativum, ex quo solo reo capto, liteque eū eo contestata, & ad defensiones admissio, ad condemnandū devenit; nihilominus quandoque solet citationes expedire p̄na indicta, & ad executionem contra contumacem postea progredi, eoque non comparente sententiam super delicto nō profert, sed capturā expectat, & pro delicti qualitate iuxta merita damnat. Interdum in citationibus p̄nam minatur corporalem, & accusatis contumaciis contra non comparentem declarat. Aliquoties non citat, & pro criminis immanitate contra fontem non citatum ius dicit.

- 46 Primi generis sunt Officiales Regii, contra quos ordito processu de excessibus in officio commissis, emanare solent citationes, vt compareant infra certum terminum coram sua Excellentia, & Regio Concilio, rationē reddituri, de iis, de quibus sunt impetiti; & fuit practicum in processu Fisci Procuratoris Regiæ Curia, &

partis instantis contra Raymū- dum N. domicellum Vicarium Cervariæ, qui non comparuit citatus, & fuit ei ter accusata contumacia pro p̄na exequē- da, & quia postea se præsentavit in Regiis carceribus, fuit supercessum in multa, & datis defensionibus traditus extitit idoneæ manuleutę, referente Egregio Senatore Paulo Guimet, Scriba Trull. Similis in casu Procuratoris Fisci Regiæ Curia contra Josephum de N. V. I. D. & Assessorē Vicarii Ilerdæ die 10. Junii 1667. referente Egregio olim Senatore de Ferrer, & adiecta fuit p̄na 500. librarum: erat Assessor imputatus, quod consilium dederat Vicario Ilerdæ, de aliquo faciendo, contra sibi iniuncta epistola Admodum Reverendi Cancellarii nomine Regiæ Audientia scripta sub die 11. Octobris 1591. Fuit etiam conclusum, contra Joannem N. Subvicarium Regium Gerundæ, quod aliquis ex Regiis Algotziriis accederet ad Civitatem Gerundæ ad inquirendum, & fortificandum, &c. & simul fuit subiunctum, quod mandaretur dicto Joanni N. quatenus infra dies decem compareret personaliter coram Relatore ad dandum rationem de iis, de quibus impetebatur sub p̄na 500. du-

ducatorum. Similis prioribus supradictis 14. Novemb. 1637. contra Mauricium N. Baiulum Minorissæ, referente Mir. Similis 26. Februarii 1673. referente R.S. de Taverner, & Rubi, contra Bernardum N. Baiulum Villæ de Peratallada, Actuarius Riembau. Similis referente Nobili Hieronymo de Magarola post promotionem R. S. Francisci de Portell ad Aulam Civilem 28. Novemb. 1687. contra Franciscum N. V.I.D. Iudicē Vallis de Aran delatum, quod die 20. Maii 1687. dolosè, & inhonestè extorsit à Guiljelmo Roch, Ioanne Labarra, Ioanne Bonete, Didaco de Saña Francigenis, & eorum vxoribus, tunc captis in castro prædictæ Vallis, magnam pecuniarum summam, argentum, vestes, & alias res, non modici valoris, eosque perpetram relaxari fecit à Regiis carceribus dicti castri, prædictis rebus, & pecuniis non restitutis. Aliud exemplar adducit Reg. Cortiada *in addit. ad decif. 26. par. 2.* multoties fuit observatum non adiaci in prima provisione pœnam, sed in aliis.

47 Duobus modis vtitur hoc citationis stylo Senatus: primò, si delictum non sit ex atrocioribus; secundò, si ex istis consideretur, sed tamen diffi-

cilis captura diiudicetur, vt interim, dum pœnam corporalem non subit delinquens, multa plectatur, qua exacta, pro pœnitione ad pœnam delicto impositam eius speratur captura, nec contumaciali processu, vt præmonui, infligitur.

Introducæ idcirco fuerunt 48 istæ citationes, quia Officiales Regii, antequam ad suum exercitium admittantur præstât Sacramentum, & homagium ore, & manibus commendatum; si sint præeminentes, penes Excellentif. Domin. Locumtenentem Generalem; minoris autè spheræ in posse Reverèdi Cancellarii, seu Nobilis Regentis Regiam Cancellariam de bene, & legaliter se habendo, Constitutiones Generales Cathalonix non violando, capitula, & actus Curix, & alia iura Patriæ, nec non privilegia ecclesiastica, & ecclesiasticis personis, militibus, & Vniversitatibus concessa; atque etiam capitulum dictum *de la Observansa.*

Homagium præstatur flexis 49 genibus regulariter, stando quandoque pro dignitate personæ, includendo manus suas intra manus recipientis, & osculantis. Socarrats *in cap. duplex est homagium fol. 311. n. 14.* 15. Iuramentum verò fide-

li-

litis fit stando, & nullo modo flexis genibus, nisi dominus, cui præstari debeat, esset Princeps supremus, vt Papa, Imperator, Rex, sicque perhibetur per solam manus super sacra, vel crucem appositionem. Duplex homagium constituit idē Socarrats nuper citatus; solidum, quando fidelitas promittitur contra alios quoscumque; non solidum verò appellatur sub iis verbis: *Facio tibi homagium, hoc excepto, quod possim mihi alium dominum constituere, contra quem nolo teneri te iurare.*

50 Homagium solidum plus esse iuramento fidelitatis, ex causis prælibatis discutit Fontan. *de pact. claus. 4. glos. 10. part. 1. num. 13.* & eius violati pœnam ex circumstantiis extendi posse vsque ad mortem, docet Socarrats, *qui supra num. 22.* varias formas eius præstadi, commemorant Gregor. Lop. Avenaño, Gail, Hugo de Celso, Chopinus, Pacianus, Marta, Dorloanus citati per Solorzan. *de iur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 23. à num. 22.* vbi doctè declarat, quod virtute homagii homines ad fidelitatem arctius ligantur. Quare nihil mirum, Officiales Regios in rebus officii delinquentes, ob effractū homagium citari sub pœnis, non

verò pro gestis extra officium, ad quæ homagium non extenditur.

Ea propter vidi non semel 51
Officialem, qui ob non gravē excessum in officio, in carcerem est detrudendus, vocari à Regio Concilio, & ei iuberi, quod intus carcerem se immitteret, nec guidatico iuari, quod ex vocatione allegare posset, iuxta tradita à Vicecanc. Crespi *obser. 113.* pro hac opinione, licet ipse in ea non resideat. Duo enim vincula cōcurrunt, 52
vassallagii, & officii, sicq; magis ligatus est, quam cæteri; & vulgatum reputatur, fortius ligare duo vincula, quam vnum. *Cap. 1. de treug. & pac. cum similibus.* Salgado *de Reg. protest. par. 3. cap. 4. num. 83.* Subindè solet communiter proferri, Officiales Regios semper captos esse, scilicet vinculo homagii per eos præstiti vincōs, & alligatos.

Alia ratio officialium favore posset excogitari, scilicet, vt 53
per citationem contra eos procedatur, vtpotè ne per alios capiantur, sed citati, ipsi suo nutu carceribus mancipentur, obedientia cæca permoti, vt possint ita præclariùs innocentia suæ argumentum præbere; qui enim carceri se præsentat, innocens præsumitur. Grammat.

mat. *conf.* 42. *num.* 23. vbi agit de reo, qui quam primum citatus fuit per magnam Curiam, comparuit, & se remitti petiit, & obtinuit, ad Curiam Ecclesiasticam. Itidem *Grammat. conf.* 29. *num.* 31. *in fin.* tractans de reo, qui ad sui defensionem interfecerat, & post casus contingentiam se contulit ad domum Proregis, quem non reperiens, adivit domum ministri superioris, & casu narrato, vt magis sua innocentia patefieret, spontè se præsentavit, & posuit in carcere novo. Innocentiam ulterius ex hac spontanea præsentatione educi, & fugam purgari, tenuerunt plures citati per *Bovadill. lib.* 3. *polit. cap.* 15. *nu.* 109. & *seqq.* *conducit Robert. lib.* 1. *rer. iudic. cap.* 10. *fol.* 62.

54 Propterea *Const.* 19. *Cur. anni* 1599. dispositum legitur, quod si quis per Regiam Curiam citatus comparuerit ad se defendendum de his, de quibus imputatur, & voluntariè post vocationem, se in carcerem introduxerit, sit ei publicandus processus intra 20. dies, & datis defensionibus sit ipsius expedienda causa, & attempta sua voluntaria præsentatione, depositione exacta, permittatur illi per totum carcerum incedere, idoneis præstitis fideiussoribus, donec de sce-

lere sit iudicatum.

Contra alios autem, qui officiales Regii non sint, citationes cum pœna practicari non vidi, fortè propter relatas rationes, peculiare in illis consideratas: observavi tamè conclusionem sub die 2. Martii 1600. in factò Fisci Procuratoris Regiæ Curiae, contra Michaellem N. Notarium publicum Villæ Perpiniæ, & Petrum Matthæum N. Notarium Civitatis Elnæ, super quo quinque Regii Senatores fuerunt voti, quod prædicti fontes caperentur, & Regiis carceribus manciparentur; egregius autem Fisci Advocatus Antonius Oliba, & alii duo Senatores fuerunt voti, quod mandaretur dictis reis, quatenus infra dies decem comparerent personaliter in præsentì Civitate Barcinonæ coram Relatore ad pœnam 200. librarum pro quolibet, reddituri rationem de iis, de quibus erant impetiti.

Nonnullis casibus provisio 56
capturæ factò verbo in Regio Concilio contra Regios Officiales decernitur. *Peguer. in prax. cap.* 12. *§.* 3. *num.* 5. vel quia eos citando fuga timetur, quo casu citatio prætermitti debet, vt præmonui *decis.* 9. *numer.* 7. vel quia infructuosa iudicatur, cum nulla mulcta possit à reis exigi.

- 57 Proximus est citationis casus ad secundum genus relatus contra reos criminis læsæ Maiestatis in primo capite; quia cum hi violent homagiū, quo vassalli tenentur sui Regis fidelitati, idcirco citantur in vim illius homagii, quod in omnibus subditis vrget, vt docet Solorzan. adductus *numer. 50.* & alii per eum allegati, & tunc non citantur pœnis pecuniariis; non enim gravitas sceleris id patitur, sed accusatis contumaciis declarantur rebelles, & infideles suæ Maiestatis, & totius Principatus, exprimendo crimen infidelitatis, & læsæ Maiestatis in primo capite commisisse, & bona eorum esse cōfiscata.
- 58 Iste contumacialis processus, vt in aliis Regnis observatur, hoc excepto, quod pœna mortis non exprimitur, vt exteri faciunt; nam in absentem proferri supervacaneum videtur, ad quod confert factum dictum narratum per Plutarcum de Alcibiade in sua vita: nam cum fuisset citatus, vt in Atheniensi insula compareret, & defensiones daret super delictis, de quibus accusabatur, id facere recusavit, & cum post parumper audiisset circumferri, quod ad mortem fuerat condemnatus, respondit se probaturum quod vivebat Alcibides; memorat Bovadill. *in politic. lib. 3. cap. 15. num. III.* longè latè que solutis locis exornans.
- 59 Nonnunquam absque citatione publicantur aliqui facinorosi pro inimicis Domini Regis, & eiiciuntur à pace, & treuga, cum scilicet nullo prævio diffidamento proditoriè occidunt, vulnerant, vel offendunt vllius personas, seu bona iuxta tenorem *Constit. com instigant tit. quant sia licit, d no veniar se sens Iutge, de qua differemus in compilatione practicali vol. 2.* & pleni sūt libri conclusionum similibus exemplaribus; & licet Vicecan. 60 Don Christophor. de Crespi *observ. 79.* iuxta foros Regni Valentini consulat, sententiam mortis naturalis præcedere debere publicationem præconii, in quo famosi delinquentes commercio interdiciuntur, & facultas conceditur, vt capi, vel occidi possint ab omnibus, comprobans ex Rovito *in pragmat. 1. num. 36. tit. de sentent. for. iudic. Capiblanc. singul. 48. Thoro in addit. ad à Ponte de potest. Proreg. rubr. de provision. fieri solit. §. 4. num. 41. Gizzarell decis. 13.* & adhuc velit postea debere constare de perturbatione pacis publicæ,

61 & abominabile dicat, quod ubi factiones sunt contrariæ delinquentium, vtuntur ministri vna contra aliam, quæ omnia, iusta, sancta, & legalia cenfeo.

62 Verumtamen nullâ sententia mortis præcedente apud nos in casu homicidii proditorii, vigore *Constit. com instigant*, publicantur rei inimici suæ Maiestatis, & à communi pace, & treuga depelluntur, ab aliorum communicatione, & receptatione arcantur, & offendi impunè possunt, ex *Calic. & Mieres, Canc. par. 3. var. cap. 10. num. 48. Giurba conf. 3. qui*

63 *num. 12.* annotat occidi non valere, si capi possit, & non ad vindictam, sed iustitiæ zelo, prosequitur Regius Senat. de *Calderò decis. 60. num. 19. par. 2.* & si delinquens sit gravissimi dâni Reipublicæ, facultas eum capiendi mortuum explicatur: sic Senatus 13. Novemb. 1638. in facto propositionis factæ per suam Excellentiam circa capturam Joannis N. aliàs Roset, conclusit, quod fieret præconium cum præmio 100℥. si captus fuerit vivus, si verò mortuus 50℥.

64 Planè hæc omnia fiunt ad segregandos flagitiosos hos homines ab aliorum societate, nō diffinitivè reos mortis pronuntiando, aut à Principatu

banniendo, sed ad tollendum eis omne receptaculum, & ne ipsorum sodalitate reliqua gēs vitiis, & sceleribus suis infestetur, faciliorque illorum captura reddatur, postquam omni auxilio, & adiuvamine fuerint destituti; & valdè circumspectè, legitimaque præsupposita probatione tales provisiones struuntur, nulla præeunte citatione, quæ pro pœnarum declaratione, & impositione solum iudicatur necessaria, vel tam sceleratos homines eam non mereri, ad prædictum effectum eos separandi ab aliorum communione venit asseverandum, ne dum in his apicibus tempus conteritur, illi mala plura machinentur.

Secus servatur in citatione ad fines banni, de qua ex proposito in compilatione practicali; sufficiat nunc animadvertere, quod hi non solum ab aliis recipi, consilio iuvari, vel qualitercumque foveri prohibentur, sed etiam in perpetuum à Principatu divelluntur, & solet practitari, pensata delicti gravitate, & delinquentis qualitate, vt expressit *Peguer. in pract. crimin. cap. 12. §. 4. in princ.* & ideò non indistinctè, nec nimis frequenter hac utitur Senatus citatione, sed contra homines solitos de-

linquere, vel turbulentos, qui latitant, & capi non possunt.

66 Hæc de citationibus, quæ priusquam relinquamus, dixisse sufficiat, nos eas in Senatu non providere ultra relatos casus, neque contumacialē processū fabricare, ut in aliis Regnis servatur, neque testium receptorum in summaria informatione repetitionem, capto fonte, seu in plenario iudicio assuevisse practicare, in quæ reos gravare non intellexerunt maiores, qui ita introduxerunt; nam cum tot solemnitatibus apud nos soleant recipi testes, qualiter *decis. 32.* apparebit, nullius fructus reis esset repetitio, sed impedimento iustitiæ, quæ expedit celeritati, præsertim cum postquam exacta est à reo iudicialiter confessio, in defensionibus, quidquid opponere voluerit adversus personas, vel dicta testium, aut pro sua innocentia, non præcludatur, & in horum compensationē sufficiat, quod regulariter eis contumacia nō accusatur, & conquiescit iudicium criminale quoad pœnas, donec delinquens sit captus, neque constituitur reus in discrimine, quod vel in carceres se coniciat, vel ut contumax pro confesso habeatur, aut alias pœnas contumaciæ indictas

incurrat; quare expromā, pœnas contumaciæ in Cathalonia generaliter sublatas esse, tam in civilibus, quam in criminalibus. Fontanella *tom. 1. decis. 274. per tot. & seq.* Ripoll *ad prax. civil. Peguer. rubr. 7. num. 4.*

Demum, ut acquiescat animus in nostræ praxis validitate, quatenus solemus ex processu solo summario iudicare, reliquis servatis stylis, qui factis; superque fuerunt expressi, & neglectis citationibus, immanes fontes non ambigimus ab humano cœtu dimovere; non hallucineris velim generali illa conclusione, quam sæpissimè in ore habuimus, hac & præcedenti decisione; defensionem scilicet per Principem tolli non posse, ex qua inferunt plures citationem adimendam non esse, etiam in notoriis criminibus, & sic declarasse Neapolis Regium Collaterale Concilium, testis est Capic. Latr. *decis. 167.* cuius sententiam enixè sectatur Manfredi. ipsius additionator, ubi ad partes eruditè de materia. Enimverò hoc procedit quando generaliter omnis tolleretur defensio, etiamsi proveniat ex iure naturali, qualis est illa, quæ crimen excludit ex mera innocentia; secus verò in de- 68
fen-

ensione, quæ descendit ex iure positivo, cuius qualitatis esse dicitur repetitio testium, ut doctissimè firmat Reg. Matth. *de re crimin. contro. 25. num. 38. & seq.* vbi hanc solemnitatem derivari *ex cap. 2. de testib.* & re bene perpenſa, esse otiosam, & parum utilem, cum fides testium ex religione iuramenti, & probitate personarum dependeat, & experientiam comprobasse is author refert, quod si summaria fiat per iudicem practicum, & Deum timentem veritas pura ab infectione subornationis, aut alterius pravi affectus tantummodo in summaria reperitur.

69 Exindè infert Matthæu qui proximè numer. 50. Principem posse ex iusta causa dispensare circa modum, & circumstantias, minuendo, sive arctando in forma defensionis; quia tunc non dispensat in iure naturali, sed formam præbet actui au-

diendi, sub illius potestate cadenti: vnde sequitur plura, quæ in eadem controversia congeruntur, licere Principi citra citationem decernere, non leviora his, quæ nostri observarunt; quare nec deferendus, nec spernendus stylus nostrorum, tam iustè inductus, cū ei semper sit inhærendum, quando est Regii Concilii, de qua materia Leo *decif. 29. & 135. Solutzan. tom. 2. de iure Ind. lib. 4. cap. 5. num. 21. & lib. 3. politic. cap. 11. fol. 326. vers. T en el mesmo, & cap. 19. fol. 377. vers. T estos, & cap. 20. fol. 386. Larrea decif. 34. num. 10. Escob. de purit. p. 2. q. 9. §. 3. à num. 89. vbi quod statutum derogat. Vela dissert. 39. num. 50. Pareja de edit. tit. 2. resol. 6. num. 301. & 307. Barbol. in cap. 11. nu. 3. de constitut. Vela dissert. 20. à num. 21. & 24. & dissert. 33. à num. 44. Ripoll ad praxim civil. Peguer. rubr. 24. num. 23.*

E P I G R A P H E.

Instrumentorum iuvamine defensiones quandoque adstruuntur. Præceptum superioris quando excuset obedientem, & quomodo probandum. Notarius requisitus recipiens instrumenta testium, revocantium depositiones in Regia Curia prolatas, qua poena sit plectendus, ad interpretationem *Constit. 1. tit. de Notar.* De scelere tunc per testes commisso. Qua cura, peritia, & circumspectione debeant Notarii polleere, & cuncta rimari, & de sui officii excellentia. Emulatio, & crimen
vfur-

vsurpatæ, seu turbatæ iurisdictionis qualiter delitescunt. Intellectus *Constit. 43. Curiar. ann. 1599. & Pragmat. fin. sub tit. de Notaris in 2. volum. Constitut. eliminantur.*

N U C L E U S.

- 1 Defensio reorum aliquando fieri potest instrumentis.
- 2 Obediens superioris præcepto notoriè iniusto non excusatur.
- 3 Assistens iudici iniustè procedenti puniendus si illi nõ contradixerit, aut protestatus fuerit, & num. 4. 5. Cum Senatu.
- 6 Limita, ut prædicta procedant in præcepto notoriè iniusto, secùs autem, si sit dubium, an illud sit iustū, vel iniustum; quia tunc inferior tenetur obedire.
- 7 An si iudex credat præceptum esse durum, seu iniquum, sit expectanda tertia iussio, vel sufficiat secunda, remissivè.
- 8 Principis mandatū an sit probandum per scripturam.
- 9 Instrumentis negativa, & affirmativa an probentur, remissivè.
- 10 Instrumentis magis creditur, quam testibus, & quando, remissivè.
- 11 Scriptura, qua superior attestatur de mandato, probat, si sit facta tempore actus gesti, secùs si postea.
- 12 Instrumenta cepto iudicio criminali confecta reo non suffragantur.
Cajus refertur de notario, qui requisitus recepit instrumenta testium, revocantium depositiones in Regia Curia emissas, & num. 13.
- 14 Constit. 1. tit. de Notaris allegabatur.
- 15 Genuinus huius Constitutionis sensus proponitur, & num. 16.
Protestatio nõ requirat scripturam, & nunquid protestatus teneatur respondere, ne sibi præiudicet.
- 17 De iure comuni, notari⁹ requisit⁹ debet recipere instrumenta, quæ postulantur, & aliter faciens punitur, & peccat mortaliter.
- 18 Notarius, nisi rogatus instrumenta conficere nequit.
- 19 Constit. 1. & conclusio tradita num. 17. plures recipiunt limitationes.
- 20 Limitatio à nemine contradicta est, si instrumentum sit usurarium, vel illicitum. No-

- 21 Notarius, si fraude, vel dolo instrumentum illicitum stipuletur, coercetur pœna privationis officii, infamiae, & amputationis manus.
- 22 Si absque dolo, & fraude in his versetur, qua pœna teneatur, non satis inter scribentes concorditer est decisum, & num. 23.
- 24 Securior habetur opinio pœnam esse arbitrariam, spectata qualitate scripturae, & notarii stipulantis.
- 25 Iuramentum à notariis prestandum de instrumentis illicitis non recipiendis.
- 26 Notarii quam legaliter obstringantur officium suum exercere; & de suae artis excellentia num. 27.
- 28 Probi notarii magno honore habendis scelerati autem pœnam numquam luunt condignam, & de eorum erroribus.
- 29 Conclusio Regii Concilii circa mores notariorum causarum criminalium.
- 30 Notarius non excusatur deducens, se ignorare instrumentum apud ipsum confectum esse illicitum.
- 31 Instrumenta illicita quae sint.
- 32 Coniecturis probantur instrumenta illicita, si directe demonstrari non possunt.
- 33 In loco sacro recipi non possunt instrumenta.
- 34 Clandestinitas arguit dolum.
- 35 Testes, qui deposuerunt coram iudice, & subscripserunt, si postea negent quid tale dixisse, possunt puniri de falso, & ideo notarius conscius sui sceleris, fit eius particeps, vide num. 38.
- 36 In Cathalonia testes veritatem celantes in carceres coniiciuntur.
- 37 Testis falsum deponens, tamen si timore mortis, lethaler peccat.
- 38 Testis revocans suum dictum iuratum, de falso punitur, si cum notario adsuit iudex.
- 39 Notarius, cui constat in negotio apposuisse manum superiorem, debet se abstinere.
- 40 Illicitum dicitur, quod sub pœna incursu interdicitur.
- 41 Instrumenta, seu acta, quae coram uno notario tractantur, non sufficit presentari in actis alterius notarii, etiam eiusdem iudicis, iudicii, & tribunalis, sed debet produci in actis eius, coram quo causa fuit cepta.
- 42 Alius notarius non potest ro-

*gari ad referendum nota-
rio causæ*

43 Notarius recusatus, postquam
incapit negotium, non re-
mo-uetur in totum, sed ad-
iunctus ei datur in ali-
quibus Regnis.

44 Iudex, notarium semel ele-
ctum non potest absq; cau-
sa revocare usque ad fi-
nem negotii.

45 De interesse civili inciden-
ti reo mortuo, potest cog-
noscere iudex criminalis,
& debet idem adhiberi
notarius, qui intervenie-
bat vivente reo.

*Distributio causarum crimi-
naliū qualiter facienda, cū
Senatu.*

46 Quæ à num. 41, fuerunt ex-
pensa subverterentur, si
instrumentis, similibus, de
quibus peragitur, daretur
locus.

47 Alia inconvenientia agnos-
cuntur ex prædictis instru-
mentis.

48 Eludendo iurisdictionem iu-
dicis maior detegitur ma-
litia, quæ in crimine vsur-
pata iurisdictionis compe-
ritur. Cum Senatu.

*Idem si quis magistratus sibi
arrogat auctoritatem.*

49 Vis infertur testibus dolosis,
& blandis persuasioni-

*bus, & iurisdictione turba-
tur.*

50 Emulatio licitum aliundè,
illicitum reddit.

Absurda ressecanda.

51 Exemplar, quo volebat iurari
notarius, non prode-
rat.

52 Notarius debeat ne contrahē-
tes cognoscere, controver-
sum.

53 In aliquibus Regnis sunt fo-
ri, leges, & statuta, qui-
bus notarii contrahentes
cognoscere tenentur.

*Constitut. 43. Curiar. ann.
1599. contextura.*

54 Iuxta proximam Constitut.
notarius instrumentū sti-
pulari non aliter potest,
nisi securus sit per appro-
batas personas de certitu-
dine nominis requirentis.

55 Quid tenendum in terminis
Pragm. 15. sub tit. de ac-
tuar. Regni Neapol.

56 Delictum notarii in viola-
tione præmissæ Const. 43.
convincitur.

57 Notarius in casu, etsi dolo,
& culpa carens, punien-
dus veniebat, saltem pœ-
na extraordinaria.

58 In criminalibus testes debent
esse noti iudici, vel per-
sonæ honestæ.

59 Pragmatic. fin. sub tit. de
no-

notar. in 2. volum. refer-
tur.


60 Si delinquatur contra Fiscū,
& non contra partem pri-
vatam, non est locus huic
Pragmatica.

61 In criminalibus non dantur
populares actiones, sed pu-
blica iudicia specialiter
designata; at si nulla pars
privata principaliter sit
lesa, iudici ex officio in-
quirere licet.

62 Fiscalia sunt plura delicta,
& inter alia attentatorū,
usurpata, vel turbata
iurisdictionis; & ex offi-
cio aequè proceditur contra
notarios, propter eorum
imperitiam, vel pravos
mores.

63 Alius casus recensetur supra
allato similis. Cum Senat.

64 Circumstantia attendenda ad
constituendum crimen, pœ-
nā augendam, vel mi-
nuendam.



DECISIO XI.

ACTENVS egimus
de probationibus
perperam per tes-
tes perquisitis, ea-
rum nullitatem elicientes, &
crimen in illarum machinatio-

ne intervenientium; dissenta-
neum non erit examinare, an
hoc ipsum sentiendum veniat,
si probari intendatur innocen-
tia rei per instrumenta: siqui-
dem veluti crimina instrumen-
tis nonnunquam cōvincuntur,
Nos decis. 1. numer. 100. non se-
cūs etiam defensa flagitii ins-
trumentorum serie clarescit.

Exempla pleraque de his
possent accumulari, vnum pa-
tenter proponam. Allegat reus,
se excusandum à pœna, quia
facinus, de quo gravatur, Prin-
cipis, aut superioris iussu exe-
cutioni deduxerit; quæres nun-
quid talis excusatio proffit, &
qualem probationem requirat:
remissivè de prima parte quæ-
siti dicitur decis. 22. numer. 45.
nunc sufficet expromere, opi-
nionem veriore, & commu-
niorem esse, superioris præcep-
to notoriè iniusto obedientem,
non excusari. Grammat. conf.
32. num. 11. cum seqq. latè Farin.
quest. 97. à num. 25. & assisten-

tes iudici iniustè procedenti,
non excusari à delicto; imò ip-
sos puniendos esse, si illi non
contradixerint, aut protestati
fuerint, docuerunt Cassane. in
consuetud. Burgund. tit. de iusti-
cies §. 7. vers. de simple reonse,
num. 23. Boër. de seditios. cap. 7.
num. 53. cum seqq. August. Bar-
bos. in vot. decis. 97. in fin.

multis congestis, pertractans de mandato iudicis contra ius divinum. *Genuen. in practicab. q. 62. num. 4. q. 631. & q. 434.* ubi fusè de his, qui contra immunitatem Ecclesiæ delinquant.

4 Propterea cum de an. 1670. Vicarius Villæ Bergæ; cum sono emisso, & armis, comitiva complurium personarum singularium dictæ Villæ, se contulisset domum de Estanyclar, termini de Gironella, eiusdem Vicariæ Bergæ, & ibi sub prætextu defensionis Regiæ iurisdictionis damna dedissent domino, & aliis hominibus relatæ domus de Estanyclar; fuit criminaliter processum contra præfatum Vicarium, & alios, qui cum eo concurrebant, referente Nobili Hieronymo de Magarola, tunc Iudice R. C. Actuarius Badia.

5 Similis casus 9. Aug. 1669. accidit in Civitate Celsone, in qua procurator Generalis iurisdictionalis Exc. Ducis Cardonæ, & Sugurbi cum gentis armatæ, tympani sono convocatæ concursu, invasit Palatium Episcopale, causa eximendi à carceribus, cum ipsorum effractione, & aliis dicto Palatio illatis damnis, nonnullos reos ibidem detentos, provt cum iis violentiis à memoratis carceribus extraxerunt: Utroque

enim gladio, & spiritali, & temporali per competentes iudices fuerunt crimina hæc nefaria detestata, & vindicta debita extitit per Regium Criminale Concilium enixè procurata, processu de anno 1670. adstructo, referente R. S. de Taverner, & Rubi, Scriba Riembau; & firmato dubio, an causa civilis esset, vel criminalis, conquireverunt per aliquod tēpus procedimenta criminalia, sed tam officialis superior, quæ ei assistentes succubuerunt, nec evadere potuerunt iudiciū criminale, eo colore, quod non dolo, sed provexationibus tollendis, ac Ducali iurisdictione tutanda ad prædicta devenerant.

In notoriis itaque non excusat superioris iniustum præceptum, nec iudex obediens, aut quilibet inferior excusatione est dignus; secus autem si sit dubium, an illud sit iustum, vel iniustum: quia tunc iudex, & quilibet alius inferior tenetur obedire, vt supra laudati Doctores conveniunt, quibus adde Cyriac. *controv. 291. & seqq. tom. 2.*

An verò sit expectanda tertia iussio, si iudex credat præceptum superioris esse durum, seu iniquum, vel ipsi sat sit pro sua excusatione secunda iussio, in-

indagarunt Farin. *d. q. 97. n. 50.*
vberrimè distinguens, Senator
Xammar *de off. iudic. par. 1. q. 7.*
à nu. 43. vbi alios dat copiosè.

8 Mei autem intenti potissimum est secundam partem dubitationis excutere, nimirum quomodo probare debeat officialis, seu iudex, se aliquid fecisse iussu, & mandato Principis, seu superioris, vt ipsi credatur, de quo memorati scribentes, & præsertim Farin. *q. 97. à n. 52.* quidam in ea persisterunt sententia, quod tale Principis mandatum sit probandum per scripturam, arg. *tex. in l. 1. C. de mandat. Princip. Roman. conf. 59. n. 6. vers. In quo videtur primò dicendum.* Grammat. *conf. 14. n. 17. & decis. 37. nu. 25.* & alij penes Farinac.

9 Non disquiro veritatem istius opinionis, solum ex ea probo, defensionem non semel per scripturam, seu instrumenta probari, & qualiter ex ostensione, seu editione instrumentorum negativa, seu affirmativa comprobetur, ad interpretationem *tex. in l. non est novum, & leg. seq. Cod. de edend. l. quicumque, Cod. de apoch. publ. lib. 10.* doctissimè Pareia *de edit. tit. 7. resol. 10. tot. tom. 2.*

10 Quinimò instrumentis magis credi, quam testibus, & quando, depromitur ex *cap. 9.*

& 10. de fide instrum. l. in exercendis, C. eod. Robert. rer. iudic. lib. 2. cap. 10. Barbof. *in cap. 5. n. 7. 8. & 10. de probat. Solorzan. tom. 2. de iur. Ind. lib. 1. cap. 26. n. 35. & lib. 2. politic. cap. 27. fol. 226. vers. Supuesto, & seq.* Escobar *par. 1. de purit. q. 15. in prin. n. 4. & §. 3. n. 12.* Pareia *tit. 6. de edit. resol. 3. nu. 25. & seq.* Vela *dissert. 38. nu. 16.* Cyriac. *contr. 289. & 235.*

Sublimitant verùm proxime allatam assertionem prælibati Doctores, & præcipuè Farinac. *d. q. 97. n. 68.* si scriptura, qua superior attestatur de mandato, sit facta tempore actus gestis tunc enim probat, secus verò si postea.

Minus reo suffragantur pro defensione, instrumenta capto iudicio criminali confectas pluries accidit per reos tentari huiuscemodi instrumentis protegi, vano tamen conatu, pro ut experientia monstravit, quibusdam instrumentis receptis die 17. Septembris 1687. in posse certi notarii publici Barcinonæ, intus Coenobium Regularium extra istius Civitatis mænia existens, loco abscondito illius quæsito, quibus instrumentis duo homines in testes antea ministrati per Fiscum in causa criminali, & sub iuramento examinati penes Iudicem

Regiæ Curia, redactis eorum depositionibus in scriptis, & de more perfectis, aliquos post dies, corâ præmentionato notario, iuramento deinde præstito, suas revocarunt apud legitimâ superiorē factas depositiones, & id ipsū alius testis ausus fuit, instrumēto in posse eiusdē notarii acto sub die 20. dicti mēsis Sept. in prædio rustico.

13 De his informatus, instrumenta à notario postulavi, quæ ab eo tradita, & in Regio Cōcilio recognita, continere evidens delictum notarii, atq; testium, pro Fiscī iure conquestus clamavi, notariū capi Senatus decrevit, & interrogatus de prædictis vt reus, factum non abnuit, imò ingenuè iudicialiter fassus fuit, sed publicato processu, nullū ex eo maleficiū oriri pro viribus decertabat.

14 Protelari pro iis intendebat *Constit. 1. tit. de Notariis*, qua obligatio imponitur notario requisito recipiendi quodcunque instrumentum, seu chartam, sub pœna privationis sui officii, adeo quod Rex, qui legem illam, seu Constitutionem statuit, dignatus fuit à se facultatem abdicare impediēdi cuiuslibet instrumenti receptionem, præcipiendo rursus notariis, & aliis quibuscumque Officialibus, ne cohiberent super

hac iniunctione, seu libertate notariorum, & ita iurasse hunc notarium sui officii ingressu, prout alii notarii iurant, ideoque dolo caruisse in conficiendis relatis instrumentis, ac subinde nulli pœnæ subiacere, allegabatur.

15 Omittamus, an hæc Constitutio 1. sit sub eo sensu capiēda, quo proximè enodata fuit: nam cum nostratibus ita intelleximus *decis. 2. num. III.* perspicaciùs autem introspecta, solum dicit, quod notarius per quempiam requisitus teneatur conficere quascumque scripturas in præsetia Domini Regis, aut alterius cuiuscumque personæ, qualibet in dignitate constitutæ, condecēti soluto salario, omni inhibitione, & impedimento cessantibus pro parte Domini Regis, aut alterius cuiuscumque, & si contraverit notarius, ab officio perpetuò arceatur, exceptis instrumentis, quæ Generalis respicerent præiudicium, & si de facto pœna fuisset imposita nō posset exigi, & quod in fine protestationis cōtinuare sit obnoxius notarius omne id, quod per partem protestatam respōdebitur intra spatium duorum dierum completorum, si persona illa tale tempus petierit, in hac etiam parte contrafacienti

cienti pœna privationis officii adhibita, & quod duobus diebus elapsis possit notarius eam chartam claudere, non tradita ei responsione requisiti.

16 Ad cuius contextus illustrationē vide, quæ ex proposito edidit Ioannes Hierony. Franco *de protest. cap. 6. & 8.* vbi examinat, vtrum protestatio necessariò exigat scripturā, & quomodo teneatur ille, cui notificatur protestatio, dissentire, & contra protestari, ne aliàs tacendo sibi videatur præiudicium intulisse: solum pōderari noviter possit, post ea, quæ obiter attigimus *decif. 2. nu. 112.* memoratam *Constit. 1. dumtaxat* loqui de præsentatione scripturarum, quas vulgò requisitiones, seu protestationes vocamus, quæ suæ Maiestati sint porrigendæ, aut alicui cui-libet personæ præsentandæ, & hoc casu privationem imponit officii notario præsentare renuenti, si ad id requiratur, sed non amplius disponit Constitutio generaliter, quod obstructus sit notarius requisitus quæcumque conficere instrumenta sub pœna privationis officii, & sic accuratius perpensi venirēt accipiendi *Mieres in Cur. Barcin. Reg. Iacobi II. coll. 4. cap. 19. n. 1. fol. 148. to. 1. in novis. Font. to. 2. decif. 360. n. 9. & 10. & de-*

cif. 517. n. 14. Berart. specul. vifitat. cap. 19. n. 57. & 58. Quotamen, vt ipsi litteraliter scripserunt, intelligas, non enim per dubitandi rationem proximè allatam ab illis, & ab alibi firmatis recedimus.

At in his immorari non oportebat; iuvabatur namque notarius iuris communis fundamentis, quib⁹ adstruitur, notariū requisitum debere recipere instrumenta, quæ postulantur, & si renitens fuerit pœnæ arbitrariæ subest privationis, aut suspensionis ab officio, iuxta facti qualitatem per Iudicem regulandam; & nonnulli addunt, quod recusando peccat mortaliter, & quod tenetur ad interesse partis, ac si instrumentum confectum verè fuisset. *Portoles ad Molin. §. notarius à num. 1. ad 8. Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 35. num. 3. Paz. in prax. tom. 1. in ultim. adnotat. tabell. num. 19. & 20. fol. 18. pag. 2. Reg. Vico ad Pragmatic. Regn. Sardin. to. 1. tit. 14. cap. 10. Tusch. pract. conclus. lit. N. conclus. 75. num. 1. Xammar de offic. Iud. par. 1. q. 12. num. 2. & par. 2. q. 3. num. 3.*

Sicut enim notarius nisi rogatus instrumenta conficere nequit. *Gregor. in l. 9. glos. 2. tit. 19. par. 3. Cevallos comm. 99. 583. Gutier. lib. 1. pract. q. 141.*

Tiraquell., *in tr. de iur. constit. par. 3. limit. 33.* vbi an, & quando non rogatus peragere possit. Menoch. *lib. 2. presump. 81.* ita pariter requisitus tenetur ex præscripto officii instrumentum perhibere, vt annotavimus *decis. 2. num. 113.* addo Matrill. *de magistr. lib. 1. cap. 30. num. 83.*

19 Veruntamen præiacta doctrina, & conclusio, & prælibata Const. 1. plures recipiunt intellectus, & limitationes; vnam tradit Cassan. *in consuet. Burgund. rubr. 2. tit. de confisc. §. 1. nu. 28. in fin.* aliam Mieres supr. citat. Duas Portoles ad Molin. *§. notarius num. 8. & 9.* Berart. *in specul. visit. cap. 25. num. 150. & 151.* & quatuor additionator ad Roman. laudatus per Reg. Vico qui supr.

20 Altera ex eis limitationibus à nemine contradicte est, si instrumentum sit vsurarium, vel aliter illicitum, quam, & nos præiecimus cum aliis *d. decis. 2. nu. 112.* adiiciendi Peguer. *decis. 33. tom. 1. nu. 1.* Berart. *de visit. cap. 25. num. 151.* Portoles ad Molin. *§. notarius num. 9.* Add. ad Roman. *singul. 263. limit. 2.*

21 Et hæc ita vera sunt, quod si notarius fraude, vel dolo instrumenta illicita stipuletur, pœna privationis officii, infamiae, & amputationis manus

coercetur, per tex. *in §. callidis de prohibit. feud. alienat.* Guido Pap. *decis. 433. num. 1.*

Si verò absque dolo, & frau. 22 de instrumentum notarius receperit, quidam tenent, quod possit puniri pœna deportationis, vel exilii perpetui, per tex. *in l. iubemus la segunda nu. 27. Cod. de Sacros. Eccles. Guid. Pap. decis. 473. num. 1.* Hieron. Laurent. *decis. Avinionen. 107. nu. 8. vers. Idem,* Tusch. *praët. concl. lit. N. conclus. 90.* Iul. Clar. *§. falsum, num. 22. vers. Adde quod notarius,* cum pluribus Farin. *de falsit. q. 154. nu. 14.* Berart. *in specul. visit. cap. 19. num. 67.* Alii docent posse eum puniri pœna falsi. Iul. Clar. *§. falsum, num. 22. vers. Adde quod notarius.* Farinac. cum multis *de falsitat. q. 154. nu. 14.* Berart. *in specul. visit. cap. 19. nu. 67.* Alii addunt pœnam amputationis manus, citati per Farinac. *d. q. 154. nu. 15.* quibus concinit noster Mieres *in cur. Reg. Iacob. 1. col. 1. cap. 4. num. 9. in fin. fol. 8. tom. 1. in novis.* Alii putant pœnam esse publicationis bonorum, quos allegat. Farin. *ead. q. 154. nu. 18.* Alii sentiunt communem esse sententiam pœnam esse periurii, infamiae, & privationis officii, relati per Farin. *ibid. de falsit. q. 154. num. 15.*

- 23 Itidem si notarius receperit scripturam contra Fiscum, & sit author delicti, puniendus est pœna ignis, comburitur namque; si autem non sit criminis adstructor, sed ab alio fuerit orditum, plectitur notarius pœna amissionis honorũ. *Mieres in Cur. Barcinona Reg. Jacobi 1. coll. 1. cap. 4. vers. aut deliquit fol. 8. to. 1. & adhuc Monteleon traditus, sed non approbatus, per Farin. sæpè citat. q. 154. num. 17. vult, quod notarius scripturam recipiens in lesionem Reipublicæ amputatione manus vindicetur.*
- 24 Existimo tamen securiorem opinionem haberi, pœnam huius sceleris esse extraordinariam, arbitrio iudicis commensurandam; prout adstabiliunt Guid. Pap. *decis. 433. Menoch. de arbitr. cas. 381. num. 31. ex pluribus Portol. ad Molin. §. notarius num. 9. Berart. specul. visitat. cap. 25. numer. 151. spectata qualitate scripturæ, & notarii stipulantis.*
- 25 Quoniam iuxta Cardos. *in prax. iudic. verbo tabellio. n. 3.* sicut notarius in sui officii initio iurat, de more recipere instrumenta, de quibus rogabitur, seu requisitus fuerit; non minus etiam iuramentum præstare solet de instrumentis illicitis non recipiendis.

Jureque optimo hæc cauta 26
reperiuntur: etenim probitas, rectitudo, suique muneris exacta observatio in notariis perpetuò sunt mente tenenda, quandoquidem hi sunt causarum omnium arbitri, cum ex eorum scriptis, & privatorum, & Reipublicæ bona quodammodo dependeant, namque, & iudices id observare debent, quod in eorum actis expressum habetur, & publicæ fidei custodes appellantur, velut hoc verborum contextu eleganter scripsit Scoppa *ad decis. Gratian. observ. 161. post Cassan. in Catalog. glor. mund. 7. p. consider. 16. & 50. & par. 11. consid. 9. Rebuff. ad Constit. Franc. tract. de litt. oblig. art. 67. glos. 1. Reg. Tap. de iur. Regn. lib. 2. rubr. 36. de offic. notar. vbi de honore, quo habentur apud omnes nationes, & veteres excellentis dignitatis, ac familiæ viros tanto muneri præfecisse, testis est Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. tit. de offic. Prothonot. num. 14. Reg. Rovit. sup. Pragmat. 1. tit. de notar. nu. 3. videndus Bosch. tit. de honors de Cathalon. lib. 4. cap. 10. §. 2. proptereaque relati 27
per Scoppa, dictum officium nobile, dignum, & honorabile extollunt, ex recentioribus iunge Anton. Fernand. de Oter. de official. p. 2. cap. 5. vbi ad in-*

ten-

28 tentum, quare dicatur tabel-
liones, notarii, Amanuenses,
scriptores, & ad partes discep-
tat, an honorabile fuerit habi-
tum hoc exercitium, & legali-
ter reiectis contrariae opinio-
nis defensoribus, suam vali-
dissimis firmavit rationibus; &
ego ex eis defumo, innumeris
laudibus dignū optimum no-
tarium; pravum autem vix pœ-
nam habere condignam, erro-
resque notariorum totum def-
truere mundum, expressit Bon-
den. tom. 2. colluct. 3. num. 159.
& eis non esse plura simulanda,
quæ tolerantur, clamavit
Bovadill. in polit. tom. 2. lib. 3.
cap. 14. à numer. 36. perpulchrè
R. S. de Calderò decis. 5. à nu. 1.
ad 5.

29 Utque dignoscatur, quan-
tum ab omni labe debeant no-
tarii præservari, legatur ve-
nusta conclusio pro notariis,
qui in domibus Doctorum Re-
gii Concilii operam dant, cō-
dita die 19. Januarii 1575: sub
sequenti tenore: *In factō propo-
sitionis factæ per Magnificum
Barnabam Serra Regentē Can-
cellariam, circa reformationem
morum notariorum, qui in do-
mibus Doctorum Regii Concilii
Criminalis operam dant, scri-
bendis processibus, & recipiē-
dis actis, & instrumentis cau-
sarum criminalium, quorum ali-*

*qui liberiùs, & indecentiùs,
quam gravitas, & qualitas ne-
gotiorum, & ministerii, in quo
versantur, postulant, pro ut in-
tellectum fuit, vitam adducunt,
cum Reipublicæ interfit, & con-
sentaneum sit prædictos nota-
rios, tanquam coadiutores, &
cooperarios dictorum Doctorum
Regii Concilii in corrigendis mo-
ribus, & administranda iusti-
tia, non solum debere à vitiis,
turpi, & inhonesta vita absti-
nere, verum etiam omni præsus-
labe, & suspicione sinistra cu-
iuslibet infamiae carere, societa-
tem, & contagia improborum,
& perditionem effugere, cum-
que insuper indecorum, & pro-
monstro sit, contaminanda ma-
nu, & malè sui conscia, inqui-
sitiones, & processus causarum
criminalium confici contra ali-
quorum criminum reos, quorum
delicta, & impudica vita
detegitur, scribentis par visa
ibidem, tanquam in speculo de-
prehenditur, ut tantum munus
administrandæ iustitiæ iustè, de-
center, & à ministris non in-
dignis exerceatur. Fuit conclu-
sum, quod mandetur omnibus, &
singulis notariis prædictis, qua-
tenus non audeant cauponas, po-
pinas, seu ganeas beluandi, &
comedandi causa frequentare,
neque ad spheristeria, seu ad
quamlibet pravatam demū, ubi*

varis ludis patrimonia consumuntur, aliaque scelera perpetrantur, ludendi, aut lufores spectandi gratia, neque quovis alio quæsito colore accedere, neque familiaritatem, & consortia sectari quorumcunque improborum, seditiosorum, rixosorum, & alicuius factionis hominum, qui in eruendis, & propalandis arcanis Regiæ Curia, ut condignas pœnas, tam proprias, quam suorum complicitum evitare possint indefinenter invigilant, neque pecunias, & salaria processuum communicationum eorundem, & actorum ab eis recipiendorum indebita, vel immoderata extorqueant, sub pœna, quod contrafactoribus, commissa, per eos supra statutorum violatione, illicitè interdictum sit exercitium scribendorum predictorum processuum causarum criminalium, necnon sub aliis pœnis, prout rei qualitas exiget arbitrio suæ Excellentia, & Doctorum Regii Concilii irrogandis.

30 Notarius de quo noster est sermo, probati erat nominis, in suo munere fidus, non in moribus foedatus; sed excusationem ex eo non merebatur, quia ignorabat instrumenta per ipsum recepta illicita esse: nam id scire tenebatur ratione sui officii. Guido Pap. de-

cis. 473. vers. nec excusatur. Hieronym. Laurent. decis. 107. numer. 8. vers. cum deliquerit. Tusch. pract. concl. litt. N. concl. 90. num. 8. & tamen contrariam sententiam nonnulli sequantur, & inter eos Farin. de falsit. q. 154. num. 22. attamen constituto evidenter acta esse illicita, ut mox probabitur, exploratum est, quod non poterit notarius excusari. Farinac. dict. q. 154. num. 3.

Illicita, & reprobata instrumenta sunt, usuraria, fraudulenta, malæ fidei, contra bonos mores vergentiæ, & ea omnia quæ naturæ æquitas, & iuris sanctiones facili cognitione suggerunt. Matth. in addit. ad Guid. Pap. decis. 433. in fin.

32 Utque illicita demonstrantur, cum directè pandi nō possunt, probatio per indicia, coniecturas, & præsumptiones sufficiens erit. Mascard. de probat. concl. 438. num. 7. Tusch. pract. concl. litt. C. concl. 980. la 2. Farinac. de falsit. q. 162. num. 97. levioresque satagunt, & imperfecta iunguntur. Mascard. qui prox. num. 8. Farinac. de falsit. q. 162. num. 102. qui etiam tenent, quod tunc tales præsumptiones plenam constituent probationem.

Illicita redduntur hæc instrumenta: primo, quia locus

Xx erat

erat facer, vbi recipi non licebat. Mantie. *de tacit. lib. 14. tit. 39. num. 30.* vbi eam reddit rationem, quia Ecclesia est Domus orationis, non negotiationis, & hac de causa contrahentes in ipsa peccare notat; videntem scribentes *ad cap. esiciens 88. distinct.* Panuin. *de visit. par. 1. q. 7.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 58.* Jul. Capon. *discep. 91. artic. ult. num. 6. to. 2.* Anton. Augustin. *p. 2. lib. 13. tit. 15.*

34 Secundo, ratione clandestinitatis loci, quæ arguit dolum. Menoch. *conf. 522. num. 95.* & 196. & *de arbitr. cas. 502. n. 95.* & tradit nullitatis suspensionem Chiroc. *discep. 53. num. 34.* Mascard. *conclus. 531. numer. 43.* Cenedo *colleç. 58. num. 1.* Barbos. *in cap. consuluit. 24. de offic. delegat. num. 9.* Reg. Matth. *de re crimin. contrav. 35. num. 23.* vbi clandestinitatem continere delictum, etiam in licitis; consulendi Barbos. *cap. 42. nu. 39. de elect.* Robert. *lib. 1. rer. iudicat. cap. 2.*

35 Tercio: quia in receptione testium non fuerunt servatæ solemnitates, quæ *decis. 32.* memorabuntur, inter quas trita est, quod suas subscribere teneantur depositiones lectas coram Relatore, seu Iudice, & hoc ne postea possint illis contradicere, seu se corrigere; &

si testes id agant, & negant quid tale dixisse, puniri de falso possunt. Conciol. *verbo testium miscellan. resol. 11. num. 6.* Senator Calderò *decis. 7. nu. 86. par. 1.* videns igitur notarius, prout sibi ex instrumentorum serie constabat, quod testes revocabant suas, coram Magnifico Iudice Regiæ Curie emissas depositiones, & ita in pœnam falsi incurrentes, dubitationi non est locus, quam illicitè hæc receperit instrumenta.

Neque ei suffragatur exculpato, qua alter ex testibus declarat in instrumento, se coram iudice metu deposuisse in carceres coniectum: quia in Catalonia stylus, & observantia est, testes de occultatione veritatis suspectos, in carceres detrudi. Reg. Cortiada *decis. 172. num. 36. in fin. p. 3.*

37 Quinimò testis falsum deponens, tametsi timore mortis, non remanet excusatus à peccato lethali, neque à pœna extraordinaria. Cabreròs *de metu lib. 2. cap. 43. num. 52. vers. licet metus mortis,* ex Moralitatis peregerunt plures. Bonacin. *tom. 2. tract. de test. disp. 10. q. 3. par. 3. propos. 4. & 5.* vnus promille D. Thom. *2. 2. q. 98. art. 2. & 3.* & ibi eius Interpretes, & *q. 89. art. 7. ad 3.* videndi Reginal-

- naldus, Sanchez, Lessius, & alii laudati per Bonacina *tom. 2. de iurament. disput. 4. q. 1. punct. 10. propos. unic. num. 3.*
- 38 Additur his, testem se tractantem, poena falsi puniri posse, quando cum notario in receptione adfuit iudex. Clarus *in §. falsum num. 15. & clariùs §. fin. q. 53. num. 17. in fin. Farin. de falsitat. q. 159. num. 190. & conf. 63. num. 50. lib. 1. & conf. 139. num. 2. lib. 2. Giurba conf. 78. Conciol. cum aliis resol. crimin. 11. num. 5. verbo testium Miscellan.*
- 39 Quartò, quia ex eorundem testium relatione, qui sua dicta revocarunt, apparebat notario constituisse, Regium Concilium apposuisse manum in negotio, ideòque debebat, se prorsus ab eo abstinere; ad tradita *decis. 10. num. 21.*
- 40 Illicitum ergo fuit huic notario ea recipere instrumenta, quæ stipulari erat prohibitus. Barbof. *dict. 148. cum illicitum peculiariter id dicatur, quod sub poenæ incurfu interdicitur. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. num. 9. nos vberius decis. 4.*
- 41 Rursus etiam illicitum erat huic notario instrumentum, de quo agitur stipulari, propter alterius notarii præiudicium, scilicet actuarii causæ criminalis: quia instrumenta, seu acta,
- quæ coram vno notario tractantur, non sufficit præsentare in actis alterius notarii; etiam eiusdem iudicis, iudicii, & tribunalis, sed omninò debent produci in actis eius, qui causam cæpit tractare. Marefcot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 107. num. 4. qui testatur ita determinatù fuisse per Rotã in vna Romana Censur 4. Decembris 1597. coram Cardinali Pamphilio. Salgado de Reg. proteçt. par. 3. cap. 8. num. 16. & cap. 9. num. 240.*
- 42 Nec potest rogari alius notarius ad referendum notario causæ. Tondut. *de prævent. p. 1. cap. 2. num. 10. qui latissimè de præventionem inter notarios.*
- 43 Imò etiam notarius recusatus, re non integra, hoc est postquam incæpit negotium, non removetur in totum, sed adiunctus ei datur in Regno Castellæ, licet aliud alibi observetur. Salgado *de Reg. proteçt. p. 3. cap. 9. num. 249.*
- 44 Neque iudex notarium semel electum poterit absq; causa remove, vsque ad finem negotii. Gratian. *disceptat. forens. cap. 167. num. 19. Salgad. qui supra de Reg. proteçt. cap. 8. num. 14.*
- 45 Et quando mortuo delinquente tractatur de interesse civili incidenter deducto in

causa criminali, sicut potest de eo cognoscere iudex criminalis, ita idem debet esse notarius causæ, qui vivente reo erat. Tondut. *de prevent.* p.2. cap.62. *in princip.* & *toto*, quæ observa ad ornatum *decis.* 8. adde Bovadill. *lib.*3. *Politicor.* cap.15. *num.*103. ubi, quod ad tabellionem, qui scribere incæpit ex officio, causa pertinet, etsi coram alio accusatio proponatur. Et ne hæc Senatus auctoritate fraudentur, per lege conclusionem compactam in Regio Criminali Concilio sub die 16. Maii 1591. In facto propositionis factæ per Excellentissimum Locumtenentē generalē super distributione causarum criminalium, Regaliæ, evocationum, & ordinariorū, inter notarios dictarum causarum criminalium faciēda, priorum scilicet per Magnificum Regentem Cancellariam; ordinariorum verò per Magnificos Iudices Reg. Cur.

46 Subverterentur hæc omnia, tam iustè diffinita, si instrumentis, his similibus, de quibus edisserimus, locus fieret: nam ea, quæ ad iudicii criminalis statū pertinerēt, nedū extra notarium causæ conficerentur, sed imò per istum acta destrui liceret, alio rogato notario, cui negotium non spectat, & qui

de eo rogari non potuit; & plus posset iste novus notarius, quā iudex, cum is notario semel prævenienti causam adimere non possit, & talis notarius, huiusmodi construendo instrumentum, iudicis auctoritatē, & primi notarii iura simul elideret, atque eluderet.

Coniunge quæ de æmulatione Regiæ iurisdictionis *decis.*10. ad simile intentum discutiebamus; everterentur omninò processus criminales, si his attestationibus aditus aperiretur; nam ita à testimonio dicendo alii retraherentur, videntes factum, seu scelus hisce instrumentis immutatum, revelarentur Regii Criminalis Concilii arcana, ante publicationem testium, & Fisci, ac vindictæ publicæ causa immensa præmodum pateretur dāna; sic crimen usurpatæ iurisdictionis manifestè incurritur, de cuius gravitate diximus *decis.*5. *num.*17. Si enim eludere iudicis iurisdictionem est eam usurpare, imò gravior, quæ in hoc delicto reperitur malitia. Farinac. *in prax.* q.114. *in spect.* 2. *num.*22. & hoc medio conatur auctoritatem magistratus sibi arrogare, qui eam non habet, evidens usurpatio apprehenditur, cum nihil aliud sit usurpare, quam malè quærere.

Apenn.

Apenn. lib. I. in pr. Cod. de Aud. lib. Urb. Roman. lib. II. Borrell. conf. 10. num. 2. & pravo vsu ad rem trahere, argum. l. 2. Cod. de administr. rer. ad Civit. pertinen. Afflict. in Constit. Duram, & diram numer. 8. rectè Giurb. conf. 24. numer. 19.

Perelegās ad institutū est cōclusio nostri Regii Criminalis Concilii facta sub die 20. Augusti 1593. contra quendam notarium delatum, quod tanquam assertus procurator Domini Roda Sartoris, capti, & sub manuleuta traditi de se præsentando, dolosè, & fraudulentè extorsit, & realiter, & cum effectu recepit à Hieronymo Perera agricola Villæ de Batea, fideiussore dicti Domini Roda in instrumēto dictę manuleutę quinquaginta libras, &c. & infra, & quod cum obtinisset licentiam à Magnifico Relatore causę criminalis, instante Nobili Galcerando de Eril, tanquam illius assertus procurator ad firmandum per dictum Dom. Galcerandū mandatum limitatum ad exigendū, & recipiendum pecunias in Regno Aragonum dicto Galcerando debitas, instavit, & procuravit illud firmari, & liberari cum libera, & generali administratione, & in vim dictę clausulę extrahi, & authen-

ticari potestatem ad acceptandum præsentationes quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum in favorem dicti Galcerandi de Eril ad eludendum iudicium criminale. Hęc vltima verba ad casum nostrū non modicè conducunt; notabis enim censuisse Senatū puniri debere notarium, qui elaboravit, vt iudicium criminale cluderetur; & observabis insuper cautos debere esse notarios, vt si contrahere velint hi, qui à criminali iudice sunt detenti, licentiam à Relatore obtineant, priusquam instrumentum stipulentur, ne si quid postea per eos scriptum appareat, quod in detrimentum cognitionis criminalis cedat, notarius iustè luat; sed de hac materia latius infra sumus dicturi. De prædicta conclusione ad alium finem meminit R. S. de Calderò *decis. 96. num. 18. par. 2.* post hæc discussa perlustratus.

Notoria etiam turbatio iurisdictionis inde descendit, veluti si in testes vis inferatur. Farinac. q. 114. à num. 51. nam si pro parte rei aliquis accedat ad testem, & ab eo quærat declarationem coram notario, & testibus, de innocentia illius rei, non facilè audebit testis reluctantare, & contra à se deposita, quicquid instabitur, asseret, vel
ti-

timore hominis fortè potentis perterritus, vel blandis verbis, aut dolosis persuasionibus inductus; talesque blanditiæ, & verba dolosa violentiis, & minis æquiparantur, pro vt cum decem, & septem Doctoribus probat Reg. Cortiada *decis. 76. num. 2. p. 2.*

- 50 Æmulatio vitanda semper decantatur, & illicitum facit, quod citra eam licitum foret. *Jass. in l. ex hoc iure col. 2. ff. de iust. & iur. Bertrand. conf. 333. lib. 3. Afflict. decis. 224. cum seq. l. opus ff. de operib. publ. & alii apud Mar. Giurb. decis. 7. à nu. 3. & denique reliqua prætracta absurda sunt rescanda, quæ in perniciem vergerent sincerè, & tutè administrandæ iustitiæ, prout generaliter tradiderunt Garcia de nobil. glos. 3. num. 40. Salgado de Reg. protect. cap. 13. n. 131. Castillo lib. 6. contr. cap. 166. Barbos. in cap. 55. num. 4. de elect. Vela diss. 15. num. 84. & dissert. 26. num. 8. & dissert. 39. nu. 31. Pareja de instr. edit. tit. 2. ref. 2. num. 49. Riccius p. 6. collectan. 2557. Roxas de incompatib. par. 4. cap. 5. numer. 14. Escobar de purit. lib. 2. quæst. 2. glos. 8.*

- 51 Minus iuvat exemplar à notario allegatum, de quadam simili scriptura per alium notarium facta 3. Augusti 1671. &

postea producta in Regio Concilio pro parte Josephi N. Villæ de Cellent, me causæ tunc Relatore absente, in processu inserta: nã ille casus huic æquiparari non potest, cum nõ negaverit testis in eo, quod antea deposuerat, sed causas erroris sui exprimebat inhonestas contra se, & non aliter: & qualitercunque fuisset, causæ aggravantes agnitæ non fuerunt in illo notario, vt in nostro, & multa transeunt errore notariorum, quæ non tolerari iustiùs foret, vt commendant Doctores allati *num. 28.*

Involvit se noster notarius in sua depositione iudiciali, vbi de altero ex præmissis instrumentis interrogatus, respõdit, quod postquam advenit prædium rusticum, invenit in eo quendam hominem, qui se cognominari asseveravit Petrũ N. & quamvis de iure communi sit controversum, an notarius debeat contrahentes cognoscere. *Theaur. qq. for. 78. num. 1. & 2. Azeved. l. 14. num. 1. tit. 25. lib. 4. recopilat. Portol. ad Molin. §. notarius num. 50. & 51. Cuenca de command. cl. 3. num. 4.*

Attamen in Regnis Castellæ, Aragonum, & aliis pluribus, adsunt leges, fori, & statuta, quib⁹ disponitur notarios, contra-

trahentes cognoscere debere. Azeved. & Portol. vbi proximè. Cuenc. de command. cl. 3. num. 1. 2. & 3. Gutierr. *pract. lib. 1. q. 143. in princ.* Suelves *conf. 4. n. 6. lib. 1.* Burat. *dec. 211. n. 14.* & in Cathalonia habemus *Const. 43. Curiarum anni 1599.* qua statuitur, quod quicumque notarius, qui instatus fuerit, aut requisitus per aliquam personam à se non notam, vt testificetur, aut recipiat instrumentum, non possit ipsum recipere, quin personæ dignæ fide, & per eum cognitæ certificent, talem requirentem eius esse nominis, quo vtitur, & cognominatur; & iniuper voluit Constitutio, quod in instrumento debeant apponi, quæ personæ requirentem cognoscant, & si non exprimatur, habeatur pro cognita per notarium, & eius oneri tribuatur, & instrumēta quæ hac non servata forma fuerint recepta, nullius sint efficaciam, & effectus.

54 Ex qua Constitutione inferitur primitus, notarium instatum, & requisitum per hominem, quē non noverit nō posse stipulari instrumentum, nisi securus sit per approbatas personas de certitudine nominis requirentis, quod advertit etiam Gutierr. *pract. conclus. lib. 1. q. 143.* & hoc ei sufficere tenue-

runt Gratian. *discep. for. 497. num. 4.* Rota *divers. decis. 434. par. 1.* Reg. *Latro decis. 138. lib. 2.* venuste Franciscus Romaguera *in additionib. super annotationib. Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 35. num. 23.*

Verum est, quod in terminis *Pragmatic. 15. sub tit. de actuar. Regni Neapolis*, requiri duorum testium subscriptionē, cognitionem obligati testantium, acerrimè tenet Manfrell, ad *Capic. Latro observat. 138.* impugnans contrariam opinionem, & suam confirmans, ex *Molfes. ad consuetud. tom. 2. tit. de instrum. confect. par. 10. q. 9. num. 8.* Thoro *in Cod. ver. iudic. cas. 60. num. 173.* & ex aliis pluribus, & eandem conclusionē amplexantur *Farinac. in prax. par. 2. q. 57. num. 56. in fin.* Thoro *in summ. decis. par. 3. sect. 2. verbo obligatio stipulata.* Novarius *in ead. Pragmat. 15. de actuar.* Luca ad *Franch. obser. 262. n. 3.* & hanc assertionem certiore arbitror.

Deliquit igitur notarius inf- 56
trumentum conficiendo nomine personæ, quam non cognoscebat, prout confessus fuit; neque ei stipulari valet Constitutionis dispositio continens, quod si notarius non enarret in scriptura, quæ sint personæ contrahentē cognoscentes, ha-
bea-

beatur pro cognita per notarium: namque hoc, in specie non applicabatur, quia cum ipse fat clarè dixerit, quod testè dictum revocantem non cognoscebat, nullatenus poterat haberi pro cognito per ipsum.

57 Consequens est igitur, nulliter se gessisse notarium in illius instrumenti structura, qua de causa etiam iuxta ius commune, & adhuc amplexa opinione sentientium, non teneri notarium contrahentes noscere, notarius quamvis dolo carens, & culpa, puniri potest, saltem pœna extraordinaria. Thesau. *quest. for lib. 2. q. 78. num. 3. iunct. num. 1. vers. & Doctores*, refert, & sequitur Luca ad Franch. *dist. observ. 262. nu. 2.*

58 Hæc, quæ ex serie Constitutionis in instrumentis, & negotiis civilibus explorata censentur, firmiora erunt in criminalibus, cum in eis testes debeant esse noti iudici, vel personæ honestæ, iuxta *Cap. 15. Curiar. anni 1599.* & est triviale apud practicos. Peguera *in prax. crimin. cap. 12. §. 2. nu. 5.* Berart. *specul. visitat. cap. 19. numer. 48.* his, & aliis citatis R.S. de Calderò *decis. 7. nu. 14. & 15. p. 1.*

59 Deindè non prodest huic notario *Pragmat. fin. sub tit. de notar. in 2. vol. Constit. com-*

pilata, quæ prohibet procedi cōtra notarios publicos Barcin. in delictis falsitatis, & aliis ad officium spectantibus, nisi cum instantia, accusatione, & denuntiatione partis privatæ, forma per dictam Pragmaticam præscripta, de qua cumulatissimè R.S. de Calderò *decis. 5. n. 4. par. 1.*

Quia Pragmatica hæc nos- 60
trum non complectitur casum; notarius enim hic graviter deliquerat, non contra partem privatam, sed adversus Fiscum, & prohibitio facta iudici ad inquirendum, & Fisco ad accusandum, limitatur, quoties ex delicto nemo privatim offenditur, sed boni mores damnum patiuntur, aut bonum publicum læditur; nam cum non detur tunc pars privata, absolum, & à ratione omninò alienum esset, velle iudicem non posse inquirere, & crimina impunita relinquere; latè in simili casu Fontanell. *de pact. tom. 1. claus. 3. glos. 3. à num. 26.* qui nu. 31. id luce esse clariùs firmat, & itidem *decis. 138. num. 14.* optimè Vicecancell. D. Christoph. Crespi *observ. 4. à num. 219.* qui obiectionem diluit, quod eo casu, quo nullus principaliter læditur, quilibet de populo sit admittendus ad accusandum, & ita nunquam pars privata de-
fi-

ficiat, nam vt idem Crespi sci-
te expendit, nemo ex privatis
facile moueretur ad accusatio-
nem proponendam publicę so-
lum utilitatis motus impulsu,
ex rationibus ibidem longè
excussis.

61 Ego tamen addo, quod in
criminalibus non dantur actio-
nes populares; causę enim cri-
minales non exerceantur per ac-
tiones, vt præiecimur *decis. 1.
num. 120.* sed publica sunt quę
dam iudicia instituta, in qui-
bus accusare quilibet potest,
vt cernetur *decis. 22. num. 54.* &
hęc à iure sunt peculiariter af-
signata, atverò politicę ratio-
ni, & naturali apprime conve-
nit, & quieti publicę omnino
est consentaneum, vt si solum
Fiscus sit læsus, aut bonum pu-
blicum violatum, nullaq; pars
privata principaliter vulnera-
ta, iudici inquirere, & Fisco
accusare non prohibeatur.

62 Hinc plura delicta fiscalia
nuncupantur, & ad Fiscum per-
tinet prospicere, ne quid malè,
aut contra Senatus authorita-
tem moliantur; & iudicis per at-
tentantes contemptus Procura-
toris Fiscalis instantia est
vindicanus. Thoro in *suppl.
comp. dec. verbo attentatum li-
te pendente col. 2. post med. fol.
54.* Nos *decis. 1. num. 23.* alia de-
licta fiscalia enumerat Crespi

d. obs. 4. à numer. 251. & antea
num. 242. meminit de crimine
vsurpatę, vel turbatę Regię
iurisdictionis, & *num. 265.* ex
officio procedi posse tenet cõ-
tra notarios, quibus scientia,
vel boni mores deficiunt. Nul-
la ergo via à pœna, notarius,
de quo sermo instituitur, exi-
mi poterat, sed ex Principis
gratia libertatem fuit assequu-
tus.

63 Similis casus ad manus per-
venit 24. Iulii 1688. cuiusdam
Antonii N. negotiatoris Ville
de Caldes de Malavella, qui eõ
die supplicatione oblata Re-
gio Concilio deduxit, quod
duobus annis retrò elapsis in-
structus fuerat processus con-
tra Catharinam vxorem suam,
propter scandalosam, quam ip-
sam gerere vitam calumniosè
prætendebatur, prout consta-
re affirmavit ex testium asser-
tionibus iuratis 1. Septembris
1686. apud Ioannem Silvestre
Notarium publicum Gerun-
dę. Senatus reiectis primò in-
strumentis à processu recursus
ad illum interpositi, punitione
dignam ream ob istud novum
facinus iudicavit, pœnamque
inde mereri; vnde effugaturam
se credebat.

64 Connecte vniversę huius,
atque decimę decisionis sco-
po, quę de factis propter cir-

eunstantias coercēdis, & acriorem aliquando pœnam deponentibus, eisque non cumula-

ris à punitione prorsus alienis *decis. 3. & decis. 22. delibantur.*

S P I G R A P H E.

De coniecturis tractatum inducentibus, eique contrariis. An mandans insidiosè alium occidi, ab immunitate Ecclesiæ arceatur. Nunquid similiter mandans alicui, vt existentem in Ecclesia occidat, vel vulneret, siue mandatum detur in Ecclesia, siue extra eam, sequuto postea homicidio, gaudeat immunitate; & num ea adiuventur consulentes, auxiliantes, & associantes in homicidio proditorio, si verbis, armis, & præsentia audaciorem reddant principalem, & cum ipso præcesserit tractatus. Mandatores homicidii quando de nece arguantur. Assistentes in homicidio cum armis, tractatu prævio cum principali, qua pœna coercendis, quando plectendi absque armis assistentes, & qualiter.

N O T U S.

1 *Introducilio argumenti, & eius causa impulsiva detegitur.*

Factum enarratur.

2 *Tractatus de interficiendo, ex variis depromitur coniecturis.*

3 *Tractatus de occidendo, inducitur ex associatione rei cū principali ante delictum, intervenientibus ambobus contra occisum armatis, & unitis.*

4 *Ex assistentiâ cum armis, si ex illa aggressor efficiatur audacior, & aggressus timidior, indicium formatur.*

5 *Deficientia rixæ non leve conficit argumentum tractatus habitus.*

6 *De differentia inter cessationem rixæ, & insultationem, nullis prolatis verbis.*

7 *Associatio rei, & principalis post delictum cum armis, tractatus habitus est index.*

8 *Mala qualitas rei, tractatum habitum, & deliberationem animi prodit.*

9 *Tractatus habitus, ex percussione in parte periculosa, ut in capite, suadetur.*

10 *Ex mendaciis circa substantialia oritur.*

11 *Ad perscrutandum animum deliberatum, & tractatum,*

- investigatur, quis primum properavit ad nocendum.
- 9 *Cuicumque primam violentiam iniicienti, omnis culpa tribuitur.*
- 10 *Tractatus promittitur ex rati- habitione post commissum crimen, quae praemeditationis indicium facit, & mandato comparatur, etiam in delictis.*
- 11 *Tractatus insurgit ex qualitate verborum.*
- 12 *Tractatum fovet inimicitia cum principali aggressore, quae, sicut vehemens est indicium animi deliberati, ita convocatio ab inimico facta contra eius socium, deliberatum animum detegit.*
Qualiter amicus, & familiaris inimici mei, inimicus meus reputetur, remissive.
- 13 *Tractatus elicitur ex eo, quod occisus inermis extabat tempore delicti.*
Coniectura licet perfecte probata non sit, adminiculum ceteris praestat.
- 14 *Eisdem coniecturis infertur tractatus, quibus animus deliberatus, & praemeditatus.*
Coniectura exclusiva tractatus in casu contentioso perpenduntur.
- 15 *Prima, quando nulla praecessit inimicitia, neque causa aliqua occidendi.*
- 16 *Retorquetur contra reum.*
- 17 *Cessat in reo assueto crimina perpetrare.*
- 18 *Secunda coniectura, ex qualitate loci publici, à nonnullis Doctoribus est improbata.*
- 19 *Tertia, quod reus erat solitus conversari in loco delicti.*
- 20 *Reflectitur contra reum, ubi ratio.*
- 21 *Quarta, ex qualitate temporis sceleris sequenti, diluitur.*
- 22 *Reum non se posuisse in abscondito, potius operatur homicidium non fuisse insidiosum, quam exclusionem animi deliberati.*
- 23 *Consuetudo deserendi arma non prodest reo, si deseratur contra prohibitionem.*
Consuetudo non restricta ad certum genus personarum in armorum delatione, non suffragatur.
- 24 *Armorum ingens apparatus praeter morem, animum arguit deliberatum.*
- 25 *Due aliae coniecturae exclusivae tractatus enumerantur.*
Illis respondetur.
- 26 *Animus deliberatus non exclu-*

- cluditur, ex quo aliquis non preparavit equos, & pecunias ad fugiendū, sed solum ex eo infertur tunc has coniecturas non concurrere.
- 27 Bona fama in genere, non tollit malam famam in specie, præsertim adminiculatam.
- 28 Animus non enecandi in reo eruitur, eo quia percussit leviter tormento manuali, vulgò pistola, ad occidendum apto.
- 29 Augetur, quia reus, quando homicida vulneratum insectabatur, divertere conatus fuit.
- 30 Fisco sat est reum conscium fuisse patrandi facinoris, & tractatu habito de assistendo in eo, revera adimplevisse, quod machinatum fuerat.
- Executioni deducto homicidio per socium, alio existente cum armis, æquè omnes tenentur.
- 31 Decisio Senatus Pedamontani ad intentum.
- 32 Alius casus adaptabilis definitus.
- 33 Describitur delinquentis qualitas qua ad facinus fuit impulsus.
- 34 Existens armatus tempore delicti commissi, etiam nihil ultra agens, auxiliū cooperativum præbet, si delinquenti auxiliari possit, ubi ratio.
- 35 Coniectura exclusiva animi deliberati non trahitur ex verbis hic narratis.
- 36 Armatum se exhibens, & homicidii actui assistens, quavis dissuadeat ne fiat insultus, opem fert.
- 37 Probato alicuius insultu unà cum alio, quorum quilibet habebat arma offensilia, inducitur terror, absque eo, quod alter ex illis, armis utatur, imò etsi arma sint deposita.
- Animus deliberatus an dimoveatur ex non multiplicatis vulneribus, aut ex displicentia sequuti homicidii.
- 38 Ex verbis hic relatis colligitur scientia patrandi criminis, & doli argumentum elicitur.
- 39 Concluditur pro animo deliberato, & ad eam qualitatem semiplenam probationem sufficere.
- 40 Aliqua questiones discutenda proponuntur.
- 41 An mandans insidiosè occidi alterum, vel ut existentem in Ecclesia occidat, vel vulneret, mandato dato in, vel extra Ecclesiam,

- siam, post patratum scelus immunitate perfruat.
- 42 An consulentes, associantes, & auxiliantes in homicidio proditorio, etiamsi verbis, armis, vel presentia audaciorum reddat principalem, & cum eo praerit tractatus, immunitate adiuvantur.
- 43 Harum questionum resolutio pendet ab illa, an is, qui suis manibus non occidit, iuris tamē interpretatione pro occisore habetur, immunitate sit privandus, & num. 58.
- 44 Prima ex dictis questionibus indaganda suscipitur.
- 45 Sententia defendens mandantem non privari immunitate, & eius fundamenta propalantur à num. 46. ad 58. Contraria molitur à num. 59.
- 46 Nomine occisoris non venit in odiosis mandans, vide num. 65. 71. & 85.
- 47 Mandatarius, verus occisor est, non mandans.
- 48 Quae per alium facimus, per nos facere videmur, non physice, & proprie sed improprie, & iuris fictione, & interpretatione, & nu. 49.
- 50 Moralis influxus nō facit occisores.
- 51 Mandans, & faciens in iure differunt.
- 52 In materia privationis immunitatis, non valet argumentum à paritate rationis; & num. 53. vide tamen num. 89. & 90.
- 54 Verba Capitis I. de homicidio, & Bullę Gregorianę nō sunt scripta in rem, sed in personam, quo casu non comprehenditur mandans, vide tamen à nu. 91. ad 95.
- 55 Mandans, cum non habeat pœnam privationis immunitatis impositam, licet mereatur, non veniet ea privandus sed vide num. 96.
- 56 Fundamenta tradita à num. 45. protendunt aliqui Doctores ad mandantem occidi in Ecclesia.
- 57 Eadem fundamenta opitulari, tenent nonnulli scribentes, concurrentibus ad occisionem proditoriam per causalitatem solam moralem, & num. 58.
- 59 Opinio mandanti insidiosè alterum occidi immunitatem denegans.
- 60 Traditur opinio privans immunitate mandantem homicidium, aut vulnus patrari in Ecclesia, licet extra illam detur mādaturum.

- 61 Harum negantium opinionū rationes enucleantur, & amplectuntur, & numer. 73.
Qui per alium facit, per se ipsum facit.
- 62 Obtinet hæc regula inter mandantem, & mandatariū.
- 63 Ampliatur primò in pœnali- bus, & quare.
- 64 Ampliatur secundò, ubi ea- dem, vel maior ratio mili- tat.
Gravius est delictum mādan- tis, quam mandatarii.
- 65 Etiam pro repellenda immu- nitate admittitur vis cõ- prehensivas ampliatur in materia odiosa num. 66.
- 67 Urgente eadem, vel maiori ratione, lex etiam exorbi- tans, & pœnalis extensio- nem de similibus ad simi- les casus non abhorret.
- 68 Non tam litteræ inherēdum, ut interpretationes omni- nò evellantur, & numer. 88.
- 69 Æqualia delicta pari pœna punienda.
- 70 Conglomeratur rationes sua- dentes mandantem equè, ac mandatarium, immunita- te privari,
- 71 Homicida etiam sunt hi quo- rum consilio, fraude, & exhortatione homines ex- tinguntur.
- 72 Mandans, & mandatarius unum perpetrant facinus.
- 73 Præmissa negantes opiniones, tanquam solidioribus eni- xæ rationibus, amplectun- tur, & fortius urgent in Cathalonia, respectu assis- tentis cum armis homici- dio, prævio tractatu, & exornatur variis decisio- nibus num. 74. 75. 76. 77. relatis.
- 78 Prædictæ decisiones sunt in terminis reorum manibus suis non occidentium, sed prævio tractatu homici- dio assistentium.
- 79 Quando contra occisorem ius dicitur, apponuntur ver- ba: de nece per ipsum per- petrata, si verò de eo, qui non occidit, illa verba per eum prætermittun- tur; exemplificatur n. 80. & in specie contentionis num. 81. 82. sed vide num. 105.
- 83 In opinionum conflictu, & su, & in Tribunalibus recep- ta est sequenda.
- 84 Supra enucleata magis con- stringunt in assistente tra- ctatu prævio, quã in man- dante, & ibidem ratio.
- 85 Contraria eliminantur fun- damenta, & primum di- ruitur ex adductis num. 65 & 71.

- 86 *Secunde obiectioni fit satis*
ex perpensis num. 63.
- 87 *Mandans quoad iuris effec-*
tus, occisor est.
- 88 *Explicantur verba Cap. r.*
de homicid: Ab alteri
meo svelles cum.
- 89 *Fictio operatur idem in casu*
ficto, ac veritas in vero.
- 89 *Immunitas in genere, non in*
specie, tuenda.
- 90 *Lex rebus imposta, nō ver-*
bis.
- 91 *Licet verba dirigantur in*
personā, obnoxius remanet
mandans in casu compre-
hensio in lege, ex rationis
identitate.
- 92 *Non semper vera distinctio*
inter verba directa in
personam, & ordinata in
rem.
- 93 *Mandans percuti clericum in-*
cidit in pœnam Cap. si
quis suadente diabolo, &
reicitur quorundam Do-
ctorum ratio.
- 94 *Eadem sunt percutere, vel*
aque delinquere in percus-
sione.
Adducitur pulebra Panormi-
tani distinctio, & numer.
95.
- 96 *Quinta obiectio, parvi mo-*
menti edocetur.
- 97 *Menochius pro Fisco allega-*
tur.
- Statutum maiorem imponens*
pœnam, quam ius commu-
ne, non comprehendit mā-
dantem; secus ubi pœna
à iure communi non de-
viat, & num. 98. ubi ra-
tio.
- 99 *Iulius Clarus declaratus.*
- 100 *Authori distinguenti credē-*
dum.
- 101 *Contentio hac renuntiatione*
rei fuit extincta, & pac-
ctum deinde fuit sicut ac-
ceptatum, & num. 102.
- 103 *Authoris circa hanc conten-*
tionem sensus.
- 104 *Similis renuntiatio refertur*
cum Senatu.
- 105 *Mandatores quando in sen-*
tentiis de nece inquisiti di-
cantur. Cum Senatu, &
num. 106.
- 107 *Assistens in homicidio sine*
armis, quando puniendus,
& qua pœna. Cum Sena-
tu.
- 108 *In sententiis fit mentio mi-*
noris atatis, quando pœna
condigna delicti minuitur;
secus verò si illa applica-
tur.
- 109 *Circumstantie, & probatio-*
nes, quæ aderant in cau-
sa memorata nu. 107. des-
cribuntur.



DECISIO XII.

I **N**ONNULLA hucuf-
que perutilia eruc-
tavimus, vt discre-
tè agnoscantur, quæ
facta vindictæ criminali non
subiunt, & quæ ab ea evadere
non merentur; sed solent mul-
tories post maleficia executa
fontes ad Ecclesiæ accurrere
asylum, & antiquitus Civitates
fuisse, & castra, quibus delictis
obnoxii confugientes, etiã
extra Ecclesiam tuerentur: col-
ligitur de Regno Neapolita-
no ex *Pragmat. 1. tit. vbi de
delicto quis conveniri debet.* De
Regno Castellæ Avendaño *in
tr. de exceptionib. n. 19.* & ge-
neraliter Carleval *de iudic. tit.
1. disput. 2. num. 847.* vidend.
Marquez *lib. 2. de Gubernat.
cap. 22.*

Aufugio isto Ecclesia, quæ
paradiso comparatur. *Can. Ec-
cles. 45. dist. 4.* flagitiosis homi-
nibus non semel repletur, quo-
rum protectionem nequit de-
ferere per legitimos tramites,
non tamen vt fiat spelunca sce-
lestarum gentium, sed vt crimi-
na pœnitentes benignè exci-
pantur; sic ex Covarrubias,

Gomez, Menochio, Gutierrez,
Bolaños, Bovadilla, multisque
aliis probat Regens Matthæus
*controvers. 7. num. 11. de re cri-
minali, & controvers. 78. pas-
sim, ac præsertim num. 137. vbi
falsitates effatur patrari pro ob-
tinendo immunitatis confu-
gio.*

Immunitatem Ecclesiæ vio-
lare nefas, imò eam pro viri-
bus defendere strenuè cuncti
tenemur, sed facinorosos reos
peræquè infectari publica sua-
det utilitas, & ne plus ab Ec-
clesia, quam eius sacre expos-
cunt prærogativæ, adiuventur.
Innumeræ scribentium circa
hanc rem evolvuntur discepta-
tiones, inveni quandam diu
fuscitatam, statimatque ad Fifi-
ci Advocati Regiæ Curie exer-
citiū, periclitantem valde
infirmum passus, & adhuc
non perfectè extra Civitatem
convalescens invitatus, & cer-
tatim invitatus accessi. Et quia
dubia mihi obiecta ad effor-
mandam allegationem impu-
lerunt, operæ pretiū habui, eã
nunc edere, prout tunc

privatim tra-
didi

P R O

FISCI PROCURATORE REGIÆ

C V R I Æ.

IN CAUSA IMMUNITATIS ECCLESIAE ALLEGATAE
per Iosephum N. agricolam Loci de Mollet.

PETRVS Duran cultor Loci de la Pera die 28. Augusti 1679. dicato festui sapiētiae, atque sanctitatis sublimis oraculi Divi Augustini, hora secunda pomeridiana in ædibus Joannis Juliæ Loci de Mollet cauponis; sedato inveniebatur animo, versutiæ experts, & omnino incermis; è contra, & armis, & calliditate supra modum onerati, & imbuti Petrus N. illius Loci de Mollet accola, & Iosephus N. duobus tormentis manualibus brevioris mensuræ, vulgò Pistolas, & insuper instrumentis ignitis, vulgò Escopetas llargas (sic vnusquisque eorum incedebat) communiti, domum aggrediuntur, & Iosephus, Petrum Duran incautum invadens, tormento manuali parvo bis, vel ter ejus caput percussit, & illicò Petrus N. simili quoque tormenti genere duos iactus in eundem Duran proiecit, ex quibus iactibus duplici vulne-

re mansit affectus, & postea optetiit, fatove cessit.

Coniectus Iosephus in carceres, immunitatis Ecclesiæ præsidio, à qua fuit avulsus, defendi conatur; & vt ab eius excludatur clypeo duo veniunt dissolvenda dubia.

PRIMUM DVBIUM.

AN DE TRACTATU IN-
ter Iosephum N. & Petrum N.
habito, de interficiendo Petrum
Duran constet, pensatis con-
iecturis inclusivis, &
exclusivis.

Inclusivæ coniecturæ impre-
sentiarū pro inducendo tra-
ctatu sunt: Prima, associatio
dicti Iosephi cum principali
ante delictum, irruentibus am-
bobus contra Petrum Duran
armatis, & vnitis. Blanc. de in-
dic. num. 125. Boss. de homicid.
num. 8. Menoch. cas. 361. nu. 32.
Farinac. q. 126. num. 190. cum

Zz seq.

seq. Giurba *conf. 2. num. 41. & 42. Thoro in compend. decis. tom. 3. verbo homicidium appensatum vers. quartò associatio cum alijs. Azevedo l. 2. tit. 23. lib. 8. recopilat. num. 3. & ex his Reg. Matthæu de re crim. contr. 20. num. 25. cui concordant hi, qui ex assistentia cum armis, si ex illa aggressor efficiatur audacior, & aggressus timidior, iudicium formant, ut videre est in relatis per Conciol. *resol. crimin. verbo tractatus resol. unica num. 10.**

- 3 Secunda, deficientia rixæ: nam nulla in casu fuit suborta, & ex hac cessatione coniecturam enasci, cum Menoch. Mascard. Farinac. Mastrill. Cabello, Giurba, probat Cortiada noster Regens, & præ nullius rubore inter omnes hac ætate maximus Jurisconsultus *decis. 98. num. 41.* ad hanc præsumptionem pertinet insultatio nullis dictis verbis, quam discretivè, & de per se annotat Conciol. *qui supra verbo tractatus resol. unica numer. 10.* & verè differt à cessatione rixæ: quia in ea solum habetur respectus ad occisum, ut appareat eum non provocasse; attamen in hac, de qua agimus, invasione absque verbis, exuberantior calliditas denotatur, & deliberatio invadentis, cum insit si-

mulatio, ex qua dolus arguitur, fundatus in obticentia, seu taciturnitate nulla verba proferendo, ut sic securius facinus præmeditatum executioni demandari possit; qua propter, in nonnullis conclusionibus Regii Criminalis Concilii, circumstantia ista proiiciendi iactus armorum nullis dictis verbis continetur, uti expressiva maioris versutix: optimè Bonden. *colluct. legal. 46. num. 67. & num. 131.* irrefragabilem coniecturam istam dicit; sequitur Matthæu *de re crimin. contr. 20. num. 18.*

4 Tertia, associatio hujus rei, & principalis post delictum cum armis. Decian. *in cap. 1. num. 66. in fine de off. delegat.* post plures Farin. *de consul. & mandat. 9. 132. num. 33. & 37. Guazzin defens. 33. cap. 11. sub numer. 2. Giurba conf. 2. num. 19. & conf. 41. num. 8. & conf. 42. numer. 6.* & cum his, & aliis Conciol. *resol. crim. 2. verbo associatio num. 7. & 8.*

5 Quarta, mala qualitas rei, cum sit de aliis criminibus notatus, foeditate, & feritate nimis pollutus: nam de mense Aprilis 1679. cum minis de occidendo extorsit duas duplas auri à Joanne Cires domorum fabro; de mense Septembris 1679. adstabat, & malignita-

ti auxiliabatur in stupro violento, commisso in personam Margaretæ Noguët clamantis, & deflentis; & homo scelestus, ac facinorosus, publicamque pacem, atque quietem infestans quamplurimum testium depositionibus ostenditur: malam autem qualitatem deliberationem animi prodere, concludunt Marsil. *in l. 1. §. Divus num. 50. ff. ad l. Cornel. de siccar.* Farinac. *conf. 193. num. 55. lib. 2. Caball. de homicid. num. 291. Giurba conf. 2. nu. 43. Matthæu de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 8. §. 8. num. 29. Cortiada decis. 98. num. 44.*

6 Quinta, ex percussione in parte periculosa, nimirum in capite, vt ex Farinac. Mastrill. Claro, Menoch. iam laudatis, tenet Cortiada *decis. 98. nu. 54.* quibus annecte, quæ de vulneribus lethalib⁹ singulari doctrina, & ornata, vt assolet edidit præclarissim⁹ Senator Don Michael de Calderò *decis. 11. num. 4.*

7 Sexta, oritur ex mendaciis circa substantialia, vt ex rei depositione *fol. 238. & 236.* dispicitur. Farin. *in praxi q. 52. nu. 18.* Baiard. *ad Clar. q. 21. num. 149.* Bossi. *in pract. crimin. tit. de indic. numer. 36. & 40.* Juliu. Chart. *decis. 87. num. 38.* Guazz. *defens. 4. cap. 14. num. 23.* Giurb.

consil. 63. numer. 30. in fin. Cortiada decis. 98. num. 58.

8 Septima, quia Josephus cepit percutere; & ad perscrutandum animum deliberatum, & tractatum investigatur quis primum properavit ad nocendum. Baiard. *ad Clar. §. homicidium num. 125.* Grammatic. *decis. 37. num. 5.* Cyriac. Niger. *contr. 126. num. 19. 20. & 21.* Farin. *quest. civil. par. 2. cap. 171. num. 14.*

9 Nam tunc promulgatum illud assertum vrget, quod cepit ab eo malitia, prout realiter extitit in origine. Caball. *cas. 231. num. 8.* cuicumque enim primam violentiam iniicienti omnis culpa tribuitur, & irrogatur. Caball. *cas. 154. num. 10.* Regens Matthæu *de re crimin. contr. 22. num. 11.*

10 Octava coniectura sit rati habitio post commissum crimen, Petrum Duran vulneratum insequendo; & ex actibus delicti approbationem consequentibus, licet non concludatur mandatum de occidendo, enascitur tamen rati habitio, quæ præmeditationis indicium facit, & mandato comparatur, etiam in delictis, vt observat Calderò *decis. 49. num. 16.* & tradiderunt Robert. *lib. 3. rer. iudic. cap. 17. fol. 56.* Farinac. *in prax. q. 1. num. 135.* Navarr. *to. 3.*

in manual. confessor. cap. 17. nu. 133. iunge tradita per Regentem Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. num. 79.* vbi de eo, qui post necem patratam cultro auriculam amputavit interfecto, ac eam gestando vociferavit ad se quoque partem pertinere.

11 Nona insurgit ex qualitate verborum, quæ protulit reus, delicto iã consummato, in passum prorumpens *Encarna no es acabat de morir.* Farinac. Marfill. Grammatic. Boss. Matthæu, Giurba desuper allegati. Cortiada *dict. decis. 98. numer. 37.*

12 Decima, inimicitia cū principali aggressore, qui prædictum Josephum perquisivit, & vocavit; sicut enim inimicitia vehemens est indicium animi deliberati. Cortiada *decis. 98. num. 42.* ita etiam convocatio ab inimico facta, contra eius socium, deliberatum animum declarat, ex notatis per Regentem Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. numer. 240.* vbi explicat qualiter amicus, & familiaris inimici mei, inimicus meus reputetur.

13 Vndecima, quia occisus inermis extabat tempore delicti. Matthæu *in nuper citato cap. 8. §. 8. n. 81. & sequenti.* Hædux coniecturæ proximè propo-

sitæ testibus singularibus dumtaxat sunt probatæ, & sic non perfectè; sufficiunt tamen ad probandū, & præbēdū adminicula cæteris, velut ex Peguera, Caballo, Novario, Grassetto, refert Calderò *decis. 45. nu. 37.*

Enuntiatas præsumptiones, 14
& coniecturas, animi deliberati ad tractatum præsumendum pariter virgere, nemo non videt, cum eisdem indiciis, & præmeditatio, & tractatus aperiantur, & promiscuè de vtraque probatione Doctores sint alloquuti, vt in supra allatis cōperies, punctim Calderò *decis. 39. num. 35.*

Coniecturæ exclusivæ tractatus in casu contentioso perpenduntur. 15
Prima, nullam constare inimicitiam præcessisse, neque causam aliquam occidēdi, ex traditis per Reg. Cortiada *decis. 98. num. 89.*

Huic coniecturæ responde- 16
ri potest; primò, contra reum retorqueri: nam quando cessante provocatione aliqua, & sine culpa præcedente homicidium voluntariè committitur, cum tunc dolus adsit, animo deliberato præsumitur perpetratū. Calderò *decis. 39. numer. 16.* Sec- 17
cundò dicitur, coniecturā hanc non minuere inductivam tractatus in reo assueto crimina

per-

perpetrare, iuxta Mastrill. *decis.* 297. *num.* 37. Berrazol. *conf.* 208. *num.* 5. Surd. *conf.* 33. *num.* 3. qui loquuntur de latrone solito homines in stratis publicis aggredi, & occidere, refert Giurb. *conf.* 51. *num.* 2.

18 Secunda, ex qualitate loci publici, vbi numerosus personarum concursus confluebat. Cortiada *d. decis.* 98. *num.* 91.

Coniectura ista à nonnullis Doctoribus est improbata, qui imò præsumunt animum deliberatum, & præmeditatum occidendi, ex eo, quod homicidium fuerit commissum in via publica prope plateam; docent Cason. *de indic. tractat.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Blanc. *eod. tract.* *num.* 200. Boff. *tit. de homicid.* *num.* 63. Menoch. *de arbitr. cas.* 361. *num.* 38. Farin. *q.* 126. *numer.* 164. & his relatis Bonden. *de iur. contr. colluct. legal.* 46. *num.* 64. & post eos Calderò *decis.* 38. *num.* II.

19 Tertia, quia Josephus solitus erat conversari in loco delicti, gratia ibi manducandi, & bibendi, de qua coniectura passim Doctores in hoc discursu allegati, conferunt Farinac. *q.* 126. *num.* 202. Archiepiscop. Roxas *decis.* 338. *num.* 7. qui ex actibus solitis præmeditationem removeri tenuerunt.

20 Reflectitur etiam contra reū

hæc ponderatio: quia frequentatio loci delicti indicium ad ipsum adstruit. Farin. *in prax.* *q.* 52. *nu.* 130. & *seq.* Giurb. *conf.* 13. *num.* II. Calderò *decis.* 41. *nu.* 38. & *num.* 57.

Quarta, ex qualitate temporis sceleris sequuti, nimirum inter secundam, & tertiam horas post meridiem. Cortiada *decis.* 98. *num.* 92. quam tamen facile diluo; ex his, quæ pro secunda cōiectura auferenda discussi.

Quintam coniecturam non laboriosè evellam; nam non se posuisse in abscondito, vel in insidiis, potius operatur homicidium non fuisse insidiosum, quam exclusionem animi deliberati evincat, vt perspicitur ex adductis per Cortiada *decis.* 98. *num.* 92.

Minus prodest reo sexta cōiectura, ex qualitate armorum desumpta: quia tempore delicti non erat miles pedester, vulgò *Miquelet*, & ideò non prodest ei consuetudo, quæ secundum aliquos non tenet, si deferuntur arma contra prohibitionem. Rolland. *conf.* 3. *nu.* 46. & *conf.* 314. *nu.* 4. *vers.* non obstat tertium. Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *num.* 39. *in addit.* & vnanimiter omnes sentiunt consuetudinem indiscretā, scilicet non restrictam ad certum
ge.

genus personarum in armorum delatione non suffragari, vt perspicitur ex laudatis per Cōciol. *verbo arma resol.* 21. de qua materia plura Nobilis Senator Don Bonaventura de Tristany *decis.* 12. à *num.* 17. p. 1. Et non remanet probatum solitum fuisse Josephum incedere armatum cum duobus tormentis manualibus, vulgò *pif-tolas*, & simul cum instrumento manuali, vulgò *escopeta llarga*, prout ibat tempore delicti; sicque non obstat Cortiada *decis.* 98. *num.* 94. vt probatur ex Mascard. *de probat. tom. 1. concl.* 98. *num.* 25. vbi præmeditati delicti animum præsumit per armorum apparatus ingentem præter morem.

25 Duæ aliæ coniecturæ enumerantur pro reo septimò, vna, & alia vltimo loco collocatæ; quæ parum ei opitulantur. Siftit septima in eo, quod non appareat de præventionem vlla Josephi ad evadendum à captura, per tradita à Cortiada *decis.* 98. à *nu.* 96. Ultimam vero depro-mittit ex bona fama rei, Regioq; seruitio ardenti affectu, atque zelo, pro quo allegat Cortiada *decis.* 98. *num.* 88. præter ab eo laudatos, alios superaddens.

26 Atverò, quæ de non facta præventionem equorum, pecuniarum, & similibus ad effugiē-

dum animum deliberatum Doctores supra relati scripserunt, exhauriunt à Mascard. *de probat. tom. 1. concl.* 98. *num.* 26. & à Menoch. *de arbitr. cas.* 360. *nu.* 45. Veruntamen hi gravissimi viri ex defectu dictarum præcautionum animum deliberatū non submovent, sed dumtaxat pro conicienda præmeditatione cautelas hæc considerant, qua propter solum ex auctoritatibus prædictis inferri valet in nostro casu coniecturam illam deesse, non tamen sequetur, ob istius præsumptionis existentiam coniecturam emergere animi deliberationi adversantem, inter quæ non leve versatur discrimen; non enim agimus de omnibus coniecturis præmeditationis hic glomerandis, sed de quibusdam, & insuper de repellendis deliberationis exclusivis.

Bonam famam deponentes testes non probant, non enim 27 adimunt probationes delictorum, ultra contentiosum, de quibus est delatus Josephus plerisque aliis testibus congestis, in genere pravum ipsius nomen eruentibus, cum exploratum tradatur, bonam famam in genere non tollere malam famam in specie. Roman. *consil.* 167. *num.* 10. *Et ibi addentes lit. O. Boss. in pract. tit. de in-*
qui-

quisit. num. 34. & seq. Peguer. decis. 17. numer. 13. & alii penes Farin. q. 47. numer. 193. nec in aliam partem inclinavit Conciol. resol. crimin. 5. verbo fama bona num. 5. cum ab eo laudatis, quando mala fama est adminiculata.

28 Superest, vt satisfaciam discursui pro rei defensione valdè concelebrato, quo solo ab omni præmeditatione, & animo occidendi alienum fuisse Iosephum intenditur; siquidè diffiteri nefas est, non liquere ipsum lethale vulnus inflixisse in Petrum Duran, imò nec eum vulnerasse, sed dumtaxat percussisse tormento manuali, vulgò *pistola*, quo instrumento si vti voluisset, consilio interimendi Petrú Duran, proiecisset utique in ipsum iactum, & arma explosisset, cum ad eum finè apta essent: ergo cū tantú dicto instrumento percusserit leviter, solum nocendi animum habuit, & non enecandi.

29 Quinimò mens dicti Iosephi evidenter fuit, quod Petrú Duran neutiquam interficeretur, dum illum vulneratum insectabatur Petrus, quem idem Iosephus detinens verba prorupit *anem, anem*, & ea non prorupisset, si de eius extinctione cogitasset, nam id celerius consequeretur præhabitum Petrum

non cohibendo.

Intuitu primo videtur obiectio ista efficax, sed maturè examinata robore caret; siquidem non negatur Iosephum propriis manibus non interfecisse, asseveratur tamen strenuè adstitisse in nece ex proposito, & præcedente cum ipso tractatu executi. Demus non tractasse suo facto occidere, nec voluisse necis executorem esse; attamen Fisco sat est ipsum conscium fuisse patrandi facinoris, & tractatu habito de assistendo in eo, revera adimplevisse, quod machinatum fuerat; si hæc concedantur à reo, pro vt fateri cogitur ex coniecturis supra discussis, de homicidio tenetur animo deliberato, & prævio tractatu admissio, cum nedum de tractatu appareat, sed etiam de nece, & assistentia in ea armorum suffragio adhibito, vt communiter conveniunt DD. nu. 37. cum ulati: non ergo insudandum est, excrutando, an ipse voluerit occidere, vel non, cum elucescat animum habuisse ex intervallo, & ante actum, tractatu prævio de assistentia præbenda homicidio postea per eius socium patrato; non enim exeusat, proferre ego nolo occidere, sed assistam tibi dum interficies, fortè quia cum tuo inimico vul-

lam

31 lam habeo iram; etenim executioni deducto homicidio per socium, alio existente cum armis, æquè omnes de nece tenentur; & hanc opinionem amplexus fuit Senatus Pedemontanus in causa Padronensis Vercellensis, qui intervenerat in homicidio inflicto in personam cuiusdam Boriolini, nã cum dictus Padronus, habito tractatu de occidendo Boriolino, illum induxisset ad cellam vinariam, nullo auxilio cooperativo ab ipso adhibito, nec percussione aliqua iniecta, sed tantum armatus assisteret, quo tempore fuit occisus Boriolinus, furcis tradendum assistentem, quamvis de occisore constaret, gravissimus ille Senatus 24. Ianuarii 1594. decrevit, vt testatur Gaspar Anthon. *The-saur. in schol. ad parrem decis. 31. num. 5.*

32 Quam decisionem extollit Thoro *in compend. decis. par. 3. pag. 77. verbo assistens homicidio committendo*, vbi meminit de casu occurso in Provincia terræ Barri, qui ita evenit: scilicet quod aliqui servientes, & familiares Baronis Loci Rotundi, enecare tractarunt Syndicũ illius Loci, venientem ex Civitate Neapolitana, & cum adessent tres viæ tendentes ad eum locum, diviserunt inter se

met

delinquentes iter præripere Syndico, vt intentum suum assequerentur; In quadam ex viis prædictis Syndicus advenit, & ibi stantes cum occiderunt, existentibus sociis armatis in aliis viis inter eos distributis pro homicidio patrando; & cum hæsitaretur, an solum illi, qui necem commisserant pœnam mortis subire deberent, an ei etiam subessent à loco delicti absentes, addicti tamẽ viis memoratis; fuit definitum ultimo supplicio afficiendos omnes esse: sanè in vtraque occisione, minus egerunt assistentes, quam Iosephus, & ex eo non fuit perpensa coniectura aliqua præmeditationis exclusiva; poterat enim dici in casu præcipuè Thesauri, quod is, qui mortuum comitaverat ad cauponam in animo necandi non erat, & nihilominus non fuit de hoc habita consideratio, nec etiam vis aliqua fuit facta in eo, quod assistentes arma non exploserant quæ habebant, sed ordinaria pœna fuerunt puniti: ergo reus qui in nostra specie percussit, licet armatus, non ob id à præmeditatione fit immunis.

33 Retraxit animum Iosephi ab occisione deficientia causæ, cū nullam haberet eam exequendi versus Petrum Duran, sed eius

eius pessima qualitas, & conditio, audacisq; animi consuetudo, procaxque ad læva, & ad delicta facilitas, intrepidus, ac crudelis pectoris, & armorum dexteritatis affectata gloria, & magna studiositas, vt formidabilis redderetur, ipsum celerrimè impulerunt ad promittendum Petro se adfuturum in nece armis instructum, vt securius, & inoffensus suam dictus Petrus expleret vindictam; & non ipse primus ad percutiendum accurrisset, nisi pro incutiendo extantibus in caupona terrore, ne maleficio obviarent, eius insultatione, & aspectu pavidi, ipsum videntes armis, & temeritate perperam munitum.

34 Nam existens armatus, dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, tamen facultatem delinquendi præbet, si delinquenti auxiliari possit, & auxiliū cooperativum tunc adhibet. *Giurba decis. 4. num. 3. & 4.* assistentia enim efficit, vt delictum habilius committatur, malefactorem audaciorē reddit, & vulneratum timidiorē; vt ex Claro, Parisio, Mascardo, evincunt Marc. Anton. Maceraten. *lib. 3. res. 5. num. 14.* Muta *decis. 68. num. 14.* quanto magis extimescentem reddit percussio, &

assistentia cum armis.

Demirari non desino de inductione, quæ pro reo adducitur circa illa verba post maleficio prolata in aggressum, *encara no es acabat de morir,* adiciendo, quod suscepto per brachium Petro, ei dixerit Josephus, *anem, anem;* vnde trahere conantur de cæde Petri Duran hunc reum non cogitasse, imò illam impedire voluisse; nam nemo erit, qui priorem clausulam non intelligat de mente Iosephi, putantis ante repertum Petrum Duran, cum iam fuisse extinctum, vel de proximo interiturum: nihil igitur favorabile inde derivatur, ex eo, quod hac ductus cogitatione sic proloquutus fuerit; plus enim dicunt Doctores, quod qui armatum se exhibet homicidii actui assistens, quamvis dissuadeat ne fiat insultus, adhuc opem ferre monstratur, ex quo adversariū facit timidiorē, & aggredientem animosiorē. *Natta caus. 438. num. 3.* ex Felino post *Speculat. cap. sicut dignum de homicid. Maceraten. d. lib. 3. res. 5. num. 17.*

Indubitati namque est iuris, quod si probatus sit insultus alicuius, vt hic, vna cum alio, quorum quilibet habebat arma offensilia, inducitur terror,

absque eo quod alter ex illis, armis vsus fuerit, imò et si arma fuerint deposita *l. 1. & ibi glos. §. armati ff. de vi, & vi armata*, præsertim si adhuc illis uti possit. *Alexand. conf. 98. lib. 3. num. 3.* vbi quod metus ille non dicitur purgatus stante tēporis vicinitate, ad intentum *Giurba conf. 4. num. 3.* *Spezell. decis. 64. num. 4. par. 1.* post *Anton. Gomez, Mascard. Angel. Carrerium, Riminald. iuniorē, & alios*, qui vniformiter propugnant stantem armatum delinquenti, puniri eadem pœna, qua punitur delinquens, et si nullum fecerit actum, nec manus ad arma posuerit, neque illa evaginaverit, & firmatum invenies *infra num. 73.* Hoc medio quidam reus à pœna ordinaria eximi conabatur, dum nitēbatur potuisse pluries vulnerare, & nihil tale fecisse, sicq; animum occidendi dimoveri, ex *Bosli. ac Farinacio congestis per Bondenium colluct. 46. num. 79.* qui *num. 80.* signa duplicentiæ sequuti homicidii percurrit cum *Cæpola, Grammatico, Vermigliolo, & nihilominus vltimam pertulit, prædicta allegans, vltionem.*

38 Ex verbis *anem, anem*, nihil aliud colligo, quam voluisse *Josephum* associare post delictum, *Petrum*, cui assistebat ar-

matus in homicidio; quo casu associatio, scientiæ, & doli argumenta, & pœnæ gravitatem auget, ex citatis per *Concilium resol. crimin. vnic. verbo assistentia num. 6.* & monui supra *num. 4.*

Dubitationi ergo locus non videtur relinqui, in animi deliberati probatione, ex tot coniecturis eam suadentibus, aliis subversis præmeditationem excludentibus, quæ apprimè ad hanc causam vrgent, cum pro qualitate, quam suscitatur, & quærimus, semiplena tantum probatio sufficiat, ex latè probatis per *Cortiada decis. 21. à numer. 96.* alios addit *Regens Matthæu de re crim. cōtr. 7. n. 6.*

SECUNDVM DVBIVM.

AN IOSEPHVS, TAMETSI prævio tractatu de occidendo percussit absque vulnere, & confestim adstiterit armatus cum tormentis manualib⁹ parvæ mensuræ, vulgò pistolas, dum Petrus iactus instrumenti eiusdem generis proiiciebat cōtra Petrum Duran, ex quibus iactibus mors sequuta fuit, gaudere nihilominus debeat immunitate Ecclesiæ?

PRO hac difficultate enodanda aliquæ sunt quæstiones

nes discutiendæ , quæ ex iisdem principiis, atque iuris fundamentis veniunt dimetiendæ, & determinandæ , & omnes Doctorum profectò gravium contrariis diffiniuntur sententiis.

41 Prima celebris illa disputatio occurrit: an mandans insidiosè occidi alterum , ab immunitate excludatur , post sequutum effectum? Cui valde similis , & quasi appendix illa alia est: an mandans alicui, vt existentem in Ecclesia occidat, vel vulneret, sive mandatum detur in Ecclesia, sive extra illam, patrato scelere, immunitate perfruat?

42 Tertia, & peculiarior nostræ hypothesis ea suscitatur; num consulentes, associantes, & auxiliatores in homicidio proditorio, etiam si verbis, armis, & præsentia audaciorem reddant principalem, & cum eo præierit tractatus, immunitate adiuventur?

43 Pendent , vt præmonui, ex eisdem regulis colluctationes præmissæ; nam in cunctis nihil aliud quærimus, nisi an ille, qui suis manibus, suoque facto nō occidit, iuris tamen interpretatione pro occisore habetur, immunitate eatenus sit privandus, ac si armis propriis interfecisset? Etenim Doctores sen-

tientes eum , qui per alium facit, & iuris expositione pro enecatore reputatur, ab immunitate evelli; mandantem homicidium insidiosum , vel in Ecclesia perpetrandum, & auxiliantem in nece, concilio prævio , admissa, ab immunitate similiter secludunt; & è contra, qui edocent facientem per aliū, & iuris dumtaxat interpretatione, pro interfectore habitū, immunitate adiuvari, strenuè quoque tenent eam suffragari mandantibus, consulentibus, & auxiliatoribus.

Mens, & scopus est, attento 44 iure communi , quicquid sit perspecta Gregoriana Constitutione disquirere; an mādātes proditoriè occidi, vel præcedēte tractatu, sive mandent occidi in Ecclesia, sive extra, & præcipuè, an assistentes armati in nece, prævio cum ipsis tractatu, inflicta, ab immunitate arceantur.

Pugnantes reperio circa istos articulos Authorum sententias: prima est affirmans, quæ defendit mandantem, vt occidatur proximus per insidias, vel positivas, vel negativas, nō privari immunitate, & in ea resident Homobon. *in examin. par. 2. pag. 325. Vincent. Tancredin. de religion. tract. 1. lib. 4.*

Aaa 2 disp.

- disp. 8. q. 5. num. 24. fol. 139. Petrus Paulus Guazzin tract. moral. defen. lib. 2. def. 1. cap. 14. nu. 20. & 27. Carena de off. Sanct. Inquis. p. 2. tit. 12. nu. 269. Thomas Sanchez consilior. to. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 9. num. 3. & his citatis Hyppol. Grasset. in anatomice necis proditor. §. 20. num. 3. addendus Pignatell. consult. 93.*
- 46 Fundamenta sunt quia, *Cap. 1. de homicid. & Gregoriana* vtuntur verbo *occiderit*, & *occiderunt*; nomine autem occidentis, asseverant non venire in odiosis mandantem occidi, sed solum occisionis executorem. Cardinal. Lugo *conf. lib. 4. dubit. 47. num. 4.* Eo quia est instrumentum mandantis, & manus exequens mandatum, & hæc manus verè, & sine metaphora occidit propriis manibus, & propterea verè, & propriè homicida est. Grassis *de casib. reservat. lib. 1. cap. 14. nu. 30. & num. 66.* Pignatell. *dict. consult. 93.*
- 48 Secundò quia nos id, quod per alium facimus censetur facere per nos ipsos, non propriè, & physicè. Thomas Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 49. num. 2.* sed moraliter, & virtualiter. Caramuel. *in theolog. fundament. num. 1283. & 1299.* & ex hominum existimatione, ac imputatione. Tancredin. *cit. pag. 139. num. 24. disp. 8. q. 5. lib. 4.* & per translationem, seu metaphoram. Avila *de censur. p. 2. cap. 5. disp. 3. num. 2.* & impropriè, iurisque fictione, & interpretatione; quæ in pœnis nō 49 habet locum, nisi ab ipso iure facta sit extensio. Castr. Pal. *disp. vnic. de rever. debit. locis sac. punct. 9. numer. 17.* Thomas del Bene *de immunit. cap. 16. dub. 19. ses. 8. numer. 8.* Jordan. Graff. & Altonius laudati per Grasset. *d. §. 20. num. 7.* Capic. *disceptat. 42. nu. 3. tom. 1.* Quandoquidem moralis influxus, & per modum causæ principalis, reos facit homicidii proditorii; nō tamen de facto verè, & realiter occisores constituit per actionē physicam. Grasset. *post alios d. §. 20. num. 10.*
- Quibus accedit, quod mandans, & faciens in iure sumuntur vt diversa; adducti per Grasset. *d. §. 20. num. 7. vers. Et mandans.* 51
- Tertiò quia, in pœnalibus, præcipuè in privatione immunitatis Ecclesiæ, cum tractetur de ipsius præiudicio, non sufficit æquiparatio, sed requiritur identitas. Castr. Pal. Thomas del Bene, & Guazzin qui supra Diana *par. 6. nu. 1. resol. 26. q. 11.* qui etiam statuunt, in hac materia non valere argumentum à 52 paritate, seu maioriatae rationis, 53

- nis, & quod non fit extensio de casu ad casum. Carol. Maranta *respons.* 46. num. 23. p. 2.
- 54 Quartò quia, verba *Cap. 1. de homicid. & Bullæ Gregorianæ* non sunt scripta in rem, dicendo privari immunitate occisionem proditoriam, sed diriguntur in personam, ibi: *Si quis occiderit, & qui occiderint,* & hoc casu non comprehenditur mandans. Guazzin. Tancredin. Sanch. Pignatell. supra relati.
- 55 Quintò: nam licet mandatū de occidendo mereatur pœnā privationis immunitatis, & maiorem; attamen imposita nō fuit, nec iure antiquo, nec Gregoriana; ergo ipsi opitulatur regula generalis, vt debeat immunitate gaudere, cum non inveniatur exceptum, ex traditis per Diana p. 6. tract. 1. resol. 26. q. 14. cum diversa sint esse indignum, & esse privatum immunitate. Passerin. tract. de pollut. Eccles. disp. 5. cap. 43. numer. 5.
- 56 Ex hismet rationibus depromit Grasset. sæpè citatus nu. 5, mandanti aliquem occidi, vel mutilari in Ecclesia, sive mandatum detur in ecclesia, sive extra, non denegari immunitatem: quia verè, & propriè non occidit in ecclesia; & ante eum eidem placito assentiuntur Castr. Pal. disp. unic. de re-
- ver. debit. loco sacro punct. 9. num. 17. Diana p. 6. tract. 1. resol. 7. §. unum mihi, & p. 1. de immunit. Eccles. resol. 10. Gambacurt. lib. 5. c. 25. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 7. fol. 55. & alii penes Grasset. quibus concordat Capon. discep. forens. 42. tom. 1.*
- Pariformiter supra expressis 57 argumentis permoti Grassettus qui supra à num. 15. & alii per eum collaudati, ad occisionem proditoriam positivè concurrentibus per causalitatem solum moralem, quæcumque illa sit, cuiusmodi tradit esse associantes, etsi verbis, & præsentia audaciorem reddant principalem ad occidendum, esto hi dicantur maleficio præstare auxilium, sicut stantes armati in loco maleficii, & vtrique eadē pœna puniantur, qua principalis delinquens, istis namque omnibus ecclesiam suffragari propugnat: quoniam physicè, & immediatè non attingunt effectum necis, sed moraliter tantum, vel interpretativè, solo influxu causalitatis; & in re odiosa, qualis est amissio immunitatis, requiritur plena, & perfecta denominatio proditorii, quæ convenit soli executori per liberam actionem suis manibus; & pro hac opinione confirmanda attulit Bonacina

tom.3.de cens.in particular.disp. 2.q.3.punct.16. §. 8. num.1. vbi statuit, quando dicitur proditorie occidentes non gaudere immunitate, intelligi de illis qui per se ipsos proditorie occidunt, & annuere etiam dicit Diana par.6.num.5.resol.12. ad fin.

58 Vides ergo quomodo tres illæ quæstiones à me enarratæ in limine istius secundi dubii, eisdem nitantur rationibus, & argumentis, & vnico sistant puncto, videlicet: vtrum ad deperdendam immunitatem requiratur vt quis physicè, sive suis manibus, nulla subortariæ, occidat; an verò sufficiat, quod ex legis interpretatione pro occisore habeatur, itaut eadem ipse pœna afficiatur, qua principalis.

59 Pro negativa opinione concludenti, quod mandans insidiosè alterum occidi, immunitate ecclesiæ non tueatur, resolvunt Franc. Suarez *tom.1. de relig.lib.3.cap.11.n. 16.* Layman *lib.4. tract.9. cap.3. num.9.* Fagundez *in 2. eccles. præcep. lib.4.cap.4. nu.46.* Perlicus *de præcipuo sacerdotis offic. lib.1.cap.9 num.111. fol.360.* addendi Azor *inst. moral. par.2.lib.9. de quarto decalog. præcept. cap.10.q.14.* in specie mandati dolosi, quando quis mandatum exequitur

necessitate iuris, vt seruus iussu domini Trullench *in exposit. ad decalog. lib.1. cap.11. dub.3.* nec discedit à Suarez Ernicus Pirhing. *ad ius canonicum, seu libros decretal. tom.3. tit.49. sect. 1.num.25.*

Opinionem verò negantem, 60 mandantem homicidium, mutilationem, aut vulnus patrari in ecclesia, etiam si mandatum detur extra ecclesiam, gaudere immunitate, sicque non requiri, quod physicè, & manibus delinquentis homicidium efficiatur, amplectuntur Villalobos *in summ. to.2. tract.39. diff. 7.num.9. in fin.* tractans de mandante aliquem extrahi ab ecclesia, vt occidatur, mutiletur, vel graviter vulneretur. Decian. *tract. crim. lib.6. cap.18. numer.7.* Italia *de immun. eccles. lib.1. cap. 5. §.3. num.49.* Farin. *de immun. eccles. num.230.* Peregrin. *de immun. eccles. cap.6. num.36.* Gambacurt. *de immun. eccles. lib.5. cap.25.* Layman *lib.4. tit.9. cap. 3.num.6.* Phæbus *post tom.2. decisum tradens arresto 185.* Thoro *in compend. decis. p.3. sect. 1. verbo immunitate ecclesiastica col. 2. in fin.* quos, reprobatis contrariis sequutus fuit Regens Cortiada *decis. 114. à n.12. & decis. 115. à num.9.* adiungendus Mendo *de iure academico lib.3. q.31. num. 339. & in epitome*

- me opinionum moralium tit. ecclesia, & eius immunitas n.3. & intrepidè, ac perdoctè tractavit Bardi in comment. ad regul. iur. canon. in 6. regul. 72. qui per alium facit cap. 12.*
- 61 Propalemus amodò duarum negantium, vt præhabetur, opinionum rationes, & solida fulcimina. Primum sit, quia qui per aliū facit, per se ipsum facere videtur. *Cap. per alium 72. de regul. iur. in 6. Barbosa cum textuum, & Doctorum copia*
- 62 *axiom. iur. 92. num. 1.* quæ regula obtinet etiam inter mandantem, & mandatariū, nam ille operando per mandatariū per se videtur operari: ex adductis per eundem Barbosa qui proximè cum Anton. Gomez *var. tom. 3. cap. 3. num. 39.*
- 63 Vigetque in pœnalibus, itaut statutum puniens facientē delictum, extendatur in mandantem, cum lex quantumcunque pœnalis, & odiosa loquens in vno ex correlativis, extenditur ad reliqua, maximè quando eadem militat ratio in vtroque, terminanter Farinac. *conf. 85. nu. 74.* eum Everardo, Blasio, Deciano, & amplius *nu. 76.* affirmat Farin. diciturum prædictum verificari quando viget eadem, vel maior ratio, arguendo à minori ad maius; & maiorem rationem inesse mandanti, quam mandatario, probat authoritate Salvatoris Domini Nostri Iesu Christi *Ioan. cap. 19.* vbi dixit Pilato, qui eum morti condemnavit: *qui me tradidit tibi, maius peccatum habet;* & plurimis aliis roborat testimoniis, possetque facundius ornari, si instituti esset, & non faterentur adversæ sententiæ Sectatores scœdius, & gravius esse delictum mandantis, quam mandatarii; sequitur Sanfelice. *lib. 1. decis. 36.* vnde generaliter circumfertur correlativa eodē iure ceteri. Carleval. *de iud. tit. 1. disput. 3. numer. 4. & tit. 2. disp. 8. num. 23.* Castillo *tom. 6. contr. cap. 137. Mieres 1. p. q. 1. n. 344.* Gonzal. *in regul. glos. 30. num. 12.* Solorzan. *de iur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 21. num. 3.* Vela *dissert. 39. num. 35.* iterum Solorzan. *lib. 3. politic. cap. 23. à princip.* Menoch. *lib. 6. presumpt. 12.*
- 64 Secundò, quia in hac immunitatis materia, etiam pro ea repellenda, licet arguere de casu non expresso ad enarratum, per naturalem comprehensionem, nec tunc est opus vlla extensione. Cutell. *de prisca, & recent. eccles. libert. lib. 1. q. 19. nu. 13.* & valet illatum à diversis, si ratio legis locum habet in vtroque diverso; nam extensio quæ fit de vno ad aliud, quam
- 65

66 quamvis in lege non expressú, non est pura extensio, sed comprehensio, quod sane militat etiam in materia odiosa. Panormit. *in cap. fin. num. 10. de rescript. Gomez var. 1. cap. 5. num. 11. Gutierrez in quæst. canon. cap. 10. num. 3. Sylvester verbo lex. q. 10. Covarrub. in cap. alma mater 2. p. §. 4. nu. 7. vers. secundò. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 43. num. 4. & his, aliisque relatis punctim Bardi in commentar. ad regul. iur. canon. in 6. reg. 72. num. 80. adde Hermosilla ad l. 8. glos. 1. à nu. 2. tit. 3. part. 5. qui docet extensionem fieri de similibus ad similes casus, etiam in exorbitanti, vel pœnali, vbi eadem, vel maior ratio vrget ex Bartolo, Paulo, & aliis dicentibus, si leges, vel statuta expressè prohiberēt extensionem ad alios casus, debere intelligi de casibus dissimilibus, non de similibus, vbi eadem, vel maior militat ratio, & longa Doctorum serie Hermosilla comprobat, sicut etiam hæc verificari, nedum de casu ad casum, sed, & quoque de persona ad personam; magistraliter Vicecancellar. Don Christoph. Crespi observ. 1. à num. 10. vbi de variis interpretationibus, generali, speciali, necessaria, probabili, declaratoria, significativa, extensiva,*

restrictiva eximiè egit doctrina, ac Doctoribus adeo illustrans, vt nihil addi possit.

His accedit, quod in subiecto themate immunitatis non tam litteræ est hærendum, vt intelligentiæ, & interpretationes prorsus tollantur, etiam ad privandum immunitate, vt cum pluribus in suo casu probat Cutell. *de immunit. lib. 1. q. 2. à num. 5.* refellens confugium illud nonnullorum, non est in bulla expressum, ergo remanet in regula favorabili: Nam semper cavendum est intra eosdē cancellos immunitatis, nequid deforme, aut absurdum enuntietur, qualiter esset si paria delicta æquali pœna non punirentur, quod omni iure est exosum, civili, & canonico *l. nihil interest ff. de adult. Cap. non afferamus 24. q. 1. & ex his, ac aliis iuribus cum Doctorum ornatu Barbosa axiomat. iur. 68. n. 3. connumerandi Carlev. de iudic. tit. 3. disput. 3. num. 3. in fin. Gregor. Lop. in princ. p. 7. glos. 4. & in proem. tit. 31. p. 7. & in l. 4. glos. 4. tit. 1. par. 7. Reg. Mathæu de re crimin. contro. 36. num. 4. in fin. at mandans equalem culpam, imò maiorem habet, quam mandatarius, vt nemo negat, & qui per mandatarium facit, per se ipsum facere videtur, ex discussis num. 61.*

Suarez, & sui sequaces recensiti, & latissimè Bardi qui sup.

70 Ergo ne eadem ratione militante diverso iure casus censentur, & ne legum, vel canonum interpretationes iustè avertantur, & ad vitanda absurda, & dissona inconuenientia, & vt iura iuribus concordentur, neve vnico comprehensa principio diversimodè resoluantur; fateri cogimur mandantem æquè, vt mandatariū immunitate privari, pro vt ita pluries argumentatur Cutell. qui supra non paucos laudans, & in nostris terminis Bardi *d. reg. 72. num. 83.* asserens ex contraria sententia sequi mandantem fore liberandum, mandatarium verò condemnandum ob idē delictum; & æqualem, imò diriorē culpā, si ambo ad ecclesiam se recepissent, res equidem rectæ rationi dissentanea.

71 Tertiò quia, & augetur vis rationis antecedentis, homicidæ non solum sunt, qui suis manib⁹ homines occidunt, sed etiam, & imò potius hi per quorum consilium, fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Diuus Augustinus relatus *in cap. perniciosè 23. de penitent. distinct. 1.* cuius verba transferibit, & extollit Marius Cutell. *de immunit. lib. 1.*

9. 10. & quod verè mandans dicatur occidere, elicitur ex claro textu *in cap. mulieres 6. §. illa verò de sentent. excom. ibi: Cum is committat verè, cuius autoritate, & mandato delictum probatur;* & idem hauritur *ex cap. si quis 23. q. 8.* Igitur sicut occidenti physicè immunitas non suffragatur; ita neq; mandanti: vnde profluit quod mandans, & mandatarius vnum dicantur perpetrare facinus. Mastril. *de indult. cap. 29. num. 14.* Danza *in pugna Doctor. tom. 3. tit. de indic. cap. 9. num. 11.* & his, & aliis congestis Maiorana *in opopraxi crim. cap. 8. num. 98.*

72 Sequitur ex soliditate rationum pro hac negante opinione expressarum, tenendo, mandantem occidi aliquem proditoricè, seu in ecclesia, seu extra eam non gaudere immunitate: non requiri, vt aliquis ea priuetur, quod suis occidat manibus, sed satis esse, quod occidat mandando, vel consulendo, & hæc fortiùs vrgent in Cathalonia respectu assistentis cum armis maleficio, audaciorē reddendo delinquentem, tractatu præcedente de occidendo: nam, & hic non solum eadē pœna punitur, qua principalis, prout ex Farinac. Peguera, Ciarlino, Caballo, &

aliis peracutè tradit Regius Senator Don Michael Calderò *decif. 40. n. 26.* & passim, quamvis physicè, & manibus suis non peremerit, sed etiam immunitate privatur, vt convincent decisiones sequentes.

74 Altera fuit prolata per Cancellarium Agullana, Consultoribus Çalba de Vallseca, Bonet, & Soler 4. Iulii 1607. occasione immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Bernardi Torrent, extracti ab Ecclesia Sæcti Petri de Casferriis, delati de nece proditoriè perpetrata cum aliis in personas Onuphrii Mas, & Iacobi Mas fratrum, de qua Cortiada *decif. 96. num. 2.*

75 Similis per Cancellarium Puigmari, Consultoribus Ferrer, Astor, Bonet, Rollan, Roca, Carreras, & Aguilò 24. Ianuarii 1624. in factò immunitatis Ecclesiæ allegatæ in personam Pauli Riera Commisfarii Domini qui dicitur Villæ de Centellas, extracti ab Ecclesia, seu capella Beatæ Mariæ del Socòs dictæ Villæ, delati de nece à tergo, & proditoriè in personam Michaelis Bafons, vna cum aliis perpetrata iactibus tormentorum manualium. Cortiada *decif. 96. num. 26.*

76 Similis per eundem Can-

cellarium Puigmari, Consultoribus Magarola, Roca, Carreras, & Aguilò 28. Febr. 1625. in casu immunitatis ecclesiæ allegatæ in personam Michaelis Torrents, extracti ab Hospitali Civitatis Barcinonæ, delati de nece proditoriè, vna cum aliis perpetrata iactibus tormentorum manualium in itinere Regio, per quod itur à Villa Oloti ad Civitatem Vici, in personam Gabrielis Torrents patru sui.

Denique novissimè per nostrum eruditione, & virtutum dotibus excelsè præditum, Illustrem, & Reverendum Cancellarium D. Olegarium Monserrat fuit canonizatum die 2. Septembris 1683. Consultoribus Anglafell, Magarola, & Colomer, in causa immunitatis allegatæ per Margaretam N. delatam de nece proditoriè, appensatè, & animo deliberato perpetrata diversis iactibus pugionis, in personam Magini Servià lanæ paratoris Villæ de Palau Tordera.

Hucusque recensita exemplaria excluderunt fontes ab ecclesiæ immunitate, & sunt in terminis reorum, qui suis manibus, & factò non occiderunt, sed tractatu prævio adstiterunt in homicidio, quod manifestè detegitur; quia quando in conclu-

clufionibus agitur de occifo-
re, vel puniendo, vel immuni-
tate privando, non dicitur fo-
lum reos inculpatoſe eſſe de ne-
ce perpetrata, nec exprimitur
tantum delatoſe eſſe de nece,
vna cum aliis commiſſa; ſed am-
plius explicatur dicendo: *de-*
79 *latos eſſe de nece per ipſos per-*
petrata, & vna cū alijs: Secūſ
verò quando iudicavit Senatus
cōtra participes tractatus, &
neci aſſiſtentes, non tamen exe-
quendo: nam tunc verba *per*
eum nequeunt poni, nec ſcri-
buntur, vt videre eſt in caſibus
memoratis per Cortiada *decif.*
98. *nu.* 19. *decifis* 7. Martii 1603.
in Regio Criminali Concilio,
& 12. Julii 1605. vbi de con-
demnatis ad pœnam ordina-
riam, & vſi fuerunt domini
verbis illis: *Delatum de necibus*
vna cum alijs appenſatè perpe-
80 *tratis*. Diſſimilia refert *decif.*
96. *num.* 45. veluti in definito
de anno 1634. & *num.* 47 de ca-
ſu *decifo* 3. Novembris 1638.
& *num.* 55. de delicto punito die
2. Decembris 1638. in quibus
occifoſe declarantur, vel ex-
preſſè, vel cum clauſula *de ne-*
ce per eum vna cum alijs pro-
ditoriè perpetrata.

81 In ſpecie contentionis ad-
ſunt exemplaria quæ ſequun-
tur: nempè *decifum* 8. Novem-
bris 1633. in facto immunitatis

eccleſiæ allegatæ in perſonam
Valentini Coſcò, delati de ne-
cibus per eum vna cum alijs
appenſatè perpetratis, in per-
ſonas Jacobi Llors, Ludovici
Coriactibus tormentorum ma-
nualium, de quo Cortiada *de-*
ciſ. 98. *num.* 12. vbi etiam de ca-
ſu 27. Junii 1627. terminato, oc-
caſione immunitatis allegatæ
in perſonam Hyacinthi Pon-
tons, delati de nece appenſa-
tè, & proditoriè per eum vna
cum alio perpetrata iactu tor-
menti manualis, in perſonam
Ioannis Roig; qui alia videre
cupiat, adeat eundem Cortia-
da in citatis deciſionibus, &
decif. 95. *num.* 32. E contra verò
præmeditata omiſſio verborum
per eum perpetrata, obſervatur
in exemplaribus à *num.* 74. ad-
ductis.

82 Dignoscitur igitur ex præ-
iactis exemplaribus, & deciſio-
nibus, tam Senatus, quam Ad-
modum Illuſtris, & Reverendi
Cancellarii, quod diſcrimen
conſtituunt inter caſus, in qui-
bus iudicant contra occifoſe
phyſicos, & caſus quibus ius
dicunt contra eos, quos vel oc-
cidiffe ignoratur, vel non ene-
caſſe conſtat, ſed tractatu præ-
vio, & appenſatè aſſiſtunt ho-
micidio; nam quando contra
occifoſem ius dicunt, verba
illa apponunt *de nece per ipſum*

perpetrata; si verò de eo qui non occiderit cognoscât, verba illa *per eum* prætermittunt; atqui in casibus à *num. 74.* recitatis, non legitur clausula *per eum*, & ab immunitate fuerunt rei repulsi: ergo evidens est, quod apud nos in declarationibus Admodum Reverendi Cancellarii, assistentes in homicidio appensato, præcedente cum ipsis tractatu de occidendo, ab immunitate excluduntur; & quidem inficiari nõ potest, in casu Margarete N. de quo *num. 77.* factum eius in homicidio non intervenisse, sed indicia adulterii, & consensus in nece viri commissa, extante vxore domi suæ, vbi scelus accidit, quod postea operire laboravit, cadaver obtegendo intus saccam lanariam, ex qua participatione, orta ex consensu in cæde viri, absque vllò auxilio cooperativo, de nece, & non de consensu in nece vxor tenetur, vt benè advertit Calderò *d. decis. 50. num. 27.* studiosè declaratum ita fuisse notans in eodem casu Margarete.

83 Quamobrem dubitationi iam locus non relinquitur circa difficultatem propositam, sed absque hæsitatione privandus est reus immunitate, cum tritum sit, quod in conflictu opinionum ea sequenda sit, quæ

fuerit vsu, & stylo approbata, & recepta in Tribunalibus, vt cum Gratiano, Cevallos, Barrio, Sesse, Portoles, Péguera, Xammar, Fontanella, observat Cortiada *decis. 24. à nu. 41. & num. 43.* tradit idem esse in materia immunitatis ecclesiasticæ, copiosa allegatione innixus.

84 Et non omittam plus vrgere supra enucleata, in terminis assistentiũ, tractatu præcedente, in homicidio appensatè inflictò, quam vim facerent in specie mandati: quia in illo genere homicidii omnes, qui interveniunt, etsi non occidant, non solum puniuntur vt occisores, sed etiam in conclusionibus, vt vidisti, homicidæ constituuntur, per illa verba *delati, & inculpati de nece*; atverò mandatores, in conclusionibus Regii Concilii non tractantur vt homicidæ, sed solum dicuntur, *delati, & inculpati de mandato in nece*, vt comperies in exemplaribus expressis per Cortiada *decis. 95. num. 32. & 34.* Igitur non solum favet Fisco in hac causa opinio tenentium, mandanti, vti vero homicidæ denegari immunitatem, sed, & magis suffragatur observantia nostri Principatus, qua in sententiis contentionum, & nostri

stri Regii Concilii puniuntur tanquam homicidæ, vti imputatos de nece, eos plectendo; aliud faciendo respectu mandantium.

85 Perveniamus illicò ad argumenta contraria dissolvenda: Ad primum, quatenus nititur nomine occidentis non venire in odiosis mandantem; Respondetur, veriùs esse oppositum, quando viget eadē, vel maior ratio, vt ostendi *num. 71.* vel quando vterque cadit sub statuto, vel lege per comprehensionem, vel ex identitate rationis, vt fundavi *num. 65.*

86 Secundæ obiectioni, quæ suadet, nos, id quod per alium facimus, censeri facere per nos ipsos, non propriè, & physicè, sed ex hominum imputatione, seu impropiè, iurisque interpretatione, quæ in pœnis fertur non habere locū, nisi quando ab ipso iure facta sit extensio; satisfacio, ex his quæ stabilivi *num. 63.* vbi de explicacione huius regulæ, & quod obtineat etiam in pœnalibus, & odiosis, arguendo à maiortate, vel paritate rationis, non ope extensionis, vt argumentum disquirat, sed vi comprehensionis, quæ in visceribus legis inest, & ipsius dispositio appellatur, cū hoc modo iura iuribus declarētur, & expellan-

tur absurda, de quibus *num. 69.* Additur his, mandantem quoad iuris effectus verè dici occidere, vt continetur *num. 71.* relictis ambagibus, & subtilibus scrupulositatibus, & sic diversitas personarum, quæ inter facientem, & mandantem concipitur, potius intellectualis est, quam realis, si pœnas, & alios effectus cernamus; nec interpretationes Doctorum sunt ab hoc instituto alienæ, vel cōtemnendæ, vt litteræ stemus, sicut admonui *num. 68.* & clariùs evincit sensus litteralis nostri *cap. 1. de homicid.* vbi verba illa: *ab altari meo evelles eum,* quidam intellexerunt de solo clerico homicida, & sanè in cortice ita accipi deberet, cum clerici peculiariter altari sint mancipati, & graviùs laicis peccēt, in tanti, tamque sacri ordinis dedecus, cuiusmodi interpretantur Panormitan. *ad d. cap. 1.* Albertus, Decianus, Sarpus relati per Bovadill. *in politic. lib. 2. cap. 14. num. 34.* alii verò verba præiacta declararunt generaliter, & loquuntur de laicis, & clericis, citati per Barbofa, & Gonzalez Tellez *ad d. cap. 1.* quò pertinet ex abundantanti trita conclusio dictans, quod fictio operatur idem in casu ficto, ac veritas in vero. Gom. *l. 9. Tauri. num. 60. & 61.* Gutier. *lib. 1.*

87

88

lib.1. pract. q. 122. Gonzal. in regul. glos. 51. à num. 26. Vela dissert. 6. num. 10. Jul. Capon. tom.3. disceptat. 139. vbi an, & quando veram solutionē operetur.

89 Ad tertium, vbi duo dicuntur, nempe privationem immunitatis esse ecclesiæ præiudicialem, & in hac materia nō valere argumentum à paritate rationis; Responso patenter accommodatur ex doctrina Cardinal. Luca *par. 4. lib. 14. Miscellan. eccles. discurs. 2. per tot.* quem litteraliter transcripsit, etsi impugnans Nobilis, & eruditus Senator Bonaventura de Tristany *decis. 10. à num. 94.* eo namque in loco ingeniosissimus Cardinalis optimè prorumpit non esse amplectendum ecclesiasticorū, præsertim moralium zelum, vt in dubio pro immunitate respondendum sit, rationem reddens: quoniam in concursu boni publici, & privati, primum præferri debet, & in dubio pro eo responderi; & inferiùs quod substantia, seu competentia in genere in nulla quæstione sit, sed in controversia de casibus exceptis tractetur solum de favore privati criminosi, quem non respexerunt, imò despexerunt Sacri Canones; & postea concludit, quod immunitas in ge-

nerere tuenda est, ne temerè spernatur, non verò in specie tutela aggressorum est confo-
venda, ne delicta iterentur cū bonorum ruina, pessimorum excrecente malitia, & audacia, Reipublicæ perturbatione, & ipsiusmet immunitatis præiudicio; qua propter vult sanctiùs, & cōmodabiliùs videri, vt in dubio, quo magis fieri possit, pro immunitatis exclusione, & pro publico favore, ac contra delinquentes arbitrium dirigatur.

90 Insuper docet idem Cardinalis, legem non verbis impositam esse, sed rebus, ideoque non verborum formalitatem attendi debere, sed substantiā veritatis, & finem, & effectum ob quē lex providit, indagando potius substantiam voluntatis legislatoris, quam grammaticalem significationē verborum legis; & hisce diluo, quæ de non admittendo argumento à paritate rationis obiciebantur, & etiam enervantur ex latè exaratis à *num. 68.* vbi probavi, pro excludenda immunitate arguere licere à maiori-
te, vel paritate rationis, & locum habere comprehensionē, & pro vitando absurdo, & inconvenienti data rationis identitate, nec esse certum vulgare illud proloquium: non est in
bulla

bullæ expressum; ergo remanet in regula favorabili.

91 Non remoratur quartum argumentum, expendens verba *cap. 1. de homicid.* non esse scripta in rem, dicendo privari immunitate occisionem proditoriam, sed dirigi in personam sub hoc contextu: *si quis per industriam occiderit proximum suum, vel per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur, & hoc casu non comprehendendi, aiunt, mandantem; sed à veritate deviat sententia ista, quando versamur in casu, pro- ut hic, comprehenso in lege, ex rationis identitate, ut superiora convincunt à num. 63. nec* 92 *perpetuò est vera prædicta distinctio, ut probat mihi cap. 29. 17. q. 4. ibi: Si quis suadente diabolo huius sacrilegii crimen incurrerit, quod in clericum, vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat: huius textus occasione investigant interpretes, an mandans percuti clericum, incidat in pœnam in dicto text. impertitam, & in eam incurrere, affirmarunt Avila de censur. 2. p. disp. 3. dub. 2 Sayrus de censuris lib. 3. cap. 15. num. 10. Grassus de effect. cleric. effect. 9. à num. 16. Coninch. de sacram. & cens. tom. 2. disp. 15. num. 27. cum seq. Farin. in prax.*

crim. p. 5. q. 129. num. 57. Belletus disquisition. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum canonis §. 1. nu. 6. Layman in theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. numer. 6. Mendo in epitom. verbo excommunicatio num. 11. & in statera opinion. dissert. 13. num. 146. vbi de communi testatur, quidquid aliter sentiant nonnulli Doctores ab ipso allegati; & licet 93 *quidam ex his Doctoribus dicant, ideò hæc ita procedere, quia expresso textu in cap. mulieres 6. §. ille verò de sent. excom. fuit declaratum, mandantes innodari censura; tamè his obstat ratio textus in d. cap. mulieres illis verbis adductis num. 71. ibi: Cum is committat verè, cuius auctoritate, & mandato delictum committi probatur, quæ tergiversari nefas est diffugio, quo aliqui se involvunt, volentes non dicere Pontificem, quod mandans percutiat clericum, sed quod delinquat, nec proferri, non dari æqualitatem pœnæ, sed culpæ.*

Namque præcisiones istæ 94 in verbis vim faciunt, & in re nihil ponunt, nam eadem sunt percutere, vel æquè delinquere in percussione: etenim percutiens nihil aliud facit, quam percutiendo delinquere, & supra non semel improbavimus cul-

culpam fateri æqualem, & pœnam disparem, magistraliter à primis principiis materiam repetendo: punctum suscipit Panormitan. quem multi fuerunt sequuti *in dicto cap. mulieres 6. de senten. excommunicat.* vbi duplicē adhibet distinctionē: Primam nempè, aut verba diriguntur in rem, aut in personam: secundam, aut agitur de pœna descendente ab statuto, aut emanante à iure communi; si verba dirigantur in rē, indistinctè pœna, qua tenetur principalis, tenetur mandans; si autem verba diriguntur in personam, tunc intrat discrimen inter pœnam statuariam, & iuris communis; nam si sumus in dispositione iuris, mandator comprehenditur in pœna legali, non ex propria significatione verborū, sed ex interpretatione legis, quia ius interpretatur, eum facere, licet verè non faciat: parum enim refert, an quis propriis manibus interimat, vel per alium, pro quorum cōfirmatione plura iura cumulat Panormitan.

95 Secūs esse sentiens si pœna ab statuto derivetur, quia eo casu non tam lata fit interpretatio; nos autem reperimur in dispositione iuris communis, utpote *cap. 1. de homicid.* & consequenter tametsi in personam

dirigatur, mandans etiam remanet sub ea comprehensus, per interpretationem à iuris principiis, & rationis dictamine petitam.

96 Quintæ obiectioni non est opus responsum præbere, cum eius efficacia consistat in diversificando pœnam a culpa, & regulam statuere, quod quicumque gaudet immunitate, nisi expressè fuerit ab ea exclusus, nam satis, superque radicavi, sufficere esse privatum immunitate vi cōprehensiva, & interpretatione legis.

97 Cum eodem placito Panormitani, pertransit Menoch. *de arbitr. lib. 2. sent. 4. casu 353. n. 1. & 2.* vbi postquam statuit, pœnam iure communi indictam contra mandatarium, dici etiā indictam mandanti, ex Angel. Alberic. Jul. Clar. Decian. ratione reddita: quia mandans non solum ipse delinquit, sed etiam ad delinquendum alium impellit. Pergit vltèrius ad quærendum, quid iuris sit, quando pœna ab statuto indicta est delinquēti secundum ius commune; tunc siquidem idem dicendum vult, ac si à iure imposita fuisset; & *num. 13.* extendit, ut procedat etiam quando statutum loqueretur personaliter in ipsiusmet delinquentis persona, ut si diceret, si quis fecerit,

vit; vel si quis suis manibus perpetraverit, nam, & tunc eadem poena afficitur, rationem assignans; quod licet ex verbis statuti non comprehendatur, attamen interpretative comprehenditur, dum eadem poena, ac idem principalis delinquens punitur, quod intelligit, quando poena iuris communis est eadem cum poena statuti, non tamen si aucta esset, quia quatenus aucta est, præter ius commune est; ex qua Menoch. doctrina elicitur præclare, quod si sumus in terminis statuti novam poenam imponentis, maiorem ab imposita per ius commune, non fit interpretatio, vt mandans puniatur æquè, ac mandatarius; si verò versetur, prout nos, in poena imposita à iure communi, interpretatio est sumenda, vt poena mandatarii, mandantem quoque comprehendat.

99 Quibus sic solidatis, non sunt attendendi Doctores contrariam nobis sententiam propugnantes; non Sanchez tom. 2. *consil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 9.* quia nititur autoritate Julii Clari in ea propositione, quod statutum respiciens personam delinquentis, non extenditur ad mandatariū: cum tamen Jul. Clarus differentia

non facta, sed indiscriminatim loquatur de statuto iuri communi conformi, ac aliis, prout benè adnotavit Baiardus ibidem; proindeque succedet regula, quod Authori distinguēti sit credendum; & hac ipsa solutione subvertitur Carena *de offic. sanct. Inquis. par. 2. tit. 12. num. 266.* qui indistinctè loquitur, & iuxta suum casum versabatur in terminis statuti correctorii iuris communis, & Sanfelicius tom. 1. *decis. 36. à n. 5.* tractabat etiam de statuto correctorio, & approbavit sensum Saliceti in *l. non ideo minus 5. num. 19. Cod. de accusationibus*, cui omnino adstipulatur Menoch. verum est, quod Sanfelicius truncavit distinctionē Menochii, & Saliceti; quia in suo casu necessaria non erat integraliter, sed pro parte.

Quare autumo, & spero declarandum fore in hypothesi controversa, nō gaudere reum immunitate ecclesiæ. Salvo semper &c.

Si autem huius contentio- nis eventum scire cupias, definitivum nequeo tibi exponere, fuit enim renuntiatione sopita; destiterunt namque reus, & Procurator Fiscalis Curiae Ecclesiasticæ Barcinon. ab hac contentione immunitatis per fontem allegatæ, declarando

assistentiam concurrant associatio, & fuga arrepta ab assistente cum occisore, punitur iste associans, ob talem associationem, & assistentiam extra ordinem. Ita Giurba *consil.* 2. *num.* 25. ex Marsilio, Angelo, Pactano, Caballo, Menochio, punctim *num.* 49. Confert R. S. Calderò *decis.* 40. *num.* 28. p. 1. *et in addit.* & fuit observatum 29. Januarij 1688. contra Stephanum N. medicinæ professorem, ætatis decem, & octo annorum, delatum, & inculpatum de associatione per eum præstita die 11. Aprilis 1685. circa horam octavam ante meridiem, in homicidio proditorie iactu instrumenti manualis perpetrato, per Franciscum N. etiam medicinæ studiosum, in personam Vincentii Borràs, in Vico dicto *de las Ramalleras* præsentis Civitatis Barcinonæ, necnon quod cū dicto Francisco N. occisore fugam arripuit; qui fuit condemnatus, quod banniretur à Principatu Cathalonix, & Comitatu Ceritanix per quinquennium, Regia sententia dicto die lata, referente R. S. de Rius, & Bruniquer, quæ fuit in gradu supplicationis confirmata, referente R. S. de Calderò 6. Febr. eiusdem anni 1688. Scriba Riembau. Nota ob ætatem rei pœ-

nam temperatam, & ea de ratione mentionem annorum factam extitisse, ex regula tradita per Regentem Cortiada *decis.* 96. *num.* 64. vbi, quod in sen- 108 tentiis non fit mentio minoris ætatis, quoties pœna delicto commensurata applicatur, nulla habita ratione ætatis pro ea mitiganda: vnde secus fit, quando hoc motivo punitio minuitur.

Amplius nota, quod in hac 109 causa probaverat Fiscus, aliquibus diebus ante delictum, aggressorem toruo aspectu, hoc eodem socio concurrente, bis aspexisse prædictum Vincentium Borràs, ei studiosè occurrendo in aliquibus vicis istius Civitatis, adeò quod timeri iam tunc ipsius pravus animus potuit, & die patrati criminis stans occisor ante Universitatē litterariam, sive Musæum nostræ Urbis, interfecti observavit iter, & aliud suscepit, quo illi obviam ire posset, & hunc etiam socium petiit, qui ab homicida rogatus (licet de manifestatione animi in committendo flagitio nō constaret) aulam desit ingredi, prout decreverat, socium se præbuit ante necem, in ea, & postquam expleta calliditate cæsus cecidit antenominatus Vincentius.

E P I G R A P H E.

Reo à loco sacro extracto, licet Judici Ecclesiastico testes recipere super immunitate loci, & violenta extractione, ad expediendas litteras in forma contentionis pro reintegratione personæ, non verò super exclusione qualitatis criminis excepti. Competentia super immunitate pendente, quas probationes possit facere Curia secularis. Jurisdictio criminalis hominis laici, sitne prorogabilis in Judicem Ecclesiasticum; & an ratione incidentiæ in specie contentiosa, poterit locus esse testium receptioni? vbi de iurisdictione criminali incidenti in Tribunali Ecclesiastico adversus laicos, ac novitatibus, & fraudibus resupinandis, ne delinquentiù inulta facinora deferantur.

N U C L E U S.

- 1 *Facti series.*
- 2 *An liceat Curia Ecclesiastica, pro excludenda qualitate proditionis, testes recipere?*
- 3 *Contentione super immunitate ecclesie inter Curias ecclesiasticam, & secularem suscitata, utraque intra primos quindecim dies testes recipit, & exhibet coram Cancellario.*
- 4 *Argumentum à rationis maiori.*
- 5 *Articuli, qui causam adminiculantur, non sunt imperinentes.*
Ecclesie interest, eius patrocinium adeuntes non privari immunitate.
- 6 *Inequalitas, exosa.*
Æqualitas in iudiciis servanda.
Curia secularis ante firmatam contentionem, & ea pendente, intra quindecim dies, ampla fruitur probandi potestate.
- 7 *Multaratione incidentiæ tractantur in Curia ecclesiastica, que aliter non possent in ea peragi.*
- 8 *Dubium num. 2. propositum, negativè defenditur.*
Testes examinati coram iudice incompetenti, instante parte, cuius interest, possunt à processu deleri, & dissui.
- 9 *Iudex ecclesiasticus non cognos-*

- noscit de delicto per laicū,
etiam intus ecclesiam com-
misso.
- 10 Cancellarius est verus iudex
contentionum.
- 11 Interesse Curia ecclesiastica
est probare locum sacrum,
& extractionem ab eo vio-
lentam.
- 12 Curia seculari incumbit se-
miplena saltem probatio
delicti exceptuati.
- De discrimine inter ambas Cu-
rias contendentes, quod
ecclesiastica solum de loco,
& extractione decertat,
secularis super crimine
disquirat, probationes fa-
ciendo.
- 13 Cognitio, an locus sit sacer, est
iudicis ecclesiastici.
- 14 Coram Cancellario datur lo-
cus probationi exclusivae
qualitatis.
- 15 Subornationes testium, vitan-
de.
- 16 Veritas, ante omnia perscruta-
tanda.
- 17 Ex receptione testium in Cu-
ria ecclesiastica pro exter-
minanda qualitate, faciliè
falsitates profilirent.
- 18 Textus in l. si qui ex con-
sensu 8. Cod. de Episco-
pal. audient. volutatur.
An causae criminales compro-
mittantur, remissivè.
- 19 Iurisdictio in causis crimina-
libus est prorogabilis.
- 20 Si fiat in iudicem habentem
merum imperium.
- 21 Vel in eum, qui alias habeat
iurisditionem in simili-
bus casibus criminales,
& num. 22.
- 23 Ubi nulla est iurisdictio, non
est locus prorogationi.
- 24 Explicatur August. Barbo-
sa.
- 25 Ecclesiasticis in criminalibus
causis, etiam citra mortis,
vel mutilationis senten-
tiam, iudicare prohibetū.
Quid stante delegatione Prin-
cipis, remissivè.
- 26 Clerici, sacris initiati, vel
beneficium obtinentes, in
causa sanguinis officio iu-
dicis, & advocati non
possunt fungi.
Advocatus in causis crimina-
libus, metu influendi ad
mortem patrocinium pra-
stat.
- 27 In quam incidat charybdim
iudex ecclesiasticus, simi-
les testes recipiens.
- 28 Animadversio in clericos si-
milia attentantes.
- 29 Si agatur incidenter de cri-
mine per viam exceptio-
nis, pena extraordinaria
regulariter imponitur, sed
postea verus iudex ordi-
nariam irrogat, & idem
licet, si à iudice inciden-
ter

- ter cognoscenti absoluto-
ria lata fuerit.
- 30 Res nova, iudices ecclesiast-
ticos recipere testes super
exclusionem dicta qualita-
tis.
- Novitas, quam mala, &
damnosa expromitur.
- 31 Novitates, nisi urgenti ex cau-
sa sunt regulariter odiosae,
& suspecta.
- 32 Cancellarius multoties alter-
cata verbo diffinit, &
quando in scriptis num. 34.
- Sententia in scriptis profes-
renda.
- 33 Non procedit hac regula in in-
terlocutoria.
- Cancellarius secundum Deum,
& suam conscientiam, omis-
sis iudiciorum solemnitati-
bus, contentiones decla-
rat.
- 34 Altercatio predicta fuit ver-
bo decisa, & ibi eius reso-
lutio in favorem Fisci.
- 35 In visuris, altercata verbo
expediuntur, & per cause
actuarium de declaratio-
ne instrumentum construi-
tur.
- 36 Ubi quidquam bonis moribus
adversatur, aut in preiu-
diciū Regaliarum sua Ma-
iestatis vergit, de man-
dato Regii Concilii dele-
tur. Cum Senatu.
- 37 Argumenta contraria diluun-
tur.
- Observantia recipiendi testes
pendente contentione super
immunitate, est contra ius.
- Observantia iuri contraria,
tanquam stricti iuris, &
odiosa, non extendenda.
- 38 In iudiciis, interesse princi-
pale, non secundariū præ
oculis habetur.
- 39 Nulla inaequalitas inter has
Curias, est conceptibilis.
- 40 Incidentia tribuit iurisdic-
tionem multoties eam non
habenti.
- Prohibita Fisco accusatione,
si delicta incidenter probentur,
potest procedere, licet post-
ea pars accusans desistat.
- 41 Non procedit hac regula in
Cathalonia respectu eorū,
qui sunt de genere mili-
tari.
- 42 Nec causa incidens debet es-
se adeò connexa, ut sine
ea nequeat expediri prin-
cipalis.
- De differentia inter articu-
los incidentes merè conne-
xos, & consequentes remis-
sivè.
- Remissione facta de adulte-
rio, punitur reus de ince-
stu, quamvis unico actu
utrumq; scelus fuerit con-
summatum.
- 43 Quando ecclesiastici inciden-
ter cognoscant de tempora-
libus, remissivè.

*Index ecclesiasticus accessorie
ad causam divortii cognos-
cit de dote, & alimentis.*

44 *Causa matrimonii potest in-
cidenter tractari coram iu-
dice laico.*

45 *Index ecclesiasticus propter
incidentiam, testem laicum
coram se falsum deponen-
tem extraordinarie punit.*

*Probationes incidentes non ad-
mittuntur, nisi index de
negotio accessorie possit
cognoscere, aut indigeat
precise illis ad suam fun-
dandam intentionem.*

46 *Fraudes reorum sub clypeo
ecclesiasticae immunitatis,
divellende.*



DECISIO XIII.

RÆSIDIO im-
munitatis eccle-
siae intendunt non
nunquam rei ca-
villationibus pro-
pugnari, prout experti fuimus
in causa super immunitate alle-
gata per Joannem N. olitorum
praesentis Civitatis Barcinonae,
inquisitum de nece per eum
proditorie perpetrata 27. No-
vembrii 1682. in personam Isi-
dri Vila (quem casum retulit,
sed non pro nostro argumento

R.S. de Calderò decis. 8. part. 1.)
nam pro parte huius rei in Cu-
ria ecclesiastica Barcinonae fue-
runt oblati articuli, quibus ne-
dum deducebatur fuisse extra-
ctum violenter à quadam Ca-
pella, & eam esse locum sacrum,
& immunitate ecclesiastica
gaudere; sed & amplius alle-
gabatur, inter occisorem, & occi-
sum rixam adfuisse. Procurator Fi-
scalis Reg. Curiae ad videndum iu-
rare testes citatus extiterat, qui
deposuerunt super omnibus per
reum narratis: hisce probatio-
nibus factis, litterae in forma
contentionis à praedicta Curia
ecclesiastica fuerunt expeditae,
quibus fuit petitum praedictum
Joannem restitui ad dictam Ca-
pellam, à qua fuerat extractus.
Terminis hisce causis assigna-
tis, postea elapsis; ad Reveren-
dum Cancellarium devolvitur
contentio, coram quo Fiscus
Advocatus Regiae Curiae, in-
specto processu per Procurato-
rem Fiscalem Curiae ecclesias-
ticae exhibito, advertens illius
novitatem, praetendit formiter
declarari esse lineandam, &
delendam à processu conten-
tionis partem illam depositio-
nis Iosephi Brochi juvenis oli-
toris, qua deposuerat in Curia
ecclesiastica super exclusione
proditoris, seu formali rixae,
nihil loquendo de extractione
prae-

præfati Ioannis à loco sacro; & similiter conabatur idem Fisci Procurator ex integro deleri debere depositionem factam in eadem Curia ecclesiastica per Petrum Carreras iuvenem Velerium, ex quo ipse penitus deposuit extra materiam præfatæ extractionis è loco sacro.

2 Controversum anxie fuit suscitato prædicto altercato, an licuisset Curia ecclesiasticæ super exclusione prædictæ qualitatis proditoris testes recipere, an verò per contrarium prætensioni Fisci locus esset. Pro hoc incidenti dirimendo, plures Regii Senatores per Reverendum Cancellarium fuerunt in consultores vocati: maior pars licite fuisse receptos testes sensit; sed tres consultores, ex quibus alter eram, adversantem sententiam amplexabamur.

3 Pro affirmante, potuisse testes recipi sequentes urgebant considerationes. Prima sit; quia ubi agitur de contentione inter Curias ecclesiasticam, & secularem super immunitate Ecclesiæ, non conquiescunt processus, imò potest utraque Curia, & consuevit intra primos quindecim dies inclusive pro suo interesse respectivè testes recipere, illosque coram

Cancellario exhibere, per quæ habetur ratio illorum qualis de iure habenda est. Michael Ferrer *par. 3. observant. cap. 262.* qui testatur pluries vidisse, & à maioribus audiisse. Peguer. *in pract. crimin. cap. 26. num. 7. vers.* Item quero, ubi hoc iure in Cathalonia uti. Cancer *p. 3. var. cap. 10. num. 63.* Matthæu *de regim. Regn. Valent. t. m. 2. cap. 7. §. 1. sect. 4. num. 138.* & ex his Reg. Cortiada *decif. 22. nu. 106.* ita practicasse dicens, ut Fisci Advocatum Regiæ Curia in Regno Sardinia.

4 Si contentione pendente hæc utrique Curia permittuntur, fortiùs concedi debent antequam contentio pendeat; nam de probationibus factis ante cœptam contentionem, nullus unquam dubitavit, sed de illis, quæ conficiuntur incepta contentione, hæc pendente, ut præhabetur, potest utraque Curia processum moliri pro suo interesse: consequens est igitur, ut possit etiam antea in his, quæ interesse manifestum respiciant, probare Curia illud habens.

5 Deductionem autem exclusivam qualitatis proditoris attingere interesse Curia ecclesiasticæ, nemo inficiabitur: quandoquidem ad causam impertinens dici non potest articulus ille, qui ad merita causæ

conducit, vt latè vidimus *in prax. civil. ad Peguer. rubr. 12. à num. 12.* vbi nos; & quã conducibilis fit ad immunitatem, qualitatis eius amissionẽ causantis exclusio res ipsa monstrat: ergo lucidum fit, Curiam ecclesiasticam tales testes recepisse pro suo interesse, cum sua intersit non privari immunitate eos, qui huius vmbra, & patrociniũ adierunt, delicto exceptuato per ipsos non commisso.

- 6 Secundò, quia inæqualitas semper exosa dispicitur. *Giurb. de feud. §. 2. glos. 8. num. 16.* vnde æqualitatem in iudiciis seruari debere per manus traditur. *Canc. variar. p. 1. cap. 20. num. 85.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 13. defn. 36.* Ripoll ad *Peguer. rubr. 16. num. 60.* Quesada Pilo *controv. 21. à num. 33.* & est trita regula *in cap. non licet de regul. iur. in 6.* ex pluribus *Barbosa axiom. 16. num. 1.* Regens *Matthæu de re crimin. controv. 7. num. 32.* Ideoq; Curia ecclesiastica, & secularis non debent ad imparia iudicari; atqui Curia secularis, ante firmatam contentionem, imò ea pendente, intra primos quindecim dies præfixos, potest quicquid voluerit probare, nec ei vlla vnquam fuit facta contradictio in hoc per Curiam

ecclesiasticam; ergo idem isti concedendum.

7 Tertiò; quia semel radicata iurisdictione in Curia ecclesiastica, vt possit testes recipere super violatione immunitatis Ecclesiæ in extractione alicuius hominis ab ea; multa ratione incidentiæ connexa venire possunt, quæ aliter in illo tribunali non essent tractanda, & consequenter ambigendum non erit, potuisse hos testes recipi ratione connexionis, quã cum puncto principali continent, ex his quæ latè differuimus *decis. 8.*

8 His tamen non oppugnantibus, contrariã cogimur opinionem firmare, nempe Curia ecclesiasticam non potuisse memoratos testes recipere; Pro qua conclusione irrefragabiliter constabilienda, in memoriam revocanda ea erunt, quæ *decis. 9. & 10.* longè constituimus, videlicet testes recipi debere coram iudice, qui competens est negotii de quo peragitur, ita ut si coram alio incompetenti examinantur, Fiscus, vel pars, cuius vertitur interesse, tales testes deleri, aut dissui à processu petere valeat.

9 Nunc ita, iudex ecclesiasticus non potest cognoscere de delicto commisso per laicum, *text. in l. si quis in hoc genus, Cod.*

*Cod. de Episcop. & cleric. Gu-
tierr. lib. 3. pract. quest. cap. 1.
Capibl. tom. 2. cap. 34. numer. 5.
Covarrub. var. 2. cap. 20. num.
13. Jul. Clar. §. fin. q. 38. num. 18.
vers. vidi etiam quandoque.
Guazz. def. 1. cap. 25. numer. 20.
Caball. res. crim. cas. 194. An-
fald. de iurisdic. par. 4. tit. 1.
cap. 4. qui terminos generales
confirmantes loquuntur adhuc
in vrgentioribus de laico scili-
cet delinquente intus ecclesiã,
adde Reg. Cortiada *decif.* 112.
par. 2. & abundè DD. laudan-
di à *num.* 18. ergo nequit super
delicto, seu exclusione quali-
tatis illius testes recipere.*

10 Secundò, quia in Cathalo-
nia, ad iudicem ecclesias-
ticum non spectat declaratio
contentionis, & competentia
inter duo tribunalia ecclesias-
ticum, & seculare, sed tertius,
verusque iudex pro deciden-
dis hisce contentiõibus est
Cancellarius in tota Corona
Aragonum, prout late, & do-
ctissimè explicuit Reg. Cor-
tiada *decif.* 4. & 17. *tom.* 1. &
passim, sicque ambæ Curia lo-
co partium contendentiũ ha-
bentur quo ad articulum com-
petentiã, vt frequentius sole-
mus proferre; sed si iudex ec-
clesiasticus super delicto testes
reciperet, constitueretur iudex,
& non pars, quia non solum id

probare conaretur, quod illius
Curia peculiare est, vt funda-
mentum aggrediendi conten-
tionem, & partis contendenti-
us fundandum; sed etiam vl-
tra progredere, videlicet ad
id, quod respiceret totum ne-
gotium: igitur id facere Curia
ecclesiasticæ impermissum de-
bet censi;

Augetur, & dilucidatur hæc ii
ratio: quoniam Curia ecclesias-
tica sufficit pro expediendis
litteris in forma contentiõis,
& repetendo extracto ab Ec-
clesia, probare locum; à quo
fuit abstractus, esse sacrum, &
immunitate ecclesiastica gau-
dere, extractionemque fuisse
violentam, prout traditur per
Cortiada *decif.* 13. *num.* 16. &
per se constat; sicut Curia se- iz
culari incumbit, ad extrahen-
dum reum ab Ecclesia, semi-
plenè saltem probare qualita-
tem tribuentem iurisdictionẽ,
nempe reum commisisse deli-
ctum exceptuatum, cum reus
habeat regulam pro se immu-
nitatis ecclesiæ, prout vtrum-
que conglomeravit Cortiada
decif. 21. *numer.* 63. & 66. *p.* 1. at
notorium inter hos iudices,
seu verius partes contendentes
versatur discrimin, nimirum,
quod ecclesiasticus solum de-
certat pro immunitate Eccle-
siæ, vt ei restituatur reus, ne

- violata illa remaneat, non autem quærit de eius crimine iudicare: è contra autem Curia secularis de crimine disquirat, ut eius cognitio sibi relinquatur; nihil mirum igitur, quod Curia secularis super crimine, & eius qualitate informationes recipiat, id autem permitti non debeat Curia ecclesiastica, sed solum probationes facere super qualitate loci; cum de iure cognitio an locus sit facer sibi pertineat, ut docent Pereyra, Fontanella, Giurba, Marta, Diana, Thomas del Bene, Peregrinus, & alii plures laudati per Reg. Cortiada *decis. 2. à num. 46.*
- 13
- 14 Neque in hoc damnum fit Curia ecclesiastica, aut reo, cū coram Cancellario, vero iudice, ut præhabetur, harum contentionū probationes fieri possint super qualitate exclusione, & quotidie fiunt.
- 15 Tertium proponatur fundamentum, quia enixè elaborandum est, ne subornationibus testium locus detur, ut copiosè eneruavimus *decis. 9. 10. 11.*
- 16 cum veritas sit perscrutanda, uti mater iustitiæ, sicque ante omnia attendenda. *Cap. queritur 2. q. 7. Vela dissert. 38. à num. 20.* & aut in iudicio servanda, aut in alio loco non invenienda. Robert. *lib. 2. rer.*

iudic. cap. 19. fol. 200. & ob id in veritatis laudem, eiusque utilitatum plura cumulat Tiber. Decian. *resp. 8. num. 204. resp. 18. num. 48. resp. 47. à num. 22. vol. 1.* Matienz. *in dialog. relat. 3. p. cap. 41. per tot.* Ioan. Aloys. Ricc. *in prax. res. for. eccles. res. 234. num. 6.* iungendi Saavedra *embl. 11. Segur. par. 2. direct. in initio.* Bovadill. *lib. 5. in polit. cap. 1. num. 30.* Marquez. *lib. 2. de gubernat. cap. 15. fol. 262.* Barbosa *in cap. veritatis nu. 1. de iur. iurand. Seneca lib. 7. de benefic. cap. 1. & epist. 33. 49. & 79. & lib. 1. de ira cap. 16. & lib. 2. cap. 29.* Facile autem esset 17 veritatem infringere, & explodere, similes testes recipiendo in Curia ecclesiastica pro exclusione qualitatis deponentes, non attendendo an Fiscus probationem habeat contrariam, quod inspicere debere in omni genere causarum, etiam contentionum, *decis. 32.* delibabitur, ubi quod tales testes deponere debent carcerati, & hoc non servato, si liberè deponerent, eorum suspitione non sublata, falsitates facile profuissent: igitur ne eæ sequantur, hæ receptiones non sunt admittendæ.

Quartò adstipulatur tex. in 18
l. si qui ex consensu 8. Cod. de Episcopal. audient. ubi Impera-

tores Arcadius, & Honorius ita réscripserunt: *Si quis ex consensu apud sacra legis Antistitem litigare voluerint, non veritabuntur, sed experientur illius in civili dumtaxat negotio, more arbitri sponte residentis iudicium.* Circa quem textum plura quæsierunt Doctores, ad explicationem verborum *in civili dumtaxat negotio*: quidam, an causæ criminales committi possint, sed hæc ad institutum non conferunt, consulendi si opportuerit Cuiac. *in cap. litteris 14. de presump. cap. 16. & 23. de iure iurand. Gomez lib. 3. var. cap. 23. num. 56. Buccaron. de different. inter iud. civil. & crimin. diff. 25. num. 1. & 2.*

19 Alii ad interpretationem eiusdem text. exagitant, num in causis criminalibus habeat locum prorogatio, & affirmativa depromitur *ex l. 1. Cod. ubi de criminib. agi oport. iuncta glos. ibi verbo incohata, & in l. 1. Cod. ad leg. Cornel. de siccar. iuncta glos. ibidem verbo militarem, & consentiunt Gail de pac. publ. lib. 1. cap. 12. ex num. 10. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 42. ex nu. 1. qui de communi attestatur. Canc. var. res. par. 2. cap. 2. num. 194. & ad ea quæ in contrarium obiici possent, respondet Barbof. *ad leg.**

1. art. 4. nu. 1. ff. de iudic. peregit Buccaron. de diff. inter iudic. civil. & crimin. diff. 20. luculenter Carleval. de iudic. tit. 1. disp. 2. sect. 5. num. 1217.

Limitatur tamen hæc conclusio, ut procedat cum prorogatio fit in iudicem habentem merum imperium, & iurisdictionem criminalem; secus si prorogatio fieret in iudicem civilem, habentem solam simplicem iurisdictionem, aut mixtum imperium: Sic Carleval, qui hanc, & alias cum aliis limitationes adfert.

Peculiarior verò ad intentum ea est, quam tradit Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. q. 42. num. 2.* ubi intelligit regulam obtinere, dummodo ille iudex, in quem fit prorogatio aliàs etiam haberet iurisdictionem in similibus causis criminalibus, aliter secus, & ita communiter teneri comprobatur ex eo, quod ubi iudex non haberet in talibus causis iurisdictionem, non daretur loc^o prorogationi eius, quod non esset, sed potius fieret iurisdictionis nova collatio, quæ partium consensu in causis criminalibus tribui non potest, & rectissime sensit Clarus: quia ubi non est subiectum iurisdictionis, ibi non cadit prædicamentum extensionis, aut prorogationis. Fulgos.

cons.

conf. 167. num. 1. Costade scient. cent. 2. distinct. 66. nu. 16. Tusch. litt. P. concl. 927. num. 63. Aldovin. conf. 20. num. 160. Giurb. conf. 59. num. 114. alios adducit Regens Cortiada decis. 169. n. 14 p. 3.

24 Ex quibus haurit August. Barbosa in *collectan. ad dict. leg. si qui ex consensu* 8. de criminali causa, etiam virtute prorogationis Episcopum, & sic quemcunque iudicem ecclesiasticum cognoscere non valere, quia cum criminalem iurisdictionem non habeat, neque eam sibi prorogatio tribuere potuit: quamobrem officium iudicis in criminalibus causis exercere prohiberi, etiam citra mortis, vel mutilationis sententiam, tenet Layman *lib. 2. tract. 1. cap. 8. num. 5.* quid autem dicendum sit stante delegatione Principis, excepta scilicet vindicta sanguinis, videndus tex. in *cap. in Archiepiscopatu 4. de raptorib. & incendiis.* & ibi Augustin. Barbosa cum multis.

26 Vehementius hæc in causa sanguinis militant: nam officio iudicis in ea fungi clericis interdicitur, qui vel sacris initiantur, vel beneficium habent. Busembaum *lib. 4. de statib. cap. 3. dub. 4. de habitu.* Sayr. *lib. 12. cap. 15. num. 36.* D. Thom. 2. 2. q.

64. art. 4. duplici ratione id probans, & adhuc repelluntur clerici ab officio Advocati in causis criminalibus, in quibus pœna sanguinis venit imponenda, ita vt nullo modo exercere dictum officium sit illis licitum, vt expressè asserit Sayrus *lib. 12. cap. 22. num. 7.* Panormit. *cap. 1. num. 4. de postuland.* & patet ex *Cap. sententiam ne cleric. vel Monach.* quibus adhæret Busembaum *lib. 4. de statib. cap. 3. dub. 4. de habitu clericor.* Bonacin. in *precept. decalog. disp. 10. q. 3. punct. 4. num. 1.* Filliuc. *tract. 40. cap. 10. q. 11. nu. 289.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 26. num. 11.* Navarr. *cap. non dictatis 12. q. 1. cõment. 2.* Advocati enim suo funguntur munere metu influendi ad mortem, cum in criminalibus patrocinantur. Sayrus vbi supra.

27 Stabilitis igitur supraiactis conclusionibus, nimirum prorogari non posse partium consensu in iudicem ecclesiasticum iurisdictionem criminalem, interdictumque esse clericis iudicis exercitium in causa sanguinis, nefas est negare, non potuisse offerri per Joannem in Curia ecclesiastica articulos respicientes exclusionem qualitatis delicti exceptuati, & ad rixam probandam formatos; & percontari possumus iudicem-

cem ecclesiasticum hosce testes recipientem, quis ei securitatem dedit id dicturos testes, quod in articulis continetur; siscitabar amplius, si contrarium affirmant, quomodo is iudex illaquearetur, si vellet postea his testibus sic receptis, citato Procuratore Fiscali iuvari Fiscus?

28 Abstineant se ergo clerici ab huiusmodi negotiis criminalibus vti iudices, & vti advocati, velut iura præcipiunt; ne se exponant periculo, quod probationibus, vel deductionibus eorum opera, & diligentia perquisitis, ad vltimum supplicium rei perducantur. Sciant hi temerarii (si qui adsint) iudices, noscant advocati clerici, quod si aliquod crimen etiã incidenter, veluti obiiciendo personas testium, aut aliis similibus deductionibus eorum interventu proberut, potest deinde inquiri, & ad punitionem deveniri. *Jul. Clar. q. 19. nu. 2. vers. bene verum est, & ex eo Guazz. defens. reor. 2. cap. 8. num. 28.*

29 Plus affirmant isti Doctores, quod licet quando agitur incidenter de crimine per viã exceptionis, non irrogetur regulariter nisi poena extraordinaria, deinde verus iudex ordinariam vindictam ordito corã

se processu poterit imponere, & idem ei licebit, tametsi coram iudice incidenter cognoscenti absolutoria lata fuerit. *Maranta de ordin. iudic. par. 6. tit. de inquis. num. 85. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 68. num. 39. Farinac. Bartol. Brun. à Sole laudati per Didacum Ybañez de Faria ad Covarrub. lib. 2. cap. 10. à num. 7.*

Sufficiat denique pro delendis, reiiciendis, atque abolendis testibus super exclusione qualitatis coram iudice ecclesiastico receptis, expendere novitatem fuisse magnam, talem tentare receptionem, nec vquam auditam hanc diligentiam in Curia ecclesiastica existimari, neque studio adhibito aliud potuisse æquale exemplar exhiberi, quo solo firmissima instrumur regula, novitatem prorsus esse malam, & damnosam, ac omnino evitari debere. *Acuña in cap. 5. num. 2. & cap. 2. num. 5. distinct. 11. Segur. in direct. par. 1. cap. 5. nu. 5. & 6. Bovadilla lib. 1. in politic. cap. 5. num. 6. Valenz. cons. 44. Tacit. lib. 14. annal. ibi: Super omnibus melius, atque rectius olim provisum, & quæ converterentur in deterius mutari. Solorzan. lib. 3. politic. cap. 32. fol. 489. vers. lo qual, & seqq. Marquez. lib. 2. de gubernat. cap. 17. fol.*

30

12

22

fol. 268. Salgado de *retent.* p. 1. cap. 6. Faber. in *Cod. ad tit. de summ. Trinit.* fol. 17. *vers. septimus*, vbi quod hæreticorum peculiaris. Menoch. *lib. 5. præsumpt.* 44. Jul. Capon. *tom. 2. disc.* 85. Divus Augustin. *epist.* 118. *cap. 5.* ibi: *Ipsa quippè mutatio consuetudinis, etiam que adiuvat utilitate, novitate perturbat.* Seneca *epist.* 76. & 91. addendi Saavedra *embl.* 46. *in fin.* & 48. *pag.* 328. & 330. Solorzano *embl.* 51. *Novum omne cave,* & præcipue *num.* 7. Xammar *de offic. iud. par. 2. q. 7. nu.* 88. vbi quod novitates sunt regulariter odiosæ, & reprobatae, ac suspectæ, præsumunturque ex iniustis causis fieri, & ita quod nisi vrgenti ex causa introduci novitas non debeat, monuit Barbosa *in cap. 9. num. 7. de consuetudine.* Torres *lib. 8. philosoph. moral. cap. 13.* in Regno Castellæ adest *l. 37. tit. 34. par. 7.* & quando expediat, percurrit Solorzano *tom. 1. de iur. indiar. lib. 1. cap. 12. nu.* 17.

32 — Multoties Cancellarius altercata verbo diffinit, nam licet controversum sit, an sententia verbo pronuntiari possit. *Cap. 43.* vbi Cuiac. *de testib.* Gregor. *in l. 2. tit. 22. par. 3.* Gomez *lib. 3. var. cap. 1. num. 45.* Scaccia *de sententiis cap. 1. glos.*

12. Menoch. *de arbitr. q. 60.* & certum sit, regulariter debere fieri in scriptis, alias esset nulla. Xammar *de offic. iud. par. 1. q. 15. num. 42.* Gomez *lib. 3. var. cap. 1. num. 45.* vbi eius additio nator Ayllon *in fin.* Barbosa *in l. 21. num. 137. de iudic.*

33 — Hæc tamen conclusio plures recipit limitationes, & earum una est, quod non procedat in sententia interlocutoria, sed solum in diffinitiva; nam interlocutoria (cuiusmodi nostra erat) non requiritur, quod proferatur in scriptis. *Cap. quoniam contra falsam verbo interlocutiones, de probat.* Xammar cum aliis *vbi sup. par. 1. q. 15. n. 47.* quæ congruentius adaptantur Cancellario, cum ipse causas contentionum debeat declarare secundum Deum, & suam conscientiam, & sic in suo Tribunali solemnitas iudiciorum sit relaxata. Reg. Cortiada *par. 1. decis. 24. num. 14.*

34 — Aliquando autem formiter in scriptis altercata dirimit, veluti quando ante diffinitivam pronuntiat super attentatis, & tunc subscribunt consultores, qui intervenerunt, ut videre est apud Cortiada *d. decis. 22.* sed quando verbo expedit, iubet in intimatione apponi quod declaravit. Altercatio supradicta verbo fuit decisa per

Reverendū Cancellariū Mon-
ferrat, & intimatione facta 8.
Maii 1683. quæ legitur in pro-
cessu dictæ contentio-
nis, cuius
Actuarius erat Petrus Martir
Llunell, fuit expressum, quod
intimaretur Procuratori Fisca-
li Curia ecclesiasticæ præsentis
Civitatis Barcinonæ, & Joan-
ni N. olitori, quod Admodum
Illustris, & Reverend. Cancel-
larius in dicta causa contentio-
nis super prædicto altercato in-
ter dictas partes suscitato, utrū
essent lineandæ, & delendæ ex
dicto processu contentio-
nis, pars illa depositionis Iosephi
Broch iuvenis olitoris, emissa
in dicta Curia ecclesiastica, quæ
non dirigitur, neque respicit
extractionem à loco sacro per-
sonæ præfati Ioannis N. nec
non etiam depositio facta in
eadem Curia ecclesiastica per
Petrum Carreras, iuvenem ve-
laminum textorem, vulgò *Ve-
ler*, ex quo non continebat
quicquam circa prædictam ex-
tractionem; quoniam recipi
non potuerunt prælibatæ de-
positiones in Curia ecclesiasti-
ca, sed solum tendentes ad pro-
bationem memoratæ extrac-
tionis; Propterea idem Admo-
dum Illustris, & Reverendus
Cancellarius verbo determi-
navit, & decidit dictam partem
depositionis Iosephi Broch, in-

tuitum non habentem ad ex-
tractionem à loco sacro de per-
sona Ioannis N. à linea vnde-
cima suæ depositionis, ibi: *T
axi matex diu ell testimoni, que
lo dia de 4. del corrent: vsque ad
ultimam lineam suæ depositio-
nis, & omnimodam depositio-
nem dicti Carreras in sepe di-
cta Curia ecclesiastica emana-
tam, ad copiam simplicem re-
digi debere, eandemque tradē-
dam esse eidem Admodum Il-
lustri, & Reverendo Cancel-
lario: eo quia dissui non pote-
rant à processu tanquam partes
alterius depositionis admitten-
dæ, dictasque depositiones mo-
do superius expresso à supradi-
cto processu delendas, & abo-
lendas esse. Formalia sunt hæc
verba præmentionatæ intimæ
ad latinum idioma traducta,
& consultò ita casibus in fu-
tutum conducibilibus intima-
tiones conscribuntur, & præ-
sentantur, vt memoria rema-
neat posteris, ne iteratò simi-
les cavillationes intendantur:
Sic etiam in visuris per Rela-
tores altercata verbo expediū-
tur, & per causæ Actuarium de
declaratione instrumentū con-
struitur, quotidiana praxi teste,
vtinam plura in cursu causa-
rum incidentia verbo termina-
rentur, omni supplicatione
postposita, vt fit in visuris, &*

35

causis contentionum, & brevior esset litium exitus, & reorum subterfugia calumniosaresecarentur.

36 Solet Regium Concilium quando quicquam probis moribus adversatur, aut in præiudicium Regaliarum suæ Maiestatis vergit deleri præcipere; Proinde pro Fisco supplicatione in Regio Criminali Concilio protensa 19. Octobr. 1688. narravi, die 14. Iunii eiusdem anni, quosdam Cives Minorissæ convenisse, & promisisse populo dictæ Civitatis, observare nonnulla pacta turpia, contenta in instrumento relato die 14. confecto penes Andræam Enrich Notarium publicum prædictæ Civitatis Minorissæ, & similiter prælibato die 14. alio instrumento, acto apud dictum Notarium, certum Mercatorem memoratæ Civitatis condonasse, & remisisse, cancellasse, & annullasse quascunque inquisitiones contra Mauricium N. clavorum fabrum factas, & etiam promisisse præfatum mercatorem antenominato Mauricio, quod solveret omnes expensas præstadas pro obtinenda remissione in forma debita expedienda, de delictis per iam dictum Mauricium commissis, de exhibendo ea instrumenta, ac exprimendo

facta fuisse instantibus delinquentibus tumultuosè, & nequiter convocatis, prout constabat ex processu in Reg. Curia fulminato, & aliter erant talia instrumenta contra bonos mores, mali exempli, & magni scandali; idcirco petii mandari supradicto Andrææ Enrich Notario, quatenus præchalendata instrumenta à manualibus suis deleret, & de eorum deletione certioraret suam Excellentiam, & Regium Concilium, fidemque faceret; & ut supplicavi fuit provisum, referente R.S. de Vilaplana, Scriba Riembau: obtemperavit Notarius, ac certicatoriam de deletione misit, quæ in processu fuit consuata.

37 Justa, laudabilis, & tanto iudice digna fuit declaratio Reverendi Cancellarii, fulciminibus inexpugnabilibus supra iactis nixa, quin conturbent ex adverso supra adducta. Non primum sistens in observantia recipiendi testes intra primos quindecim dies inclusivè, pendente contentione, quando ea est super immunitate, quia talis observantia est contra ius, ut fatetur Cortiada *d. decis. 22. num. 107.* cui argumentum contrarium nititur; observantia autem iuri contraria stricti iuris est, & odiosa reputatur, & idcirco

ideò extendi non debet. *l. hac*
verba 3. ff. de neg. gest. & ibi
Bartol. l. constitutionib. 4. ff. ad
municipales. Lambert. de iure
patronat. lib. 2. p. 1. q. 2. num. 19.
Sarmient. lib. 1. select. cap. 12.
num. 5. Menoch. de recup. poss.
remed. 14. num. 17. Villalob. com.
opin. litt. E. num. 15. Alphons.
à Villagut de extens. leg. ques-
tian. unde extensio leg. correct.
& pœnal. simul nu. 92. 134. 144.
latissimè Escobar de purit. p. 1.
q. 3. §. 1. 2. 3. Narbona in l. 59.
glos. 2. num. 159. & à num. 165.
tit. 4. lib. 2. recopilat. & genera-
liter consulendi Molin. lib. 3.
de primogen. cap. 8. à num. 3. cum
tribus seqq. & in annotat. nu. 5.
6. Ricc. p. 3. collectan. 545. & p. 4.
collect. 1370. Cyriac. contr. 478.
à n. 73. & 521. Carley. tit. 3. de iu-
dic. disp. 5. n. 17. & 21. cum ergo
observantia, vt prædiximus,
dumtaxat fuerit recipi infor-
mationes per Curiam eccle-
siaſticam super immunitate lo-
ci, & violenta extractione, fit
inde non potuisse eam ultra
protrahi.

38 Neq; quicquam facit, quod
 de interesse Curia ecclesiasti-
 cæ perpenditur circa exclusio-
 nem qualitatis delicti, quoniã
 hoc interesse est secundarium,
 & non principale, quod solũ
 attenditur in iudicijs, ad nota-
 ta per Glos. communiter recep-

tam in *l. de unoquoque, verbo*
quos causa ff. de re iudicat. &
ibi Angel. Inola, & reliqui,
præsertim Marsil. num. 96. Ale-
xand. conf. 284. col. vlt. vul. 2.
alii apud Gabriel. tit. de citat.
concl. 1. per tot. Vant. de nulli-
tat. tit. 12. defect. citat. num. 19.
Azin in prax. iudic. §. 7. cap. 5.
limit. 62. Menoch. conf. 1192. nu.
29. Giurba copiosè decis. 1. nu.
14. & sæpè; interesse Curia ec-
clesiasticæ est probare locum
sacrum, & extractionem ab eo,
& non se ingerere aliter in cau-
sa criminali, quod ei non licet,
vt præcognovimus, & hæc
æquè urgent circa informatio-
nes, quæ recipiuntur ante cœp-
tam contentionem, sicut in his
quæ fiunt ea pendente.

39 Non facessit secundum, quia
 nulla inæqualitas inter has
 duas Curias ecclesiasticam, &
 secularem concipi valet, sed
 vtraque intra limites suæ iuris-
 dictionis se continet, illa de lo-
 co, & extractione testes exa-
 minando; ista verò de delicto
 probationes faciendo.

40 Incidentia verò quæ in ter-
 tio argumento ponderatur, nõ
 obsistit. Non diffiteor namq;
 incidentiam tribuere iurisdic-
 tionem multoties eam aliter
 non habenti, neque in perso-
 nam, neque in rem, vt ultra
 allegatos decis. 8. probat Vice-

cancell. Don Christoph. Crespi *obser.* 4. à *num.* 144. vbi defendit, prohibita Fisco accusatione, & iudici inquirendi facultate, posse procedi, si delicta in quibus adest prohibitio incidenter probentur, quamvis pars, quæ accusaverat postea desistat. Canc. *var.* 2. *cap.* II. *num.* 96. qui *num.* 98. advertit hæc non procedere in Catalonia respectu illorum, qui sunt de genere militari, vigore privilegii disponentis, vt contra eos nequeat causa criminalis institui, nisi ad partis instantiam, vt habetur in 2. *vol.* *Constitut.* *tit.* de *accusat.* *cap.* 4. & in *cap.* seq. cavetur, vt ea cessante, cesset & dicta causa criminalis, & diximus nos *decis.* I. *num.* 38. extra autem hos terminos prædicta statuunt Gomez *lib.* 3. *var.* *cap.* I. *num.* 49. *vers.* 8. Farin. in *pract.* *crimin.* q. 141. *nu.* 43. & 44. Larrea *tom.* I. *decis.* 50. *num.* 24. Mastrill *decis.* 207. *num.* 9.

42 Neque requiritur, vt ratione incidentiæ iudex incompetens, competens fiat, quod causa incidens, aded sit connexa, vt sine ea nequeat expediri causa principalis, quemadmodum ex Farinac. q. I. *num.* 58. tenuit Vicecancell. Crespi *d. obser.* 4. à *num.* 155. & voluit Guazz. *def. reor.* I. *cap.* 13. *num.* 7. suffi-

cit enim connexio non remota articuli incidentis cū principali, veluti *decis.* 8. solidavimus, vbi etiam constituimus differentiam inter articulos incidentes merè connexos, & consequentes, quod discrimē non extaret, si necessaria connexio requireretur; quæ autē strictior connexio sit, dilucidat Larrea *disp.* 50. *num.* 33. vbi non dici delictum connexum probat adulterium cum incestu, & *decisum* retulerat *num.* 21. remissione facta à marito de adulterio, punitum fuisse reū propter incestum, tametsi vnico actu vtrumque crimen perpetratum extiterit.

Et quando ecclesiastici incidenter cognoscere possint de temporalibus, perspicitur *Cap.* 3. de *donationib.* inter & ibi accuratè Augustin. Barbof. in *collect.* textus dimicantes concilians. Ant. Augustin. p. 3 *lib.* 29. *tit.* 22. Filefac. de *auct.* *Episc.* *cap.* I. §. 14. & seq. Segur. 2. *par. direct.* *cap.* 6. *num.* *fin.* Robert. *lib.* 3. *rer. iudicat.* *cap.* 5. Sanfelic. *tom.* 2. *decis.* 293. vbi, quod de dote, & alimentis, pendente lite super divortio, potest cognoscere vterque iudex, ecclesiasticus accessoriè ad divortium, & secularis principaliter, & sic quod hæc cognitio sit mixti fori, quib⁹ conveniunt ea, quæ de-

de præventionē enuntiavimus *decif. 8.* & ad idem allegantur Barbof. *in l. 1. par. 1. num. 46. ff. solut. matrim.* Gutierrez *pract. qq. lib. 1. q. 44. num. 6. 9. & lib. 3. q. 29. num. 30.* Bovadill. *in politic. lib. 2. cap. 17. num. 102.* Molin. *de iust. & iur. tom. 2. disp. 443.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disp. 8. num. 15.* Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 10.* latè Fontan. *de pact. claus. 7. glos. 2. p. 10. à n. 56.* firmans iudicem ecclesiasticū accessoriè, & incidenter ad causam divortii cognoscere de dote, sic declaratum refert Canc. *3. par. var. cap. 11. de sponsalib. num. 169.*

44 Et è converso ratione incidentiæ, si causa matrimonii nō agitur inter coniuges, sed venit accessoriè, potest à iudice laico pertractari, vberriimè Farin. *in tract. de inquisit. q. 8. nu. 150.* Marta *de iurisdic. 2. part. cap. 80. ex num. 16.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 54. ex n. 3.* Solorzano *de iur. indiar. lib. 2. cap. 28. num. 23. tom. 2.* videndi addentes ad Molin. *lib. 3. cap. 13. num. 24. vers. neque.* Valasco *consult. 159.*

45 Quinimò propter incidentiam, iudex ecclesiasticus, qui causas criminales tractare non potest, testem laicum coram se falsum deponentem, extraordinariè punit. Peguera *decif.*

79. *tot.* sed hæc, & alia complura, quæ circumferri possent, non referunt, neque profunt ad intentum Curia ecclesiasticæ, siquidem vt ex Doctorebus hic, & *decif. 8.* accumulatis elucet, probationes incidentes nusquam admittuntur, nisi quando iudex de negotio accessoriè cognoscere potest, aut indiget præcisè illis vt fundata remaneat intentio super articulo principali; sed in nostro casu, nec cessante contentione, de delicto cognoscere potest iudex ecclesiasticus, nec ad contentionis litteras expediendas eget talibus probationibus, vt diffuse superius demonstravimus: Sequitur ergo incidentiæ ratione admitti nō debere talem probationem, & impertinentem dici respectu iudicis iurisdictione ad illam carentis, quamvis impertinens nō dicatur quoad merita causæ.

46 Divellantur igitur fraudes reorum sub velamine, & clypeo ecclesiasticæ immunitatis affectatæ, prout hæc, de qua referavimus, satis nociva futura dignoscebatur administrationi iustitiæ, quapropter iustissimè fuit reprobata; vt punctim proclamavit Reg. Marth. *de re crimin. contr. 7. à n. 57.* qui notat in huiuscemodi causis in-

induci plerumque delinquentes, ebrios, mulierculas, & exemptos iurisdictionis, contra sancta statuta in *Cap. veniens 10. de testib.* & ibi Barbofa, requirere docens ius canonicum in teste, quod non sit

pecunia conductus, sed idoneus, fidelis, & ieiunus, & idem commendatur *Cap. in omni negotio 4. de testib.* ibi: *In omni negotio principalis persona dicens verum de re sibi nota.*

E. P. I. G. R. A. P. H. E.

De ludo, quando scelestus sit, & puniendus, & qualiter coerceantur vagabundi, lusores, ac otiosè viventes. Laicus lusor, vel pro ludo paratam domum habens, quibus casibus Iudicis Ecclesiastici punitioni subiiciatur quoad pœnas spirituales. De excommunicatis, & bannitis æquiparatio. Festum de præcepto exacta observantia admonetur: ad intellectum *Const. 4. tit. de Bomians, & Cap. 31. generalium edictorum.*

N. U. G. L. E. U. S.

I Ludus interdum execrandus, quandoq; commendabilis, & num. 2. 3. ubi de laudibus, & vitiiis ludi.

4 Labor virtus non modica.

5 Cap. 31. generalium edictorum, & Const. 4. sub tit. de Bomians explanantur.

6 Secundus versiculus dicti Capituli 31. expositus.

7 Officii diffinitio.

8 Quomodo labori vacandum, & ibi de acedia, & pigritia.

9 Tertius versiculus eiusdem Capituli 31. enodatus.

10 De pœnis contra ludentes, & an ludus sit aliquando cul-

pa lethalis remissivè.

11 Domum ludo accomodantes qualiter puniantur remissivè, vide num. 55.

12 Senatus decisio superiora comprobans.

13 Contra vagabundos, & otiosè viventes edita conclusiones recensentur, & pœna practicate adducuntur, ac num. 14. 15.

16 Quid sequendum in minore.

17 In præconiis antiquis pœna fustigationis, & triremiù cumulativè imponebatur, in nostris disjunctivè continetur.

Hec

- 18 *Hæc tamen disiunctiva non impedit, quod justigationi alia pœna citra trirèmes coniungatur.*
- 19 *Regula, quod duplici pœna nemo sit puniendus quomodo intelligatur.*
- 20 *Princeps, & superiores Magistratus pœnas ex causis peculiaribus minuere, & augere possunt.*
- 21 *Aliud Senatus exemplar cõtra ludentes, ac otiosè viventes, maiores, vigesimum annum non attingentes, & minores 25. annis atatum distinctione punitos.*
- 22 *Plectuntur uti vagabundi, qui otiosam vitam agentes ex ludo questum ambiunt, absque officio, patrimonio, & domo permanenti in aliqua Urbe commorantes.*
- 23 *Vilibus ministeriis inconstanter addicti vagabundorum vindictã non subterfugiunt.*
- 24 *Sola Constit. 4. tit. de Bomiens attenda, nonnulli vagabundi fuerunt animadversi.*
- 25 *Can. Episcopº 1. 35. distinct. contextus.*
- 26 *Laicus lusor in aliquorum sententia iudici ecclesiastico subiicitur. Alii pro-*
- cedere eum posse tenent, cumulativè tamen cum iudice seculari. Alii nullo modo iudici ecclesiastico iurisdictionem competere arbitrantur.*
- 27 *Hæc tamen opinio posterior negans, limitatur si ecclesiasticus procedat contra ludentes in ecclesia, vel extra, dum sacra officia in die festo celebrantur.*
- 28 *Damnatus est ludus populi, si divinorum officiorum sequatur obturbatio.*
- 29 *Declaratio Reverendi Cancellarii in favorem Curie ecclesiasticae Dertuse contra ludo expositam domũ habentem refertur.*
- 30 *Obiectio, quæ ex præmissa declaratione, seu sententia depromi posset expenditur.*
- 31 *In processu dictæ contentionis fuit allegatum coram arbitris, quod in domo laici ludebatur scandalosè, dum divina celebrabantur officia, & alia patrabantur orthodoxo cultu adversãtia, & num. 32. 33.*
- 34 *Possessio Curie ecclesiastica in similibus casibus fuit iustificata.*
- 35 *In delictis mixti fori, cognitio quoad pœnas ecclesiasticas, & spirituales spectat*

- Et ad iudicem ecclesiasticum; quo verò ad temporales, & pecuniarias pertinet ad iudicem secularem.
- 36 In processu censurarum criminaliter proceditur.
- 37 Excommunicatio, & bannum à pari procedunt, & in quibus.
- 38 Excommunicatus quæ amittat remissivè, & num. 39.
- 40 Excommunicati an cum aliis possint communicare, & reliqui cum eis.
- 41 Bannitis quæ sint interdicta remissivè, & num. 42.
- 43 Bannitus, de quo hic, deportato comparatur, patiturque omnes capitis diminutiones.
- 44 Excommunicatus, sicut & bannitus, non potest evocare causam ad Regiam Audientiam, neque in ipsa audiri.
- 45 Pœna temporales iudici ecclesiastico denegantur, non verò ultiones spirituales criminales suis casibus contra laicos.
- 46 Processus contra laicos quomodo condatur ad ferendum adversus eos sententiam excommunicationis, & num. 47. 48. 49.
- 50 Contumacia plurimum est ponderabilis in delictis mixti fori.
- 51 Violans dies festos de præcepto puniendus est penis, & mulctis per iudicem ecclesiasticum, etsi sit laicus.
- 52 Dies festi Deo dicati sunt, & in eis fœda, atque servilia exerceri non possunt.
- 53 Tertio præcepto divinæ legis iniungitur dies festos sanctificari.
- 54 Sanctificandi dies festos sub præcepto quæ veniant.
- 55 Habentes domos paratas scâdalousè ad ludendum peccant mortaliter.
- 56 Curia ecclesiastica Dertusæ iustus zelus in hypothese collaudatur.
- 57 Iurisdictio criminalis laici prorogabilis non est in iudicem ecclesiasticum quoad pœnas temporales, sed non ideo Episcopo prohibetur, dum sua iurisdictione utitur, pœnas spirituales criminaliter in seculares irrogare.
- 58 Labor diebus ordinariis præscriptus, festibus divinus cultus est designatus.

DECISIO XIV.



VITIOSVS quandoq;
est ludus, interdum
honestus. Multū stu-
dii, curæque pone-

re, vt ludas, stultum quidem,
& puerile est; at ludere, vt se-
rias res gerere possis, Anachar-
sidis sententia æquum arbitra-
batur Plato *lib. 10. ethicor. cap.*
6. & Cicero *1. officior.* monet
ludo, & ioco vti fas esse, sed
sicut somno, & quietibus cæ-
teris, tunc cum gravibus, se-
riisque rebus satisfecerimus.

Immoderatus ludus vorago
ingens denominatur, inexpli-
bilis, & patrimoniorum fluxus
tristis, ac subitus, animi tem-
pestas, famæ nubes, scelerum
stimulus, & ad desperandum
viæ. Superiores vtcunque ludi
sunt, hic merus est dolor: ita
Franciscus Petrarca *in suis*
dialogis, qui strictius adhuc
execratur, inquiring nullum in-
genuum hominem, seu potius
trucem belluam delectari ludi
nomine, abundante nequitia,
& impietate foedissima, vbi nõ
decor morum, non modestia
sit verborum, non amor erga
homines, non erga Deum re-
verentia, sed iurgia, & ranco-

res, & doli, & periuria, & ra-
pinæ, vulnera ad extremum, &
homicidia quoque, nihil in
Deum sæuius potest humana
temeritas, quam divini nomi-
nis blasphemias, quibus ante
omnes scelerum facies ille lu-
dus infoelix scetet.

Omnes damnosissimæ occu-
pationes sedulo sunt virandæ,
eę scilicet, quibus nimio plu-
res otium suum oblectant; hu-
ius notæ sunt illi, quibus vita,
dies, noctesque per aleam agi-
tur, qui lucrum deuiis itineri-
bus, ac natura propemodum
obluctante sectantur. Hac ferè
textuali oratione exhortatur
Paschal. *lib. de virtut. &*
vitiiis; & experientia testis
est, plures familias, vix igno-
biles, ludo destructas periisse,
nonnullos homines, non infi-
mæ notæ, propter ludum ad
deperditos mores venisse, de-
licta ignominiosè committen-
do, quæ deinceps fuerunt pu-
blico supplicio, elugente pos-
tea infaustè sua posteritate.

Propterea bonum labo-
ris sæpissimè commendatur.
Gonzalez *in regul. 8. Cancell.*
glos. 4. à num. 1. Torres in philos.
moral. cap. 13. & 14. Marqués.
lib. 2. de gubernat. cap. 13. vbi
de constantia in eo. Seneca
epist. 15. 31. & de tranquillitat.
anim. cap. 11. & lib. 1. controu. 8.

Solorzan, *lib. 2. politic. cap. 16. fol. 156. vers. pnes, & seqq. punctim Peguer. decis. 3. p. 1.*

- 5 Quò prospexerunt Regia edicta generalia per Excellentissimos Dominos Locumtenentes generales suæ Maiestatis indici solita, dum *cap. 31. pro observantia Const. 4. sub tit. de Bomians in 1. vers. expellunt, & banniri præcipiunt ab hoc Principatu, & Comitatu Ceritanæ omnes malos homines, ac perversæ conditionis, iniungendo, quod infra decem dies exeant à Principatu, & Comitatu, & quod si dicto termino elapso visi fuerint incedere per Principatum, & Comitatum plusquam vna vice, pœnam incurrant fustigationis, aut triremium per tempus quinque annorum.*
- 6 In secundo versiculo constituitur, quod omnes vagabundi, qui non laborant, nec vllum exercent officium, & sine domino intendunt subsistere, intra tres dies proximos, & continuos à die publicationis edicti in antea teneantur discedere à Civitatibus, Villis, & Locis dictorum Principatus, & Comitatus, alioquin incurrant in pœnas per Constitutiones generales Cathalonæ impositas.

- 7 Voluerunt Proreges labori

homines incumbere, & officiis vacare: diffinitur autem officium congrua potestas cuiuscunque personæ in id, quod quis efficere debet, vt illud pro qualitate loci, temporis, causæ, & personæ reddat perfectum. Bertachin. *litt. O. verbo officium.* Sebast. de Medic. *de diffinit. dis. 18. n. 41.* plenè Gamma *decis. 354. num. 1.* sequitur Roxas *de incompatibil. part. 6. cap. 4. à num. 16.*

Debet ergo vt quis honestatis vitæ præcepto pareat, labori vires impendere congruo adhibito conatu, circumstantiis loci, temporis, causæ, & personarum trutinatis: possent hic coacervari, quæ de acedia docuerunt D. Thom. *2. 2. q. 36. art. 1. & q. 47. art. 9.* Malderus, & Bannes ibidem, Reginald. *lib. 17. num. 107.* Valent. *2. 2. disput. 3. q. 13. punct. 1.* Tolet. *lib. 7. de peccat. cap. 68.* Bonacin. *tom. 2. in prim. decalog. præcept. disp. 3. q. 4. punct. vlt. §. 3. num. 1.* Hortus Pastorum *in tuba sacerdotali tract. 7. lib. 1.* Busembaum *lib. 5. de peccat. cap. 3. dub. 2.* Navarr. *in manual. confes. cap. 23. à num. 124.* vbi de pigritia, & quando peccatum; & est percelebris locus *1. Corinth. 15. vers. 58.* D. August. *lib. de morib. Ecclesie cap. 24. tom. 1.*

Prosequitur tertius versiculus

lus generalis edicti declarando, quod habebuntur pro malis hominibus, & vagabundis hi, qui diebus ordinariis, & laboris, incedunt ludendo per popinas, & plateas publicas, macella, cauponas, stabula, & alia similia loca, operas suas non locando pretiis currentibus; & quod si tales, diebus prædictis ad laborandum destinatis, vel in festivis ante meridiem reperti fuerint ludendo aliquo ludi genere, pro veris vagabundis reputabuntur, contra quos per dictas Constitutiones infligitur fustigatio, aut tritremium remigando per quinquennium, aut alia maior, aut minor, prout qualitas facti, aut personarum expostulabit.

10 Hæc odio ludi, vitæ otiosæ, ac pigræ, laborem, & officium contemnentis iure communi, nostro, ac præconizationibus cauta conspiciuntur; & de ludis prohibitis, & pœna in eos statuta, qui eos ludunt, & eorum qui eis assistunt, & mutuò dant ad ludendum. Ant. Augustin. par. 3. lib. 36. tit. 2. Villarocl par. 1. del. govier. q. 3. art. 5. Riccius par. 5. collect. 1536. & p. 6. collect. 2405. Bovadill. lib. 2. politic. cap. 13. à nu. 14. Hermosill. in l. 36. glos. 9. num. 5. tit. 5. part. 5. Guzman de

evictioni q. 60. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 510. & seqq. vbi plura de ludis, Diana tom. 7. tract. 9. resol. 39. Farin. to. 3. praxis q. 109. iterum Molin. tract. 2. disp. 521. conducit Peguera decis. 44. part. 1. Sanchez lib. 1. conf. cap. 8. dub. 24. & seq. vbi an ludus sit aliquando culpa lethalis, apud quos agminatim alii.

Domum verò suam ludo ac cōmodantes, quam pœnam incurrāt, & quomodo puniantur. Molina d. tract. 2. disp. 521. Farin. tom. 3. prax. q. 109. à n. 137. & alii laudandi infra num. 55. omni demum ornatu, ac venustate novissimè noster Senator Nobil. Bonaventura de Tristany decis. 65. tom. 2.

12 Intenti est Regia conclusio 19. Januarii 1575. facta exscripta decis. 11. num. 29. qua prohibitum fuit notariis accedere gancas, & popinas heluandi, & comessandi causa, & frequentare sphæresteria, seu quamlibet pravatam domum, vbi variis ludis patrimonia consumuntur, aliaque scelera perpetrantur, ludendi, aut lusores spectandi gratia, quæ sunt verba litteralia Senatus, & summo perè expressiva istiusce nequitie.

Eodem modo Præsidente Excellentissimo Don Lauren-

rio Suarez de Figueroa Locumtenente generali 27. Januarii 1600. in factō Fisci Procuratoris Regiæ Curix, contra Joannem N. delatum, & inculpatum, quod incessit ludendo, divagando, & aliàs otiosè vivendo contra generales Constitutiones Cathalonix, & de aliis criminibus, & delictis, facta relatione per Magnificum Joannem Magarola Iudicem Regiæ Curix, fuit conclusum; quod dictus Ioannes N. condemnaretur, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & quod relegaretur in Insulam per suam Maiestatem nominandam ad triennium.

14 Et die 7. Februarii 1600. in factō Fisci Procuratoris Regiæ Curix, & partis instantis contra Bernardum N. aliàs *Pocarroba*, francigenam, delatum, & inculpatum, quod incessit ludendo, divagando, & aliàs otiosè vivendo contra generales Constitutiones Cathalonix, & de aliis criminibus, & delictis, facta relatione etiam per Magarola, fuit conclusum; quod dictus Bernardus N. cōdemnaretur ad servitium Regiarum triennium remigando ad quinquenniū, dempto Nobil. Ludovico à Peguera, qui

fuit voti quod fustigaretur.

Si cum hoc crimine furtum 15 concurrat, fustigationi annectitur, quod criminofus bulletur, & bannimentum adiicitur; quare Præsidente sua Excellentia die 9. Martii 1600. in factō Fisci Procuratoris Regiæ Curix, contra Ioannē N. aliàs *lo Pillart*, delatum, & inculpatum de furto per ipsum commissō in præsentis Civitate die 25. Ianuarii tunc proximè elapsi in domibus Ioannis de Santominato, furto ab eisdem subtrahendo quoddam stragulum, sive *fella* cum suis ornamentis, & quod incessit divagando, ludendo, & aliàs otiosè vivendo contra generales Constitutiones Cathalonix, & Regias præconizationes, facta relatione per Magarola, fuit condemnatus, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & quod bullaretur, & quod banniretur à præsentis Principatu Cathalonix, & Comitibus Rossilionis, & Ceritanix ad quinquennium.

Vbi verò de hoc delicto im- 16 petitus est minor, condemnatur interdum, quod ducatur vestitus palam, & publicè per loca solita, & ad bannimentum à præsentis Civitate, & eius Vicaria lata; Idcirco Præsiden-

te sua Excellentia die 8. Martii 1600. in facto Fisci Procuratoris Reg. Curia, contra Hieronymum N. minorem, delatum, & inculpatum, quod incessit divagando, ludendo, & otiosè vivendo per præsentem Cathaloniam Principatum contra generales Constitutiones, & Regias præconizationes, facta relatione per Magnificum Iosephum Ferrer Iudicem Regia Curia, fuit condemnatus, quod duceretur vestitus palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis, & quod banniretur à præsentis Civitate, & Vicaria lata Barcinonæ ad triennium.

17 Antiquitus in præconiis, & edictis generalibus contra vagabundos, imponebatur pœna fustigationis, & serviendi in Regiis triremibus per quinquennium, sicque cumulativè, tametsi *Const. 4. sub tit. de Bomians* infligatur contra malos homines, & inhonestè viventes fustigatio, vel servitium in Regiis triremibus ad tempus annorum quinque, & ita assignetur pœna disiunctivè, prout practicari nostri de hac materia scribentes annotarunt. De meo autem tempore, nō vtraq; pœna cumulativè statuitur, sed earū altera disiunctivè in præconiis iniungitur.

18 Advertas tamen, quod licet sub disiunctiva dictione, *Et* in Constitutione, & in recentioribus præconiis pœna illæ præscribantur; nihilominus iuxta exemplaria relata à *num. 13.* vltra fustigationem, pœna alia contra sceleratos hos reos irrogatur, sed in illis conclusionibus, & aliis quas vidi, quoties ad remigium isti delinquentes eiiciuntur, fustigatio non coniungitur.

19 Intellexit enim Senatus has, & similes Constitutiones, licet sub voce disiunctiva loquentes, excludere quidem concursum pœnarum expressarum, nō verò vnius ex illis cum alia, si ambæ punitionem delicto congruam componant; tunc enim non habentur pro duplici pœna, sed pro vna; ideoque non intrat communis regula, quod duplici pœna nemo sit puniendus *Cap. 2. vbi Acuña numer. 4. distinēt. 5. Gomez lib. 3. var. cap. 1. num. 39. & plures congerens Ayllon. Giurba conf. 25. & 26. Cabal. cas. 2. Diana com. 6. tr. 1. ref. 33. Menoch. de recuperand. poss. remed. 9. à num. 338. & de arbitr. q. 85.*

20 Vtteriùs dictæ Constitutionis, & aliarum contextus non tollit arbitrium Principi, & superioribus magistratibus competens minuendi, vel augendi

81 ex causis, & circumstantiis peculiaribus vindictas, velut profusè *decis.* 22. elimabitur.

21 Quæ omnia maturè attendit noster Regius Senatus die 22. Novembris 1688. iudicans contra hanc gentem ludètem, ac vitiosam, in perniciem Reipublicæ, pœnarum gradus distinguens iuxta ætates reorum, in factò Fiscii Procuratoris Regiæ Curix, adversus Emanuelem N. ætatis sexdecim annorum, Ioannem N. ætatis 17. Benedictum N. ætatis 18. Raymundum N. & Iosephum N. minores, & Isidrum N. ac Iosephum N. delatos, & inculpato, quod inceserunt per præsentem Civitatem, domum permanentem, & officium non habentes, ludendo, & otiosè vivendo contra generales Constitutiones Cathalonix, & Regias præconizationes, qui referente Antonio de Vilaplana I. R. C. fuerunt condemnati; scilicet dicti Emanuel, Ioannes, & Benedictus ad serviendum militando cum solito stipendio in Præsidio de Moniich Civitatis Gerundæ per tempus trium annorum; dicti vero Raymundus, & Iosephus ad serviendum militando cum solito stipendio per tēpus quinque annorum in eodem præsidio; Isidrus autem, & Iose-

phus ad serviendum militando cum solito stipēdio in præsidio de Rosas per tēpus quinque annorum, sub pœna in casu contrafactionis, respectu maiorum fustigationis, & serviendi in Regiis triremib⁹ per quinquennium remigando, & quoad eos qui vigesimum nō attingebant annum, & etiam quoad alios minores 25. annis, sub pœna quoque serviendi respectivè in supradicto Præsidio cum solito stipendio per duplicatum tempus, Actuario Riembau.

11 Habes cum hac, & com- 21 plurimis anterioribus decisionibus, vti vagabundos plesti eos omnes, qui otiosam vitam agentes ex ludo vivere intendunt, officium non habentes, & patrimonio, & permanenti domo carentes in aliqua Civitate, licet per varia Principatus loca non exvagantur, vt sic Vrbes malevolis istis lusoribus purgentur ad quæcumque mala expositis.

11 Parvi quoque fecit Senatus, 23 deduxisse reos per aliquos dies labori intendisse in lapidicinis fodendo, & in piscationis exercitio, vulgò *en los Arts*, atque similibus operationibus addictos; quoniam in hoc magis vagi perpendebantur, cum per paucum tempus elaborare vo-

luerint, sordidis ministeriis vacantes, non fixo officio persistentes, sed divertentes, erratiles, ac ad solitam vitam pessimam redeunt.

24 Edices insuper iuxta exemplaria à num. 13. recitata, Constitutiones generales solas suffecisse ad poenam fustigationis cum alia coercendos reos, hoc scelere notatos; non enim in aliquibus ex eis de præconiis fit mentio, & hæc poenæ integratio ex duobus componitur, quamvis *Constitutio 4. tit. de Bomians* disiunctivè loquatur.

25 Omnia hucusque contra lufores eructata admonuimus, ut elucescat, quam vitandi sint homines vitiosè ludo vtentes, labore, officiis, & rerum suarum curis omninò posthabitis. Atverò prosequendo materiam præcedentis decisionis, dum de prorogatione iurisdictionis criminalis per laicum in iudicem ecclesiasticum sermonem fecimus, disquirendum venit; an laicus lusor iudicio Episcopi subiiciatur. Rotundus videtur esse textus in *Can. Episcopus 1. 35. distinct.* ibi: *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus alicui, atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certè damnetur; subdiaconus autem, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut commu-*

nione privetur; similiter & laicus.

Concordat huic dispositio- 26 ni textus in *Can. clericum 6. distinct.* 46. Ut quatenus de Episcopo lusore in eo textu fit mentio, vide Villaroel. 1. par. *del gobierno q. 3. art. 3. 5. 6. & 9.* Verumtamen examinanda sunt principaliter verba dicti *Cap. Episcopus 1. similiter etiam laicus*; ex quibus non pauci colligunt, laicum lusorem ratione huius criminis subiici iudicio Episcopi, & ita censuerunt Præpositus, & Alexander in *prædicto cap. Bonifac. de Vitalin. in tit. de ludo. Azard. n. 2. vers. & debent Episcopi, & Rector. Paris. de Putco in tract. de ludo, num. 43. & Episcopo datam fuisse facultatem cumulativè tamen cum iudice seculari, voluerunt Angel. de malefic. in verbo metidor de mali dati num. 20. in fin. Amad. de syndicat. num. 93. vers. tertia poena erit; contrariam tamen sententiam, negantem omninò iudici ecclesiastico hoc casu cognitionem, tenet Salcedo ad Bernardum in *præct. 70. vers. hoc de clericis. Farin. in prax. crim. q. 109. num. 79. in fin.* idèdque prælibatum text. in *Can. 1. consuetudine fuisse abrogatum, inquit Caietan. 2. 2. q. 168. art. 3. in fin.**

- 27 Limitatur tamen hæc opinio, & conclusio negans si forte ecclesiasticus procederet contra ludentes in Ecclesia, vel extra, dum sacra officia in die festo celebrantur, vt firmat Azevedo *l.4.num.2.tit.1.lib.4.nova recopil. & l.2.num.53.tit.7.lib.8.etiam nov.recopil.* Vnde effluit, quod damnatus sit ludus populi, dum in solemnitatibus, in saltationibus, & turpibus invigilant cantibus, non solum sibi nocentes, sed religiosorum officiis perstrepentes, ex *Can. irreligiosa consuetudo 2. de consecrat. distinct.3.* vnde mortale esse facinus *Glos. ibid. verbo perstrepentes* infert, ex *Concil. Chartagin. 4. in Can. qui die solemnibus 66. de consecrat. distinct.1.* cum excommunicet eos qui tali die ad spectacula vadunt prætermisso solenni Ecclesiæ conventu: efficitur enim laicus de foro Episcopi ratione, & causa peccati, vt ex multis tradit *R. S. Tristany decis. 65.p.2.*
- 28 Amplexa igitur limitatione nuper expressa, non obturbat regulam à nobis constitutam decisione præcedenti de iurisdictione criminali laici in iudicem ecclesiasticum non prorogabili, declaratio Reverendi Cancellarii memorata per *Nobil. Senat. Tristany dicta decis. 65.num.5. facta 27. Ianuarii 1632.* per Cancellariū Erill, Consultoribus Besturs, Llorens, Pexo, Vinyes, occasione firmarum iuris in Curia secularibus, scilicet in Curia Vicarii Regii Dertusæ per Fisci Procuratorem, & per Iosephū N. & in Curia Patiariorū per syndicum dictæ Civitatis respectivè factarum ratione generalis edicti in Ecclesia Cathedrali, de mandato Reverendi Episcopi contra lufores, & luforum, seu aleatorum receptatores die 1. Julii 1630. publicati, nec non ratione mandati dicto, & eidem N. die 16. mensis Ianuarii 1630. specificè facti, quatenus in dicta Curia ecclesiastica compareret ad respondendum querelæ criminali ad instantiam Fisci Procuratoris contra ipsum N. oblata; ex quo lufores, & aleatores in domo sua recipiebat, contraveniendo verbali promissioni die 16. Aprilis 1625. Reverendo Officiali eo tunc, & Vicario Generali Dertusæ factæ, in & cum qua exposuit, quod etsi in mensibus præteritis in domo sua luforia ars, & aliqui ludi exercebantur; attamen ab aliquo tempore, vsque ad tunc à dictis ludis se abstinebat, & minimè assensum præberet à cætero, quod dicta luforia ars

exer-

exerceretur ad præsens, nec in futurum. In qua contentione fuit pronuntiatum firmæ iuris factæ pro parte Procuratoris Fiscalis dictæ Curia secularis dicti Vicarii Regii Dertusæ, & pro parte dicti Iosephi factæ in dicta Curia seculari, quo ad personam dicti Iosephi tantum locum non fuisse, nec esse; quo verò ad alias firmas iuris contentionem non procedere.

30 Neque contrarium excerpti potest ex verbis prædictæ sententiæ, ibi: *Quatenus in dicta Curia Ecclesiastica compareret ad respondendum querela criminali, iunctis aliis, quæ subiiciuntur in motivis, ibi: Et signanter visa dicta expositione verbali dicto Officiali Dertuse per dictum N. coram Notario, & testibus facta, per dictum Officialem acceptata, & pro parte Curia Ecclesiastica exhibita, quasi inde inferri prætendatur in querela criminali contra dictum Iosephum N. facta, ideò fuisse declaratum posse Curiam ecclesiasticam cognoscere, quia cum verbali expositione Officiali ecclesiastico porrecta, & ab eo acceptata, prorogaverat iurisdictionem criminalem laicus in iudicem ecclesiasticum, & ob id concludi posse talem iurisdictionem prorogabilem esse.*

Enimverò introspexi processum istius contentionis, ut obiectionem istam amputarè, & inveni, quod Procurator Fiscalis Curia ecclesiasticæ Dertusæ 31. Ianuarii 1631. in dicta causa coram Arbitris obtulit articulos, quibus inter alia allegavit, & præcipue 3. 4. & 6. quod in domo præfati Iosephi N. ludebatur sæpissimè, dum divina celebrabatur officia, mane, & vespere diebus festivis Adventus, & Quadragesimæ, adeo quod inter lusores solitum erat iactari, quando hora duodecima pulsabatur, iam vera crux erigitur, ad prandium eamus.

Rursus quod diebus festivis, Dominicis, ac aliis, cum transirent processiones per domum eiusdem Iosephi suboriebatur scandalum gentis concursus, que confluebat domum prædicti Iosephi, & à divino cultu divellebatur.

Addebatur æquè pleraque in dictis ludis peccata committi, de qua inveterata consuetudine delinquendi, & perseverantia criminum, ac scandali inde resultantis ex depositionibus testium in dicto processu receptorum plenè constabat.

Insuper articulo 11. deductum fuit coram arbitris, quod

Ggg Der-

18 Dertusæ Episcopi, qui vsque tunc fuerant, assueverant quietè, pacificè, ac absque vllius personæ contradictione, prohibere pœnis ecclesiasticis domus lusorias, vulgò *Taulatjes*, & ludos publicos omniû scientia, & assensu, cartellorum publicatione in Ecclesiis tempore visitæ, & extra eam processus condendo, & mandata peculiariter expediendo; subinde articulo 12. argumentabatur idè Procurator Fiscalis Curie Ecclesiasticæ, quod cum ageretur de delicto mixti fori, & vergeret scandalum; indubiè contradictum Iosephum Episcopus prosequi pœnis spiritualibus poterat.

35 Præcul difficultate manebat in hisce terminis Episcopi Dertusen. prætenso: nam in delictis mixti fori, qualiter præsentaneum fatemur iuxta facti circumstantias, & doctrinas præiactas, quoad pœnas ecclesiasticas, & spirituales contra laicos, cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum; non verò quoad pœnas seculares, & pecuniarias, quo casu cognitio contra laicos ad iudicem secularem pertinet. Reg. Cortiada cum pluribus *decif.* 180. *num.* 24. *par.* 3. de vsurariis agēs post factam distinctionem *nu.* 16. inter crimen mixtum, &

mixti fori, sequitur Nobilis Senator Calderò *decif.* 74. *num.* 21. & *passim part.* 2.

36 Non remorantur verba quibus vititur prælibata sententia Cancellarii, *querela criminalis*, per quæ adspicitur criminaliter in Curia ecclesiastica fuisse processum contra Iosephum: id namque non inficiamur, cū in publicatione censurarum, de quibus in casu agebatur, criminaliter soleat procedi, terminanter Reg. Matthæu *de re criminali. contr.* 7. *num.* 57.

37 Jureque optimo ita servatur: nam excommunicatio, & bannum à pari procedunt. Sigismund. Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 66. & equiparationes ita enumerat, quod sicut excommunicatio est sententia interlocutoria; ita & bannum; sicut illa eiicit excommunicatum à communione fidelium, ita bannum separat bannitum à beneficiis Civitatis, quæ competunt civibus; sicut excommunicati desinunt esse membra Ecclesiæ, ita banniti desinunt esse membra Civitatis: Quare bannire in foro seculari, esse excommunicare in foro ecclesiastico affirmat.

38 Quapropter diffusè querūt Doctores, quæ excommunicatus amittat, vidend. Ricc. *p.* 1. *collectan.* 214. Covarrub. *in cap. alma*

alma mater 1. p. §. 1. *cum seq. de sentent. excom. in* 6. Gomez *in l. 3. Tauri num. 15. Peregr. lib. 3. de iur. Fisc. art. 11. Salgado 2. par. de protect. cap. 8. à num. 7. Olea de cess. tit. 6. q. 11. num. 49. vbi an agere possit. Cevallos com. opin. 545. Diana tom. 5. tract. 1. res. 117. vbi an conventus Procuratorem teneatur cōstituire. Salgad. 1. p. de Reg. protect. cap. 2. à num. 163. vbi an valeat regium recursum intendere.*

39 An verò beneficii obtenti aliqua pars excōmunicatis debeat, perscrutarunt Tolet. *lib. 1. instruct. cap. 13. numer. 19. & 20. Covarrub. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Barbof. de pensionib. q. 13. Salgad. 2. p. de Reg. protect. cap. 5. à num. 60. Diana tom. 5. tract. 1. res. 173. & seq. an rescriptum valeant impetrare, Riccius part. 4. coll. 1184. Barbof. cap. 26. à num. 4. de rescript.*

40 Denique ad propositum nostræ æquiparationis, declarant numquid cū aliis possint communicare, & reliqui cum eis, & cui pœnæ colloquentes subdantur. Cuiac. *in cap. 2. de exceptionib. Cap. 53. de appellat. Canon. 2. Concil. Anthiochen. Ant. Augustin. part. 3. lib. 37. tit. 2. 3. & 79. & lib. 38. tit. 5. Guierrez lib. 1. canon. question. 1.*

Diana tom. 5. tract. 1. res. 146. vbi quomodo, & an in hdc detur paruitas materiæ, & qui non teneantur, & tom. 9. tract. 13. res. 4. numer. 34. & resol. 9. Menoch. lib. 2. de arbitr. cap. 451. Itidem Diana tom. 5. tract. 1. res. 137. & seq. vbi an suffragia pro eis offerri possint, & resol. 136. vbi quid faciendum si Ecclesiam ingrediantur, aliasque quæstiones Diana, Toletus, & alii supra allegati conspiciendū enodarunt.

De bannitis autem, præter ea quæ enucleavimus *decis. 3. à num. 64. plura conscripserunt Mieres 1. p. q. 1. à num. 205. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 7. Carleval de indic. tit. 1. disp. 2. num. 744. Franch. decis. 102. Caball. cas. 60. & 61. Ricc. par. 2. collect. 291. & p. 5. coll. 1962.*

42 At de exclusa cum eis communicatione. Giurba *confi. 25. 26. 27. 28. Cabal. cas. 287. Ricc. par. 3. collect. 544. & par. 7. coll. 2726. Cyriac. contr. 345. vbi de eo qui illi alloquitur extra territorium, idem Cyriac. contr. 342. num. 1. vbi quod mortuo æquiparatur, & concinit Ricc. par. 3. collect. 722. Caball. cas. 83. vbi an possit sepeliri in territorio à quo bannitus erat.*

43 Planè bannitum cum qualitate, quod offendi possit, confiscatione bonorum adiecta, &

prohibitione commorandi in Provincia, deportato ex vera intelligentia comparari, pro mortuo cenferi, iura agnationis, & filiationis perdere, & pati omnes capitis diminutiones, perspicuè propugnat pluribus affultus Fajardo *allegat. Fisc. 8. & 9. ferè per totas.*

44 Eandem comparationē banniti (intellige semper de eiecto à pace, & treuga) cum excommunicato, amplectitur Xammar *rer. iudic. def. 134. p. 2. & neutrum ex eis audiendū esse in Regia Audientia, ac ad nullius ex ipsis instantiam evocari posse causam ad Reg. Aud. decisum testatur, & alia ibidem ad nostrum casum applicabilia coniungit, & cum hac ipsa propositione concurrat Fajardo *alleg. 9. à num. 130.**

45 Nullam idcirco dubitationem recipit, causam excommunicationis criminalem esse, sicut banni, subindeque pariter certum erit, in delictis mixti fori per iudicem ecclesiasticum pœnam hanc posse irrogari, nec vnquam ipsi fuit denegatum; solum etenim in laicos nō posse vltionē temporalem exercere stabilitur, non autem colluctatur an pœnas spirituales criminales valeat impendere suis casibus, alioquin si hæc sub dubio caderent,

liberaremus laicos à debita subiectione pœnarum Ecclesiæ in animas eorum feriendarum, quod Catholicè teneri nequit, & ita Omnipotens Deus à mente omninò avertat.

Satagebam studiosè perquirere, quomodo adstruatur processus in Curia ecclesiastica contra laicos ad pronuntian- 46 dum adversus eos sententiam excommunicationis, & omnia exemplaria, ac propemodum innumera adinveni criminaliter instruendo processum prodita, ac signanter vidi 26. Aprilis 1636. instante Fisci Procuratore Curia Ecclesiasticæ, fuisse oblatam supplicationē, narrando Michaelē N. agricolam Villæ Calidarum de Montebovino huius Diœces. 24. Aprilis dicti anni coadunatum plurimo gentis concursu ante macellum illius Villæ, non dubitasse pugno sæpè percutere maligno animo Gabrielem N. presbyterum, beneficiatū dicte Villæ, eo solo prætextu, quod relatus clericus Notarium requirebat, vt instrumentū conficeret, quatenus macellarius recusabat vendere carnem pretio solito, sed adiiciendo novam impositionem per Villam superadditam, indeque furore avulsum dictum laicum nequiter exarsisse, violentas manus

in

in Saerdotem iniiciendo; quapropter fuit per Procuratorem Fiscalem, & partem privatam instantiam formatam facientē, petitum declarari talem laicū debitē puniri, tanquam incursum in pœnas *Canonis Si quis suadente diabolo*, & alias à iure canonico designatas.

47 Provisum extitit, quod reciperetur informatio, & testes, prout in nostris processibus criminalibus solitum est fieri, fuerunt examinati, in scripturamve redacti. Deinde Procurator Fiscalis alia supplicatione deduxit constare ex informatione recepta de delicto memorati laici, & petiit declarari ipsum incidisse in censuras dicti *Canonis Si quis suadente*, aliasque pœnas à iure impostas, illumque citari ad videndum fieri declarationem; & provisione facta 5. Maii 1636. per Michaelē Ioannem Llor presbyterum V. I. D. Officialem pro Reverēdo in Christo Patre D. Garcia Gil Manrique Episcopo Barcinonæ, fuit provisum dictum Michaelē citari, ut certa die ibidem assignata compareret ad videndum se declarari incidisse in censuras, & pœnas *Canonis Si quis suadente diabolo* 17. q. 4. & Cōstitut. Tarraconæ contra invidiosos loquentium, vel iustas

causas, si quas haberet, allegaret, cur supradicta fieri non deberent. Expeditæ fuerunt ad hunc effectum litteræ monitoriales, ac citatoriae, quæ fuerunt intimatæ prædicto Michaeli, & publicatæ in Ecclesia Parochiali Villæ de Caldes.

48 Postea sententia prolata die 30. Maii 1636. reproductis pro parte Procuratoris Fiscalis memoratis litteris cum ipsarum præsentatione, fuit declaratū prædictum Michaelē publicandum esse excommunicatū, seu incidisse in pœnas, & censuras *Canonis Si quis suadente*, & aliarum canonicarum sanctionum cōtra percussores clericorum loquentium, & fuit iniunctum, quod publicaretur tanquam excommunicatus in Ecclesiis dictæ Villæ, ut ab omnibus vitaretur.

49 En quomodo in praxi quarrelæ criminales causæ istæ censurarum appellari debent. Veruntamen maior altercatio sistit, cur sententia Cancellarii Erill pro motivo principali expressit promissionem, quam Iosephus fecerat in Curia Ecclesiastica Dertusæ 17. Aprilis 1625. prout litteraliter recitatur supra num. 30. videntur hæc denotare fundamentum sumpsum fuisse à prorogatione iurisdictionis in causa criminali,
sic-

ficque iurisdictionem criminalem laici in iudicem ecclesiasticum esse prorogabilem exinde elici incompertum nō erit.

50 Facillima autem ad hanc objectionem patet solutio, supponendo nos versari in crimine mixti fori, ex traditis supra num. 26. nam cum in talibus delictis locus sit præventioni, speciali nota digna erat contumacia dicti Iosephi, qui in scandalo perstiterat post expositionem emissam in Curia ecclesiastica, & ibidem acceptatam, vt in simili casu ratiocinatur Tondut. *de prevent. par. 2. cap. 28. num. 12.* vbi tractans de sacrilego laico, qui non obstante præventionem iudicis secularis fuit remissus ad ecclesiasticum, subdit, ideò id factum fuisse; quia reus erat contumax Curia spirituali, vnde opponendo præventionem non videbatur audiendus, quod etiam Tondut. repetit *dict. par. 2. cap. 32. num. 21.* & ad idem conferunt quæ de contumacia crimen continente deduximus supra *decis. 10. num. 43.*

51 Violator erat prædictus Ioseph^{us} venerationis debitæ diebus festiuis, vt præhabuimus, præsertim dum divina celebrabatur officia, quod delictū, tamen mixti fori plerique censuerint; sed in Cathalonia,

quod laicus violans dies festos de præcepto, puniendus sit pœnis, & mulctis per iudicem ecclesiasticum, firmat, & decusum tradit Reg. Cortiada *decis. 171. numer. 33. p. 3.* & notatu sunt digna verba Constitut. Beat. Pontif. Pii V. incipientis *Cum primum* relatæ à Quaranta in sum. bullarii verbo *dies festus*, ibi: *Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, graves pœnas incurrat.*

52 Meritoque hæc omnia sancita comperiuntur; nam dies festi Deo dicati accipiuntur, & ita fœda in eis patranda non sunt, imò neque servilia, et si fiant ob pietatem, vtpote elemosynam. Fagundez, & alii apud Diana 4. p. tr. 4. ref. 177. & p. 3. tr. 5. ref. 8. quamvis multi contrarium doceant, saltem quando secretò fiunt, vt suere, & alia similia agere, non autē si publicè, veluti ædificare.

53 Hinc tertio præcepto divinæ legis iubetur, vt dies festos sanctificemus. *Exod. 20. vers. 8. Jerem. 17. vers. 21. & 22. Leo Magn. epist. 81. cap. 1. & serm. 3. de quadragesima. August. epist. 118. cap. 1. & 119. cap. 12. & 13. ac sermon. 151. de temp. Gregor. lib. 11. epist. 3. D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. Consil. Meguntin. Can. 36. Marisconen. Can. 1. Trident.*

dent. *sess. ultim. de delectu cibor.*

54 Sanctificandi autē sub obligatione venit, & ostenditur diē Sabbatum antiquitus, & postea quemcunque alium festivū de præcepto esse religiosum, divinisque actionibus, & sanctis rerum officiis consecratū, vt exponit Cathecismus Roman. par. 3. *super hoc tertio præcepto, vbi pag. 493. vers. postremò, verba hæc leguntur: Postremò id docemur, quod certè animadvertere debemus, non de futuras scilicet occasiones, quamobrem nos huius præcepti capiat oblivio, vel aliorum, qui illud negligunt, exemplo adducti, vel spectaculorum, ludorumque studio, quibus plerumque ab huius diei sancto, religiosoque cultu abducimur.*

55 Nunc ita: si festivitates sanctificandæ sunt, & in eis per se honesta, ne à divino cultu homines distrahantur, interdicuntur, quanto magis punitionem merebantur turpia, & illicita, quæ in domo Iosephi admoliebantur contra laudabilem Pii V. *Constitutionem*, & divinæ iussionis præscriptum; ideoque sanior, & iustior videtur mihi sententia existimantium, præter eos quos memoravimus *nu. II.* habentes expositas domos ad ludendum peccare mortali-

ter. Sanchez *in oper. moral. to. 1. lib. 1. cap. 7. num. 391.* Gabriel *in 4. distinct. 13. q. 13. dub. 6.* Sylvester *verbo ludus q. 1. 5.* Navarr. *in manual. cap. 19. num. 15.* Zanard. *in direct. theolog. p. 1. præcept. 3. cap. 28.* Joan. de la Cruz *in direct. conscient. par. 1. præcept. 7. art. 5. dub. 3. concl. 4. in fin.* Pitigian. *in 4. sentent. tom. 2. distinct. 25. q. 2. art. 5. vers. dico nonò.* Lopez *in instr. par. 2. cap. 32.* Valent. *tom. 2. disp. 5. q. 6. punct. 5.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 516. numer. 5.* Jacob. de Grassi *in dec. par. 1. lib. 2. cap. 122. num. 17. & 19.* & plures alii apud Diana *par. 2. tract. 15. res. 65.* vbi contrariis argumentis respondet; ludus enim præsertim taxillorum, & alearum, est seminarium omnium peccatorum, & malorum, quorum viginti vnum enumerat D. Anton. *par. 2. tit. 1. cap. 23. §. 6.* sexdecim refert Hostiensis *in sum. tit. de exceptionib. privat. duodecim* recenset D. Bernard. *to. 4. serm. 33.*

Coelico ergo spiritu Curia 56 ecclesiastica Dertusæ, in Iosephum ad tot obscœna in ludo perpatranda paratam domum habentem, festivis diebus pessima opera exercendo, celebratione divinorum officiorum irreverenter attentata, causam criminalem instituit pro spiritua-

libus pœnis inferendis, habita-
ratione promissionis anterioris
in eadem Curia factæ, qua post
illius relapsum sua contuma-
cia, & perfida obstinatio acio-
rem vindictam poscebat, & iu-
risdictionis ecclesiasticæ tela
reddebat fortiora; quare rectè,
ac iuridicè decisum extitit, in
memorata contentione firmæ
iuris factæ in Curia seculari
Vicarii Dertusæ, quoad perso-
nam dicti Josephi tantum lo-
cum non fuisse, & esse; quoad
alias verò firmas iuris conten-
tionem non procedere, hoc
idèd quia factæ non propone-
bantur in Curia Vicarii, prout
requirebatur. Cortiada *decif.*
57 16. à num. 4. par. 1. & consequen-
ter inoffenso pede concludi-
tur, firmam esse quam deci-
sione præcedenti statuimus as-
sertionem, nimirum iurisdic-

tionem criminalem laïci pro-
rogabilem non esse in iudicem
ecclesiasticum, nempè quoad
pœnas temporales; sed ob id
non tolli, quin Episcopus pœ-
nas spirituales, dum sua iuris-
dictione utetur, ut in prænar-
rato casu, in seculares irro-
get.

58 Caveant igitur iustitiæ, ac
sanctarum legum observato-
res, diebus laboris otiosè vi-
vere, iuxta discussa num. 9. &
in festivitibus, dum per sa-
cra officio divino est intenden-
dum cultui, lusorio exercitiò
vacare, ex firmatis n. 51. Vtrum-
que enim probrosum, imò im-
probum dignoscitur, & die-
bus ordinariis laboriosè non
versari, & in festibus ante me-
ridiem cœlestia nedum præ-
termittere, sed & eorum quo-
que spernaces monstrari.

E P I G R A P H E.

Curia contentionem movens, quod tempus debeat expectare
antequam secundas litteras expediat. Quando ex causis con-
tentionum vna sit aliæ præiudicialis. De causis dubii, an sit
firmanda contentio, ad explicationem *Pragmat. 6. sub tit. de
conten. cap. de iurisdic. in 2. volum. Constitus.*

N U C L E U S.

1 *Cunctatio præcepta longior.*
2 *Casus, & num. 3. 4. usque ad
septimum*

3 *Illam causam præiudicalem,
quæ ex sua natura postu-
lat, ut prius de ea iudice-
tur.*


- tur. Dicitur etiam ea, à qua alia dependet.
- 9 Ex causis omnino separatis, nec mutuo dependentibus, nequit dici una alteri præiudicialis.
- 10 Dependencia causæ immunitatis à causa contentionis in casu deprehenditur.
- 11 Præiudicialitas multoties locum habet quoad tertium, & exemplificatur.
- 12 Falsitatis testium accusatio civili causæ est præiudicialis
Non esse, & inutiliter esse æquiparantur.
Præiudicialitas in causis contentionum inspecta innotescit.
- 13 Pragmat. 6. sub tit. de content. de iurisdic. in 2. volum. Constitut. contextura.
- 14 Eius dispositio servanda est etiam in contentione immunitatis.
- 15 Non parvæ Constitutiones de uno casu loquentes ad alios protrahuntur.
- 16 In quacunque citatione est concedendum tempus sufficiens citato ad deliberandum.
- 17 Cessante imminente periculo terminus præfigendus citato debet esse sex, vel ad minus trium dierum.
- 18 Laboris alieni fas non est percipere fructus.

19 Decisio.

20 Pendente causa dubii, an sit firmanda contentio, non currunt termini probatorii contentionis.

Durantibus altercatis tempora probatoria non currunt.

21 Declarata causa dubij, quid in specie fuerit præiudicatum narratur.



DECISIO XV.



IMPROVIDA cunctatio longior esse solet lenta, ac matura diligentia, & festinatione, ut plenè edocuit Solorzan. emblem. 74. volunt nonnunquam immunitatis fulero Advocati, reorum prospicere evasioni, & qua præcipitatione id curant, longiorem, ac turbidiorem ipsorum defensionem reddunt, veluti experti fuimus in casu mox depingendo.

Franciscus N. medicinæ student, de crimine excepto delatus 11. Aprilis 1687. cum sono emisso per Regios Ministros, & Officiales, extractus fuit ab Ecclesia, & Conventu Beatæ Mariæ de Bono-Successu huius Civitatis Barcinonæ, & quamvis scelus in loco publico, ho-

Hhh

ra

ra octava ante meridiem patratum dignosceretur, magnus fuit necessarius conatus pro illius probatione, pluresque adhibitæ legales compulsiones concurrebant, quæ celerrimè fructum non præstabant. Hæc est non semel administrationis iustitiæ infelicitas, quam cum omnes clament, pauci adiuvant. Id efficere potuit, cur iustitia in tellure neglecta ad sidera se regna transtulerit, iuxta illud Ovid. *lib. 1. metamorphos.*

Et virgo cæde madentes

Ultima cælestium terras Astræa reliquit.

3 Vidētes cōiunctiores rei cōsanguinei, qui pro obnubilanda veritate indefinētèr laborabāt, Fiscū probationes promptas nō invenire, Curiam ecclesiasticā adierūt, à qua, instāte aggressoris matre, expeditæ fuerūt litteræ firmæ iuris in forma contentionis die 13. Aprilis eiusdem anni 1687. quibus in forma solita instabatur reum ad locum sacrum restitui, à quo fuerat extractus, & in casu hæsitationis contentio firmaretur.

4 Non fuit responsum illicò pro parte Regiæ Curia hisce litteris; quare sub die 15. dicti mensis Aprilis, secundæ fuerunt litteræ expeditæ, quibus

geminatè petitum in primis litteris postulabatur. Hæc dum agitabantur, alia pendebat cōtentio, iurisdictionis tamē, pro parte cuiusdam clerici suscitata, qui ad testimonium ferendum cogi non posse certabat pro prædicta causa, de qua cōtentione alibi agendum.

5 Undequaque contentiones non oscitanter iungebantur, vt præclusis Fisco probandi viis, ac modis, inultum facinus relinqueretur. Ast ego pro Fisco depugnans, supplicatione in Regio Cōcilio oblata 17. Aprilis 1687. dictam cōtentionem immunitatis allegatæ, eo tunc non esse firmandam deduxi: quia primæ litteræ suprachalendatæ præsentatæ fuerunt die 13. Aprilis; secundæ verò præsentatæ, imò emanatæ die 15. eiusdem mensis, sicque istæ intempestivè provisæ, & præsentatæ extiterunt, & valdè præcipitanter; quoniam Curia secularis requisita tantum tenetur respondere primis litteris contentionis intra dies tres, nec potest coangustari ad respondendum, antea quam triduum sit elapsum, nec ante illud potest Curia requirēs secundas litteras expedire, & consequenter ob nimiam festinationem, quæ in hoc casu comperiebatur, firmanda non venie-

niebat contentio.

6 Uterius quia à memorata Curia ecclesiastica, sub die 15. prælibati mensis Aprilis, fuerunt expeditæ aliæ litteræ firmæ iuris in forma contentio- nis, continentis, quod Ioannes Grau assertus clericus re- periebatur captus in Regiis carceribus, ad effectum, vt tan- quam testis deponeret in of- fensam prænominati Francisci N. qua siquidem contentione pendente, tractari non poterat de contentione super immuni- tate, prætenfa pro parte Fran- cisci; quia contentio hæc super immunitate dependebat ab il- la super iurisdictione mota, vt omninò præiudiciali: nam pro probanda qualitate intra tem- pus per concordiam, & iura Pa- triæ permissum, necessariū erat testimoniū dicti Ioannis Grau, qui socius fuerat interfecti, & formalis reputabatur testis de visu, ideoque donec diffinitum foret, an is adstringi posset per Regium Concilium, remane- bat impedita probatio ex de- positione Joannis Grau desu- menda, & consequenter cursus contentio- nis immunitatis sus- pensus quoque extabat, imò nec ea firmari poterat. Idcirco petii rescribi Officiali, & Vica- rio generali Curia ecclesiasti- cæ, quatenus revocaret prædi-

ctas, primas, & secundas litte- ras, quas produxi, aut firmaret contentio- nem super dubiis, an concurrentibus rationib⁹ præ- dictis præsentatio dictarum se- cundarum litterarum potuerit fieri dicto die 15. Aprilis ante elapsam triduum præsentatio- nis primarum litterarum, & an pendente contentione præiud- iciali super repetitione per- sonæ Joannis Grau, esset su- persedendum in contentione immunitatis instatæ in perso- na præfati Francisci; sicque an esset firmanda contentio, & su- per his dubiis tantum arbitriū eligeret, qui vna cum eligendo per suam Excellentiam hæc du- bia dirimeret.

7 Remissa hac supplicatione R. S. Francisco de Rius, & Bruniquer Relatori; fuit per eum factò verbo provisum, quod infererentur producta, & & admissa iuris firma si, & in quantum, expedirentur litteræ in forma contentio- nis super dubiis in supplicatione expres- sis, cum electione arbitri de persona Relatoris, & motivis in supplicatione contentis, & aliis opportunis iuxta Regiæ Curia stylum.

8 Secundum caput dubii at- tingam dumtaxat, eo quippe formiter non fuit per Reveren- dum Cancellarium declaratū;

Hhh 2 quia

quia ipse antequam hanc causam dubii definiret, prius illam contentions iurisdictionis decidit, & ita articulus iste non remansit discutiendus; sed Fiscum in eo fovisse iustitiam demonstratur; quandoquidem causa illa est præiudicialis, quæ ex sua natura postulat, ut prius de ea iudicetur in concursu aliarum. Carleval *de iudic. tit. 2. disp. 6. numer. 7.* & alii laudati *decis. 5. num. 27.* & *decis. 6. nu. 9.* unde præiudicialis dignoscitur, quæ taliter præiudicat, ut illa, cui causatur præiudicium, à causante dependeat. Gratian. *disceptat. forens. tom. 2. cap. 394. num. 23.*

9 Quinimò ex causis dicitur una alteri præiudicialis, quando sunt inter se contingentes, & connexæ. Farinac. *in praxi crimin. q. 100. num. 78.* Cravet. *consil. 74. num. 2. tom. 5.* & è converso, non potest opponi, quod causa una sit alteri præiudicialis, quando agitur de duabus causis omnino diversis, & separatis, nullaque ratione connexis, nec mutuo dependentibus. Tondut. *de prevent. par. 1. cap. 15. num. 32.*

10 Quantum autem causa immunitatis, in casu, à causa contentions iurisdictionis penderet, excussa *num. 6.* conspicuè aperiunt, & exitus manifestum

reddidit; siquidem statim atque Ioannes Grau succubuit in contentione, & deposuit contra Franciscum in Regia Curia, illico probatus casus necis proditoria remansit, licetque absque ulla prorsus difficultate immunitatis contentio.

11 Quin obesset inter diversas partes colluctari contentiones iurisdictionis, & immunitatis, cum in ista Francisci mater contenderet, in illa litigaret Ioannes Grau; quoniam præiudicialitatis quæstio multoties non solum locum habet, quando agitur inter eundem actorem, & reum; sed etiam quoad tertium, ut videre est in exemplo posito per Tond. *de prevent. par. 1. cap. 25. n. 29.* ubi tertius petiit domum sibi adiudicari, tanquam fideicommissio subiectam, impeditusque remansit reus ad retractum super alia domo contigua, donec lis fideicommissi fuisset per sententiam terminata; & hoc ex eo, quia quæstio dominii etiam à tertio mota, erat præiudicialis, cum nemo possit retrahere, nisi sit dominus.

12 Aliud exemplum elucescit, si reus accuset testes actoris civilis de falsitate: eo tunc alia sunt causæ, alique rei, & nihilominus præiudiciales inter se iudicantur Carleval qui supra *dict.*

dict. tit. 2. disp. 6. numer. 14. ex multis, non alia de ratione, nisi quoniam frustra de sententia ex testibus ferenda ageretur, si eorū depositiones falsæ eruantur. Peræquè hic supervacaneè de immunitate esset tractandū si probatione Fiscus fuisset privatus; paria enim sunt testes non habere, vel inutiles, aut falsos; cum non esse, & inutiliter esse æquiparentur: Quod tametsi vulgatum, eruditè tamen exposuerunt Riccius *p. 7. collectan. 305.* Solorzan. *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 1. cap. 4. num. 109.* & *cap. 19. à num. 13.* & *lib. 3. polit. cap. 20. fol. 382. vers. en favor.* Propterea si articulus præiudicialis tractetur in Curia Ecclesiastica, qui præiudicium afferre possit causæ in Curia seculari vertenti, declaratur firmæ iuris locum fuisse, & esse, donec in Curia ecclesiastica causa fuerit terminata. Ripoll ad Peguer *rubr. 32. num. 19.* bis decisum adducens.

13

Descendo ad punctum, super quo declaratio prodiit, & in hoc sistit; nempe in vim Regiæ Pragmaticæ, & Privilegii concessi Brachio, seu stamento Ecclesiastico, quæ est *Pragm. 6. sub tit. de content. de iurisdic. in 2. volum. Constit.* quando suscitatur contentio, in primis litteris, quas vna Curia aliæ

scribitur facienda est nominatio arbitri, & Curia pulsata similiter in prima responsione, aliū arbitrum tenetur nominare intra dies tres, postquam primæ litteræ fuerunt presentatæ, & si intra tempus prædictum Curia requisita non respondet, Curia quæ contentionem movit secundas litteras contentionis expediri curat.

Et licet hæc Regia Pragmatica loquatur tantum de contentione iurisdictionis; tamen eius dispositionem generaliter in omni contentione esse servandam, docent Ferrer *part. 3. observant. cap. 127. vers. postea verò in Curia.* Ripoll *in præct. Vicarij Barcinonæ rubr. 11. n. 4.* & *de Regal. cap. 11. num. 7.* Regens Cortiada *decis. 14. num. 7.* recensens quid de aliis Regnis Authores referant.

14

Nec novum est Constitutiones de vno casu loquentes, proximè introduxisse ad alios extendi, ut patet percurrendo per *Usaticos autoritate,* & rogatus simili modo *tit. de dret. del Fisch,* quos in discursu de celebrari Cortis radicatus explicuit acutissimus Regens Don Philippus Viñes, & deinceps perutiliter coaugmentavit R. S. Calderò *decis. 2. & 3. p. 1.*

15

Meritoque ita servari oportet, nam Curia requisita indiget

16

diget tempore ad prospiciendum, an cedere, vel contendere velit: siquidem in quacumque citatione, concedendum est tempus sufficiens citato ad deliberandum. Villalobos *in summa par. 1. tract. 16. difficul. 8. in fin.* Diana *resolut. moral. p. 5. tract. 9. resolut. 19. vers. notandum, & coordinat. tom. 5. tract. 1. resolut. 5.* Matthæu *de re crimin. controu. 7. num. 39.* Leand. *de censur. par. 4. tract. 1. disput. 5. q. 29.* qui sic tenent in fortioribus terminis necessitatis vrgentis, & tametsi adsit periculum in mora.

- 17 Cessante imminente periculo, terminus præfigendus citato debet esse sex, vel minus trium dierum. Leand. *de censur. par. 4. disp. 5. numer. 25.* Ciardin. *controu. forens. lib. 2. cap. 164. num. 1. iuncto num. 20. vers. cum ergo.* Avila *de censur. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 7. conclus. 4.* sed de hoc articulo latè scripserunt Nobilis Regens Cortiada, & Regii Senatores accersiti, vna cum Advocatis huius Civitatis Barcinonæ voto edito 13. Maii 1680. vbi inter alia latè enervant procedimenta, quæ plerumq; conficiunt Venerabiles Patres Inquisitores, & alii Iudices Ecclesiastici, iubentes sub pœna excommunicationis Magi-

stratibus, Iudicibus, Officialibus, & aliis personis secularibus, quatenus intra spatium trium horarum, & interdum absque assignatione, & præfixione termini, exequantur, & adimpleant in prædictis mandatis contenta.

18 Incongruum autem esset laboris alieni fructus percipere. Solorzan. *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 2. à num. 65.* maximè si eiusdem laboris quis particeps non fiat. Solorzan. *lib. 2. politic. cap. 16. fol. 156. vers. Especialmente,* ne Virgiliana audiretur querela.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.

19 In specie equidem, de qua effamur, nulla vigeat causa, ob quam ante elapsos tres dies post præsentationem primarum litterarum, secundæ expedirentur. Ea propter sententia lata per Reverendum Cancellarium Monserrat 26. Septemb. 1687. Consultoribus Balaguer, Taverner, y Rubi, & Colomer, fuit declaratum: dubio firmato per Curiam secularem locum fuisse, & esse, & consequenter Curias, ac causam reponendas fore, & esse in statu, in quo erant ante præsentationem secundarum litterarum.

20 Damnosa fuit parti, quæ tam sedulo instaverat, sua præ-

cipitatio : nam pendente hac causa dubii, an esset firmanda contentio, termini probatorii contentionis immunitatis suspensi remanserunt, hæc enim causa dubii cõsiderabatur quasi altercatum respectu contentionis immunitatis; regulariter autem durantibus altercatis, tempora probatoria non currunt, præsertim si adfuit iusta causa litigandi. Ripoll ad Peguer. vbi nos *rubr. 14. num. 130. & 132. in Praxi civili.*

21 Declarata prædicta causa dubii, supplicationem obtulit Fisci Procurator Reg. Cur. in Regio Concilio sub die 30. Septembris 1687. qua retulit primas litteras fuisse expeditas per Curiam Ecclesiasticam, & causam dubij modo mox ex-

presso declaratam: quare exhibendo prædictas litteras, & sententiam Cancellarij supplicavit rescribi Officiali, & Vicario Generali Reverendi in Christo Patris Episcopi Barcinonæ quatenus cassaret, & revocaret dictas primas litteras, & in casu hæsitacionis arbitrer nominandus pro parte Reg. Cur. vna cum arbitro per Curiam Ecclesiasticam electo, contentionem dirimerent. Fuit provisum, forma mox enarrata, litteras responsivas expediri; sicque nulla extitit habita ratio de secundis litteris per Curiam Ecclesiasticam provisus, & ex die quo respondit Regia Curia currere incæperunt termini probatorii contentionis immunitatis.

E P I G R A P H E.

Studiosa reciproca Tribunalium anxietas in protelanda Ecclesiæ immunitate, & scelerum ultione extollitur. De reo, dum ad supplicium ducitur occurrenti, non data opera, Cardinali; de eius, & legatorum Principis privilegijs, ac immunitatibus, necnon de aufugiente ad Palatium Principis, atque de baptizato; an absolutionem consequatur criminum ante baptismum commissorum. Quomodo maneat absolutus ab omnibus delictis reus, qui ad Ecclesiam restituitur; & qualiter Ecclesiæ immunitate perpetuò privatus maneat, qui semel illam amisit. Quæstio disceptatur, num facta restitutione ad Ecclesiam pendente contentione, si reus protestationem emisit, sit declarandum eo petente, super immunitate, & quid quando

do restitutio executata extitit absque vlla protestatione, & reus revocationem deposcit attentatorum.

N U C L E U S.

- 1 Ecclesiastica, & secularis Curia equali cupiditate tenentur, & immunitati Ecclesie, & criminum vindicta incumbere.
- 2 Quoties declaratur, quod extractus ab Ecclesia gaudet eius immunitate, evadit absolutus ab omnibus delictis ante extractionem commissis, ubi ratio. Limita ut num. 15.
- 3 Asyla antiqua memoratur, & remissivè.
- 4 Cardinales præbent immunitatem reis, etiam condemnatis, illis, non data opera, occurrentibus.
- 5 De aliis Cardinalium privilegiis remissivè.
- 6 Ausugiens ad Palatium Principis, seu eius personam, liberandus iuxta aliquorum sensum venit.
- 7 Legatorum Principum, ipsorumque adibus, & famulis quæ sint immunitates concessæ remissivè.
- 8 Ratio absolutionis, quam consequitur reus in contentione immunitatis obtinens reassumitur.
- 9 Baptismus, an liberet baptizatum à pœna temporali corporis afflictiva. Negativa sententia verior num. 10. sed cum moderamine expresso num. 11.
- 12 Delinquens, qui semel pro aliquo delicto immunitatem amisit, perpetuò in Cathalonia ea privatus manet pro aliis delictis, quæ postea patraverit. Distingue tamen ut num. 13. & 14.
- 15 Indultum, quod assequitur reus, qui ab Ecclesia iniuste extractus fuit, intelligitur, si diffinitivè per sententiam fuerit declaratum, cum gaudere Ecclesia immunitate; secus si tantum fuerit pronuntiatum illum restituendum esse Ecclesie.
- 16 Quæstio excusatur, an Iudici seculari liceat quandoque, etiam contentione pendente reum Ecclesie restituere.
- Reo non capto in Regiis carceribus regulariter contentio non procedit.
- 17 Spectatissima sapientie Iurisconsulti Regentis Don Mi-

Michaelis de Cortiada opinio refertur tenentis, reo restituito Ecclesie pendente contentione, eam à die restitutionis non procedere.

- 18 Contrarium placitum, tam præclari viri puce, probatur cum tribus decisionibus, præsertim extante protestatione rei.
- 19 Post firmatam contentionem, & litem incubatam, non potest una pars liti renuntiare invita alia, præcipue si sua interest sententiam ferri.
- 20 De iure communi privilegium id habet Ecclesia, ut declarata immunitate in favorem rei, concedatur ipsi indulgentia pro delicto pro quo extractus fuit.
- 21 Illatio ex prælibatis.
- 22 Exemplaribus à doctissimo Regente Cortiada allatis respondetur, vsque ad numer. 26.
- 27 Illius adducitur casus, in quo reus fuit ad locum sacrum restitutus pendente contentione, Procurator Fiscalis Regia Curia petiit declarari contentionem non procedere, sed abnuerunt reus, & Procurator Fiscalis Curia Ecclesiastica, vsque ad num. 29.
- 30 Advocatus in hac specie, nõ

petiit declarari reum immunitate Ecclesiastica gaudere, sed attentatam restitutionem ad locum sacrum declarari.

- Attentatorum natura postulat, rem reduci ad pristinum statum.
- 31 Attentatorum purgatio fit, tam per partem atteneantem, quam per eum qui passus est attentata.
- Actus non potest pro parte acceptari, & partim reprobari.
- 32 In sententia revocatoria attentatorum explicatur partes reponi debere in statu, in quo erant tempore attentationis.
- 33 Carceris incommoda remissiva.
- 34 Immunis à gabellis, si eas solverit absque protestatione, videtur tacite sue immunitati renuntiasse.



DECISIO XVI.



EQVVS debet esse i
ambarum Curiarum
zelus, Ecclesiæ
in nõ turbada san-
cta criminum punitione. Secu-
laris in nec tantillum læden-
da sacra Ecclesiæ immunitate,

& si par vtriusque Curia, vt decet, affectus sit, altissimo omnium Patri delectabile confecerabimus holocaustum.

2 Istius æqualitatis iusto pondere appenduntur reorum, & immunitatum apud nos iura. Vndè facile scintillat, quod ex obseruantia nostri Principatus, quotiescumque declaratur, quod extractus ab Ecclesia gaudet illius immunitate, evadit immunis, & absolutus ab omnibus delictis, ante extractionem commissis, adeò quod si postea capiatur, non potest pro illis puniri, nec de illis inquiri potest, nec ratio haberi ita Reg. Cortiada *decif.* 24. à *num.* 110. decisiones referens ex Peguera, Oliba, Fontanella, Ferrer, Cancer, Ripolls idque introductum fuisse in Cathalonia favore Ecclesie, vt magis, magisque à Ministris secularibus eius decor servetur, admonet Fontanella *decif.* 339. *nu.* 28. *p.* 2. asserens, quod tales Ministri accuratius incumbunt, non infringere Ecclesie immunitatem, scientes, quod si inconsultò faciant remanebit reus ab omnibus delictis absolutus.

3 Neque hoc absolum videatur: nam facilius potuit pro favenda Ecclesie immunitate hoc indultum introduci, quam

plura alia, quæ conspiciamur moribus inducta: nam priscis temporibus, si ad capitale supplicium aliquis duceretur, & casu transisset aliqua virgo vestalis, is necari non poterat, Auctore Gellio *lib.* 2. *cap.* 15. appositè plura ad scopum Reg. Don Raphael Vilosa *de fugit.* *cap.* 3. à *num.* 25. vbi latè de asy-
lis, pro exornatione eorum, quæ tetigimus *decif.* 12. *in prin.*

4 Quidam, etiam privilegium tribuerunt Cardinalibus præstandi immunitatem reis, etiam condemnatis, eis non data opera occurrentibus, vt cum duodecim scribentibus confirmat Reg. Cortiada *decif.* 88. à *n.* 16. qui *nu.* 17. limitat casu ibidem expresso, & profusè tutatur Diana *tom.* 5. *tract.* 2. *ref.* 29. apponens exemplum Cardinalis Ximenii Archiepiscopi Tolentani, qui teste Gomerio *de rebus gestis Ximenii lib.* 3. Ronfell. *in histor. Pontif. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. cum audiret strepitum trahentium quendam ad furcas, iussit illum liberari, suæ id concessum esse dignitati asserens, adde Cenedo *prætic. quest.* 9. *num.* 14. vbi vult, quod Cardinalis pileum suum apponat super caput condemnati ad mortem. Nihil autem mirum 5 id fuisse sublimi culmini Cardinalitice Purpuree permissum cum

cum tot, tantaque æqualia, aut
 maiora impertita fuerint pri-
 vilegia, de quibus Coriolan-
de Histor. Ecclesiast. pag. 184.
 Anastas. Germon. *lib. 3. de sacr.*
immunit. cap. 6. & lib. de indult.
per tot. Lament. lib. 2. de ve-
terib. Cleric. cap. 70. Solorzano
de iur. Ind. tom. 1. lib. 3. cap. 2.
num. 27. & seq. Vazquius *tom. 3*
in 3. par. D. Thomæ disput. 242.
 Anton. Agustín. *par. 1. lib. 1.*
tit. 22. par. 1. 2. 3. 4. Bellarmin.
to. 1. lib. 1. de Cleric. cap. 16. Gar-
 cia *de nobilitat. glos. 48. §. 3. à nu.*
 10. Barbos. *lib. 1. de iur. Eccles.*
cap. 3. & 4. Salcedo *in Theatr.*
honor. glos. 20. & seq.

6 Propterea etiam liberandū
 esse aufugientem ad Palatium
 Principis, seu illius personam,
 voluerunt non pauci. penes Pe-
 trum à Plaça *in epizom. delict.*
lib. 1. cap. 84. num. 5. ad quem se
 remittit Farinac. *in fragment.*
litt. C. num. 625. Vivius *opin.*
 126. *num. 3.* ubi de privilegio
 concessio per Principem alicui
 nobili, quod possit eripere ex
 manibus Curiaē condemnatum
 ad mortem, transeuntem, ante
 ipsius domum.

7 Quò referuntur immunitas,
 & exemptio legatis Principum,
 eorum domibus, & famulis ci-
 tra scandalum, suoque casu non
 negandæ. Barbos. *in l. 2. §. le-*
gatis de iudic. Vela dissert. 39.

à *num. 2.* Salced. *in Theatr. ho-*
nor. glos. 26. & 3. seqq.

8 Vt igitur maiori cura, ac so-
 licitudine Ministri seculares à
 lædenda Ecclesie immunitate
 arceantur, optimè consuetudo
 introduxit, reum ab illa extra-
 ctum, & pro iumunitate obti-
 nentem, ab omnibus vsque
 tunc commissis criminibus li-
 berum evadere, quod respectu
 præeminētiarum, quas Ecclesie
 reverenter agnoscimus minus
 est.

9 Pluries accidit Ecclesie fa-
 vore delicta aboleri; quapro-
 pter investigant Doctores, an
 baptismus liberet delinquen-
 tem à pœna temporali corpo-
 ris afflictiva, quam baptizatus
 meruit propter delictum antea
 admissum. Affirmant Glos. *in*
Cap. quoniam 48. distinct. cap.
quod autem 32. q. 1. in cap. si pœ-
nitent. de consecrat. distinct. 4.
 Felin. *in cap. de his num. 4. de*
accusat. Tom. Ferrara cauthel.
 24.

10 Negativam sententiam te-
 nent Præpos. *in cap. deinde 26.*
distinct. colum. fin. vers. conclu-
de. Ana. in d. cap. de his num. 6.
 Decius *in cap. que in Ecclesia-*
rum num. 24. de constitut. An-
 ton. Checc. *lib. 5. instit. tit. de*
baptism. §. 1. nu. 111. Sanct. Tho-
 mas *in addit. 3. p. q. 68. art. 2. ad*
 3. Farin. *q. 98. num. 145.* Tira-

quell. *de pœnis temperand. caus.*
 25. nu. 2. 3. Covarru. *lib. 2. var.*
cap. 10 num. 4. vbi eius additio-
 nator Faria, videndi Cevall. *q.*
 294. Anton. August. *par. 2. lib.*
 22. *tit. 14.*

11 Monent autem nonnulli ex
 his Doctoribus, magnam pie-
 tatis, ac religionis laudem asse-
 quuturos Principes, qui tem-
 porales pœnas in baptismatis
 gratiam condonarent, quia il-
 lustriora in hoc Sacramenta
 Dei redduntur, distinguit Ce-
 nedo *pract. q. 9. nu. 18.* firmans,
 quod quando non in fraudem
 & metu pœnæ, damnatus ad
 mortem suscipiat baptismata, il-
 lud ei suffragatur, vt subire non
 teneatur pœnam mortis; secùs
 verò si fraus adsit.

12 E converso verò delinquens,
 qui semel pro aliquo delicto
 immunitatem Ecclesiæ amisit,
 perpetuo in Cathalonia ea pri-
 vatus manet pro aliis delictis,
 quæ postea patrauerit; ita mul-
 tis ex nostris, & exteris relatis
 Reg. Cortiada *decis. 24. nu. 102.*
par. 1. qui se remittit ad Fon-
 ranella *decis. 582. per tot.* vbi is
 Doctor hanc incipit materiam
 enarrando, quod Egregius
 olim veteranus Senator Michael
 Ferrer, pleraque bona scripsit
 in suo libro observantiarum
 Reg. Aud. Cathalonix sine qui-
 bus in multis negotiis, & cau-

sis in tenebris proficisceremur;
 sed sicut omnibus aliis scripto-
 ribus, nemine dempto, con-
 tingit, in aliquibus procul dif-
 ficultate deceptus fuit, quæ de-
 bent per posteros omni studio
 animadverti, maximè cum illa
 fundet in authoritate Senatus,
 quod posset damnosum esse
 valdè Provinciæ, cum in ea
 plurimum attendantur Senatus
 oracula.

His præmissis, quæ ad sub- 13
 sequentia proficient, ita de-
 mum conclusionem præiactam
 approbat Fontanella de eo, qui
 amittit immunitatem pro vno
 delicto, vt perpetuò illa priva-
 tus maneat pro omnibus aliis
 criminibus postmodum perpe-
 tratis, quamvis non excep-
 tis, nec eius qualicatis, quod
 ex sui natura ab Ecclesiæ im-
 munitate excludant, si immu-
 nitas deperdita fuerit ob deli-
 ctum commissum in Ecclesia,
 vel in Ecclesiam, & ei propte-
 rea fuit factus iniurius, in pœ-
 nam enim, vt in eo puniatur,
 in quo delinquit, & quia non
 debet ab Ecclesia protelari,
 qui ipsius neglexit cultum, te-
 net plecti debere perpetua im-
 munitatis privatione, nisi tale
 delictum fuerit legitimè pur-
 gatum vindicta, aut aliàs. For-
 malia sunt verba Fontanellæ
d. decis. 282. vbi cumulatissi-
 ma

ma allegatione exornat, demōstrans Michael. Ferrer sententiam 3. p. *observ. cap. 255. & cap. 266.* vbi generaliter stabilivit, privatam semel immunitate, ab ea perpetuo indistinctè pro quocumque delicto depelli, nec iuribus, nec authoritatibus, nec rationibus posse fulciri.

14 Profectò Fontanellæ argumenta animum tam fortiter arctant, vt eis annuere omninò cogamur, concludentes delinquentem, vel in Ecclesia, vel contra eius authoritatem, si immunitatem semel deperderit, & postea alio delicto percum admissio illam alleget, non esse audiendum; tametsi qualitas criminis id non exposceret; extra autem hunc casum delinquendi contra Ecclesiam, non esse locum perpetuæ immunitatis privationi. Et licet in hoc magis concedatur reo obrinenti pro immunitate (quæ indultum generale cōsequi firmavimus) quam denegatur succumbenti, cum solum in casu nuper expresso privandum immunitate asseruerimus, nihilominus vtrumque rationi consonum adest, cum indultam scribentes nostri ad præterita trahant, non ad futura: poena autem ista tam gravissima ad puitionem ultra modum cri-

minum pro tempore evenientium esset extendenda, inter quæ notoria versatur discrepantia, & per prædicta non male consulitur, & immunitatis præservationi, & maleficiorum vindictæ, vt quò iuris ratio postulat zelo æqualiter ad omnia respiciamus.

15 Quæ autem supra *num. 2.* affirmavimus, nempe indultum pro omnibus sceleribus reum assequi, si ab Ecclesia iniuste extractus fuit, scilicet pro delicto non excepto, ita intelligendum venit, si diffinitivè per sententiam fuerit declaratum reū gaudere Ecclesiæ immunitate; si autem declaratur tantum restitutum esse Ecclesiæ, tale indultum nō consequitur. Fontanell. *decis. 339. num. 26.* Reg. Cortiada *decis. 24. num. 113. p. 1.* & expressim *decis. 77. à num. 5. par. 2.* quia si fiat non prævia memorata sententia, restitutio; postea extra Ecclesiam capi potest reus, & puniri; & sequuti fuerunt in hoc nostrates iuris communis dispositionem. Farinac. *conf. 68. numer. 49. lib. 2.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 47.*

Sedramen in disputationem aliquando pervenit. An iudici seculari liceat quodcumque voluerit, etiam contentione pendente, si congrarium eius

exitum subodoret, reum Ecclesie restituere, & ita contentio-
nis cursum impedire; ex tri-
ta, explorataque regula, quod
reo non existente capto in Re-
giis carceribus, contentio non
procedat. Reg. Cortiada *decif.*
9. à num. 15. par. 1. longè latèq;
amplians, ac exornans.

17 In hac quæstione, idem Re-
gens Cortiada *d. decif. 9. nu. 50.*
firmat, quod si pendente con-
tentione reus à Regiis carceri-
bus relaxetur, à die relaxatio-
nis contentio non procedit,
quatuor exemplaribus ibidem
relatis opinionem suam com-
munitam proponens.

18 Cæterum contrarium sequi
placitum non difficulter decre-
vimus, stabiliendo, quod quan-
do extractus ab Ecclesia post
firmam contentionem ad eam
restituitur, & per ipsum peti-
tur, restitutione non obstante
declarari immunitate Ecclesia-
stica gaudere, tunc utique re-
nuente etiam Fisco, super im-
munitate est pronuntiandum,
nec declarari valet contentio-
nem non procedere; ita per
Lloris Episcopum, & Cancel-
larium 9. Novembris 1578.
Consultoribus Michaelè Ioan-
ne Quintana, & Michaelè Fer-
raròs in favorem Iacobi N. &
Petri N. Ducatus Cardonæ ex-
tractorum per Procuratorem

iurisdictionalem dicti Ducatus
ab Ecclesia Sanctissimæ Trini-
tatis Villæ Cardonæ, & per
olim dignissimum Cancellariū
Don Franciscum Bernardum
de Pons, & Turell, Consulto-
ribus egregiis R. S. Rull, &
Aleny 30. Iunii 1668. in causa
immunitatis Ecclesiasticæ alle-
gatæ in personā Ioānis, & Fran-
cisci N. extractorum ab Eccle-
sia Fratrum Sancti Fœlicis Gui-
xolen. qui post firmatam con-
tentionem fuerunt ad Ecclesiam
restituti, & fuit declaratum im-
munitate Excelesiastica gaude-
re.

Ratio in comperto elucet; 19
quia post firmatam contentio-
nē, & litem contestatam, non
potest vna pars liti renuntiare
invita alia: Doctores passim,
præcipuè quando partis inte-
rest, ut feratur sententia. Gal-
lerat. *de ren. cen. 1. renun. 18. n.*
15. cum seq. firmata namq;
contentione parti est ius quæsitū.

Atqui in prolatione senten- 20
tiæ notorium versatur interesse
partis illam instantis, cum per
eam solam, & non aliter rema-
neat reus absolutus ab omni-
bus delictis antea commissis,
iuxta nostram consuetudinem
Cathalonix, & de iure com-
muni, privilegium id habet
Ecclesia, ut declarata eius im-
munitate in favorem rei, con-

cedatur ipsi indulgētia pro delicto, pro quo extractus fuit ab Ecclesia, iuxta *Cap. inter alia de immu. Eccles. Gambacurt. de immu. lib. 4. cap. 12. num. 13. 14. 15.*

21 Consequens est igitur, quod cum notorium partis intercedat interesse, non obstante restitutione rei ad Ecclesiam contentione pendente, si ipse insistat super ea debeat ferri sententia.

22 Non obturbabit Reg. Cortiada *d. decis. 9. num. 50.* præcipuè in causa proximè expressa, decisa de anno 1668. in qua rei post firmatam contentioneu ad Ecclesiam restituti, in actu restitutionis fuerunt protestati de immunitate, & postea supplicatione oblata per Fisci Procuratorem Curia Ecclesiastica fuit petitum, non obstante restitutione contentionem declarari. Siquidem exemplaria per doctissimum Reg. Cortiada allegata contrariam capi resolutionem non suaserunt, cum sint in diversis terminis. Non primum Cancellarij Erill 5. Augusti 1637. editum, quia eo in casu non agebatur de immunitate, sed de repetitione personæ Clerici per laicum capti, qui à carceribus aufugit, sicq; duplici de causa non erat declaranda contentio: Altera

quippe non agebatur de interesse, de quo hic peragimus, videlicet indulti ab omnibus criminibus, cum hoc tantummodo militet in contentionibus immunitatis, ex superius adstructis.

23 Rursus, quoniam quoties quis aufugit à Regiis carceribus meritò contentio nō procedit quia facto suo extra carceres reperitur, & ideo nequit ex proprio delicto premium consequi, quamobrem rectè Reg. Cortiada *d. decis. 9. numer. 49.* concludit, quod si reus pendente contentione aufugerit, à die, quo aufugit à Regiis carceribus, non proceditur in contentione, sed ipsa remanet in eodem statu, quo erat tempore quo aufugit; decisiones id probantes recensens.

24 Deinceps non obest secundum exemplar à Reg. Cortiada *diēb. decis. 9. num. 50.* expressum, in facto immunitatis allegatæ per Iosephum N. quia præterquam iste solum fuit liberabus, & non Ecclesiæ restitutus, non constabat cum instasse super immunitate declarari, & consequenter subintrat doctrina dictans, multa sine contradictione tolerari, quæ in contradictorio iudicio admitti non possent. Fontanel. *tom. 2. decis. 338. num. 5.* Cassan. *consil.*

38. *num. 60. Carol. Petra in ritibus M.C.U.N. ritu 1. numer. 54. & 55. tom. 1.*

25 Tertium exemplar non fuit repertum in registro Cancellarij Agullana. Quartum nullum præstat impedimentū, quia non fuit firmata contentio ante relaxationem à carceribus, sed solum firmatum extitit dubium, an esset firmanda contentio; contentione autem non firmata, certum est relaxatum, seu liberatum à carceribus, ante eius firmam, non posse contentionem de novo firmare, quia cessant omnes rationes, quas de renuntiatione litis invita parte attulimus *num. 19.*

26 Quibus perpēsis, vndequaq; stabile arbitror assertū desuper præiactum, nimirum, quando extractus ab Ecclesia post firmatam contentionem, ad eā restituitur, & nihilominus insistit contentionem declarari, quod eo tunc debeat invito quoque Fisco contentio decidi, præsertim si reus tempore restitutionis ad Ecclesiam, fuerit protestatus, vt contigit in hypothesis descripta *num. 18.*

27 Alius pervenit casus de meo tempore, cuiusdā Antonij agricolæ Villæfranchæ Pœniten. qui ab Ecclesia Parochiali illius Villæ fuerat extractus, & expeditis literis in forma con-

retentionis à Curia Ecclesiastica Decanatus, vt dictæ Ecclesiæ restitueretur, emissisque responsivis ex parte Curie secularis, devoluta contentione ad Reverendum Cancellarium, vltimis diebus ex quindecim ad probandum præfixis secularibus Tribunalibus, produxi processum ordinarii in forma solita, sed de contentione desperans, reum ad Ecclesiam restitui scripsi, prout ita fuit executum, restitutis sibi armis tempore extractionis ablati, quod læto accepit reus animo.

Postea supplicatione oblata 6. Octobris 1688. producta certicatoria restitutionis ad locum sacrum, petii declarari non procedere contentionem prædictam, firmatam inter Procuratorem Fiscalem Curie Ecclesiasticæ Decanatus Villæfranchæ Pœniten. & Antoniū ex vna, & Fisci Procuratorem Regiæ Curie ex alia partibus eo motivo, quia reo non capto contentio non poterat procedere.

Atverò alia supplicatione porrecta die 12. prælibati mensis Octobris, pro parte Procuratoris Fiscalis Curie Ecclesiasticæ memorati Decanatus, & Antoniij, fuit per me petitis contradictum, ex quo talis restitutio facta fuerat post firmatam

tam contentionem, & negabatur dictæ restitutioni consensisse Procuratorē Fiscalem, nec partem; imò deducebatur præmissam restitutionem fuisse attentativam, proditamq; in præiudicium firmæ iuris factæ in Curia Ecclesiastica relati Decanatus: Quare conclusit præhabitus Procurator postulans relaxationem à carceribus, ac restitutionem ad Ecclesiã cum reliquis inde sequutis facta cõtentione pendente, pronuntiarī primitus, & ante omnia nulla, & attentativa, & via privilegiata attentatorum revocari, causam reponendo in statu, in quo erat ante diem attentatorum.

30 Advocati, alioquin prædicti, electum medium despexi, cum aliud potuisset planius, & legalius excogitare, petendo declarari reum immunitate Ecclesiastica gaudere, prout in contingentijs supra relatis fuerat practicum. Equidem attentatorum natura postulat rē reduci ad pristinum statum, inspecto scilicet tempore attentationis, non litis motę. Reg. Cortiada *decis. 22. tota*, & præsertim *num. 73.* atqui in casu, & incohata contentionis tempore, & eo quo fuit facta restitutio, reus reperiebatur in Regijs carceribus; ergo vt atten-

tata purgentur, restitui reus debet ad carceres; nam purgatio attentatorum fit, tam per partem attentantem, quam per eum qui passus est attentata. Lancelot. *de attentat. 3. part. cap. 29. num. 24.* & distinctius *num. 43.* non enim qui attentata revocari petit, potest ex aliqua eius parte iuvari, quandoquidem non potest actus partim acceptari, & partim reprobari, vel è contra. Castill. *controv. tom. 5. cap. 207. ex num. 65. cum seqq.* Surd. *conf. 347. n. 24.* & ex iis, aliisque Salgad. *in labyr. credit. par. 3. cap. 2. à num. 84.*

Ideòque per necesse reus in- 32
tus carceres se detrudere debebat, vt in revocatione attentatorum obtinere posset, ex his, quæ nuper libavimus, & per statuta in Praxi Civili ad Peguer. *rubr. 15.* vbi nos & *forma 12.* invenies post revocationem attentatorum subsequi, partes reponi debere in statu, in quo erant tempore attentationis.

Optimum consilium non est 33
reum se iterum ad carceres revocare, quorum miserrima incommoda fusè delineat Reg. Senator Calderò *decis. 12. à n. 1.* addo ab eo laudatis Bovadilla *lib. 3. polit. cap. 15. à num. 133.* Solorzano *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 14. num. 101. & seq. & lib.*

lib. 2. polit. cap. 16. fol. 155. vers. En las quales. Robert. lib. 1. rer. iudic. cap. 10. fol. 60. B. & lib. 2. cap. 6. fol. 134. B. Salgado 2. p. de protest. cap. 4. num. 1. qui omnes abundè narrant quanta mala carcer afferat.

34 Insuper reus hic tempore, quoad Ecclesiam fuit redactus protestationem nullam emisit, declarando se nolle ad locum sacrum redire, quod secus accedit in exemplari relato n. 18. velut in similibus terminis observat Iranzo *de protest. cap. 30. num. 87. & seqq.* vbi cum multitenet, immunem à gabellis, si eas spontè solverit videri tacitè renuntiasse suæ immunita-

ti, nisi protestatus fuerit, nec obest interesse Curia Ecclesiastica; quia reposito reo ad locum sacrum, omnimodum, vel saltem principale compedium, atque vtilitas delinquentem in-tuetur, alioquin etiam præia-cta doctrina Ioannis Hierony-mi Iranzo à compluribus de-derivata, non esset practicabilis; cum semper in immunitate clericorum, & aliorum persona-rum; status ipsarum præeminē-tia intercedat. Resolutio nō est adhuc sumpta in hoc puncto, operæpretium tamen duxi ob complementum susceptæ inda-ginis controversiam excitatam non prætermittere.

E P I G R A P H E.

Animarum æternæ salutis invigilandum esse ostenditur, & quali-ter moribundis, vt in agone hostem immanem vincant, sub-veniendum. De Dæmoniis, quomodo peccent, & in pec-cata non elabantur, quave ratione valeat ipsis Sacramentum Eucharistia ministrari; quas in corpora, permissione divina, exercent Dæmon sævitias; & non posse animam penetrare firmatur, pro investiganda quæstione, an Dæmoniacus, seu furiosus, non tempore delicti, sed sententiæ, possit torqueri, aut morti tradi.

N U C L E U S.

1 Casus.

2 Animarum periculis obvian-dum, & pro earum salu-te permulta ferenda.

3 Anima rationalis, post Deum, cunctis terrenis debet præ-ferrì.

4 Dæmones, obsessos variè op-pri-

- primunt, & exemplificatur, ac num. 26.
- 5 Substantiã anima nequit Demon penetrare.
- 6 Corpori obseſſo unitur Dæmon, ut motor extrinsecus, & si multiplex sit multa infert damna.
- 7 Damnatus ad mortem in mortis articulo dicitur constitutus, eique aliquando, nõ ieiunio Eucharistia conferatur.
- 8 Non tamen est capax extrema unctio, qua est Sacramentum infirmorum. Mors omnium terribilium maximum, ubi ratio.
- 9 Pleraque concessa moribundis, remissivè.
- 10 Oppressi à Dæmone dictum non attenditur.
- 10 Dæmoniacus tortura non supponitur, & num. seqq. idè dic de senibus, & decrepitis, nec si confiterentur noceret eis confessio; at hæc arbitrio iudicis pensantur.
- 12 Infantes torqueri, nec terreri valent, & num. 13.
- 14 Mulier prægnans non potest torqueri propter partus periculum, imò nec realiter terreri.
- 15 Afflictis non est danda afflictio.
- 16 Adversitates obseſſorum, & alia cur à Deo permittantur, & quandoque ab insontibus suslinentur.
- 17 Illatio ex supradictis.
- 18 Potentiſſimi nostri Reges Catholici gratiam habent à Deo specialem, expellendi Dæmonia ab obseſſis, signo crucis.
- 19 Alia aliis gratia concessa, remissivè.
- 20 Commiseratio de Dæmoniacis habenda.
- 21 Dæmoniacus furioso comparatur, qui si ante furorem commiserit delictum, pœna ordinaria est afficiendus, sed vide num. 23.
- L. Divus ff. de offic. Præsid. contextus. Et ibidem defenditur, reum, qui signa Dæmoniaci commonstrabat, nihilominus furcis tradendum.
- 22 Iocofum dictum Domini Proregis in casu expromitur; Historia sanctitate conspicui nisi à Dæmone vindictam facere sumentis intexitur.
- 23 Atrocitate cessante, verior opinio tenet, furiosum propter scelus ante furorem patratum non puniri.
- 24 Bruta inferentia magnas strages morte castigantur, ubi rationes, & num. 25. Canon. mulier quæ acced-

- serit 15. quæst. 1. littera.
- 26 Ex Dæmoniacis, quidā perpetuò vexantur, nonnulli requie interdum sui comites fruuntur.
- 27 Quidam acriter torquentur, alii non ita, quapropter aliqua obsessis tribuenda, aliqua Dæmonibus obsidentibus, & num. 28.
- 29 Eucharistia administrari potest Dæmoniaco, si habeat lucida intervalla, modò absit periculum vomitus, vel alterius irreverentia. Ratio num. 30.
- Non tamen possunt Energumeni Eucharistiam aliis ministrare.
- 31 Signa Dæmoniaci remissivè.
- 32 Ad mortem damnati plura effingunt, ut evadere possint.
- 33 Quidam casus enarrantur tempore sustinendi supplicii contingentes, & qualiter tunc resolvendum deducitur.
- 34 Dæmoni permittit aliquando Deus lacerare, & indices decipere, & Exorcistas conatur ille fallere. Vita omni studio præservari curatur.
- 35 Rei, qui pro evadenda morte nomen mutavit, causa, & eius decisio circumferuntur.

- 36 Cause aliquæ sunt propter quas differri debet mortis executio, & inter eas altera est, ne damnatus Sacramentis non susceptis moriatur.
- 37 In hypothesis decisionis nulla vigeat causa, que procrastinari executionem distaret.



DECISIO XVII.

MICHAEL N. aliàs
lo Comit, nauta Villæ, & Castri de Palafurgell, imputatus de nece vna cum alio, & ope ac auxilio aliorum iactibus tormentorum manualium perpetrata in eadem Villa de Palafurgell, in vico vulgò dicto de la Ciutat 13. Ianuar. 1663. hora quinta post meridiem, in personam Ioannis Deuloseu minoris, etiam nautæ dictæ Villæ, & Castri, Regia sententia lata 12. Aprilis 1663. referente Egregio olim Senatore Nobili Michaele de Pallares, Scriba Riembau, fuit declaratus Reus mortis, & condemnatus, quod suspenderetur in furca, & torqueretur in caput sociorum, auxiliatorum, & aliorum criminum, de quibus dif-
fa-

famatus extitit. In tortura confessus fuit tractatum, & homicidium, auxiliatoresque declaravit, sed dum agebatur de exequenda sententia, apparuerunt in homicida signa denotantia eum esse Dæmoniacum; in dubitationem venit, an superse-
dendum esset in executione.

2 Eam procrastinari debere suadebant, sequentia: Primò, quia animarum periculis est obviandum, ex Bonifac. VIII. *Cap. ut animarum periculis 2. in princ. de constit. in 6.* & ex Nicolao III. *in Cap. contingit 1. §. quia verò in statutis, de iure iur. in 6.* cum quo etiam connectitur aliud non minus exploratum assertum, nimirum pro salute animæ ferenda multa esse. *Can. concideret 1. col. 3. §. in his omnibus dolens de pœnit. distinct. 5. Can. quicumq; dignitatem 30. dist. 50.*

3 Jureque optimo ita constitutum legitur: quoniam anima rationalis, post Deum, cunctis terrenis rebus debet præferri. Justinianus *l. sancimus 19. in fin. Cod. de Sacrosacrt. Eccles. cap. cum infirmitas 13. de pœnit. & remis.* mirificè D. Thom. *2.2. q. 26. art. 4.* Navarr. *in manual. tom. 3. ex prim. preclud. usque ad ultim.* Anton. August. *par. 1. lib. 11. tit. 38.* Torreblanc. *lib. 8. de iur. spiritual. cap. 8.*

Marquez. *lib. 2. de gubernat. cap. 23. fol. 298. & seq.* Escobar *2. p. de purit. q. 1. glos. 5.* Acuña *cap. 6. num. 2. dist. 10.*

Atqui Dæmones dum aliquem, permittente Deo, obsessum tenent, variis vexant, atque opprimunt tormentorū generibus, adeò quod admirabiles causent intra humana corpora effectus, diversis sequitis raptibus. Quidem tenuit socratem per integrū diē naturalem absque sensu, immobilem velut truncum. Caietan. *1.2. q. 17. art. 7. & q. 80. art. 2.* Gratian. *in diluc. par. 1. cap. 8.* plures per extases falsas fefellit, vt scribit Martin. Delrio *lib. 4. magicar. cap. 1. q. 3. sect. 3.* vbi duo monialium exempla ponit, potest frigus cordi infundere certis medicaminibus taliter, quod eius non percipiatur motus, & palpitatio, nec an homo vitali adhuc adspiret alitu, cognosci valeat, ita vt videatur omnino mortuus, Authoribus Simone Maiolo *tom. 2. colloq. 3.* Martin. Delrio *qui proximè sect. 5.* & affirmat Divus Augustinus *lib. 14. de Civitat. cap. 23.*

5 Cum ijs anxietatibus adigitur homo patiens, licet nequeat Dæmon substantiā animæ penetrare, & ibi morari per illapsum, subtiliter Sera-
phi-

phicus Divus Bonaventura *lib. 2. sentent. distinkt. 8. q. 2.* quia solus Deus est animæ superior, & ita tantum sua divina substantia potest ipsam penetrare, & supremè, Divus Augustinus *de fide ad Pet.* obiectionem his opponendam sic dissolvit: *Aliter gratia est à Deo, aliter culpa est à Diabolo; gratia enim est à Deo, ut presente, & influente, & intimè operante, & medullas affectionis penetrante; sed culpa dicitur à Diabolo solum sicut à suggerente, & impellente quodammodo quasi exterius instigante, & ideo non oportet Diabolum habitare in intimo cordis peccatoris, punctim Griavello decis. 33. num. 6.*

6 Quapropter Dæmon solum vnitur corpori obfesso, vt motor extrinsecus, nec audit, nec videt per corpus, nec dat ei sensum, vt declaratur in summa Leandri non levi arte, ac elegantia compaginata per nostrum, non vulgaris doctrinæ Cathalanum Doctorem Ioannem Tholleuda, antea Parochum Sanctæ Mariæ Virginis de Cornellà in hac Dicecesi, sed extra Urbem; nunc autem intra, & in Ecclesia Beatæ Mariæ de Pinu *par. 6. tract. 9. §. 3.* vbi quod Dæmones, præsertim si multi in corpore, multa inferant nocumenta, cum qui-

dam cor constringant, alij percutiant, & reliqua incutiant damna.

Hisce omnibus conflictibus 7 potentias quoque internas molestari nemo ignorat, quod omnino est cavendum, cum damnatur ad mortem in articulo mortis cõstitutus dicatur. Diana *part. 3. tract. 3. res. 2. & passim,* & illi Sacramentum Eucharistiæ vti viaticum confertur, scilicet etiam non ieiuno, si commodè anticipari, aut deferri nequeat absque dilatione, vt si iubeat Princeps illa eodem die inferri absque vlla mora. Suarez *disp. 66. sect. 5.* Reginald. *lib. 29. num. 120.* Rodrig. *cap. 66. nu. 1.* Bartholomæus ab Angelo *dialog. 4. §. 53. & 55.* Henriq. *lib. 8. cap. 50. litt. E.* Coninch. *q. 80. art. 8. num. 50.* Bonacin. *de Sacrament. Eucharist. disp. 4. q. 7. punct. 2. num. 22.* qui id probant ex vsu Ecclesiæ; & rationem assignant, quoniam, cum tali homini sit valdè utilis, & quodammodo necessaria, vt in extrema illa lucta tanto præsidio cõfortetur, & roboretur, noluit eum Ecclesia tanto bono privare; & rursus, quia hic dicitur existere in articulo mortis, in quo instat præceptum divinum communicandi, præferendū præcepto communicandi in ieiunio, vtpote

Ecclesiastico; ac propterea, sicut in tali eventu potest absolvi ab omnibus casibus reservatis, ita etiam admitti potest ad Eucharistiam, licet non sit capax extremæ vñtionis, cum sit sacramentum infirmorum. Concil. Trident. *sess. 14. Can. 3.* mors enim statim decapitandi, vel suspendendi, non provenit ex defectu naturæ, sed fortunæ. Sum. præcitata *Leandri par. 1. tract. 4. disp. 3. num. 3.* Covarrub. *lib. 2. var. cap. 1. nu. 11.* vbi cum multis Faria. Constat autem in articulo mortis curandum accuratius esse de præservanda anima à perturbationibus, & molestiis; est enim mors omnium terribiliù maximum. Navarr. *tom. 3. in manual. Confess. cap. 15. num. 2. vers. contrarium,* & morituri cum Dæmonibus horrendum gerunt bellum, vnde eis Sacramentis subvenitur. Duran. *lib. 1. de ritib. Eccles. cap. 20. nu. 23.* de quo tam præoculis habendo articulo, aureum edidit librum magnus anteaucti seculi Scriptor Alexius de Vanegas, inscribitur tractatus *Agonia del transito de la muerte.*

9 Ideoque eius periclitantis tēporis favore innumera constituta accipiuntur. Ricc. *par. 4. colleçian. 321.* Araujo *tract. 2. q. 10.* vbi an in mortis articulo

quis possit à quolibet Sacerdote absolvi. Diana *tom. 1. tract. 5. resol. 5. & seq.* Navarr. *in manual. cap. 27. num. 272. vers. 6. & 7.*

10 Si ergo animæ periculum est vitandum, eius, vti terque, quaterque pretiosæ salutis incumbendum, Dæmonum insidijs mortis tempore actiùs oppugnatæ subveniendum, nullo modo censebitur arbitrandum Dæmoniaci posse violentam mortem in publico inferri supplicio, cum videatur iudicio turbatus, vt Sacramentalē confessionem possit emitere, quandoquidem potest Dæmon pater mendacij in oppressi mentem firmare conceptus, quos velit, & quos loquendo evulget, & interrogantes decipiat, quamobrem oppressi dictum nullo modo attendi debet, tanquam emanatum præter intentionem agētis, ex his quæ punctim, ac latè enodavit Iulius Cæsar Ruginell. *pract. quest. 38. num. 7. & seqq.* vbi quod malè agat ille, qui Dæmoniacum ad torturam ponit, cum in Oppido Sessenæ oppressus in aculeo existens fuerit à Dæmone suffocatus.

11 Suadetur idem alia ratione Ruginelli: nam si senes, & decrepiti torqueri non possunt. Ant. Gomez *var. 3. cap. 13. nu. 13.*
Pla-

Plaça in epitom. delictor. cap. 13. num. 16. Farinac. de indic. quest. 41. num. 24. & cons. 86. num. 50. in fin. lib. 1. vbi quod si confiteretur, non noceret ei confessio

Guazzin def. 30. cap. 12. num. 1. & seq. Calvin. de acquitat. lib. 1. cap. 95. num. 13. Carena de off. Sancti. Inquisit. par. 3. tit. 10. nu. 141. & 142. Anton. de Bald. tr. crimin. lib. 2. q. 13. nu. 46. Cyriac. contr. 106. nu. 17. Diana in summa, verbo Inquisitor. iurisdic. tio quoad torturam numer. 141. qui omnes iudicis arbitrium requirunt, vt attendat an vires in tormentis possint deficere;

12 Si infantes nec terri valent, ex eo quod non omnem vsum rationis habeant. Gomez qui proximè tom. 3. cap. 1. num. 67. & cap. 13. nu. 3. Clar. in pract. q. 64. num. 20. Chartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 49. & cap. 2. Ambrosin. in process. informat. lib. 5. cap. 13. per tot. Guazzin def. 30. cap. 11. num. 2. qui dant concordantes: nulla ergo ratio superest (arguit Ruginellus) cur plecti, aut torqueri possit; Et ideo hanc opinionem, quatenus tenet non posse torqueri obsessum à Dæmone, refert, & sequitur Carena de offic. Sancti. Inquisit. p. 3. tit. 10. num. 146. vbi extendit hanc doctrinam ad Tribunal Sancti Officij. Conciol. resol.

13

crimin. 1. vers. Tortura num. 11. Basil. decis. 8. num. 71. & 73. & post eos R. S. Calderò decis. 14. num. 38.

14 Addo ego aliam nō contem-
nendam considerationem: quoniam mulier prægnans non potest torqueri propter partus periculum, text. in l. pregnantis 3. ff. de panis Clar. in pract. §. fin. q. 64. num. 22. & ibi Baiard. num. 76. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 4. num. 1. Farin. de indic. & tortur. q. 41. num. 78. qui extendit hanc assertionem ad mulierem lactantem. Guazzin. def. 30. cap. 14. n. 1. & seq. vbi quod tali casu mulieri, sic indebitè tortæ non obest confessio. Giurba conf. 8. nu. 10. & ibi alij. Imò neque realiter valet terri ob periculum abortus. Cavalcan. de Brachio Regio par. 3. num. 116. Carena d. par. 3. tit. 10. num. 144. Serena igitur fronte affirmari nequit, vt Dæmoniacus, in quo periculum animæ, & corporis crutiatus concurrunt, tormentis subiiciatur.

15 Accedit his vulgatum proloquium, afflictis non esse dādā afflictionem, prout latè percurrunt Boyadill. lib. 3. Politic. cap. 15. num. 120. Salgad. 2. par. de retent. cap. 20. num. 90. præsertim quando quis non propter propriam patitur culpam, sed alijs de causis; & vt
tol-

16 tolleretur hæc admiratio, qua nonnulli homines extimescunt, non capientes, cur Altissimus Dominus permittat, seu præcipiat aliquando Dæmonibus humana corpora intrudere, & sæva in eis exercere generaliter de omnib' adversitatibus, edocuit D. Augustinus sub his verbis: *Ad pœnam, ad probationem, ad coronam, & peculiariter aperuit S. Bonaventura ad magistr. sententiar. lib. 2. dist. 8. q. 1. ibi: Permittit autem Deus hoc, sive ad gloriæ suæ ostentationem, sive ad peccati punitionem, sive ad peccantis correctionem, sive ad nostram eruditionem, prosequitur refutissimè prædoctus Abbas de Lanuza en el Patrocinio de Angeles 3. part. lib. 2. cap. 17. pag. 819. & cap. 18. accuratè probat, absque culpa lethali, sine proprio assensu, propter sola peccata venialia, ac etiam citra ea, ingredi Dæmonia pluries humana corpora, & ibidem apologeticè, disertè, ac magistraliter infantes defendit, & habetur in cap. cum percussio 7. q. 1. cuius sunt verba: Cum percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei iudicium in hoc ignoratur, expendit Ruginell. qui supra præct. quest. 38. num. 9.*

17 Ergo in occurrenti specie

prolonganda erat sententiæ mortis executio, ut cerneretur an remediis spiritualibus posset miser ille reus, iam aliter in discrimine vitæ positus, à Dæmonis angustijs liberari, divino fortè inexcrutabili iudicio labore illo misso, ut maius sibi ex Principis indulgentia, & iusta pietate superesset tempus pro consulendo suæ conscientiæ, ac æterna comparanda quiete.

18 Urgentius hæc autem constringebant in Hispania, cum Inelyti, & Potentissimi Reges Catholici speciali dono, & gratia sint prædicti à Creatore maximo, expellendi Dæmonia ab obsessis, signo crucis porrecto, Carol. de Tapia in rubr. de Const. Princep. cap. 1. numer. 3. Cassan. in Catal. glor. mundi par. 5. considerat. 1. Puente lib. 1. de las Monarch. cap. 6. §. 1. Euseb. Nienberg. par. 1. curiosa philos. lib. 1. cap. 52. Camill. Borrrell. tract. de præstant. Reg. Catholic. cap. 55. num. 20. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 25. num. 30. sub hac expressione: *Ob quem fidei Catholica zelum; eosdem Catholicos Hispania Reges virtute expellendi Dæmones à corporibus obsessorum, divinitus concessa gaudere apertè testantur Carolus Tapia, Cassaneus, &c.* Et non mi-

nus apertè Torreblāca in *pract. iur. spiritual. lib. 12. cap. 24. num. 42. ibi: Habent similiter Reges Hispania, ut fidei protectores, potestatem Dæmones expellendi, signo crucis ex obsessis, &c.*

19 Neque quis demiretur supernis columnis fidei, Regibus nostris hanc gratiā fuisse elargitam, cum alijs Monarchis, imò familijs particularib⁹ nonnulla dona ab omnipotente Conditore fuerint specialiter concessa, ut comminiscuntur Valdès *lib. de dignit. Reg. Hispan. cap. 16. num. 9. Boss. de sign. Eccl. tom. 1. lib. 8. cap. 1. sing. 32. Ioan. Euseb. par. 1. sue Philosoph. lib. 1. cap. 52. Polidor. Vergil. lib. 8. Histor. Angl. Moura tract. de incantat. sect. 2. cap. 8. num. 12. Abulens. q. 7. cap. 17. Deuteron. Zurit. tom. 2. de la Coronacion del Rey Don Alonso Quarto, lib. 7. cap. 1. Abbas Lanuza supra memoratus cap. 32. pag. 881. Congruum igitur erat in ditionibus nostri, Orthodoxorum Principis, religionis pietate, & zelo secundi nulli, à Dæmone oppressis succurri dilata supplicij pœna, ne Sacramentali confessione reus, privaretur cum magno perennis gloriæ periculo, atque dispendio; contingere enim potest, ut Dæmon oppressum suffocet, sicut prædixi *num. 10. loqui in-**

hibeat, provt evenit in eo, 20 quē refert Sanctus Lucas *cap. 11* vbi dulcissimus nostrę redemptionis verus Atlas, maior omni commentitio Athlante, erat eiciens Dæmonium mutum, & cum eiecisset, loquutus est mutus; vbi enim sacri communiter expositores impedimenta enumerant, quæ energuminis ad peccatorum confessionem Dæmonia parant, pro qua commiseratione cōducunt stabilita *Can. 29. & 39. Consil. Eliborin. Can. 14. Conf. Arausiscen. Anton. August. part. 1. lib. 10. tit. 17. Abbas Pine. in Can. 17. Conf. Aeciran. Torreblanca lib. 3. de iur. spirit. cap. 8.*

His tamen minimè refregantibus, 21 differri non debere publicam vindictam prævaluit: nam hic versaremur in crimine ante Dæmonis oppressiōnem commissio; Dæmoniacus autem furioso comparatur Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 57. & comprobant adducta supra num. 4. expressim Grivello decis. 33. num. 25. & sequenti;* atqui furiosus si commiserit ante furorem aliquod maximum delictum, & atrocissimum, afficiendus est pœna ordinaria. Petrus Cened. *pract. q. 9. num. 6. Fachine. lib. 11. controuv. iur. cap. 2. qui dicit nihil cer-*

certum in hac quæstione diffinitum à iure, sed Principem consulendum esse, & ab eo æstimandū, an supplicio subiiciendus sit delinquens, & clarè deciditur in *l. Divus ff. de offic. Præsid.* vbi de furioso sic prorumpitur: *Si quid tale compereris, consules nos, ut æstimemus an immanitatem facinoris, si cum posset videri sentire, commiserit supplicio afficiendus sit,* sequitur Narbona *de atat. ann. 10. cum dimidio num. 11. & 14.* & posse Principem arbitrari ad pœnam in hac specie non differendam, si casus sit deterioris exempli, & pœna non tam in delinquentis vindictâ, quam in aliorum metum, & emendationem inducatur, scribunt Solorzano, & alij laudandi *num. 24.*

22 Existimavit Excel. Dominus Don Franciscus de Moura, & Corte-Real Marchio de Castel-Rodrigo (vnius seculi honor, integritate, ac ingenij acie inferior nemini) atrox esse huius rei delictum, aded, quod procraftinationem pœne non mereretur: Potuit ergo præcipere eam non differri, & acutum eius dictum iocosum fuit observatum, se tunc gloriosum in iustitiæ clavo remansurum: nam simul cum hoc delinquente Dæmon ipse foret

periturus: Pluresque Dæmonibus per viros magnis cœli gratijs repletos fuisse corporaliter illatas pœnas passim legitur, prout memorat Diago in *Historia Provincia Aragonum, Ordinis Prædicatorum lib. 2. cap. 39.* de Venerabili F. Thomâ Carnicer, Catalano, eiusdem Religionis, qui plures post passas à Dæmone molestias, cum ei in figura iumenti intus claustra Ilerdensis Cœnobij occurrisset, statim vir ille cœli spiritu inductus, Diabolum laqueo in collo appposito alligavit, & seruo monasterij simulate tradidit, hoc ei iniuncto, ne laqueum adimeret, sed cum ipso labori asinum destinaret, elaboravit aliquandiu sic Dæmon, sed postea incuria famuli dissoluto laqueo subterfugit.

Atrocitate verò cessante, licet non pauci tenuerint furiosum propter scelus admissum ante furorem morti esse tradendum; nihilominus opinio negans est amplectenda, & servanda, vt resolvunt Plaza in *epitom. delict. lib. 1. cap. 29. nu. 1.* Clar. in *pract. §. fin. quest. 60.* Covarrub. in *Clement. si furiosus 3. par. in initio nu. 1.* Suarez in *suis communib. litt. F. num. 141.* Menoch. *de arbitr. cas. 325. num. 12.* Cevall. *q. 33. Fachin.*

lib. 9. cap. 3. Gratian. reg. 214. nu. 11. Caldas in l. curatorem, verbo sine curatore num. 49. Molina de iust. tom. 4. disp. 38. nu. 4. Pichard. in manuduc. ad prax. 3. par. §. 4. num. 59. vbi alij. Solorzano de parricid. cap. 18. prope finem, inquit, rotam hanc rem iudicis arbitrio committi, maximè in parricidij crimine. Farinac. latissimè in praxi q. 93. ex nu. 13. ad 26. concilians duas contrarias invicem opiniones de impositione pœnæ pecuniariæ certantes.

24 Secundò, quia etiam bruta rationis expertia, si magnas inferant strages, morte puniuntur; non quidem propter peccati conscientiam, sed eo quod indignam facti memoriam refricent, & sunt expressa verba textus in cap. mulier, que accesserit 15. q. 1. ibi: *Pecora inde credendum iussu interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricent facti memoriam.* Grivell. decis. 33. num. 29. & habetur in cap. hoc ipsum 33. q. 11. Mant. sing. 15. num. 3. Baldus in l. 3. num. 36. ff. de iurisdic. omn. iud. aliam rationem excogitavit Solorzan. de parricid. lib. 1. cap. 2. num. 10. videlicet, ut immania animantia commissi etiã sceleris pœnas persolvant, & quoque ut alijs timorem inijciant, aliquando puniri solent,

& ex Mosaicis legibus sanctum narrat; iumentum, si hominem interfecerit lapidibus occidi iuberi, & Guidon. Papæ testari se vidisse porcum furca suspensum, quippe puerum comidisset, concinit Petr. Hered. lib. 3. decretal. tit. 16. & ex Plinio Authore confirmat Polybium cum Scipione in Africa leones homicidas crucifixos vidisse, quia ceteri metu pœnæ similis absterrentur ab eadem noxa.

Additur hisce cædes, atque 25 damna ab inanimatis facta Athenis in Prytaneo iudicata extitisse, referente Demosthene contra Austrocat, unde statua Michonis, Authore Suida, cum ruens hominem vivum interemisset, rea cædis ab hæredibus accusata, damnata, & in mare deiecta fuit, & rationis non agenum putavit Forner. lib. 1. selectar. cap. 10. ita Solorzano.

26 Altius distinguit Grivell. d. decis. 33. num. 7. ex Tyreo tract. de Damoniac. par. 1. cap. 4. & 5. tenens obsessorum, varias esse conditiones: nonnulli enim assiduè, & indefinenter vexantur, nonnulli verò requiem habent, & sui compotes quandoque sunt, ita ut à non obsessis nihilo differant, & molestias neutiquam sustineant.

27 Rursus inter eos, qui vexantur, sive perpetuò, sive per intervalla, nonnulli ita acriter torquentur, atque distrahantur, ut à rationis usu prorsus secedant, vixque quidquam hominis habeant, præter extrinsecam faciem, propter externa quibus vexantur tormenta. Quamobrem multas malas operationes per se obsessi moliantur, multaque malè loquuntur ad quæ Dæmones nihil agunt præter instigationē, multa verò patrantur, non ab obsessis, sed à Dæmonibus obsidentibus, qui operantur per obsessa corpora, tanquam instrumenta, prout exemplificat Spreng. *in 2. part. mal. malefactor. q. 1. num. 10.*

28 Voluntate propria obsessorum, quæ fiunt, Dæmone nihil præter suggestionem efficiente, ea facinora ipsis obsessis, & non Dæmoni obsidenti sunt imputanda, & ideò, ac si vexati non essent puniendi veniunt; quæ verò non fiunt ab obsessis, sed à Dæmonibus per corpora oppressa, ea miseris obsessis non tribuuntur, sed infœlicibus Dæmonibus, ita eleganter ex Theolog. Tostat. Abulens. *in 8. Matthei q. 114. & seq.* & Tyreus *de Dæmoniis. cap. 27.* eisque relatis Grivell. *decis. 33. num. 10.* vbi tractat de casu cuiusdam mulieris,

inquisitæ de nefarijs sceleribus, quæ excipiebat se à Dæmone oppressam ea perpetrasse, & tamen Senatus Dolanus contrarium censuit, dijudicans horrenda illa flagitia opera fuisse sua, & non Dæmonum intus eius corpus residentium, ob idque pœnam mortis in ream imposuit.

Mereri siquidem possunt, si- 29
cut & demereri Dæmoniacis, distinctione facta, præhabita *num. 26.* vnde in quæstione, an obsesso à Dæmone Eucharistia administrari possit, sumenda est hæc resolutio, quod si quis ita à Dæmone obsidetur, ut careat usu rationis, expectandam est donec habeat lucida intervalla; si autem his etiam sit orbatus, Eucharistia administrari potest in articulo mortis ei, qui ante talem obsessionem explicitè, vel implicitè illam petijt, modò absit periculum vomitus, vel alterius irreverentiæ, ut constat ex Consil. Elibertin. Sacerdotis prudentiæ id committenti, docuit D. Thomas *3. p. q. 70. art. 6. ad 2.* Cassian. videndus *collat. 3. cap. 30.* Timoth. Alexand. *in suis responsionibus, cap. 3.* Hortus pastorum *in suis resolutionib. circa Sacramentum Eucharistia cap. 3. pag. 809.* Suarez *disp. 69. sect. 2. dub. 6.* Reginald. *lib. 29. num. 80.* Possevin. *de*

commun. Sanctior. cap. 8. num. 9.
 & 31. Bonacin. *de Sacrament. Eucharist. disp. 4. q. 6. punct. 1. num. 6.* Anton. August. *p. 2. lib. 24. tit. 5.* vbi, quod energumeni possunt sumere Eucharistiam, sed non ministrare. Hierony. Mengo *in flagell. Dæmon. cap. 7.* malleus maleficior. *tom. 3. exorcism. 7. à pag. 81.* vbi diligentias per Sacerdotem ad huius Sacramenti condignam ministrationem faciendas enumerat.

30 Ratio autem genuina ex his Doctoribus depromitur: quoniam nullo iure probatur huiusmodi obsessum privandum esse hoc Sacramento, cuius ope, & auxilio, aut Dæmon expellitur, si ad hominis bonum expedit, vel certè iuvabitur homo, vt patienter, & cum fructu laborem suum sustineat, vt com-
 monstrat D. Thomas ex Cassiano loco proximè citato, vbi aliqua refert miracula.

31 Poterat tam legalibus fundamentis duci acutissimus ille Prorex ad non suspendendum supplicium, sed motus quoque fuit, & principalius, ex eo quia eximia, qua pollebat mentis perspicacia, industriam fuisse, atque figmentum putavit rei, novitatem istam à se nunquam allegatam de Dæmonis obsidione. Pro secernendo verò Energumeno à falso, Autho-

res supracitati plura suggerūt, & inter eos Hieronymus Mengo *in flagell. Dæmon. Torrelblanca in præct. iur. spiritual. lib. 3. cap. 8. à num. 45. & lib. 12. cap. 3.* Abbas Lanuza *en el Patrocin. de Angel. 3. p. lib. 2. cap. 16 pag. 815.*

Ideo cauti, & vigilantes debent esse iudices ne hac in materia damnatorum, qui se furiosos, Dæmoniacos, vel hæreticos fingunt (vt vtrumque expertum non semel fuit) vel alijs deceptionibus vtuntur, leves sint in credendo, vt monet Caball. *tom. 2. cas. 297. num. 44.* vbi quod multi, vt pœnam capitalem evadere possint, etiam prudentes, furiosos se, atque insanos esse simularunt; & exēpla eorum qui furorem, & insaniam ob impunitatem comparandam effixerunt, ponit Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 2. num. 4. vers. denique.*

Concinit Cenedo *præct. q. 9. num. 15.* agens de specie, in qua securis non possit amputare caput condemnati, vel quod in mortem condemnatus, laqueo-
 que suspensus, fracto laqueo in terram vivus ceciderit, & refert quosdam censentes credendum esse id miraculosè contigisse, præsertim si ille de sua innocentia protestatus fuisset, & tunc liberandum esse à morte,

te, vel faltem superfedendum in executione, donec Princeps consulatur, ex Avila in cap. 1. Prator. in glos. mandamientos num. 28. Alciat. reg. 8. præsumpt. 44. num. 4. Tiraquel. de pæn. temperand. caus. 64. multa apud Iul. Clar. §. fin. q. 98. & ibi Baiard. num. 8. Dec. in l. favorabili res num. 8. ff. de reg. iur. sed distinguit eius additionator; & cautè in his procedendum, ac non levitate, consulunt Cagnol. in d. l. favorabiliores nu. 9. plenè Flamin. Chartar. de execut. sent. cap. bannitus in præfat. ex num. 58. Gomez tom. 3. cap. 13. num. 37. vers. sextus est casus. Bovadill. lib. 3. cap. 15. nu. 37. qui varias memorant contingencias.

34 Accedit quod Dæmoni aliquando permittit Deus lædere, & iudices decipere. Del-Rio *disquisit. magicar. lib. 4. quest. 5. sect. 2. pag. 258.* imò, & pluribus astucijs iuvatur Dæmon ad Decipiendos exorcistas, quæ ab ipsis necessario sciri debent. Mergo in *flagell. Dæmon. cap. 13.* miracula etiam falsa pro liberatione rei adstruuntur; & nihil mirum hæc machinamenta ordiri ad præservandam vitam, quæ cæteris rebus est æstimabilior, & omni studio curatur. Bovadill. *lib. 3. Polit. cap. 3. nu. 54. & cap. 4. num. 1.* Torres

lib. 4. Philos. moral. cap. 2. fol. 227. nec inveniunt Seneca *epist. 58.*

Inter artes, quibus pro evadenda morte rei adiuvantur, vnam attestari possum, quæ cõrigit anno 1688. quæ Iosephus N. Parochiæ de Fontanet, delatus, & inculpatus de necibus vna cum alijs, tractatu præcedente derobandi, & paulò post derobandi, & occidendi proditoriè, & per insidias perpetratis, in personas Guillermi Frãncisci Ferin, & Leopoldi Mirè, militum societatis Don Guillermi de Hoye, Ducis equestris, iactibus instrumentorum manualium, vulgò *Xispes llargas* in loco vocato *lo Clot. de la Devesa*, Termini, & Baiuliæ de Capolat Ducatus Cardonæ, in itinere Regio, quo itur à Villa Sancti Laurentij de Murunys ad Villam Bergæ, prædictos milites derobando. De his itaque sceleribus convictus erat Iosephus, & captus de mense Augusti dicti anni 1688. Se Iulianum Mas appellari asseruit, patriam Parochiam de Guissona designavit, in quo semper perstitit, etiam iudicialiter interrogatus, & hac nominis mutatione totus corruerat processus; qui contra Iosephum N. Parochiæ, vt præmittitur de Fontanet, verum de.

delinquentem conditus fuerat. Sed Fiscus sex perhibuit testes, qui deposuerunt se cognoscere Iosephum N. Parochiæ de Fontanet optima scientiæ ratione reddita, dicentes quod ipsum si viderent cognoscerent, & facta confrontatione in forma solita, expresserunt eum, qui se Iulianum Mas cognominabat, & Parochiæ de Guissona, esse Iosephum N. & nunquam nomine Iuliani Mas fuisse vsum, nec esse filium Villæ de Guissona, sed Parochiæ de Fontanet. Quare prænominatus reus 10. Ianuarij 1689. fuit declaratus reus mortis, & condemnatus, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & quod amputarentur ei auriculæ, & postea nudus veheretur curru, etiam per loca solita, & quod carnes eius forcipibus igneis apprehenderentur, & quod in loco supplicij iugularetur per collû, taliter quod naturaliter moreretur, & anima illicò ab ei corpore separaretur, & quod illius cadaver in frustra, seu partes scinderetur liquidatione reservata, & quod post latam sententiam, & ante illius realem executionem torqueretur in caput sociorum dictorum criminum, referente R. S. de Vilaplana, Scriba Riembau. Si-

miles huic sententias tradit Regens Cortiada *decif. 107. nu. 39. par. 2.* Confessus fuit reus in tortura, & mutationem nominis, & reliqua prænarrata delicta.

Atverò quanvis cunctandum sit in pœnis. Solorzano *emblem. 74.* tamen vrgent causæ in quibus legitimè differri debet mortis executio, vt doctè, ac vberriè excurrit Cenedo *d. 9. à num. 6.* Ayllon ad Gomez *tom. 3. cap. 13. à num. 37.* inter quos illa enumeratur ad casum conducibilis, nempè, quod tametsi Eucharistia possit ministrari ad mortem condemnato ea die, qua fit executio sententiæ capitalis, tamè propter reverentiam tanto Sacramento debitam, tutius est, vt die præcedenti conferatur, imò iudicem teneri differre executionem sententiæ per tres, aut quatuor dies, si opus fuerit, ne damnatus Sacramentis non susceptis moriatur, etiamsi timeatur interim fore eripiendum, sentiunt Bonacin. Diana, Fagundez laudati per Ayllon. ad Covarrub. *lib. 2. var. cap. 1. nu. 80.* vbi quid dicendum stantè *l. 9. tit. 1. lib. 1. recopilat.* contrarium disponente.

Cæterum in hypothesi à nobis proposita, iustè, prudenter, ac perspicaciter Domius

Pro-

Prorex se gessit, & falsus fuit reus artem extitisse suam, actiones illas non modico studio, simulatas Doemoniaci egisse, vt proximum mortis effugaret periculum; nec opus

est contraria diluere argumenta, cum distinctionibus emissis post ipsa proposita, & Doctorum fundamentis adhiberis satis, radicitusque enerventur.

E P I G R A P H E.

Ebrius quando, & qualiter puniri possit, & quid si parricidij crimen patrarit; vbi de huius maleficij atrocitate, vindicta, & potestate parentum in filios iuxta antiqua, & posteriora tempora. Prodigus delinquens nunquid plecti valeat, sicut quilibet homo sagax, nedum poena corporali; sed etiam pecuniaria, & amissionis bonorum.

N U C L E U S.

1 *Argumentum.*

2 *Casus.*

3 *Ebrius parum differt ab insano.*

4 *Parens inofficiosus in filios demens creditur, sed vide num. 27.*

5 *Commiseratione magis, quam poena videtur dignus pater filium non dolo occidens.*

De iure vite, necisque patribus in filios iure antiquo concesso, sed vide num. 22.

6 *Ebrii ob culpam, quam commiserunt puniuntur delinquendo.*

7 *Amplia, vt ebrius non excusetur à poena ordinaria, si*

sciebat se solitum in ebrietate delinquere.

8 *Senatuū gravium exēpla quibus ebrii extra ordinē, & ultimo supplicio fuerunt puniti, & num. 9. 10.*

11 *Ordinaria poena quibus castibus plectatur ebrius delinquens, remissivè.*

12 *Opera peccati, quae in ebrietate fiunt culpa imputantur, si praevideantur, aut praevideri potuerint, & ratio num. 13.*

14 *Alia opinio distinguit, vt peccata in ebrietate commissa à culpa excusentur, si in damnum tertij non vergant, focus si illud attingant.*

Mmm Con-

- 15 Consuetudo se inebriandi pœnam augeri postulat.
- 16 Pœna parricidij primo fuit simplex mortis; sed postea asperrima inventa.
- 17 Diligit summè pater filios.
- 18 Magis in filij persona, quam in sua torquetur.
Iusjurandū illud firmiter censetur, quod in filiorū profertur personam.
- 19 Casus parentum, qui in suam se vierunt progeniem, remissivè.
- 20 Pœna in parricidas imposita apud exteros, remissivè, & num. 21. quidam reus de hoc scelere imputatus, fuit abscisa prius manu, iugulatus per collum, & eius corpus scissura, ac caput in loco eminenti collocatum.
- 22 Revocata sunt iura tribuētia parentibus vita, necisque potestatem.
- 23 Multa permittuntur patribus in filios, quæ in personas extraneorum sunt prohibita.
- 24 Pater super suam domum legem facit.
- 25 Filius ad instantiam patris à quocunque iudice carceribus mancipatur, & detinetur, absque cause cognitione, ubi de filij punitione.
- 26 Confessio, seu declaratio emissas ea forma, qua prorupisset quisque sanæ mentis, furorem excludit.
- 27 Impietas in filios non est insania, quæ impunitū reddat facinus.
- Decisio Senatus contra parricidam ebrium.
- 28 Ebrios aquam bibere antiqui Galli iuebant.
- 29 Prodigus an puniri possit sicut quilibet homo sagax.
- 30 Testari nequit; quia non sanæ mentis.
- 31 Testamentum effectum sortitur mortis testatoris tempore, & per aditionem complementum accipit; vide num. 40.
- 32 Contractus prodigi iuramento non firmatur. Ei curator datur, num. 33. ubi an possit instituire Maioratum absque Curatoris auctoritate.
- 34 Prodigii dolijs perforatis equiparantur, & num. 35. quod non sint liberales, & ea mala incurrunt, quæ avari num. 36.
- 37 A testimonio repelluntur uti infames.
- 38 Puniri potest prodigus delinquens pœna corporali, ac etiam pecuniaria, & amissionis bonorum, prout quilibet homo sagax, ubi ratio.


39 *Vitium coniunctum vitio non excusat maleficium; nec est prohibita prodigo alienatio, quæ fit delinquendo.*

40 *Prodigos non esse perfecti iudicij non tollit eorum malignitatem, ut pro ea animadvertantur.*

41 *Limita, ut prodigus puniatur, sicut quisque prudens, si delinquat in committendo; secus autem si eius crimen in omittendo consistat.*

Negligentia culpabilis, & damnosa habetur, ac quandoque delictum includit.

42 *Confessio prodigi absque Curatore, etiam circa delictum in committendo illi non nocet postquam declaratus fuit eo vitio affectus.*



DECISIO XVIII.

1 **E**XCVSATIONEM à pœna, an mereantur Dæmoniacus, & furiosus vidimus, quid de ebrio, & prodigo sentiendum sit nunc subnectamus.

2 Vincentius N. agricola Pa-

rochiæ Sancti Martini de Tayà fuit imputatus de parricidio per eum proditoriè in ebrietate perpetrato die 9. mensis Septembris anni 1688. inter nonam, & decimam horas ante meridiem, in domo propriæ habitationis dicti N. scita in dicta Parochia de Tayà, in personam Catharinæ filix suæ, ætatis duodecim annorum, icu securis, ex quo clapsis sex diebus decessit.

De crimine, & delinquente, ac eius ebrietate maleficij tempore, plenè constabat; investigandum superfuit, an pœna subiaceret infœlix iste pater. Nulli eum punitioni subdi videbatur ex pluribus rationibus tenendum: Ebrius enim parum distat ab insano, demente, & furioso, ut cum Crusio, Carena, Maiorana, Farinacio, ac alij plenè firmat R. S. Calderó *decis. 43. à num. 30.* ebrietatis gradus ornatissimè secernens, quibus in specie consonant Jurisconsultorum sanctiones, monentes insanos existimari eos, qui propter animi morbum aliquid faciunt contra officium, licet corpore sani sint *l. i. §. apud Vivianum ff. de adilit. edict.* qua ratione demens parens creditur, qui votum à natura insitum erga filios non agnoscit, *l. scripto 7.*

Mmm 2 ff.

ff. vnde liberi, cum vulgatis, & fuse notant scribentes ad tit. ff. Cod. & instit. de inoff. testam. cum ergo de furioso delinquente, decisione præcedenti longè probaverimus expertè esse vindictæ, idem in nostro casu cogebamur iudicare.

5 Secundò, & peculiarius: quia pater, præsertim non dolo, occidens filium, commiseratione magis, quam pœna dignus esse videtur, vt ex Ant. Fabro, pōderat Ioann. Angel. Boss. *de patr. potest. cap. 3. §. 3. num. 138.* qua de causa iura antiqua parentibus in filios, etiam vitæ, ac necis liberam, ac absolutam tradiderunt potestatem I. C. *l. in suis ff. de liber. & posth. Imperat. in l. fin. Cod. de patr. potest.* Dionys. Hælicarn. *histor. lib. 2.* Camill. Borrell *conf. 73. num. 1.* Azin. *in prax. iudicial. 2. cap. sub num. 19 & seq.* Caldas Pereyra *ad l. si curatorem habens Cod. de in integr. restit. minor. vers. Sine curatore num. 38.* & hoc iure vsum fuisse Virginium, qui filiam innocentè occidit, habetur *in l. 2. §. initium ff. de origin. iur. prosequitur Paschal. de patr. potest. p. 3. cap. 4. à num. 1.* vbi quod maior erat potestas parentum in filios, quam dominorum in seruos, ex Menoch. apud quem multi, *de recup. possession. remed.*

15. *num. 299. cum pluribus seqq.* ergo procul ab omni vltione luctuosus hic pater remanebat.

6 Contraria tamen sententia, vti verior est sustinenda: quoniam etiam ebrij illi, qui ob immoderatum vini potum omninò è mentis potestate decidunt, nihilque eorum, quæ faciunt sciunt, & intelligunt, hi in pœnam *leg. Cornelia de Siccariis* non incidunt, sed tantùm extra ordinem puniuntur, non ob delictum in ebrietate commissum, cum ab eis consensus, & voluntas, & sic dolus videatur abesse, sed ob culpam, quam commiserunt sic se inebriando, vt hoc contextu concludunt Maiorana *in opopraxi lib. 2. cap. 4. num. 103.* & Calderò qui *supr. decis. 43. num. 32.* ex Conciolo, Peguera, Rota, & alijs, adde multos apud accuratissimum Senatorem D. Egidium de Caltejon *in alphabeto iuridico, verbo ebrius,* & idèò punitionem hunc reum promereri dubitatione carebat.

7 Quinimò, non excusatur à pœna ordinaria ebrius, qui sciebat solitum esse in ebrietate delinquere, & à vitiosa immodica vini potatione non se abstinerat. Calderò, ex Maioran. *d. decis. 43. num. 24.* & ad casus decisos deveniendo Ma-

iorana super relatus in *opopra-
xi lib. 2. cap. 4. num. III.* referens
ex Quirin. Rubach. *cent. 1. qq.
illustr. politicar. iuridic. discurs.
8. q. 5.* in ebrietate, nutrice, cō-
tra parentum prohibitionem
puellam adhuc lactantem in
lectum recipienti, eamq; op-
primenti, fustigationem cum
perpetua relegatione fuisse ad-
iudicatam.

8 Ioannes Papon. *lib. 1. tit. 2.
arresto 3.* narrat die B. Mariæ
Magdalena post exitum vespe-
rarum, festivitate saltatoria,
ebrium quendam more salta-
tionum manu gladium gestan-
tem, adeo magnum Imagini
Redēptoris nostri Iesu Christi
intulisse, ut ei dimidia-
tam faciem, & capillicia præ-
cideret: Is igitur arresto Bur-
degalensi dato 21. Ianuar. 1534.
propter temulentiam à pœna
mortis liberatus fuit, & con-
demnatus ad virgindemiam;
additque is Author, & probè,
absque ebrietate iustum erat, ut
moreretur, *per l. famosi, & l.
nō contrahit cum l. seq. ff. ad Leg.
Iul. Maiestat.*

9 Idem Papon. *d. tit. 2. arrest. 4*
describit contra quendam de-
mentem se iudicium ferre no-
luisse, imò ad Curiam transmi-
sisse, delictumque illius fontis,
nomine Stephanus Rochertius
dictus Ianoffe, sic figuratur hic
in frustra Crucifixum discerpe-

rat, & brachia duabus, vel
tribus Sanctorum Imaginibus
in Ecclesia Sancti Iuliani de
Pommiers in Forosegusiensi
rupisse fuerat convictus, & 22.
Decembris 1548. arresto Pari-
sienfi condemnatus fuit ad sus-
pendium, & patibularem stran-
gulationem, eiusque cadaver
ante prædictā Ecclesiam com-
burendum, & in cineres redi-
gendum, non habita ratione,
quod commotæ mentis, & ex-
tra se esset; & addentes ad Pa-
pon. adnotant, similibus de
causis multos ea ætate combu-
stos fuisse, & præsertim quidē,
qui vigilia Sancti Nicolai, Sa-
cerdotis, qui Missam dicebat,
manibus Hostiam, quam tene-
bat eripuit, & fugit, eo ipso die
supplicio affectus fuit; nempe
pugno prius amputato suspen-
sus, mox femininas vltulatus.
De huiusmodi nefando, ac in-
fando delicto, & eius digna
pœna longè infra ediscremus.

Bartholom. Bertazol. *conf. 10
26.* latè agit de Fabricio de
Malto carcerato propter ho-
mucidium per ipsum, dū ebrius,
& vinolentus esset, commissum
in personam Ioannis Francisci
Vlmi, qui cum provocaverat, &
non obstante, quod ebrietas
magna esset plenè probata, fuit
talis ebrius ad triremes con-
demnatus.

In certis casibus, relatis per II
Ca-

Caball. *tom.2. casu 297.* ebrius delinquēs ordinaria pœna ple-
 citur. Thoro *tom.2. vot.20.n.*
 28. latissimè Goffred. à Buno
in tr. de reat. q. 23.n.31. & seq.
 vbi posuit aliqua arresta prola-
 ta contra ebrios, vt nō pœnam
 ordinariam sustinere possint.

12 Inde exagitant Theologi,
 vtrum opera facta in ebrieta-
 te, quæ aliter peccata essent,
 culpæ imputentur. Pro quo ad-
 vertas quæstionem non proce-
 dere de his, quæ gesta sunt in
 ebrietate inculpabili: nam si-
 cut ista est involuntaria, ita &
 illa, quæ ex ipsa sequuntur.
 Nec sermo versatur de iis, quæ
 non sunt prævisa, hæc etiam in-
 voluntaria sunt, iuxta illud, ni-
 hil volitum quin præcognitum,
 ac proinde culpa vacant, ex
 communi Doctorem Schola,
 signanter Caietano *in summa*
verbo ebrietas. Busembaum
lib. 5. de peccat. cap.3. dub.5. de
gula art.2.num.9. & alii crebrò.
 In hac ergo re sentiendū, ope-
 ra peccati, quæ in ebrietate
 fiunt culpæ imputari, si prævi-
 deantur, aut prævideri potue-
 rint, ita Alexand. de Ales *p. 2.*
q.12. membr. 9. & 153. membr.
2. Durand. 2. *distinēt. 22. q.4.*
ad 1. num.9. Marli 2. *q.15. art.2.*
concl.3. Henriq. *quodlibet. 3. q.*
16. Sylvest. *verbo ebrietas q.4.*
 Armilla *eodem numer. 10.* Ricc.

distinēt. 22. art.3. q.2. ad 2. Iose-
 phus Angles *in florib. 2. sen-*
tentiæ. distinēt. 22. q.2. art. 4.
difficult.5. concl.2. Sayr. *lib. 2.*
Tthesaur. cap.9.num.42. Valent.
disp.9. tom.3. punēt.2. assert. 3.
 Vazquez *in 2.2. disp.101. cap.4.*
 & *disp.127. cap.3.* D. Thom. 1.2.
q.76. art.4. ad 2. & 4. quem se-
 quuntur ibidem Conradus, &
 Caietanus & 2.2. *q.150. art. 4.*
in corpore, & ad 1.

13 Rationem assignant: quo-
 niam inebrians se voluntariè,
 dedit causam suæ ignoratio-
 nis, idèdque; sicut causa illa,
 nempe ebrietas, & ignoratio
 est voluntaria, & libera, ita
 etiam eventus ex ea ortus vo-
 luntarius est; vnde talis even-
 tus dicitur voluntarius in cau-
 sa.

14 Respondent alii, quod pec-
 cata in ebrietate commissa à
 culpa excusantur, cum in dam-
 num tertij non vergunt, qualia
 sunt contumeliæ, & alia huius-
 modi, & moventur ex eo quia
 communi hominum æstima-
 tione in ebrietate dicta, aut
 facta non censentur iniuriosa;
 at quando damnum tertij at-
 tingunt, nequaquam à culpa
 excusantur, vt est mors, aut
 aliud damnum tēporale; quip-
 pe talia peccata censentur vo-
 luntaria, saltem indirectè, quod
 satis est ad constituendum pec-
 ca-

catum, & aliàs proximus verè
damnum patitur, quod semper
cavere debemus, ne eveniat
etiam in ebrietate; sic Vazquez
cap. 2. tom. 1. disp. 227. cap. 3. n. 11.
quem citat, & sequitur Diana
3. p. tr. 6. resol. 52.

15 Ratione ergo ebrietatis à
pœna prorsus excusari reus iste
non poterat, præsertim inspec-
tis circumstantijs in defensam
illius probatis, nimirum cum
sæpè solitum fuisse inebriari, &
ob nimiam potationem à men-
te omninò alienum extitisse;
adeo quod non semel, ob eius
temulentiam fuerit à Baiulis
Loci de Tayà animadversus, &
in carceres coniectus, vt sic ti-
more exterritus in posterum
non baccharetur; quare allu-
dunt tradita supra *num. 7. &*
12. vt maiori sit pœna coercen-
dus is qui iteratò bacchatus,
& persæpè motu, ac blanditijs
admonitus, à mala, & damno-
sa non destitit consuetudine,
adeò quod in eius defensionem
deducta (vt non rarò accidit
reorum defensionibus) potius
aggrevent, quam exgravent
pœnam.

16 Minus ea erit mitiganda ob
delicti genus, in quod reus
incidit, siquidem vsq; ad tem-
pora Constantini, filiorum cæ-
des ordinaria homicidii pœna
vindicabatur, sed Cæsar hic, vt

exprimitur in *l. vnica Cod. de
his qui parent. cullei, & serpētis*
ultionem asperrimo huic flagi-
tio accumulavit, quod & pos-
tea alij Principes sectati san-
xerunt. *§. alia deinde Instit. de
publ. iudic. Tib. Decian. lib. 9.
tract. crimin. cap. 8.*

Dictanteque natura tam iu- 17
sta prodierunt rescripta; nam
ex illius, atque scripti iuris le-
gibus pater summè diligit fi-
lios. Robert. *lib. 2. rer. iudic.
cap. 9.* Hermosill. *l. 2. glos. 2. in
fin. tit. 5. par. 5.* Menoch. *lib. 5.
presump. 14. & lib. 6. presump.
58.* Iul. Capon. *tom. 1. disc. 26.*
Seneca *lib. 4. de benej. cap. 17.*

Unde magis in filij perso- 18
na, quam in sua torquetur. Pe-
trus Gregor. *lib. 1. de rescript.
cap. 28. num. 3.* Iul. Capon. qui
proximè. Senec. *lib. 4. de con-
solat. ad Polib. cap. 30.* vbi de
patre, qui nuntiata morte filij,
mortuus extitit, luculentissimè
Solorzano in *tract. de parricid.
passim, & præcipuè cap. 10.* vt
congruentius de ipso effari va-
leam, quod ipse de alijs protu-
lit, *non est cur immorari nunc
debeam, & ex illorum paginis,
(quod imprudēter alij fecerunt)
meas paginas consarcire* (ita
ille) sed ego illustrare arbitra-
rer. Inter alia illud Solorzano
trahit, in quo aliquos parentes
mea ætate proclives crevi, nul-
lum

lum sanctius, nullum firmitus censeri iusiurandum, quam, quod pro filiorum salute concipitur, nullum etiam frequentius, quam quo, ut nobis superstites sint aliquid vovere solemus, prout ex Plinio, Terentio, Seneca solidavit.

19 *Cap. verò II. fuisse exscribit multos, qui in suam progeniem carnificum impiissimorum indolem non exhorentes scævierunt, Echeti, Tanteli, Prognēs, Medeæ, Ponticæ, Gallæ, Deiotari, Landius Constantini, & diversorum vtriusque sexus parentum historias commemorans, alias perleges penes Ravisium Textorem in officina tit. de parentibus, qui in filios mortem conscinerunt*

20 *Ut autem pœnam in Tribunalibus practicatam designemus, cam Regens Cortiada decis. 96. num. 50. inveniendam remittit apud Clarum, Decianum, Gomez, Ayllon, Laynaz, Plaza, Caballum, Menochium, Covarrub. Tuschum, Parlador. Richard. Farinacium, Franchis, Thoro, Paschalio, Solorzano in tract. de parricid. quibus addas Torres lib. 4. Philosoph. moral. cap. 4. Ricc. part. 5, collectan. 1860. Molin. de iust. tract. 3. disp. 36. Matthæu de re crimin. contr. 64. num. 36. quem vide etiam contr. 13. & 8. num. 4. & contr. 9.*

In Cathalonia tamen refert 21 ex Fontanell. *de pact. nupt. to. I. claus. 4. glos. 7. p. 2. num. 9.* evenisse quendam agricolam Parochiæ de Salt, patrem suum proprijs manib⁹ occidisse (exequata sunt supplicia filiorum exacerbantium in patres, & è contra, ut memorati scribentes fatentur) anno 1589. & solum iuxta aream domus suæ sepelisse, subinde fuisse condemnatum ab spectabili Gerente Vices Generalis Gubernatoris Cathalonix, ut abscissa prius manu, iugularetur per collum, & eius corpus in quatuor partes, seu frustra scinderetur, caputque illius poneretur in certo loco, ut ab omnibus videri posset.

22 Antiquata igitur fuerunt iura quibus vitæ, necisque auctoritas parentibus in filios impertiebatur, Paschal. *de vir. patr. potestat. par. 3. cap. 4. nu. 1. & 2.* vbi Franciscus Maria Prato eius Additionator, copiosè Solorzano *de parricid. cap. 8. tot. adeundi Anton. Augustin. par. 3. lib. 35. tit. 1. par. 2. Marquez lib. 1. de Gubernat. cap. 12. & cap. 29. fol. 183. Narbon. annal. ann. 3. q. 2.*

23 Multa tamen eis permittuntur in filios, extraneorum in personas prohibita. Iul. Capon. *tom. 1. disc. 26. eorumque con-*

concessa est correctoria puni-
tio. Molin. *de iust. tract. 3. disp.*
2. Seneca *lib. 3. contr. 7. & lib. 5.*
contr. 3. vbi de accusatione ma-
læ tractationis contra filium
instituta sequuta filij morte, &
lib. 1. de clement. cap. 14. & seq.
vbi de sententijs patrum in fi-
lios, & sententiosè scripsit D.
Hieronymus *in epist. S. Paul. ad*
Ephes. Sicut igitur in filiis ob-
sequium, & subiectionis merces
est demonstrata: ita parentibus
moderatum iubetur imperium,
ut non quasi servis, sed quasi
filijs præesse noverint D. Paul.
ad Colossens. *cap. 3. num. 31.* ibi:
Nolite ad iracundiam provoca-
re filios vestros, ut non pusillo
animo fiant.

24 Quandoquidē generale est
patrem super domum suam le-
gem facere posse. Acuña *in cap.*
II. numer. 2. distinct. 10. Robert.
lib. 1. rer. iudic. cap. 15. fol. 97.
Marquez *lib. 1. de Gubernat.*
cap. 12. Molin. *de iustit. tract. 3.*
disput. 2. Seneca *epist. 47.* ius
dicere permiserunt, licitumq;
illi est eos, qui ibidem com-
morantur corrigere. Vela *disf.*
44. à *num. 30.* vbi quomodo.

25 Adverte etiam, quod filius
familias in sacris paternis con-
stitutus, ad instantiam patris à
quocunque iudice, absque vlla
causæ cognitione, aut proces-
su, carceribus mancipatur, &

ibidem ad nutum patris deti-
netur, quando scilicet castiga-
tio intra domum non sufficiat,
vt filij parentibus debitam ex-
hibeant reverentiam, vel mo-
res emendent. Paschal. *de ef-*
fect. patr. potest. d. par. 3. cap. 4.
num. 2. vbi quod carcerandus,
& puniendus tunc est filius ad
voluntatem patris, dummodo
sit persona honesta, & discre-
ta, aliàs secus. Vicecanc. Don
Christophor. Crespi *observ. 2.*
num. 42. & seq.

Ex quibus omnibus explo- 26
raturum relinquitur, nec propter
ebrietatem, nec propter quali-
tatem criminis, mitiorem pœ-
nam reum istum subiturum, vt
in simili casu defendebat doc-
tissimus Fisci Advocatus in
statu Mediolan. D. Didacus
Fajardo *alleg. Fisc. 2. & 3.* in
quibus parricida Ioannes Ja-
cobus de Dannis, ob necem
in personam Francisci Patris
sui commissam, ob furorem in
crimine fervescentem sibi ig-
noscendum allegabat, sed per
contrarium Fiscus fictas, debi-
les, & sine substantia furoris
præsumptiones eruebat, & *al-*
leg. 2. nu. 59. in recognitionem
sanæ mentis illius rei ponde-
rari petebat ipsius confessio-
nem, emissam eo modo, forma,
ac verbis, quibus quilibet bo-
ni discursus, & intellectus po-

terat declarare, ad quæ etiam attendunt Cyriac. *tom. 2. contr. 325. num. 1. & duobus seqq.* Paul. Zacch. *lib. 10. quest. medic. legal.* Andreol. *tom. 3. contr. 223. nu. 8. & 9.* Carena *resol. 171. num. 5. & 6.* Marinis *var. resol. lib. 2. ref. 225. num. 1. & 4.* Calbin. *de equit. par. 2. cap. 195. nu. 5. & 12.* & ibidem alij; quæ consideratio nostro reo non leviter ob- sistebat, cum aliqua gesserit pro se eximendo á periculo capturæ, quæ ebrietatem nimiam minimè indicabant; & in specie relata per Fajardo fuit parricida condemnatus, quod abscissa manu, furcis sus- penderetur, proscriptis bonis, ut recitatur *alleg. 3. num. 2.*

27 Nec de infania, quæ ex im- pietate erga filium in parenti- bus á iure notatur habenda erat ratio, nam præterquam dementia impropria observa- tur á Doctõribus citatis *nu. 4.* non attenditur eo in casu, quo cohæret delicto, ut de prodi- go nuper promam. Senatus no- ster, inspecta huius rei ebrieta- te, ac immanitate delicti, & dignum mitiori pœna censuit, & omninò non immunem á culpa iudicavit; quapropter, Regia sententia lata 22. No- vembris 1688. patrem istum, vinolentum, & inhumanum, condemnavit ad serviendû in

Regijs Triremibus remigan- do per quinquennium, referen- te R. S. de Vilaplana, Actuário Riembau; & huc convenit id, 28 de quo Goffred. à Bavo sup. ad- duct. *in tr. de reatu q. 23. n. 37.* meminit, referens antiquos Gallos iubere ebrios aquam bibere, delinquens iste ad aquas missus fuit, vbi pluries correctus vitiû deponet, quod in terris monitus exequi con- tempnit.

Succedaneum erit, ut de pro- 29 digo pertractemus; quæstio est, an puniri possit, sicut homo sagax: difficultatem movit tex. *in l. furiosi 41. ff. de reg. iur. ibi: Furiosi, vel eius, cui bonis in- terdictum est, nulla voluntas est:* ergo quemadmodum de furioso firmavimus plecti non posse, idem de prodigo fateri debemus.

Præterea prodigi testamē- 30 tum facere non possunt *l. is cui. leg. 18. ff. de testam. §. item pro- digus, Instit. quib. non est per- miss. facere testam.* Connan. *lib. 9. cap. 4. nu. 9.* Menchac. *ill. str. quest. cap. 37. num. 8.* post inter- dictionem tamen bonorum, & non antea. Anton. Gomez 2. *tom. var. cap. 14. numer. 30. in princ. Mancin. de iur. sacr. diss. 7. cap. 6.* qui agit, an ad pias causas testari possint, non alia de causa, nisi quia iudicio ca- reant,

reant, & in testatore mentis
sanitas desideratur. *l. 2. ff. de
testam. l. senium 3. Cod. qui
testam. fac. possunt. l. sanum 27.
Cod. de transact.* neque tunc
administrationis usus, qui ei
fuit interdictus obstare potest,
31 cum testamentum effectum ha-
bere incipiat, mortis testato-
ris tempore, & complemen-
tum sumat, cum ab instituto
hæreditas adita traditur. *l. f.
patroni 12. §. qui fideicommissa-
rium, vers. cum enim ff. ad Tre-
bellian. latè Matienzo in l. 1.
glos. 14. num. 1. tit. 4. lib. 5. reco-
pilat.* ergo is, cui ius, uti men-
te destituto favorabilia dene-
gat, non est in odiosis, & pœ-
nalibus diversæ conditionis
censendus.

32 Peræquè contractus prodigi
iuramento non confirmatur.
Andreas *col. contr. 202. num. 5.*
de quo etiam Gomez *lib. 2.
var. cap. 14. num. 32. & num. 31.*
vbi quid si fuerit iniusta iudi-
cis declaratio, videndus Ayllon
ad Gomez *d. cap. 14. nu. 33.* vbi
concordantes dat Gregor. Lopez,
Covarrub. Menchac. Gu-
tierrez, Fachinçum, Osualdū,
ac alios.

33 Prodigio curator datur, quia
prodigaliter, indiscretè, & in-
consultè devastat, & consu-
mit patrimonium suum, præ-
sumiturque carere sensu, & in-

tellectu. Gomez *qui sup. tom.
2. cap. 14. num. 30.* nec maiora-
tum instituere absque curato-
ris authoritate valet. Molina
*de Hispan. primogen. lib. 2. cap.
9. à num. 32.* qui id controver-
tit, etiam curatore authorizan-
te.

Dignè autem, ac providè 34
hæc ita sancita conspiciuntur;
siquidem prodigalitas vitium
est, quod in plura prolabitur,
& avaritiam nōnunquam con-
comitatur. Solorzano *passim in
Emblemmatibus;* prodigi nam-
que dolijs perforatis æquipa-
rantur, quæ nihil retinent, li-
cet in ea multum liquoris in-
fundas. Solorzano *emblem. 85.
à num. 21.* & plura de malo pro-
digalitatibus Torres *lib. 22. Phi-
losoph. moral. cap. 6.* Navarra
*tom. 3. in manual. confessor. cap.
23. num. 79.*

35 Non enim prodigus est li-
beralis, sed insanus dissipator;
siquidem liberalitas pruden-
ter exercetur. Retes *lib. de do-
nat. cap. 1. & 2.* vbi de eius
laudibus. Aguire *de virtu-
tib. disp. 7. q. 1. & seq.* Seneca
*lib. 2. de benefic. cap. 1. & cap. 4.
& 28. & de beata vita cap. 24.*
& sententiosè Saavedra *embl.
38.* doctè Hermosill. *in l. 1.
glos. 2. tit. 4. part. 5.* qui scitè
monstrat, quis verus liberalis
dicatur.

- 36 Sicut namque cupiditas, seu avaritia, radix omnium malorum consideratur. Barbof. *cap. 4. num. 6. de Constitut.* Fermos. *in cap. 4. q. 1. eod.* & de eius damnis Marquez *lib. 2. de Gubernat. cap. 31. fol. 343. & seq.* Torres *lib. 21. Philosoph. moral. cap. 1. & seq.* & eruditè Solorzano *embl. 39. tot.* Ita etiã prodigalitas ad quæcunque indigna, scelestas, & turpia, vsque ad cupiditatem, ex præcitatibus
- 37 Doctoribus ruit: Unde fit, quod prodigus à testimonio repellitur, nedum quippe æquiparatur pupillo, qui nec testamentum facere, nec testis esse potest; sed etiam quippe est infamis de facto, si bonis ei fuerit interdictum. Farinac. *de testib. q. 56. num. 457.*
- 38 In nostra igitur quæstione, verior, & recepta sententia est, prodigum delinquentem puniri posse, non solum pœna corporali, sed etiam pecuniaria, & amissionis honorum; circa quam maior cadit altercatio, quia in delictis cõparatur cui-libet homini sagaci. Augustin. *Plaça in epitom. delictor. cap. 29.* vbi reprehendit de hoc disputantes, plena manu Farinac. *de pœn. temperand. q. 94. nu. 46.* Clar. *p. fin. q. 60. vers. ulterius quero*, qui rationem percurrunt eam, ridiculum nimirum

videri, quod excusaretur à pœna pecuniaria, quæ est minor, & plecteretur maiori, scilicet corporali. Franch. *decis. 461.* vbi exactè ipsius Additionator Luca, sequuntur Thoro *in compend. decis. part. 1. verbo prodigus.* Buccaron. *de different. inter iudic. civil. & crimin. diff. 80. à num. 3.*

39 Rationem suggerunt Doctores: quoniã prodigus propter vitia sua, vitiatus mente dicitur; at vitium coniunctum vitio non excusat maleficium. Bald. *in l. furiosum 3. Cod. qui testam. facer. possunt.* Luca ad Franch. nuper citat. *observat. 461. num. 2.* aïens, quod quando alienatio est prohibita favore alienantis, vt est in prodigo, tunc alienatio, quæ fit delinquendo, non est prohibita, ex Bartol. *in l. si quis in tantam Cod. de conditionib.*

40 Huic conclusioni non adversantur quæ supra à num. 29. præmissimus de incapacitate prodigi ad testandum, & contractus, quandoquidem ex his omnibus solum infertur, prodigos non esse perfecti iudicii ad testamentum condendum, contractus celebrandos, & administrandum, quod ad illorum insipientiam, & imprudentem animum refertur, non autem excludit malignitatem,

&

& pravos mores, circumstantiæ, quæ præcipuè in criminibus considerantur, vt peroptimè distingunt scribentes laudati num.38.& expressim Plaza in epitom. delictor. cap. 29. reprobans Carol. Molin. excusantem à pœna mortis prodigum.

41 Quam tamen assertionem intelligas, quod prodigus puniatur, æquè, vt quisque alius prudens, si delinquat in committendo; secus autem, si eius crimen consistat in omittendo, seu negligendo; nam quamvis negligentia in delinquente plurimum sit culpabilis, & non pauca afferat damna. Anton. August. par.3.lib.36. tit.8. Segura in director. 1.par.cap.10. Bovadilla lib.5. politic. cap. 1. num. 142. Solorzano tom. 2. de iur. Indiar. lib.1.cap.24. nu.59. & lib.3. politic. cap.10. fol.317. vers. pero. Robert. lib.1. rer. iudic. cap.4. fol.19. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 204. Seneca epist. 98. Nec idèd præcipio tibi negligentiam. Vela dissert. 26. à

num.17. & 76. vbi qualiter sit damnosa. Giurba conf. 44. nu. 14. & seq. vbi quod sit delictum, & de eius pœna Ricc. par.4.colleçtan.942.

Atverò iidem Doctores profitentur indulgendum esse non semel negligentia, & punctim ad intentum Luca sæpè memoratus ad Franch. obser. 461. num.1. ex Farinac. Caball. diff. cas.48.num.5. & num.6. Subdit vnum singulare ex Bald. in l.1. sub num. 24. vers. modo circa personam Cod. de confess. videlicet, quod si prodigus absque curatore confiteretur delictum in committendo, seu faciendo patratum, non posset ex tali confessione puniri; quia postquam est declaratus prodigus, eius confessio non valet curatore non interveniente; sequuntur Additionator Bald. ad relat. leg. 1. Alexand. in l. is cui bonis num. 23. ff. de verbor. oblig. Nunc de filio familias delinquente, vel Fisco se obligante sermonem instituamus.

E P I G R A P H E.

Constitutionum 1. & 2. sub tit. de menors de 25. anys in 1. volum.

Constit. dilucidatio suscipitur, ad disputationem, an filius familias minor in fideiussione pro extraneo cum Fisco facta efficaciter obligetur. Nunquid dictæ Constitutiones latæ fuerint ad capacitandam personam filii, num verò ad patris præ-

judicium vitandum, & de aliquibus memoratorum iurium limitationibus, ac debitore Fiscali satisfaciente diversis solutionibus.

N U C L E U S.

- 1 *Casus, & num. 2.*
 - 3 *Constit. 1. & 2. sub tit. de minors de 25. anys in 1. volum. contextus, & num. 4.*
 - 5 *An filius familias ex contractu, vel quasi, patris non interveniente consensu, obligari possit, remissivè.*
 - 6 *Minoris contractus iuramento firmatur, sed vide numer. 27.*
 - 7 *Pater ex delictis filii non tenetur, & an saltem de peculio sit obligatus, valeatque statutum, quod pro delicto filii possit capi legitima ei debita.*
 - 8 *Minor, & filius familias contrahens validè, ac efficaciter obligatur, si palam, & publicè negotietur, & num. 10.*
 - 9 *Filius familias asserens se vivere vti patrem familias separatim à patre in deceptionem alterius, tenetur de dolo, vel stellionatu.*
 - 10 *Decisio Senatus circa adducta num. 8.*
 - 11 *Disputatur questio, an filius familias contrahens cum*
 - Fisco, si sit etiam minor, statuto iuvvari possit. Fisco faventes memorantur.*
 - 12 *Eiusdem opinionis videtur Cacer respectu illius, qui certam emerat gabellam.*
 - 13 *Authores contra Fiscum scribentes recensentur.*
 - 14 *Fiscus non est privilegiatus, nisi in casibus à iure expressis, at in aliis utitur iure privatorum.*
 - 15 *Principis lex eum ligat, si eius respectu eadem militet ratio.*
 - 16 *Solutus non est Princeps privatorum legibus, si aliter ratio, & honestas suadeat. Sed de his latius Doctores citati num. 17.*
 - 18 *Naturalis ratio dicitur, ut qui alterius potestati subest, sine eius consensu non contrahat.*
 - 19 *Consensus in Constitutionibus, de quibus hic, desideratur ad integrandam personam filii minoris.*
- Comprehendere etiam peculium Castrense, & quasi Castrense, Doctores ibidem laudati, contra Cacer*

cer defendunt.

- 20 *Alii hesitant in terminis similis statuti. Alii volunt latus fuisse has Constitutiones ne patri præiudicium inferatur.*
- 21 *Ius tertii Princeps sine causa auferre non potest; & maximū patri causatur præiudicium ex carceratione filii, num. 22.*
- 23 *Doctores pro Fisco adducti numer. 11. questionem ad partes non disputant, vel in alia specie loquuntur.*
- 24 *Decisio Rote Romana casui adaptabilis. De effectibus clausule irritantis remissivè.*
- 25 *Filii familias non admittendi in veltigalium conditione, nec ut principales, nec fideiubentes absque patris consensu.*
- 26 *Constitutiones de quibus agitur, non procedunt in casu dotis extante necessitate dotandi.*
- 27 *Minoris contractus, etiam iuratus, stante læsione, beneficio restitutionis in integrum rescinditur. Limita tamen, quando ultra dimidiam non sit læsus, & renuntiavit minor beneficio minoris ætatis, ac restitutionis in integrum.*
- 28 *Filius familias si fideiubeat pro excarcerando patre, non adhibitis solemnitatibus statuti, remanet obligatus.*
- 29 *Sensus Senatus in casu. Remittere prohibitus partē debiti, non est interdictus inducias concedere.*
- 30 *In venditionibus Fisci non potest haberi fides de pretio, de iure, sed aliud de consuetudine praticatur pretii accedente securitate.*
- 31 *Principalis debitor in specie controversa ad satisfaciendum fuit admissus diversis solutionibus, datis idoneis fideiussoribus, præeunte conclusione Regii Criminalis Concilii, & num. 32.*



DECISIO XIX.

FILIUS familias, simulque minor annis 25. uti fideiussor accessit obligationi, quam Bartholomæus N. instrumento confecto 18. Ianuarii 1687. penes Paulum Rimbau Notarium Regium Collegiatum, contraxit, promit-

mittendo suæ Excellentia, & Regiæ Curia adimplere pactum à se susceptum relegationis in Insulam Maioricarum per quinquenniū, sub pœna in casu contraventionis solvendi Nobili Regenti Regiam Theaurariam mille libras monetae Barchinonæ, & tam principalis, quam fideiussor personas, & bona sua obligarunt, veluti in debitis Fiscalibus, & Regalibus.

2 Principalis, pactum p̄memoratum non observavit, quare de ipsius violatione processu instructo, & constituto, petita fuit per Fisci Procuratorem executio contra personas, & bona principalis, & fideiussoris, quem tamen tunc nō constabat patriæ potestati suppositum esse, nec similiter de eius ætate liquebat; sed postmodum provisâ executione in carceres coniectus, de iis duobus opposuit, & obligationem fideiussoriam à se factam absq; patris consensu irritam extitisse, ideoque à carceribus liberari debere.

3 Nitebatur *Constitut. I. & 2. sub tit. de menors de 25. anys in 1. volum.* quarum prior statuit minorem 25. annis cuiuscunque sit conditionis, qui sub sacris extet paternis, & nec uxorem habeat, nec vnquam

duxerit, quamvis emancipatus reperiat, non posse contrahendo obligari, & quod si de facto convenerit, contractus habeatur pro nullo, & iudicium de eo ferri non posse, nisi celebratus fuerit sub expresso consensu, & firma patris, eo quoque adiuncto, quod quatenus ad hosce contractus, inhibita remaneat Notariis authoritas, ad hoc vt stipulari contra talem Constitutionem pro scripturis privatis habeantur, & iuramento vallari nequeant.

Constit. 2. non solum minores annis 25. ab his contractibus arceri fuit sancitum, sed etiam filios quoscunque, etiam ea ætate maiores, sub patria existentes potestate, validitate, & fide sublata quibuscunque scripturis, tametsi contractus extra Cathaloniam firmatus fuisset, dummodo in Cathalonia facienda foret executio.

Pro hac controversia plus studii adhibendum est in omitendo multa non extranea, sed non peculiaria, quam in orando instituto. Solum remissivè attingam, de iure communi foecundissimam esse materiam, an filius ex contractu, vel quasi, patris non interveniente consensu, obligari possit, de qua videndi Molin. *lib. 2.*

de

de primogen. cap. 9. à num. 12. Gomez lib. 2. var. cap. 15. numer. 11. Franch. decis. 70: Ricc. part. 5. collect. 1754. & 2039. Salgado 4. par. de protect. cap. 8. à nu. 40. & 1. par. labyrinth. cap. 27. à nu. 27. Hermos. l. 11. glos. 8. tit. 4. par. 5. Ayllon ad Gomez lib. 2. var. cap. 1. num. 3. & cap. 6. nu. 3. Giurba observat. 86. Cyriac. contr. 387. & 477. la segunda, vbi quid si contrahat nomine patris.

6 Minoris autem contractus, quod iuramento firmetur, adstabiliunt Covarrub. in cap. quamvis pactum par. 1. §. 3. num. 39. de pact. in 6. Ricc. p. 5. collect. 1723. & 1880. Cyriac. contr. 321. Vela dissert. 6. num. 55. Ceval. com. quest. 562. & 723. Molin. de primog. lib. 2. var. cap. 14. num. 15. 18. 19. & 21. Diana tom. 6. tract. 3. ref. 164. Jul. Capon. tom. 1. discept. 64. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 22. diff. 1. Thesaur. decis. 66. numer. 3. & 4. Cancer var. 2. cap. 1. num. 293. Fontan. decis. 276. num. 19. & decis. 397. num. 2. & decis. 434. num. 9. videndus Valeron de transactionibus tit. 4. q. 1. num. 62.

7 Sed ne hæc pro criminali argumento sint infructuosa, non prætermittam, patrem ex delictis filii non teneri. Covarrub. lib. 2. var. cap. 8. num. 7. & ibidem cum multis latè D. Didac-

cus Ybañez de Faria. Bovadill. lib. 4. polit. cap. 5. num. 33. Ricc. par. 4. collectan. 1070. & est rex. in cap. 2. de delict. pueror. solum suscitatur difficultas, an saltem de peculio sit obligatus, de qua Barbof. in l. 15. maximè nu. 79. ff. de iudic. Sanch. lib. 2. sum. cap. 15. Faber de error. decad. 78. err. 3. & seq. & decad. 79. err. 10. Caball. tom. 2. cas. 250. defendens, statutum, quod pro delicto filii, capi possit legitima ei debita in bonis patris viventis, vel quod pater teneatur solvere condemnationem pro filio, vsque ad legitimam, validum manere, licet sit contra ius commune. Gomez in l. 77. Tauri numer. 4. vbi quod filius possit liberè administrare, & alienare acquisita ex peculio Castrensi, sed non, delinquendo patri præiudicium irrogare.

Ad nostras Constitutiones, & quæstionem redeundo. Fontanell. de pact. claus. 4. glos. 9. par. 3. ex num. 41. suscipit illarum explicationem, & decisum tradit numer. 55. obligatum remansisse minorem, etsi patriæ potestatis nexibus alligatum, ex quo palam, & publicè negotiabatur, ne contrahentes sub fide publica decepti remanerent, & impugnato Cancer var. par. 2. cap. 1. num. 164. concludit, in peculio Castrensi, vel

quasi, non cessare dispositionem nostrarum Constitutionum, de qua tamen colluctatione infra nos vberius peragemus.

9 Interim non prætereo Cyriac. *contr. for.* 387. n. 17. tom. 2. affirmantem, quod si filius familias assereret se vivere separatum à patre, & se gereret vti pater familias, & id proferret in deceptionem creditoris, non posset se tueri sub prætextu statuti prohibentis contrahi cum illo, quia non debet ex proprio dolo lucrum facere in damnum alterius; & inquit, quod licet actio per statutum tollatur, poterit tamen creditor agere actione de dolo, vel stellionatus, quia statutum tollit actionem, quæ ex contractu, non autem, quæ ex maleficio oritur.

10 Doctrinam Fontanell. præallegatam *num.* 7. amplexus fui in causa Mariæ Quadras vxoris Doctoris Josephi Quadras, contra Josephum Serra iuvenem lintearium, Regia sententia, me referente lata 9. Novembris 1680. Actuario Virgili, confirmando sententiam primitivam, qua præfatus Serra, tametsi filius familias, & minor, condemnatus fuerat ad solvendum præhabitæ Mariæ Quadras 104 li 16 s . pro pretio,

seu valore rerum mercantiliùm. Motiva expressi: quia constabat prælibatû Josephum Serra esse hominẽ, qui communiter negotiabatur in hac Civitate Barchinonæ, & extra eam suo proprio nomine, se gerendo vti Patrem familias, non insequendo Bernardi Serra patris sui præcepta, respectu negotiationis, & hoc modo publicè reputari. Adieci pariter, emptionem rerum, de quibus disceptabatur, eidem Serra vtilem fuisse.

Nunc protinus ad controversiam præsentaneam convertamur; eam disputandam proposui patrono Michaelis filii familias, & eius patris Petri, Doctoribus editis, qui Fisci privilegium confovebāt. Invigilavit enixè Advocatus Doctor Josephus Alòs, & Ferrer, cuius nomen reticere non patior, conscius eorum, quæ in scholis iuris civilis interpretes, & in foro causarum patrocinio nitidè, & cum fructu laborat. Plures ergo sunt Doctores propugnantes similia statuta non procedere, imò limitari, quando filius familias contrahit cû Fisco, cuius personam in hisce statutis non comprehendi, resolvunt Alberic. *de statut.* 215. lib. 2. Angel. Aretin. *in subscription.* ad Socin. *cons.* 302. *vers.*

vers. secundò responderi potest lib.2. Bald. Novell. de dote p. 6. q. 48. Bertazol. claus. glos. 16. num. 4. Marcobrun. ab Anguil. conf. 74. num. 15. Lamberteng. de contract. glos. fin. q. 28. n. 95. & sequentibus. Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 416. num. 49. par. 1. Cardinal. Tusch. litt. F. concl. 383. nu. 4. Jacob. de Arctin. in l. si mercedem §. si habitatoribus ff. de action. empt. Matheac. de offic. par. 2. à num. 115. ad 180. Don Hieronymus Cala in tract. de restit. in integr. denegand. q. 37. num. 11.

12 *Discedere ab hac opinione non videtur Cancer var. 2. cap. 1. num. 46. referens Doctores tenentes non iuvari consimili statuto quendam, qui certam emerat gabellam: vnde subinfert Cancer, dictas Constitutiones non extendi ad casum, quo filius familias se obligavit pro dote, & num. 116. & sequenti idem esse vult favore Ecclesiæ, vel piæ causæ.*

13 *Contra Fiscum concludunt Thoro in comp. decis. verbo filius fam. qui fideiusserat pag. 417. Faustus conf. 39. vers. filii verò familias. Decian. in conf. 531. num. 3. Caravit. in Pragm. Neapol. 1. tit. de S. C. Maced. §. 6. à num. 13. Boler. de decoct. debitorib. Fiscalib. tit. 1. q. 7. n. 11. Hodierna ad Surd. decis. 13. nu.*

24. fin. Tiraquel. de legib. conn. glos. 8. q. 19. num. 176. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. num. 38. vbi licet hæsitet, tamen postea tit. 5. num. 9. in hac sententia residet. Altimar. in addit. ad Rovit. decis. 69. in princ. Novar. ad Pragmat. primam, tit. de S. C. Macedon. collect. 1. num. 10. ampl. 8. & quest. for. p. 1. q. 104. Marcus Anton. Sabell. in sum. divers. tract. verbo statutum quoad solemnitates num. 49. expressim, & ad partes disputantes Farinac. conf. 183. vol. 2. Rovit. decis. 69. Paschalis de patr. potest. par. 1. cap. 6. à num. 59. & præcipue num. 63. & 66.

14 *Primaria ratio pro hac opinione est: quia Fiscus non est privilegiatus, nisi in casibus à iure expressis, & in aliis debet vti iure privatorum. Rovit. d. decis. 69. qui à num. 7. ad 12. plenè illustrat Farin. dict. conf. 183. num. 3. & 4. Paschal. d. cap. 6. à num. 66. Senator Oliba de iur. fisci cap. 54. num. 326. adde Covarrub. lib. 1. cap. 16. num. 1. Surd. decis. 13. Guzman de evitionib. q. 5. à num. 24. & q. 8. num. 5. Solorzan. lib. 3. Politic. cap. 30. fol. 466. vers. pero. Salgado in labyrinth. part. 1. cap. 11. num. 7. Jul. Capon. tom. 2. disc. 110. Cyriac. contr. 13. vbi quid quando privilegiatus invenitur, sed cū non subdito litigat.*

15 Fundamentis ex aduerso oppositis non difficilè respondēt, docentes, quod licet in generali sermone non includatur loquentis persona, & ideò nec Principis in condita ab ipso lege; hoc tamen pluries limitatur, & præcipuè, quando militat eadem ratio contra loquentem, & disponentē: hanc autem fortius vrgerè in nostra specie favore filii, & minoris, propter sui ingenii imbecillitatem, & facilitatem, peræquè si contrahat cum Fisco, ac si cum privato cõventionē ineat, nemo non videt, & considerant Menoch. *de præsumpt.* 44. num. 27. & 28. lib. 3. Farinac. *d. conf.* 103. num. 6. quare nulla ratio dicabit, Fisco sub æqualitate rationis, magis quam filio minori subueniri.

16 Labefactatur non minus alia obiectio, sistens in eo, quod Princeps privatorum legibus fit solutus. *l. Princeps. ff. delegibus*, quia hoc pronuntiatum intelligitur de ordinariis statutis, seu ordinationibus Civitatum; at non quando aliter honestas postulat, ratio suadet, & agitur de statutis à Principe conditis. *l. 1. §. omnia Cod. de vet. iur. enucl. l. digna vox. Cod. de legib. Ro vit. d. decis. 69. num. 17. ibi: Boni consilarii in causis Fiscalibus debent habere*

in ore illud adagium, patere legem, quam tu ipse tuleris, & apud nos Oliba de iur. Fisc. cap. 3. num. 9. firmans Constitutiones Cathalonix, Principem, Regiumque Fiscum servare debere.

Sed de his latius Mancin. *de iur. sacr. dis. 1. cap. 11. Salgado de retent. par. 2. cap. 33. à num. 19. Marquez lib. 1. de Gubernat. cap. 12. fol. 68. Solorzan. lib. 4. Polit. cap. 24. fol. 704. vers. donde. Diana tom. 6. tract. 1. res. 52. & seq. Antun. lib. 1. de donation. p. 2. cap. 10. Menoch. lib. 2. præsumpt. 5. vbi an lege ligetur filius legislatoris.*

Præmaximè, cum naturali congruat rationi, vt qui alterius potestati subest, sine eius consensu contrahere non valeat, vt observat Paschal. *dist. cap. 6. num. 65.* Et notatu valdè sunt digna in nostro casu clausulæ irritantes, expressæ *num. 1.* quibus Constitutiones præiactæ sunt conceptæ; vt habetur infra *num. 24.*

Arguitur efficacius, quia per prædictas Constitutiones, consensus in obligatione filii minoris desideratur ad eius personam integrandam, & capacitantam in contrahendo, iuxta veriore[m] scholam. Fontanella *d. claus. 4. glos. 7. part. 3. num. 41. & 43. in fin. quem allegat Lælius*

lius Gizzius inter allegat. Marini 107. num. 32. Romaguera ad Conciol. Stat. Eugub. rubr. 57. num. 34. Carol. Anton. de Luca ad Franch. observ. 70. & 71. & proinde subinferunt adversus Cancer supra citatum, prælibatas Constitutiones comprehendere etiam peculium Castrense, & quasi Castrense: quia cum dictæ Constitutiones generaliter loquantur, exposcendo paternum consensum ad capacitandam, & integrandam personam filii; propterea porrigitur ad quæcumque bona, etiamsi in eis cesset præiudiciû patris, ex eo, quod sint proprium patrimonium filii, & ideò rationib⁹ fortioribus muniti Fontanella quam Cancer, perpendit Romaguera d. rubr. 57. à nu. 31. & confirmant Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 416. à num. 42. Altimar. ad conf. Rovit. observ. 68. lib. 2. Manfredi. ad Capyc. Latro observ. 134. num. 15. & seq. Joan. Torres de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. nu. 375. Regens Galeot. lib. 2. contr. 14. à num. 44. ideoque exploratum erit Fiscum non manere privilegiatum, sicut non esset, si cum furioso, infante, aut alio incapaci contraxisset, cum incapacitate personæ tota contractus corrumpatur validitas.

Quicquid in hac collecta-²⁰ tione hæsitent in terminis Reg. Pragmatic. Neapolitan. 1. tit. de S. C. Macedonian. relati per Altimar. ad Rovit. d. decis. 69. Mar. Prat. in addit. ad Paschal. de patr. potest. d. cap. 6. in finali additione, & quicquid statuta similia lata dicant, ne patri præiudicium inferatur. Merlin. contr. cent. 2. cap. 99. & 100. Sanfelic. decis. 90. Caravita ad d. Pragmatic. 1. num. 8. cum seq. Novari. quest. for. par. 1. q. 104. num. 9. Muccus in addit. Sanfelic. lib. 1. dilucid. 77. & alii complures, qui de materia perregerunt, apprimè Ganaverr. decis. 54. Cyriac. contr. 307. tom. 2.

Sed esto huic opinioni subscriberemus, quod valdè displicet, adhuc favore Fisci non posset obligatio sustineri in patris damnum, ut expendit Paschal. d. cap. 6. num. 65. dicens, quod tunc ageretur de præiudicio, & iure tertii, quod Princeps sine iusta causa tollere, & inferre non potest. Pancirol. lib. 3. var. cap. 23. Bovadill. lib. 5. politic. cap. 5. num. 11. Ricc. par. 5. collectan. 1952. & 1966. & par. 6. collectan. 2428. Castillo lib. 3. contr. cap. 6. Guzman de eviction. q. 52. Cyriac. contr. 59. & 73. Solorzan. lib. 3. politic. cap. 29. fol. 454. vers. pero

- pero aora, & seq. Diana tom.6. tract.1.ref.54.
- 22 Maximum autem patri causatur præiudicium ex incarceratione filii propter suam eximiã dilectionem, ex iis quæ longè prælibavimus decis.18. à nu.17.
- 23 Præterea Rovit d. decis.69. rectè advertit, quod DD. citati Fisci favore, non controvertunt quæstionem ad partes, solum Lamberteg. de contract. glos. fin. q. 28. hanc aggressus fuit controversiam, sed non foeliciter, vt idem Rovit. ostendit, nec Bald. Novell. quem Tusch. & Cancer laudant, quicquam profert de Fisco, sed de casu, quo filius familias minor se obligavit, pro eo qui emerat certam gabellam, & favore Reipublicæ tuetur, non prodesse ipsi statutum, & scripsit Bald. Novell. consulendo, non decidendo.
- 24 Verum est quod nec in favorem, nec contra Fiscum, decisionem apud præcitatos inuenies Doctores, solam vidi editam in Rota Romana coram Albergato, illius Decano, in Bugubina census II. Ianuarii 1677. quæ legitur post Urceol. in tract. de transact. decis.90. num.11. & in recent. est recollect. par.19. decis.3. num.20. vbi firmatur, quod etiamsi contractus esset favore Reipublicæ, ad

huc rueret, dum statutum indistinctè irritet omnes contractus contra eius formam factos; plures enim sunt effectus clausulæ irritantis. Covarrub. pract. cap.9.num.7. Riccius p.4. collectan.787. & 1302. & 2144. Gutier. lib.3.pract. q.15. à nu.3. Marfscot. lib.2.var.cap.38. Salgado par.3. de proteet. cap.10. à num.61. & 84. & part.2. de re- tent. cap.17. nu.30. Urritigoyti par.1. pastoral. claus. 15. Solorz. lib.4.politic.cap.2.fol.407. vers. y esto; & ita fuit conclusum, complexis Farinacio, ac Rovito, reprobatis verò Baldo, & sequacibus.

Caveant ergo administratores publicorū vectigaliū, seu gabellarū ne filios familias admittant, ad illorum conductionē, & ne fideiubeant pro conductore principali, aliter enim, si admitterentur, periculum foret admittentis, non extante patris consensu, quoniam iure communi absque hac solemnitate filius familias non maneret obligatus. Narbon. de etat. ann.25.q.10. ex Alpharo de off. Fiscal. glos.34. §.2.num.77. qui tacitum patris consensum sufficere volunt.

Limitatio autem tradita à Cancer in casu dotis, vera erit stante necessitate dotandi, quippe tunc non requiruntur statu-

ri solemnitates. Rota post Urceol. *de transact. decis. 93. nu. 2.* alias secus, vt dictæ Rotæ decisio distinguit in terminis statuti, & *par. 9. recent. decis. 262. à num. 4.* Peregrin. *decif. 97. à num. 2.* Ludovif. cum Beltramin. *decif. 491. num. 8.* Sabell. *verbo statutum quoad solemnitates num. 9.*

27 Ulterius in hoc casu, minor ad omnem eventum, pro sui defensione beneficium haberet restitutionis in integrum, propter suam labilem ætatem, & læsionem sibi resultantem. Farinac. *decif. 198. vol. 2. modernus Panimolle decif. 2. adnotat. 3. à num. 23.* Fontanella *de pact. 1. claus. 4. glos. 18. part. 3. à num. 27.* vbi latissimè, & *nu. 35.* ait, in Cathalonia intrepidè observari hanc opinionem, quod semper ex læsione rescindantur contractus cum minore gesti, & cum iuramento; & addit posse, si opporret, mille exemplaribus comprobari: verum est, quod non restituitur minor adversus contractum iuratum, nisi fuerit læsus ultra dimidiam, maximè si renuntiaverit beneficio minoris ætatis, ac restitutionis in integrum, vt punctim tenent citati supra *num. 6. in fine*, quicquid in contrariū defendat Botiller *de successio- nib. ab intestat. cap. 2. Theorem.*

62. *per tot.* & fuit decisum 10. Martii 1663. in causa Josephi Tries Regii Algutzirii, contra Franciscum Sola, & alios Ville Cardonæ, Regia provisione facta per egregium tunc nostri Senatus Consiliarium D. Joan. Baptistam Pastor, Scriba Cortès.

28 Eo principaliter cū in specie fideiusserit pro extraneo, nulla concurrente causa iusta, quæ ipsum aliquo modo impellere posset ad prædictam fideiussionem firmandam; aliud enim foret, si iusta causa se obligandi extitisset, vt pro excarceranda persona sibi valdè coniuncta, aut patre, quo casu etiam filii familias minoris obligatio sustinetur, etiam non adhibitis solemnitatibus statuti, absque vlla spe restitutionis. Gratian. *disc. for. cap. 108. numer. 41.* Urceol. *consult. for. cap. 44. num. 11.* qui *in tractat. de transactionib. q. 19.* plura ad intentum cumulat. Ludovif. *decif. 120.* Mell. *obs. 47.* nisi enormissimè læsus filius remaneret. Rota *par. 18. recent. tom. 1. decif. 59. numer. 14.* & *decif. 136.* Sabell. *verbo filius familias num. 14.* Gomez *var. tom. 2. cap. 13. num. 19.* vbi pulchrè ad scopum. Ayllon cum Molina, Lessio, Mantica, Fontanella, Noguerol. Narbona, Larrea, Fran-

Franchis *decif.* 578. *num.* 14. & ibi ornatissimè Carol. Anton. de Luca tractans præclarè, quādo mater possit intercedere pro excarcerando filio, & qualiter pro marito in simili casu sustineatur vxoris obligatio.

- 29 Censuerunt Domini, Fisco privilegiū in controversa specie non competere, sed omninò ei obstare allatas Constitutiones; quare contra debitorem principalem tela exacuit, & cum dubitaretur, an possent ipsi concedi termini ad solvendum, affirmativè fuit decisum: quia induciæ plurimum distant à debiti remissione; vnde qui remittere non potest debitum, aut eius partem, inducias concedere non prohibetur, vt multos textus congerens affert Salgado *in labyrinth. credit. par. 2. cap. 30. à nu. 53.* & vtiliter ad propositū Fisci, Mello *in tract. de induciis*, quibus probè concinit Alfaro *de off. Fisc. glos. 34. §. 1. num. 40.*
- 30 *privileg. 2.* vbi regulam ponit, quod sit speciale in Fisco vendente, vt non possit in eius venditionibus haberi fides de pretio; præsentem enim pecunia res Fiscalis distrahi debet. *l. 1. & l. etsi instrumentum 3. Cod. de fide instrument. lib. 10.* & ibid. Bald. Bertrachin. Martin. Laudens. & alii per eum collauda-

ti; sed refert, aliud de consuetudine observari, & quod cum ipse Regiam Maiestatem, & eius Supremum Indiarum Concilium consulisset, quota differentia deberet versari inter dilatam solutionem, & præsentem, vt melior altera earum conditio videretur, ex Regia epistola fuisse responsum Vallisoleti 6. Aprilis 1601. vt augmentum curaret, & pretii securitatem.

Hoc ipsum attendit Senatus 31
12. Ianuarii 1688. in facto dubii propositi per Nobilem Petrum de Montaner, Regentem Regiam Thesaurariam, super pœna mille librarum, in qua incurrit prænominatus Bartholomæus N. de Aulina, ob contrafactionem supra expressi pacti; an dictus Nobilis Petrus de Montaner posset recipere dictam quantitatem diversis vicibus, & solutionibus, videlicet 637 H^{C} . vnica solutione, scilicet 500 H^{C} . pro parte pœnæ incurstæ, & reliquas 137 H^{C} . pro commutatione pacti, ac reliquas 500 H^{C} . pro complemento dictæ pœnæ dictarū 1000 H^{C} . duabus æqualibus solutionibus, scilicet 250 H^{C} . in festo Paschatis Resurrectionis D.N. Jesu Christi, & reliquas 250 H^{C} . in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis illius anni, datis
prius

prius idoneis fideiussoribus, & tradere ex tunc dicto Bartholomæo N. instrumenta necessaria pro dicti pacti commutatione; quod dubium fuit resecatum, concludendo, attenta difficili prædicti debiti exactione, admittendam esse relativam solutionem, datis pro reliqua quantitate ad dictos terminos solvenda idoneis fideiussoribus,

32 Hoc medio Fisco fuit con-

sultum, & filius familias, cuius causam iure, & ratione fretam, & adiutam Regium Concilium iudicavit, à vinculis carcerum, & obligationis initæ liberatus evasit. Sed postquam de personis, cum quibus mitius agitur diximus; nos iam vocat videre qualiter inter vastos pestis fluctus, iustitiæ navis vela dare possit, nec ventis offensa, nec procellosè iurisdictionis turbato cursu.

E P I G R A P H E.

Pestis tempore quæ cura Rectoribus, & Consiliariis Civitatum, ac Locorum incumbat, & qualiter iurisdictionis criminalis exerceatur, quamve habeant Consilarii nostræ fidelissimæ Urbis Barcinonæ ex Regiis Privilegiis, & Observantia sequuta. *Cap. unic. tit. de Statuts, y Ordin. in 2. volum. Constit. interpretatio eruitur.*

N U C L E U S.

- 1 Calamitas magna pestis. Eius tempore legis, statuti que transgrediuntur præcepta.
- 2 Parochus pestis tempore non tenetur residere, dummodo tamen inserviat Ecclesie per substitutum.
- 3 Iudex potest Civitatem deserere, si spes salutis sit desperata. Intellige, ut n. 4. si absque magistratu, &

regimine omninò Respublica non deseratur; cessat tamen tunc ad concedendum gratias delictorù reservatio.

5 Praconia, quæ per Regium Criminale Concilium vigente Epidemia publicari fuit iussum.

6 Iuratis, & Consiliariis Civitatum eo tempore plura sunt

Ppp

sunt

- sunt commissa, & de auctoritate concedita nostrae Urbi Barcinone, & num. 7. de Privilegio Regis Ferdinandi.
- 8 Plura, quae iure communi competebant, cum praemisso Regio Privilegio peculiari-ter fuerunt concessa.
- 9 Certificationes sanitatis, etiã pro personis Ecclesiasticis dantur.
- 10 Expelli possunt grassante contagione quaecumque personae venientes è locis suspectis, & non tradentes fidem sanitatis, quod ampliatum etiam in domino loci.
- 11 Venit quoque ex relato privilegio potestas apponendi custodes in portis Civitatis, & ibi alia.
- 12 Officium custodiendi portas loci habet inclusam iurisdictionem, sicut etiam deferre iuramentum volentibus ingredi, & arcere ab ingressu portarum. Ad dominũ iurisdictionis civilis pertinet emanare facere banna tempore pestis, sed non ex his bannis iurisdictionis civilis probatur.
- 13 Consilarii, & Iurati Universitatum sunt ad instar Decurionum antiquorum, & latè dicuntur Officiales publici, sed nullam habent iurisdictionem.
- 14 Consilarii Barcinone in quibusdam casibus concessam habent iurisdictionem civilem, non criminalem.
- 15 Clavarius criminali nõ fruatur iurisdictione, & quae competat Consiliariis pro inurbanitatibus cõtra eos commissis.
- 16 Cessante expressione iurisdictionis, ea non censetur elargita; etiã si de territorio fuerit facta gratia, & num. 17. 18.
- 19 Exempla iurisdictionis criminalis in executionẽ deducta pestis tempore.
- 20 Alius casus similis, & urgens, quo Regium Criminale Concilium cognovit.
- 21 Observantia interpretativa iustificatur ex his, quae inveniuntur practicata primis, & proximioribus exemplaribus, quin profint remotiora.
- 22 Iurisdictionis non acquiritur ex duobus actibus in Principis praedictum. Merum imperium in Cathalonia est imprescriptibile, & acquiri nequit absque vero titulo.
- 23 Unicus sufficit actus ad excludendam observantiam,

- & consuetudinem in iurisdictionalibus.*
- 24 Aliud privilegium traditur relatatum in Cap. vnic. tit. de Statuts, y Ordinaciós in 2. volum. Constit. *& in favorem Civitatis, & num. 25.*
- 26 Praeonia cum impositione pœnarum corporalium, vel non fuerunt per Civitatem promulgata, vel certius nusquam ab ea comperiuntur executi.
- 27 Aliquando concessa iurisdictione criminali, censetur tantum data cognitio cause ad imponendam pœnam pecuniariam Fisco applicandam.
- 28 Privilegia, & Statuta emanantia ab eodem fonte censentur conformia anterioribus.
- 29 Annone privilegium aliis assimilatur, sicut illius observantia.
- 30 Verba privilegii hic expressa elucidantur.
- 31 Rescripta, & privilegia Regum strictè sunt interpretanda, & quominus leant ius commune.
- 32 Antiquitus praeonia Civitatis fiebant de ordine Vicarii, & Baiuli, sed postea per Consiliarios interveniuntur non pauca ex-
- pedita.
- 33 Aliud est praeonia emittere, & aliud iudicare, ac exequi. Argumentum à superfluitate vitanda debile in iure.
- 34 Privilegium ut superfluum non sit, sufficit, quod dubitationem aliquam tollat.
- 35 Conclusio ex supradictis de iurisdictione Civitati cõpetenti in casu pestis. Cum Senatu, & num. 36.
- 37 Manus Regia quid sit, & fuisse Proregibus communicatam, & sepè practi-cari.
- 38 Furcarum erectio ad merum pertinet imperium.
- 39 In Regalibus, tantum prescriptum dicitur, quantum possessum, & non ultra.
- 40 Defectus tituli producti, ex eius lectura apparens, possessionem illi inhaerentem destruit.
- 41 Meretur dignissimè Civitas Barcinone plures, ac geminatas, quibus gaudet praecipientias, & non eget aliquas sibi arrogare prater concessas.



DECISIO XX.

1 **M**AGNA est pestis calamitas, adco quod sub controversia cadat, an maior dici debeat fame, & bello. Cyriacus *contr.* 544. Giurb. *ad consuet.* cap. 2. *glos.* 6. à *num.* 27. eius tempore leges, statutique transgrediuntur præcepta, tanquam inter armorum, & mortis strepitum. Carpon. *ad Statut. Mediolan.* par. 1. cap. 321. *num.* 13. Marchin. *de bell. divin.* par. 8. cap. 2. *nu.* 14. Valenz. *conf.* 124. *num.* 18. Canc. *par.* 2. cap. 10. à *num.* 58. perdoctè Don Petrus Quesada, & Pilo *diss.* 1. & præcipuè *num.* 16. & flagellum magis quocunque alio appellat Romaguera *ad Conciol. in Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 30. *num.* 2.

2 Parochus non tenetur residere tempore pestis, dummodo tamen inserviat Ecclesiæ per substitutum. Quesada & Pilo *d. diss.* 1. *num.* 13. ex Tondut. Bonacin. Berlinch. addo Robert. *lib. rer. indic.* 2. cap. 10. *fol.* 160.

3 Sic etiam iudex si pestis grassatur, & sit spes salutis desperata, potest Civitatem dere-

linquere, in eiusque absentia salarium lucrari, ita cum Corneo, Putco, Ripa, ac Bovadilla, idem Quesada & Pilo *diss.* 1. *num.* 11. adde Solorzano *tom.* 2. *de iur. Indiar. lib.* 1. cap. 13. *num.* 67. & *lib.* 2. *Polit. cap.* 15. *fol.* 145. *vers.* 3. *puedese*, vbi etiam an possint abesse Medicus, & Confessor.

Quæ intelligas, dummodo absque magistratu, & regimine omninò Respublica nò deferatur, provt explicat Doctores mox citati: est enim occasio illa facilis ad plura maleficia exequenda, & non debet permitti, vt quæcunque scelerati tunc audeant, possint patrare; verum est, quod hac contagii tempestate, ad concedendum gratias cessat delictorum, & casuum reservatio, cum dicatur quis tunc constitutus in articulo mortis, sæpè citatus Quesada Pilo *d. diss.* 1. *numer.* 50. vbi eruditè defendit, carcera- tum tempore pestis ob infecto- rum cadavera sepelienda vinculis solutum, tacitè videri à delictis remissum.

Nostrum Regium Criminale Concilium, grassante hac Cœli vindicta, debitas adhibuit diligentias ad delicta compescenda; sicque 7. Octobris 1630. attentata Epidemia, quæ vigeat in Statuto Medio-

diolani, fuerunt promulgata edicta, quæ reperiuntur *in libro firmarum fol. 18.* præmium offerendo eis, qui revelarent spargentes pulveres, & materias veneni; & 25. Junii 1637. in facto supplicationis evocatae causæ, oblatae per Fiscii Procuratorem Regiæ Curia, referente Magnifico Joanne Baptista Gori J.R.C. fuit conclusum, quod attento ex informatione in Regia Curia recepta constabat in Civitate Maleguæ Regni Castellæ grafari Epidemiæ morbū, & ideò expedire de opportuno remedio provideri, ne ad loca, seu partes præsentis Principatus Cathalonie, & Comitatus Rosilionis, & Ceritanie dictus morbus extenderetur, aliquis ex Regiis Algutziis accederet ad omnia loca dictorum Principatus, & Comitatum quo opporret, qui inquireret, fortificaret, culpabiles caperet, & alia faceret assueta, & quod facientes contra disposita incurrerent pœnam suffigationis, & serviendi in Regiis Triremib⁹ remigando per decennium, & alias pœnas arbitrio iudicis vsque ad mortem naturalem inclusivè; & innumeræ possent circa Epidemiã editæ conclusiones coacervari.

6
Complura etiam Juratis, seu Consiliariis Civitatum sunt eo tempore commissa; magna auctoritas hoc occurrente casu tributa observatur nostræ Urbi Barcinonæ, vt multifaria demonstrant Regum privilegia.

7
Principale dignoscitur Serenissimi, & Inclyti Domini Regis Ferdinandi, datum in Villa Montissoni 17. Jul. 1510. quo in petitione fuit expressum, custodiam Civitatū quando est à peste cavendum, principaliter spectare Consiliariis, Procuratoribus, & Rectoribus illarum, tanquam de beneficio publico curam habentibus; propterea fuit supplicatū, quod vigente pestis periculo, & veniente casu, quo propter hanc causam in Civitate esset apponenda specialis custodia, ea per suam Maiestatem concederetur Consiliariis Barcinonæ, facultate tributa destinandi ad hunc finem personas necessarias, talibusque hominibus sic electis licere deferre baculum, seu signum, & vti omni compulsione, & coertione, & quod possent Conciliarii, & Concilium providere in omni, quo opus esset, vt dicta Civitas benè custodiretur, & quod per Locumtenentem generalem Governatorem, nec alios

alios Officiales posset fieri impedimentum, nec contradicção aliqua, imò requisiti tenerentur favere, & auxiliari in omnibus, quæ per Consiliarios, & Consilium essent determinata circa dictam custodiam faciendam: quibus petitionibus Regale beneplacitum accessit

- 8 Hac Regia cõcessione plura, quæ iure cõmuni Civitatibus, seu earũ Rectorib⁹ enlargita sũt, peculiariter nostræ fidelissimæ, ac fœlicissimæ Urbi fuerunt concessa, videlicet sollicitudo perscrutandi, an aliquis contagio infectus in Urbe lateat, eumque expellere, iuxta tradita à Marchino *de bello. divin. par. 7. cap. 1.* Seraphin. Macin. *de confisc. honor. q. 19. num. 16.* expedire certificationes sanitatis, vt refert Fontanella *de pact. 1. claus. 4. glos. 10. p. 2. n. 16. 17. & 18.* vbi in fine decisionem nostri Senatus adducit: & hæ certificationes non solum pro secularibus dantur, sed etiam pro personis Ecclesiasticis. Marchin. *de bell. divin. par. 4. cap. 5. num. 7.* cadit etiam sub hac facultate potestas expellendi quascunque personas venientes è locis suspectis, & non trahentes secum certificationes legitimas sanitatis, licet talis persona sit Officialis,

qui exercet iurisdictionem, aut domin⁹ loci. Cãc. *var. 2. c. 10. à num. 59. ad 62.* Marchin. *de bell. divin. par. 7. cap. 4. num. 6. & 7.* Massin. *de confisc. honor. q. 19. à num. 9. ad 13.*

Venit etiam, sic vetusta in-
11
 troducente consuetudine, potestas eligendi, & apponendi custodes in portis Civitatis. Ripa *in tract. de pest. tit. de remed. ad conserv. vbertat. num. 188.* hoc etiam adiecto, quod tales personæ possent deferre virgam, seu insignia, & omnimoda vti compulsione, & coercionem necessaria ad prælibatam custodiam, recipiendo iuramenta ab iis, qui ingredi intendunt, vt declarent vnde exierint, & an in loco fuerint suspecto, & alia quæ apparuerint necessaria, impediendo ingressum suspectis, separando advenas per tempus opportunum, ad purgandam suspicionem, & providendo, ac ordinando congruentia ad custodiam, quæ omnia à lege, & à iure non competebant, vt benè advertit Ripa *qui proximè num. 190. & 191.* dicens se credere custodes portarum electos per Decuriones esse à Domino Loci cõfirmandos, quia officium custodiendi portas, habet in se præminentiam quandam, & in consequentiam habet inclu-
12
 sam

fam iurisdictionem, & probatur ex l.1. *Cod. de Trenarch. lib. 10. Caball. cas. 100.* vbi de pœna portas violantium, & amplius adnotat Ripa, quod quãdoquè deferunt iuramentum volentibus ingredi, an à 40. diebus fuerint in loco suspecto, quæ delatio iuramenti iurisdictionis esse videtur; & inferius subnectit, arcere aliquẽ ab ingressu portarum sapere præminentiam, adde Reg. Cortiada *decif. 148. n. 89. par. 3.* vbi ex Cancer, Scialoya, & Luca ad Franch, firmat ad dominum iurisdictionis civilis, mixti nempe imperii, & non ad dominum iurisdictionis criminalis, meri scilicet imperii, pettinere, emanare facere banna tempore pestis, ne aliquis accedat ad locum pestis, sed neque ex his bannis iurisdictionis civilis diceretur probata, vt à *num. 38.* demonstrabitur.

13

Hæc itaque iure communi non erant stabilita, sed relata à *num. 8.* solum enim Consiliariis, & Juratis Civitatum, & aliarum Universitatũ iura concesserunt, quod essent ad instar Decurionum antiquorum, & latè sumpto vocabulo, Officiales, & Ministri publici appellantur; atverò nullam habent iurisdictionem, sed solam administrationem. Pancirol. *lib. 2*

var. lectio. Caravit. tit. 49. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 23. num. 78. Capell. Tholos. decis. 343. Portoles in Schol. ad Molin. verb. Iurati n. 7. Sesse de inhibit. cap. 29. §. 1. num. 13. & aliis allegatis, Suelvestom. 1. conf. 30. num. 9. vers. & licet, videndi Bovadill. lib. 3. Polit. cap. 7. & 8. Barbof. l. 2. §. fin. à num. 57. de iudic. Garcia de nobilit. glos. 3. §. 2. Vigell. lib. 3. iur. civil. cap. 24. & seq. Escalon lib. 2. gazophyl. 2. p. cap. 12 §. 9. à num. 18. & num. 22. Solorz. lib. 5. Politic. cap. 1. Ricc. part. 5. collectan. 1836. remissivè ad plures Romaguera ad Conciol. in Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 8. num. 19.

Verum est, quod Consilia-
rii Barcinonæ Regiis privile-
giis in quibusdam casibus con-
cessam habent iurisdictionem
civilem, sed non est eis con-
cessa iurisdictionis aliqua crimi-
nalis, nec possunt criminaliter
procedere, imò vindicta crimi-
nalis pertinet ad Vicarium,
aut Gerentem Vices Genera-
lis Gubernatoris, si præsens
fuerit. Ferrer *obs. par. 3. cap. 144.*
num. 7. & de Clavario idem
tradit Peguer. *decif. 12. num. 5.*
par. 2. & solum illis indulgetur
modica coertio ad capiendum
eos, qui inurbanè cum tali
Magistratu se gerunt, sed non

14

15

pro-

procedunt ultra iudicialiter, nec processum efformât. Xammar *de privil. Civit. Barcin.* §. 14. num. 7. & §. 21. num. 37.

16 Nec aliud suadent prænarati privilegii verba, nam per ea non fit expressio meri, & mixti imperii, qua deficiente circumstantia, non intelligitur iurisdictio attributa. Cancer *var.* 2. cap. 2. num. 68. iunctis his, quæ docuit *var.* 3. cap. 13. num. 130. Fontanell. *de pact.* 1. claus. 4. glos. 11. num. 11. & seq. nec enim concessio iurisdictionis emanat, etiamsi generica de territorio fuerit facta gratia, nisi speciali privilegio exprimatur. Larrea *alleg.* 70. n. 6. ubi amplius, quod nullus exercere valet iurisditionem in præiudicium iudicum ordinariorum, absque specifico privilegio.

17 Multæ enim requiruntur expressiones, ut iurisdictio concessa intelligatur. Giurb. *conf.* 89. num. 11. & *de feud.* §. 1. glos. 3. à nu. 27. Hermosill. *in l.* 9. glos. 2. à num. 41. tit. 4. part. 5. Cevall. *comm. quest.* 41. ubi de imperio mero, vel mixto. Ricc. *part.* 7. *collectan.* 2591. ex aliis Regens Matthæu *de re crimin. contr.* 6. à num. 37. & expressius à num. 47.

18 Quare cum in relato Regis Ferdinandi privilegio, non le-

gantur verba, nec vniuersalia, nec particularia, ex quibus induci possit in specie, & individualis concessio meri, & mixti imperii, ut cognoscant Consiliarii, & congressus morbi de causis criminalibus respectu contagii, subinfertur evidenter, non posse eis spectare cognitionem huiusmodi causarum, sed solum exercere actus iurisdictionales expressos cum dicto privilegio, necessarios pro actuali custodia Civitatis.

Fateor aliquando, & præcipue 11. Julii 1589. fuisse processum ad executiones poenarum contentarum in præconiis editis per Consiliarios, & congressum morbi, ideoque fuisse publicè fustigatos per circuitum huius Civitatis duos homines, qui advenerant è Villa Æqualatæ, ubi pestis vigeat suspicio; & ulterius invenitur aliud adnotatum exemplar de anno 1600. quo observatur in vim provisionis Advocatorum Civitatis, præeunte processu, fuisse bannitos ab hac Civitate, suis terminis, & territorio quosdam homines, qui contravenerant Consiliariorum præconiis.

Namque prædictis obstat 20 authoritas R. S. Michael. Ferrer 3. par. *obs.* cap. 196. num. 1. à vers. qui incipit, *veritas prædictorum,*

rum, usque ad vers. post prædita, quo loci enarratur fuisse publicata præconia Regia, & etiam Civitatis in vim deliberationis factæ per Consiliarios, & congressum morbis prohibendo ingressum quibuscunque personis, quæ venirent à Civitate Tolosæ, & aliis locis Regni Franciæ, & ab aliquibus Villis Valentia Regni, ubi pestis grassabatur, pœnam imponendo 100℥. & casu quo non haberent in ære, luerent in fustigatione, contra illos scilicet, qui ingrederentur absque permisso; & cum advenisset Iosephus N. è Regno Valentia, & noctu ingressus fuisse Civitatem, contra eum fuit processum, instante Fiscii Procuratore in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ criminaliter inquirendo per Assessorem, & emissa declaratione incursum in pœnâ 100℥. fuit deinde executio facta in suis bonis per Vicarium.

21 - Hoc exemplari illud allegatum de anno 1589. & aliud de anno 1600. valdè obnubilata relinquuntur pro observantia interpretativa adstabilienda in favorem Civitatis, quia ambo evenerunt 70. annos post privilegium Regis Ferdinandi; quinimò roborata manet observantia contraria, casu alle-

gato per Ferrer de anno 1559. cum primus fuerit, qui ad notitiam pervenit, & proximus concessioni privilegii; quia observantia interpretativa iustificatur ex his, quæ inveniuntur practicata primis exemplaribus, & proximioribus, nec prodesse possunt remotiora. Bald. *in præmio ff. num. 7.* & bis fuisse decisum in Rot. Rom. testatur Ludovis. *decis. 325. n. 1.* & ibi Beltramin. *in addit. nu. 26.* vbi additionator.

Prætereà ex duobus actibus, non acquiritur iurisdic- 22
tio in Principis præiudicium. Cancer *var. 2. cap. 2. num. 114. cū seq.* Matthæu *de regim. Regn. Valent. cap. 5. §. 4. num. 25.* quibus additur, merum imperium in Cathalonia esse in præscriptibile, nec posse acquiri absq; titulo vero, & legitimo, ex *text. in vsat. hoc quod iuris est Sanctorum*, qui est primus *sub tit. de præscript.* & post antiquos nostros practicos, tenent Oliba *de iur. fisc. cap. 6. num. 35.* Cancer *var. 2. cap. 2. num. 117.* Don Sebastian de Cortiada *in discurso sobre la jurisdiccion del Capitan General. q. 7. num. 20.* vbi loquitur in terminis possessionis centenariæ; & in materia iurisdictionis, vnicus 23
sufficit actus ad excludendam observantiam, & consuetudinem,

quæ in contrarium prætenditur. *Surd. conf. 393. num. 23. & 24. Ludovif. decis. 162. num. 9. Beltramin. in addit. n. 15. Larrea alleg. 92. num. 7. Don Sebastian de Cortiada qui prox. quest. 7. num. 25. & ad conservandum ius, & possessionem. Innocent. in cap. litteras de restitut. spoliat. Socarrats in comm. Petr. Albert. cap. 51. verò numer. 36. Mascard. concl. 1220. nu. 4. Guierrez præct. q. lib. 1. q. 86. in fin. Farinac. conf. 105. num. 4. lib. 1.*

24 Quin retrahat à prædictis privilegium concessum per Regem Jacobum II. Kalend. Februarii 1319. compilatum cap. unic. tit. de Statuts, y Ordinations in 2. volum. Constitution. ibi: *Concedimus vobis Consiliariis Barcinonæ, & Civibus, ac Universitati eiusdem presentibus, & futuris, quod ad fidelitatem, & utilitatem nostram, & Reipublicæ, & ad bonum, & tranquillum statum ipsius Civitatis prædictæ perpetuò facere, & ordinare in dicta Civitate, ut in dictis terminis superius nominatis banna, & ordinationes, cum pœnis pecuniariis, & corporalibus, veluti membrorum mutilatione, & morte, sive supplicio ultimo &c. corroborando amplius hoc privilegium ex Doctrina Bovadill. in Politic. lib. 3. cap. 8. num. 157.*

vbi loquendo de Rectoribus populi, quibus casibus possint condere ordinationes, quæ mereantur executionem, possint ne in eis imponere pœnas corporales; concludit, populos Regni Castellæ, qui nullam habent iurisdictionem, non posse imponere pœnâ aliquam corporalem, nec infamiæ, in suis Ordinationibus, nisi consuetudine aliud fuerit inductum, vel per Regem extiterint confirmatæ, & solum his casibus imponuntur, & exequentur, quia id convenit iurisdictioni altæ, quæ vocatur merum imperium, quod actu solum residet in personam Regis, & non in suis populis, nec ad præbendum eis authoritatem quidquam possunt Ministri, vulgò *Corregidores*.

Unde argui potest acriter 25 in favorem Civitatis; sunt enim absque numero præconia, quæ cum pœnis corporalibus eius iussu publicata agnoscuntur, & & cum hoc privilegium antè illo per Regem Ferdinandum concessio, ad auctam, & non imminutam Civitatis authoritatem, & iurisdictionem, fatendum videtur, & sic cum subsequitis tot præconiis exercitium iurisdictionis criminalis practicatum appareat, iuxta Bovadilla, sequitur inde for-

fortius duob⁹ privilegiis fuisse
peftis tempore iurisdictionem
criminales Civitatis commu-
nitam.

- 26 Nam respondetur primò;
nusquam haberi observatum,
præconia cum impositione pœ-
narum corporalium fuisse per
Civitatem ante præfatum pri-
vilegium promulgata, & nullo
tempore executio per Consi-
liarios facta probatur, & id ex
eodem privilegio cõvinci, ibi:
*Quibus ordinationibus, & si-
milib⁹, & aliàs per libros anti-
quos Vicaria Curia nostra Bar-
cinone probaverunt, quod non
ex libris constitisset, nisi pœ-
næ fuissent per Officiales Re-
gios illius Curia executæ, &
sic tenet expressim Cancer var.
3. cap. 13. à num. 350. ad 360. in
fin. ibi: Unum tamen est, quod
pro executione pœnæ erit ad-
eundus ordinarius, punctim
Xammar de privil. Civit. Bar-
cin. §. 12. num. 27. & §. 21. n. 38.
addendus Vela dis. 45. à nu. 25.
& à num. 92. qui licet aliquan-
do dubius, idem resolvit in*
27 alia materia: imò addas ex
Reg. Matthæu de re crimin.
controv. 6. numer. 41. nonnun-
quam concessa iurisdictione
criminali, censeri tantum da-
tam cognitionem causæ, in
qua solum imponi potest pœ-
na pecuniaria Fisco applican-

da, non autem venire merum
imperium.

Et attentè si perlegas præ- 28
dicta privilegia, solum mens
concedentium fuit in illis ver-
bis, *quod possent providere*, &
aliis similibus, non concedere
executiones pœnarum Civita-
ti, sed solum curam, & solici-
tudinem custodiæ, & circa il-
lam aliqualem iurisdictionem
supra latè expositam, & ad
eum finem voluerunt Princi-
pes, adjuvandos, ac protegen-
dos esse ab Officialibus Re-
giis, Consiliarios: cum privi-
legia, & statuta intelligantur
semper facta, & concessa con-
formia, & iuxta anteriora, præ-
sertim quando ab eodem fon-
te emanant, vt communiter
tradūt DD. Alderan. Mascard.
*de general. statut. interpr. conf.
2. à num. 116. & præcipuè à num.
118. & 122. Castillo tom. 2. de-
cis. 160. num. 59. Giurb. obs. 45.
num. 17. & 18.*

Qua ratione fuit servatum 29
in aliis privilegiis eidem Civi-
tati impertitis, veluti in privi-
legio Annonæ, in quo dispo-
nitur idem, quod in eo de quo
peragitur respectivè; sicq; vni-
formis debet accidere obser-
vantia, terminanter Xammar
*de privil. Civit. Barcin. §. 12.
num. 59. ibi: Sed exequi debeant
statuta Civitatis, id ipsum eo-*

dem modo tribuit Consulibus, & electis Civitatis prædictæ privilegium Ferdinandi datum 17. Julii 1510. in 1. viridi fol. 141. circa pertinentia ad custodiam eiusdem Civitatis à morbo.

30 Denique notanda sunt verba dicti privilegii Regis Jacobi, ibi: *Præconizari* (loquendo de ordinationibus factis per Consiliarios, & Proceres) & *observari* faciant per quoscunque inconcussè, & sine aliquo contradicte, id præcipiendo *Vicario, & Baiulo Barcinone*, quæ verba manifestè excludunt potestatem Civitatis in præconiis publicandis, sententiis ferendis, & pœnis exequendis.

31 Insuper rescripta, & privilegia Regia intelligi debent, & interpretari strictè. l. 1. ff. de sur. immun. l. si quando Cod. de inoff. testam. Cap. porro de privileg. Loscus de sur. Universit. par. 3. cap. 13. num. 17. Cancr var. 3. cap. 3. num. 163. Fontanell. decis. 179. num. 3. & alii communiter, & quanto minùs corrigant, & lædant ius commune. Cap. cum dilecti de consuet. cum vulgat. Cancr var. 3. cap. 7. num. 346. Fontan. decis. 110. num. 8. & decis. 138. num. 5. & locus non est illis, nisi quatenus ad expressa. Cap. Pastoralis de privileg. in 6. & ex Bald. Cancr. var. 3. cap. 1. num. 78.

32 Non denegatur, multitudinem adesse præconiorum quibus ex parte Consiliariorū præsentis Civitatis cum deliberatione congressus morbi fuerunt impositæ pœnæ pecuniariæ, & corporales sustigationis, & aliæ vsque ad pœnam mortis naturalis, prout invenitur in registris an. 1519. 1521. & sequenti, 1556. cum sequenti, 1559. cum pluribus aliis sequentibus, & possunt ad hoc intentum cumulari complurima, & in hoc dignoscitur diversitas ab aliis præconiis, quæ antiquitus fiebant de ordine Vicarii, & Baiuli Barcinone, prout referentes. Cap. unic. tit. de Statuts, y Ordinacions scitum in 2. vol. Constit. scribunt Berart de visitat. cap. 22. n. 22. Bosch. tit. de honors lib. 4. cap. 3. §. 1. Xammar de privil. Civit. Barcin. §. 12. num. 1. Fontan. decis. 295. num. 3. quare cum ultra potestatem iam competentem Civitati statuendi cum impositione pœnarum corporalium, admiserit consuetudo publicari præconia ex parte Civitatis, ut nuper habetur, pœnis corporalibus indictis, executio quoque eidem Civitati respectu earundem pœnarum competere non incompetè videtur.

Sed huic dubio satisfecimus supra num. 24. cum locum

Bovadill, explicavimus, edicētes aliud esse præconia emit-tere, & aliud iudicare, ac sen-tentias exequi, quæ posteriora Civitati non fuisse concessa, neque ab ea exerceri common-strabimus; & ad id quod op-ponitur superfluum videri se-cundum privilegium, quod nihil adderet priori, facilis pa-teret responsio; nam argumen-tum à superfluitate vitanda in iure debile existimatur. Larrea *alleg. 69. num. 35. & decis. Gra-vaten. 21. num. 47. & decis. 31. nu. 51.* qua consideratione opus non est, cum plura sint data noviter Civitati per secūdam privilegium, quæ antea attri-buta non noscebantur; & ut privilegium superfluum nō sit, sufficit, quod dubitationē ali-quam tollat, vel exprimere illud, quod tacitè includat. *Surd. conf. 127. num. 71. & 72. Larrea dict. alleg. 69. num. 35.*

35 Concluditur ergo ex supra-dictis Civitatem Barcinonę ex permissu, aut possessione im-me-moriali assuevisse, nedum eli-gere custodes cum virga, seu baculo, & signo, prohibere ingressum cuicunque personæ suspectæ de contagio, aut, quæ non ostendat legitimas certi-ficationes locorum, ex quibus venit, & similiter apponere so-litam fuisse, reclusas, & semo-

tas personas hac suspicione gravatas, donec eam purgave-rint, sed etiam publicari præ-cepisse præconia suo nomine, eum pœnis corporalibus, & mortis, & erigere furcas ante portas eiusdem Civitatis, & alia ordinare expedientia pro custodia illius; sed tamen non habet iurisdictionem, nec po-est cognoscere de causis cri-minalibus, nec exequi pœnas contentas in præconiis, sed imò hæc cognitio, & eius exe-cutio spectant Regenti Vica-riam, ut evenit in casu descrip-to per Michael. Ferrer *de quo supr. num. 20.* & servato, ac pra-cticato in aliis privilegiis Ci-vitatis, ut apertissimè, & in propriis terminis firmat Xam-mar *de privil. Civit. Barcin. §. 12. num. 46. & §. 21. num. 30.* cui fides magna est adhibenda in hac materia, cum præterquam eximia polluerit eruditione, per plures annos Advocati or-dinarij dictæ Civitatis officio functus fuit; quapropter rectis-simè nostrum Regium Crimi-nale Concilium sic diffinivit 20. Novembr. 1631. Præsiden-te Excellentissimo tunc Lo-cumtenente Generali suæ Ma-iestatis, referente R. S. Mir Tertix Aulæ Doctore pro R. S. Berart J. R. C. absente, in fa-cto recursus interpositi pro par-

parte Dominici N. iuvenis
flaquerii Barcinonæ habitato-
ris, à captura, & procedimen-
tis contra eum factis per Con-
siliarios dictæ Civitatis Barci-
nonæ, declarando recursum lo-
cum esse, & quod aliquis ex
Regiis Algutziis accederet
ad turrin portalis Sancti An-
tonii, vbi dictus Dominicus de-
tinebatur, illudque ad manus
suas apprehenderet, & captum,
& benè custoditum ad Regios
carceres Barcinonæ adduceret;
& motivum fuit, quia ex depo-
sitionibus testium cõstabat, di-
ctum Dominicum fuisse deten-
tum in prædicta turri à die 17.
Augusti tunc proximè elapsi,
quæ dilatio longè excedebat
tempus necessarium ad exclu-
dendam quamcunque Epide-
miæ suspicionem, nec consta-
bat ultra custodiam compete-
re dictis Consiliariis iurisdic-
tionem ad illum retinendum,
condemnandum, vel absolvend-
um.

36 Postea autem die 24. eius-
dem mensis Novembris, con-
stituto de renitentia Consiliario-
rum in obtemperando Regiis
mandatis, instante Fisco, &
prænominato Dominico, fuit
provisum, quod aliquis ex Re-
giis Algutziis accederet ad
turrin portæ Sancti Antonii,
& manu forti, & militari, ac

cum clavi comitis aperiret ia-
nuas dictæ turris, & executio-
ni mandaret cum omni effectu
provisa iuxta stylum. De prima
provisione meminit R. S. Cal-
derò *decis. 23. num. 35. par. 1.* Se-
cundam verò ad litteram reci-
tat *ibidem num. 74.*

37 Quid autem sit manus Re-
gia, & eam fuisse Proregibus
communicatam, elucubratur D.
Sebastian. de Cortiada *Discursus
de la iurisdic. del Capitan Gene-
ral. q. 15. num. 30.* ex Cavalcan-
& Burgio, & *num. 31.* de iure
belli, seu manu militari, ex
Acurcio, Costa, nostrate Moli-
no, Dr. Raphaele Vilosa, Gui-
do Papæ, Martin. Laudens.
Menoch. Francis. March. &
frequentem esse usum manus
Regiæ, vulgò dictæ clavis Co-
mitis, practicarique in Regia
Audientia in Tribunali Magi-
stri Rationalis, & in domo Ci-
vitatatis certis casibus, percurrit
latè Regens Don Philippus
Vinyes *in discursu edito super
querela Civitatis Barcinonæ cir-
ca provisionem clavis Comit.*

38 Ut ne animus inquietetur in
nostra sectanda opinione, scias,
quod quamvis diversi actus iu-
risdictionales Civitati, iuxta
supra relata, competant, & in-
ter alios furcarum erectio, quæ
ad merum pertinet imperium.
Ripoll, Peguera, Fontanella,
Cres-

39 Crespi, citati per Reg. Cortia-
da *decif.* 148. num. 13. p. 3. At verò
in hac materia, quæ de regali-
bus est, regula illa servatur;
quod tantum sit præscriptum,
quantum possessum, & non ul-
tra. Castillo *de tertiis cap.* 33.
vbi benè in subiecto themate
de ratione individui, annexi, &
connexi. Garzia *de nobilit. glos.*
7. num. 5. 8. 10. & à num. 29. &
glos. 35. num. 1. Molin. *lib.* 2. *de*
primogen. cap. 6. num. 18. Gutier.
lib. 3. *præf.* 9. 17. num. 135. Salga-
do *par.* 3. *de protef.* cap. 10. à nu.
36. & 108. 113. Carleval *de iudic.*
40 *tit.* 1. *disp.* 7. num. 28. præsertim
cum possessio titulis prædictis
sit circumscripta, sicque ob de-
fectum, seu invaliditatem titu-
li producti, ex illius lectura ap-
parentem, possessio corrueret.
Post. de manutenen. obser. 42.

num. 155. Cyriac. cum multis
tom. 2. *contro.* 321. à num. 66.
Fontanell. *de pæf. claus.* 4.
glos. 13. *par.* 4. num. 47. Canc. p. 3.
cap. 3. num. 127. Molin. *de Hisp.*
primog. lib. 2. *cap.* 6. num. 73.

Magna in hac re, & quidem 41
dignissimè Consiliariis nostræ
Urbis impertita fuit authori-
tas, sicut alia pleraque privile-
gia concessa extiterunt propter
ingentia, incessantia servitia
Regio Diademati impensa, id-
circo ipsis, quæ Regalia diplo-
mata expriment, quæ vsus in-
duxit, gaudent, vt supra habe-
tur, & iustè præservantur, sed
non est animus Civitatis, ac Ci-
vium quicquam ultra elargita
sibi arrogare, cum tam alacri
vultu, & à liberali manu gra-
tias soleant, & possint gloriosè
assequi, & obtinere.

E P I G R A P H E.

Illustratur l. unic. Cod. si quis Imperat. maledix. Irreverentiam
adversus Principem, quando pœna affici, quando pietate abo-
leri oporteat, & qualiter obloquentes crimine læsæ Maiesta-
tis foedentur, patefit. De famæ præstantia, & quo casu valeat
condonari. De mendaciis, eorum, ac linguæ obtrectantis
damnis, & vitiis. De insania delicto cohærenti ultionem non
temperante.

N U C L E U S.

- 1 Principis nomina irreverentibus verbis detrectans nullam subit pœnam.
- 2 Verba sapiſſimè cum magna levitate perficiuntur.
- 3 Honor hominum à certo provenit initio, non à cerebrina voluntate, & vana voce populi.
- 4 Quæ ex levitate emanât non officiunt.
- 5 Falſitas quæ non eſt nocibilis, n̄ eſt punibilis.
- 6 Garrulitas ex infania plerumque derivatur.
- 7 Non coercendi, nec convincendi garruli.
- 8 Furioſus pro delicto per eum commiſſo dum eſt in furore, non eſt puniendus pœna aliqua; vide num. 68.
- 9 Amplia in frenetico, infano, & mentecapto.
Transcribitur contextura l. vnicæ Cod. ſi quis Imperatori maledixerit.
- 10 Subneſtitur alia clauſula eiufdem legis.
- 11 Vulgi latratus ſpernendi, & quare; vide num. 67.
- 12 Nihil Regi glorioſius, quam propriam iniuriam impunitam relinquere; vide num. 56.
- 13 Pietate inſignium Principum exempla.
- 14 Subſtantia nihil eſſe contrarium philoſophi edocent, & ratio.
- 15 Vaſſalli amorem, & adorantem venerationem Principi debent, & num. 28.
Templum Dei eſt Princeps.
- 16 Per Principes Deus in terris representatur, & cur ſuorum titulorum initio Dei gratia Regna habere fateantur.
- 17 Fama maximè eſt eſtimanda, & num. 18.
- 19 Negligere propriam famam ſpecies eſt crudelitatis, & num. 20.
- 21 Superiores maximè decet famam ſuam defendere.
- 22 Condonare famam ſuam non licet, ſi inde damnum ſequatur alterius, vel Reipublica.
- 23 Ex vana voce non ſemel damna oriuntur per plura, & num. 26.
- 24 Malevoli frequenter ſunt detractores, & num. 25.
Differentia inter iniuriam prolatam in præſentem, & eam, quæ in abſentem irrogatur.
- 26 Lingua maledica damna, & num. 37.

- 27 Iocofitas qualiter vitanda.
Delictum ex levitate iocosa
an fit punibile, remiffivè.
- 28 Obfequia que fint à vaffullis
Domino præftanda remiffi-
vè.
- 29 Regnum, non tam ad Regis,
quam ad vaffallorum vti-
litate[m] eft introductum.
- 30 Regis munus, & graviffi-
mum pondus.
- 31 Eft protector, defensor, & pa-
ter vaffallorum.
- 32 Comparatur eius indefeffus
labor vitæ textentis.
- 33 Ingratitudinis vitium fe-
diffimum.
- 34 Amor læfus vertitur in fu-
rorem.
- Indicium conffpirationis in-
gratitudo.
- 35 Non poteft quis fidelis effe
in fubftantia Dei, qui tē-
porali Domino deficit in
fide.
- 36 Mendax quando dicatur in
dolo, & delinquere.
- 37 Mendaciorum damna in po-
pulo, & quod indicium præ-
beant conffpirationis, &
num. 69. & 70.
- 38 Cavendum eft gubernii nego-
tia palam notari.
Principi funt revelanda Rei-
publicæ exitiofa.
- 39 Zelus indifcretus non expe-
dit. Pæna libelli famofi,
qui illum publicat tene-
tur.
- 40 Magiftratus quam prudenter
fe gerere debeant cū Prin-
cipe.
- Velle periculofa conffratio-
nem fapit.
- 41 Mala multoties habent spe-
ciem boni.
Prudentia fal omnium vir-
tutum.
- 42 De ratione ftatus, & pru-
dentia in gubernio fervā-
da.
- 43 Porrebtio precum humilis fit,
& rationabilis.
Obedientiā meretur superio-
rū mādata, & quando eis
nō impletis reffcribere fub-
dito liceat.
- De pæna, & peccato inobe-
dientium, fed vide n. 45.
- 44 Subditus non obediens fupē-
riori habenti opinionem
probabilem, eft turbulen-
tus, animi infidelis, &
puniri poteft.
- 45 Superiores urbanè tractant
fubditos, nec authoritatē
abutuntur.
Nec volunt pareri rationi
diffona, & quid tunc agē-
dum remiffivè.
- Inferior aliquando fupērio-
rem admonet, nec inobe-
diens dicitur fi iure fua-
dente exequi definat.
- 46 Maiorum mores privati fe-
quuntur.
- 47 DetraCTOR, & eius auditor

- severè damnantur, etiam se facere, & urbanè se gerant.
- 48 Vitiatorum lingua complurima genera enarrantur, & comparantur Phaetonti.
- 49 De argumento à simili, & quae in iure sint similia.
- 50 Quæstio huius decisionis non sistit; an punibilis sit maledicentia in Principē, sed an ex Principis summa clementia veniam mereatur.
- 51 Si ex verbis, vel litteris adversus Principem emissis, non potest statui præiudicium inferri, non committitur crimen lese Maiestatis.
- 52 Alia clausula l. vnic. Cod. si quis Imperat. maledixerit discutitur.
- Prava qualitas in eodem genere criminis presumptionem arguit.
- 53 Malitiis non indulgendū, sed obviandum.
- 54 Geminatum delictum gratia non est dignum, nec comprehenditur in indulto delinquentibus concessio.
- 55 Obloquentio supposita prava qualitate iniuriarum regulis circumscribitur, vide num. 63.
- 56 Iniuria atrox ex quibus aestimetur, & aliquando crimen lese Maiestatis sapit.
- Exprobatorum impunitas nociva, vindicta proficua.
- 57 Prasertim si ex iteratione sequeretur contemptus Principis: nam propter frequentiam pœna augentur.
- 58 Si ex maledicentia sequi potest perniciēs status, incidit reus in crimen lese Maiestatis, & num. 59.
- Veluti si contemptus tendat ad finem, ut vassalli Principem odio habeant.
- 60 Amplia, si agnoscatur conatus, ut alius à sui Principis obedientia dimoveatur.
- 61 Pœna libelli famosi non intrat nisi in casu quo satyra in loco publico affiguntur.
- 62 Rebells est qui vassallum subtrahere tentat.
- 63 Querentes alii domino adhaerere sunt rebelles.
- Inepta loquutiones contra superiorem qua pœna afficiantur, remissivæ.
- 64 Amplia, ut rebellis dicatur ex simplici Consilio, tractatu, persuasione, etiam nullo sequuto effectu.
- 65 Propter desiderium delinquendi atrocissimè amicum communicatum crimen lese Maiestatis committitur.

66 Quando, & qualiter cogitatio, & conatus puniantur, remissivè.

67 Scripta supra num. II. & aliis de iniuriis verbalibus spernendis ad intrinsicam rei veritatem non inumbrandam pertinent, non ad damna ex illis proventura.

68 Stultitia coherens delicto non excusat à pœna, & quid de homine levis armatura, Spectanda qualitas persona.

69 Sensati, & stolidi maleficia nefanda in Principem, & Rempublicam sæpius machinantur.

Nuntiare mala contra statum, plebendum.

70 Mendacia conspirationis argumentum trahunt, ubi de eo qui fingebat se puniri, quia vassallorum levamen procurabat.

71 Decisiones nostri Senatus, & num. 72. 73.

74 Adhortantur vassalli sui Regis reverentia, amanti cordi, & Monarchiae amplitudinem quærentis.



DECISIO XXI.



ODESTIÆ infrin- 1
gens cancellos, ac pudoris scindēs velamina in Principis nomina, necdum irreverentibus verbis prorumpens, sed & laceffens, atque detractās supremi oraculi culmen, nullam debet pœnam luere, ex mirabili Theodosii, Arcadii, & Honorii rescripto in l. unica Cod. si quis Imperat. maledix. cuius dignæ voci sequentes consonant rationes.

Prima, quia verba facillimè, ac cum magna levitate sæpissimè perficiuntur. Cornel. Tacit. lib. 5. Annal. facit text. in l. partum eius 92. in fin. de hered. instit. Cravet. in rit. mag. Curia Vicar. Regn. Neapol. rit. 51. num. 10. & per se non possunt esse causa inumbrationis famæ, vel honoris, quæ à certo provenit initio, non à verbis, nec ab hominum voluntate l. neque professio 5. Cod. de testament. l. iustissimè 3. ibi: Nam si vera voces sint, nec ad libidinem per clientulas effuse diligenter investigabimus, Cod. de off. Recl. Provinc. & l. Decurionum 12. ibi: Cumque à populo ex-

clamatum esset, iterum dixerunt
vana voces populi non sunt au-
dienda, nec enim vocibus eorum
credi oportet, quando aut no-
xium crimine absolvi, aut in-
nocentem condemnare desiderat,
Cod. de pœnis. l. si constet 12. de
appellat. Cap. 2. vbi communi-
ter DD. de elect. nam id quod
vulgò iactatur, sumptum ex
Cap. illud. de præsumpt. recita-
tum à Crusio de indic. p. 1. cap.
32. vox populi, vox Dei, non
de voce vana accipiendū erit,
de qua perpendi assolet vox
populi, vox Diaboli; sed de
sancta, & à vero zelo originem
trahente, & ita propriè à sum-
ma descendente veritate, quæ
in solo Deo residet; & sic vox
Cœlestis sua alta, ac arcana
beneficientia populo quando-
que infunditur; quæ enim ex
levitate emanant, officere nun-
quam possunt. Cap. in cunctis 2.
q. 3. & habetur Ecclesiast. cap.
19. Cap. si quid verò 86. dist.
Cap. non solum 9. q. 3. l. 1. §. do-
lum ff. de eo per quem factū erit.
l. 1. num. 6. ff. si mensor fals. mon-
dixer. vbi Florianus. l. 8. vbi
Gregor. Lop. glos. 1. tit. 13. p. 2.
glos. verbo videri Cap. si quis
distinct. 50. obidque Seneca iu-
nior in Hercule Geteo art. 5. scena
4. advertit, quod misera mens
est credula; & consequenter lo-
cus est assertioni vulgatæ re-

nenti, falsitatem quæ nemini
 nocet, nec apta sit ad nocen-
 dum, punibilem non esse, pro-
 vt ex multis firmat, & decla-
 rat Reg. Cortiada decis. 88. à
 num. 41.

Secunda; quia maledicen-
 tia illa ex insania, & nimia ple-
 rumque derivantur: garrulos
 equidem Plutarcus in lib. de
 garrulitate, ebriis equiparavit,
 & de eis sic fatur: alii quidem
 sermones continent, garruli ve-
 rò pleni sunt rimarum, & per-
 fluunt deinde tanquam vassa
 mente cassi, sono pleni obambu-
 lant; & clausularum multilo-
 quium fatuitatem appellavit
 Don Joann. Solorzan. embl.
 27. num. 35, huius autem gene-
 ris homines, nec coercendi,
 nec convincendi à sua perti-
 nacia. Proverb. cap. 17. num. 12.
 expedit magis vrse occurrere
 rapti fœtibus, quam fatuo confi-
 denti in stultitia sua; & quod
 furiosus pro delicto per eum
 commisso, dum est in furore,
 non sit puniendus aliqua pœ-
 na, cum in ipso deficiat volun-
 tas, & consensus, & facti ipse-
 licitas illum excuset, disponi-
 tur in l. Divus Marcus 14. ff. de
 off. Præs. Guazzin def. 1. cap.
 39. num. 36. Caball. de omni ge-
 ner. homic. num. 179. & seq. &
 resol. crimin. cas. 297. numer. 22.
 Caren. de off. Sanct. Inquisit.
 par.

1
 2
 4
 5

6
 7
 8

part. 3. tit. 9. num. 64. Vermigl. cons. 65. num. 1. & seq. profusè Novar. de elect. fori sect. 2. q. 42. num. 2. & 3. latius Paulus Rubeus in resol. de testam. cap. 18. num. 534. & seq. plenissimè, aliis adductis, de validitat. legal. cap. 40. num. 41. de Senatu Subaudię, decisum testatur Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 10. diff. 1. & in Curia Belgii. Paul. Christin. decis. 198. sub num. 14.

9 Quæ conclusio locum habet quoque in frenetico, insano, & mentecapto, cum qualitercunque quis tempore delicti sit à mente alienus, excusatione sit dignus. Bald. cons. 347. num. 1. & seq. lib. 3. Grammat. cons. 16. num. 9. & seq. Plazain epitom. delictor. lib. 1. cap. 29. num. 1. & seq. Clar. in pract. q. 60. vers. Item quero. Berrazol. cons. 326. num. 8. lib. 2. remanet ergo satis comprobata, per rationes proximè expressas, Imperialis largitas in d. l. unica Cod. si quis Imper. maledix. ibi: Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicti nomina nostra crediderit laceffenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum pœna volumus subiugare, neque durum aliquid, nec asperum volumus sustinere; quoniam si ex levitate

processerit, contemnendum si ex insania, miseratione dignissimum.

10 Subnectuntur verba: Si ab iniuria remittendum, & sit tertia ratio Imperatorii edicti: expedit namque iniuriam remittere, vel simulare. Saavedra emblem. 42. & certum est iuxta, ac acutum Senecæ argumentum, in sapientem non cadere iniuriam, provti in libro de hoc compaginato demonstravit, considerans multum interesse, vtrum sapientem extra indignationem, an extra iniuriam ponamus; nam si serena fronte laturum credamus, res illi continget vulgaris, invulnetabile namque contemplatur, non quod feritur, sed quod non læditur, & certius id est robur, quod non vincitur.

11 Exemplificat Seneca in illo stolido homine, qui cum multitudine telorum diem obscurasset, nulla in Solem sagitta inciderat; cum enim immineat Princeps hominis vetrici, aut prorsus tollit umbram, aut minimam reddit, vt ait Tertullianus de Sole lib. 4. ad sculpulum, quod positus in hypsomate, & domicilio suo, eclipsim pati non potest, & ita de Regibus alloquutus, concinnavit crudité Solorzano embl. 98. num. 9. & quod vulgi latratus sine sper-

spernendi, prosequitur optimè
empl. 97. num. 16.

- 12 Accedit his; Reges clemen-
tiae plus, quam rigori deferre
debere, & etiam in graviori-
bus poenis, severitatem legum,
benignitatis dulcedine tem-
perare *l. respiciendum ff. de pœ-
nis*, nihilque Principi læso
gloriosius, quam propriam ini-
uriam impunitam relinquere.
Joan. Ign. *in l. fideicommiss. nu.
38. ff. ad S. C. Syllanian. Atern.
in cap. 1. §. porro, tit. quæ fuit
prima causa benef. amitt. Tiber.
Decian. tom. 2. tract. crimin. cap.
35. num. 14.* & Regium est malè
audire cum beneficeris. For-
catul. *lib. 6. de Gallor. imper. &
philosoph. Gregor. Lop. ad l.
fin. tit. 1. p. 7. glos. ult. Menoch.
lib. 2. de arbitr. cas. 377. num. 2.
Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2.
cap. 7. num. 89. Gramygl. lib. 2. de
de regim. Reg. cap. 12. num. 191.*

- 13 Præsertim cum ab homini-
bus abiectis, à quibus commu-
niter hæc experimur, maledi-
centia effluit; nam in cacumi-
ne Regii splendoris residens
Princeps, nihil horum, nec au-
ditu, nec alio sensu patitur,
imò nec mente recipit; & præ-
clarissima memoriæ prodita
sunt testimonia clementis, ac
pii animi celsitudine effloren-
tium, non solum pro delictis in
alios, verum in seipso com-

missis, Moyſis, Davidis, Peri-
clis, Philippi, Salomonis, Mar-
ci, Marcelli, ac Bibuli, Julii
Cæsaris, Octaviani, Vespasia-
ni, Titi, Caroli Magni, Cazi-
miri, Alphonsi, Lipsio enarran-
te *in monit. & exempl. lib. 2.
cap. 12. Panormitan. lib. 2. de
eius dict. & fact. cap. 17. & seqq.
Cochier. in thesaur. polit. cap.
15. ex num. 18. Timpan. in specul.
Princip. cent. 1. singul. 32. nu. 37.
Sciban. in polit. Christ. cap. 6.
in princ. & Principi quadrat
antiquorum dictærium: *Aquila
non captat muscas*, quo non so-
lum significatur, summos vi-
ros negligere minutula quæ-
piam; sed & illud denotari con-
stat, subiectorum errores be-
nignè despiciendos.*

Magnitudo Regia, vt supra 14
attigi, non sustinet vt ad se ini-
uriæ ascendant, prout de sa-
piente fuit probatum, nihil
enim ipsi est contrarium, vt de
substantia, docuerunt phylo-
sophi cum Aristot. *l. lib. 1. phy-
sic. cap. 7. & 5. physic. cap. 2. nec
non cap. 1. de Cathegor. reddita
ratione, quia ei omnia insunt,
vti communi sustentaculo, &
præsidio. Hæc de Principe cõ-
tumelias contemne: nunc
de fundamentis animadversio-
nem dictantibus.*

Primaria proferatur; quia 15
Vassalli amorem, & veneratio-
nem

16 nem Regibus debent, quam
adorationem iura decantant. l.
1. Cod. de silentiar. lib. 12. ibi: *Ut
tam in adoranda nostra serenitate,*
2 & in l. 2. ff. ad leg. Iuliam
Maieft. constituitur Principes,
vt Deos debere venerari, &
Templum Dei notavit esse
Principem Lucas de Peña in l.
prædia Cod. de locat. prædior.
civil. lib. 11. & sub diuinitatis
numine, & nomine Regem ex-
colendum, & venerandum pa-
tefit ex lib. 2. Reg. cap. 1. per il-
los namque Deus in terris re-
præsentatur, & sapientes, ac
animi dotibus, præstantiæ præ-
diti, suorum titulorū ini-
tio, se Dei gratia Regna, qui-
bus imperant, habere, piè, &
faustè gloriantur; tametsi alii
elarius simul etiam ostendere
conentur, nullum alium in ter-
ris superiorem agnoscere, vt
observarunt Burg. de Paz in
præm. l. Tauri in 3. Greg. Lop.
& eius additionat. Barthol.
Humada in præm. part. glos. 7.
Paris. de Puteo in tract. de duell.
lib. 7. §. an comes nu. fin. Rodin.
de Maieft. Princ. in princ. num.
22. Cassan. in præm. ad consuet.
Burgund. verbo Par la grace
Francis. Marc. decis. 163. num. 1
par. 1. Petr. Foller. in tract. de
censib. fol. 15. nu. 8. & seq. Carol.
de Tapia de Const. Princ. in
rubr. num. 3. Anton. Scappa de

17 iur. non script. lib. 2. cap. 2. ex
num. 3. Camil. Borrell. de præ-
stant. Reg. Cathol. cap. 2. quos,
& alios refert Solorzan. tom. 1.
de iur. Indiar. lib. 2. cap. 2. nu. 6.
cui addo Scacc. de sent. cap. 1.
glos. 1. q. 1. à num. 18. ideoque si-
cut divino cultui deficere gra-
vissimum habetur, pariter quo-
que accidet, si Regali detraha-
tur adorationi.

18 Secunda: nam fama maxi-
mè est æstimanda, & ab ea plu-
ra derivantur commoda. Co-
varrub. lib. 1. var. cap. 2. num. 8.
Segura 2. par. director. cap. 2. à
num. 30. Bovadill. lib. 5. p. litic.
cap. 2. à num. 30. Saavedra embl.
13. 29. 30. Marquez lib. 1. de Gu-
bernat. cap. 23. in princ. Escobar
par. 1. de purit. q. 1. §. 1. & seq.
& q. 10. à num. 7. & est maxi-
mus thesaurus. Barbof. cap. 20.
num. 12. de elect. & Regibus nō
minus utilis existimatur, tes-
tante Tacito lib. 8. annual. ibi:
*Modestia fama, qua neque sum-
mis mortalium spernenda est, ea
Diis æstimatur;* & lib. 4. histo-
ria, ibi: *Novum imperium in-
cobantibus utilis clementia fa-
ma.* Carleyal de iudic. tit. 2.
disp. 3. num. 4. vnde Plinius lib.
1. epist. 21. multos, inquit, fa-
mam, paucos conscientiam ve-
reri; & famam negligere pro-
prium, crudelitatem redolet.
Div. August. sermon. de commi-
vi-

vita Clericor. cap. nolo vt quis vobis 10. 12. q. 1. Nec diversimodè in cap. non sunt audiendi 56. in fin. 11. q. 3. ibi: Proinde quisquis à criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autè etiam famā, & in aliis est misericors; nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.

20 Quare nemo debet suæ famæ prodigus esse, propriique adversarius honoris. Innocent. IV. in Concil. Lugdunen. Cap. 1. §. si quis autem iudex Ecclesiasticus, de sentent. & re iudic. in 6. Cap. pralatorum excessus fin. extr. de accusat. & altioris sunt ordinis famæ bonæ, quam rei familiaris, iuxta illud Salomonis Proverb. 22. 1. melius est bonum nomē, quam divitiæ multæ. Navarr. in manual. cap. 16. num. 44. & cap. 17. num. 89. Caietan. 2. 2. q. 62. art. 2. concinitque illud Ecclesiast. curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit, quam mille thesauri pretiosi, & magni.

21 Famamque suam propugnare magis decet superioribus, qui curam aliorum gerunt, ob scandalum, quod inde oriri potest subiectis, d. Can. non sunt audiendi 56. 11. q. 3. S. Thom. quod lib. 11. q. 6. art. 13. doctissime Navarr. de finib. human.

actuum num. 74. & 75. & in manual. cap. 18. n. 27. & 28. Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 11. dub. 6. num. 29. & num. 33. & seqq. & dub. 24. num. 124. & seq. que- 22
rens, an possit quis famam cōdonare suam; & affirmat, exceptis quibusdā casibus, qui in damnum redundant alterius, vel Reipublicæ. Cardin. Tolet. instruction. Sacerdot. lib. 5. cap. 68. Anton. Fernandez in medull. casuum conscientie p. 1. cap. 3. §. 3. num. 36. consulendi 21
Covarrub. lib. 1. var. cap. 2. n. 8. Molina de iust. tract. 4. disput. 2. Cyriac. tom. 1. contr. 101. nu. 48. Menoch. conf. 94. num. 2. Bonacin. tom. 2. de contract. disp. 2. q. 4. punct. 10.

23 Tertia adaugens vim secundæ; quoniam ex vana voce plerumque damna enascuntur cōplurima, quia secundum Senecam iunior. in Hercul. Geteo art. 5. scena 4. humana mens credula est, & vanam vocem, & dictum vnius facilè sequitur multitudo. Cap. cum in iuventute 12. vers. unde nos, de purgation. Can. vbi ratio glossæ ea subiicitur, quia propensior ad malum, quam ad bonū omnis ætas. Cap. omnis ætas 12. q. 1. Authent. de Monach. §. sancimus vers. trien. verò coll. 1. atque ita velocitate famæ, qua malum nullum peius, vires

acquiruntur, præcipiti evolutu in plures trãseundo, vt quod ab initio scintilla incipit, incendium deinde etnẽgum excrescat, suffocatu difficillimũ; & falsitates veritatum assequuntur probationem. Mascard. *de probat. concl.* 784. nu. 7. Menoch. *de præsump. lib.* 1. q. 1. ex num. 39. & à malevolis frequenter ortum accipiunt hominibus. *Cap. repellantur.* 7. de accusat. Roman. *conf.* 7. *visis necessariis col.* 1. Surd. *conf.* 477. num. 2. exornat latè Escobar *de purit. p.* 1. q. 10. §. 1. num. 16. & §. 3. num. 2. & 3. & §. 4. num. 14. & 15. & p. 2. q. 3. à num. 4. & num. 90. secernitur differentia gravitatis inter iniuriã in præsentem prolatam, & eam, quæ in absentem infertur.

25 Hisce concordat, quod vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa perpendit. Cicero *pro Rose. com.* inde populares viros appellat Plato *de Republ. dial.* 9. qui liberi sunt dicendi fiducia, & licentia faciendi quid quisque velit, & maximè hæc cavenda in rebus secundis, & exitalibus fortunis, vel Cælo sic iubente evenientibus, vel aliis de causis: nam vt ex Pericle, & Fab. maxi. in Phocione decerpitur, Civitas rebus parum prosperis vtens meticulousior est, & delicatior, quam

vt perferre liberiores sermones possit, cum quidem hi maximè tunc requirantur, quod correctionem eorum, quæ peccantur status rerum non admittit. Non ergo Princeps signoscere debet suæ famæ denigrationi cum procelloso vulgi insonitu; siquidem mors, & vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius *Proverb.* 18. 21. qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum 1. Petr. 3. 10. & lingua imprudentis subversio est ipsius *Ecclesiast.* 5. 16. terribilis nuncupatur in Civitate homo linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis damnatur; præstantissimè Peguera *decis.* 13. num. 6. par. 1. vbi per linguam homines interfici, Principatus, & Regna subverti.

Neque iocositatis colore hæc 27 maledicentiæ ferendæ: quandoquidem licet iocosè dicta proferenti non officiant, neque obligationem producant. *l. obligationum substantia ff. de obligation. & action.* & iocos Deos amare scripserit Plato in *Cratyl.* iocusquè ideò inventus sit, vt qui laborent habeant recreationem. Aristotel. 8. *Politicor. cap.* 3. Acerbarum tamè facetiarum apud præpotentes

in longum memoria est. Tacit. *annal. lib. 5.* & an delictum ex levitate iocosa sit punibile disertè Giurb. *consil. 51. num. 11. 12. 15. 16.*

28 Audiatur quarta, ex eo pendens, quod ultra obsequia à vassallis domino præstanda, de quibus Molina *de primog. lib. 1. cap. 13. num. 47.* & seq. Bovadill. *in polit. lib. 2. cap. 16.* Franch. *decis. 42.* vbi additionat. *decis. 73. & 76.* Riccius *par. 1. collect. 65. & par. 4. collect. 1324.* Solorzan. *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 23.* & seq. Vela *diss. 35. à nu. 75.* Carleval *tit. 1. de iudic. disp. 2. nu. 1097.* Cyriac. *contr. 26.* Olea *de cess. iur. tit. 3. q. 6. à num. 24.* Menoch. *lib. 5. præsump. 19.* vbi de confidentia, & benevolentia.

29 E contra Regnū nō tam ad Regis, quā ad vassallorū vtilitatem est introductum, post Platonem Marc. Tullius *lib. 1. offic.* Divus Iræneus *contra heret. lib. 5.* Divus Thomas *opusc. 21. ad Ducissam Brabantia. Abb. in Clement. unica de baptis.* Aristotel. *lib. 1. polit.* Lucas de Penna *in l. militaribus Cod. de Decurionib. lib. 10.* Alphon. Guerr. *in thesaur. Christ. religion. cap. 54. num. 52.* Valenz. Velazq. *in discurs. status, & belli p. 2. consideration. 14. num. 8.* Salgad. *de Reg. protect. cap. 1. à numer. 40.*

& seq. cum Regni cor sit, vigilat dormiente Regno. Navarr. *en los discursos Politicos cap. 22. fol. 147. col. 3.* Eorum cura, & terrore populi sui à malis asservantur, & vassalli in fide, & æquitate defenduntur, ex Divo Isidoro *lib. 8. de summo bono cap. 47.* Offerius *lib. 7. de Regis Inst. vim hostium propulsant,* iterum Aristotel. *lib. 7. polit. cap. 20. l. 2. Cod. de offic. Prator. Africa. Azevedo lib. 1. tit. 6. lib. 6. recopil. Bovadill. lib. 4. polit. cap. 1. nu. 30.* Simanc. *lib. 9. de Republ. cap. 18. per tot.* Lipsi. *lib. 5. polit. cap. 6.* Petr. Greg. *de Republ. lib. 11. cap. 3. num. 16.*

Tutoris, protectoris, defensoris, & patris in subditos munere funguntur. Petr. Gregor. *de Republ. lib. 9. cap. 2. num. 1.* Salas *de legibus disp. 7. sect. 15. §. ad secundum.* Molfesius *in Scholio, ad consuetud. R. N. in proem. q. 4. n. 25. & 26.* Bortell. *de præstant. Reg. cap. 62. num. 117.* Sayr. *lib. 9. de clau. Reg. cap. 16. num. 31.* Oliba *de action. p. 1. lib. 3. cap. 4. à num. 8.* latè Molina *de iust. & iur. tract. 2. disp. 15. tom. 1.* Ponte *de potest. Proreg. tit. de annon. §. 5. num. 7. tit. de Regal. impos. §. 8.* Mar. Giurb. *cons. 1. sub num. 76.* Operosissima sunt Principis negotia, adedò quod vita Regum quasi texentis à D. Joan. Solorzano describitur

tut *embl.* 14. locuplete eruditione probante, nam Rex, sicut texens in ministerio, seu opere suo, nimis attentus, & assiduus esse debet, brachiis, oculis, pedibus omninò occupatus, & anxius ad tot fila vno, eodemque tempore componenda, ne vel rumpatur alterum, vel remoretur, vel involuatur, & hac solitudine tela integra fabricetur.

33 Ergo ingratiſſimus est qui beneficentiſſimum patrem, tutorem, & protectorem suarum utilitatum, & gloriarum studiosiſſimum non diligit, nec deligit verbis, neque præcordiis excolens, aut extollens, ideòque venia non est dignus, cum foediſſimum sit vitium ingratiſſitudinis. Covarrub. *in cap. 7. de testam. num. 31.* Hermosill. *in l. 10. glos. 1. per tot. tit. 4. par. 5.* Senec. *lib. 2. de benefic. cap. 23. & seq.* plerique autem sunt loci biblici de ingratiſſitudine, & ipsius punitione. *Genes. 31. 1. & 40. 23. Exodi 18. de pœna Iud. 8. 16. 2. Paralipomen. 24. vers. 25. Proverb. 17. vers. 13. Ezech. 16. 43. Luca 9. vers. 5. & 13. 35. & 14. 24. & optimè Plaut. in Persa.*

Nam improbus est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit.

Nihil amas, si ingratiū amas.

Nec minus ad intentum Petrus Crinius *lib. 2. poemmatum de fugiendis ingratis.*

Ingratus est vitandus, ut dicitur scelus.

Nihil cogitari pestilentius potest.

Et infra.

Nam tellus ipsa facilius nihil creat.

Amor quippe læsus vertitur in 34

furorem, & quo affluentiora fuerunt beneficia collata, eo maiora debent converti supplicia; & huc convenit, quod qui post acceptum beneficium negligit, estque inobediens, ingratiſſitudinis labe inficitur, ex Concil. Toletan. 4. *in Canon. liberti Ecclesie 61. 12. quest. 2. ibi: Quia per inobedientie contemptum ingrati abſtione tenetur, confirmat Can. octava discussio agitata est 62. eadem 12. q. 2. vnde libertus in servitute revocatur, ut qui superbire noverunt adepta libertate proditi, discant obedire subiecti; existit profectò ingratus qui scelicitate benigni gubernii perfruens, superiorem omninò non metuit. Augustin. *in Can. consideret qualitatem criminis 1. col. 2. in fin. §. defleat etiam, de penitent. distinct. 5. ibi: Ingratus enim existit, qui plenus virtutibus Deum non omninò timuit. In hoc enim quisque peccator sic**

culpabilior, quò est Deo acceptior; & quod ingratitude sit indicium coniurationis, & illa notati magis in similibus machinationibus sint timendi, commendat Larrea dicta alleg.66. nu.54. Altipotentem Dominum imitentur Reges, cuius gerunt similitudinē; habet etenim Rex omnis Dei Imaginem, imperium Dei possidens quasi Vicarius eius, ex Augustino in Can. hac Imago Dei est in homine 13. q.5. Nec potest quis fidelis esse in substantia Dei, qui temporali Domino fidem exhibere non potuit. Can. si apud 24.23.q.5.

36 Quartò probatur; quia voces prædictæ maledicæ mendacia secum plura tradunt, ac diffundunt animo fallendi, & circumveniendi alios, & tunc mendax dicitur in dolo, & delinquere. Glos. in l. de etate 12. §. si cum esset, in verbo mendacia ff. de interrog. act. Thesau. decis. 50. num. 6. Berthaz. conf. crimin. 60. num. 15. & conf. 152. num. 13. & vt mendacium non pariat delictū, requiritur quod non lædat alium, & quod mentiens ex eo nullum sentiat commodum. l. eleganter 7. §. fin. ff. de dolo. Bal. per illum tex. in l. fin. ff. quod fals. tut. Beroi. conf. 189. num. 1. vol. 3. Natta conf. 588. num. 8. & 9. Ofalch. decis.

109. num. 1. Bertaz. conf. crim. 53. num. 4. Farin. q. 52. num. 35. tametsi in foro interiori mentiri nunquam liceat. Cap. 1. & per totum 22. q. 2. Covarrub. lib. 1. var. cap. 2. num. 1. in fin. & an vti liceat ad bonum finem. Solorzano tom. 1. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 14. numer. 15. Escobar de purit. par. 1. q. 10. §. 4. à nu. 43. Covarrub. in cap. quamvis patetumpar. 1. §. 1. à nu. 14. de pact. nu. 6. & an propter vitandum mortis periculum. Diana tom. 2 tract. 6. resol. 136. Damna autem 37
 quanta pullulant ex mendaciis, quæ in populo disperguntur contra Principem, seu eius gubernium, nemo est qui non agnoscat, & satis superque deduximus, & experimento innuit, præsertim in populis ingenti multitudine repletis, in quibus mendacia ad vulgi auditus perducta exitialia fata produxerunt; punctim Larrea alleg. 66. num. 38. vbi de reo, qui coniectus in carceres scripsit epistolam cum mendacio contra Principem, dicens, quod cum puniebat, quia subditorum levamen procurabat tum periculo quod vassalli tumultuant, si id crederent: Puniantur igitur tam exosa mendacia, quæ nocumentū valeant inferre, priusquam noxæ emergant.

38 Quamobrem observada est notabilis differentia inter eos, qui vel supplicationibus Principi porrectis de rebus Reipublicæ, vel Regio Diademati nocivis alloquuntur, & illos qui populo, plebi, plateis evulgant, manifestat. Nam primi laude digni, sive sui honoris, aut indemnitatis causa id faciunt, sive ob commune bonum moveantur, cum isto præsertim ultimo casu fidelitatis exercent heroicis actus: revelare enim tenentur quæcunque exitiosa esse possunt, vel gubernio, vel Reipublicæ, dummodo nec à veritate deviant, nec petulanter proloquantur. Gomez *lib. 3. var. cap. 2. nu. 8. vers. advertendum.* Cyriac. *contr. 171.* Mendo *benign. disert. 2. q. 15. 16. 17.* ubi quando possit, & debeat revelari. Huc pertinet utilis illa investigatio, an, & quando veritas convicii excuset à pœna iniuriarum, in qua Farinac. *q. 105.* opiniones inter se contrariantes refert, & tandem distinguit; quod aut sumus in iudicio, aut extra iudicium; si in iudicio, veritas convicii excusat, dummodo probetur; si verò extra iudicium, tunc iniuria, aut illata est per libellum famosum, & in scriptis, aut sine libello, & scriptura; primo

casu indistinctè, tam de iure civili, quam canonico veritas convicii non excusat, & sic practitari testatur in utroque foro; secundo verò casu, aut iniuria infertur à provocato, & excusat; aut à non provocato, & sine causa, & tunc non excusat.

Quæ intelligas, ut idem Farinacius innuit, quoad iniuriã in iudicio prolatam, ut eo tunc sit permessa, si intersit proferentis, & non aliter, velut edocuit Sanchez *consil. lib. 6. cap. 5. dub. 20.* explanans quando pars ad sui defensionem possit detegere occultos testium defectus.

En quomodo durius fertur de rebus ponderosis, & in notam status per plateas loqui, quam adeundo superiorè, dum fas est exponere; & quod pœna imposita contra conficientem libellum famosum, habeat etiam locum in illum publicante, ex aliis Conciol. *resol. crimin. unic. num. 10. verbo libellus famosus.*

At verò qui populo enuntiant res in Reipublicæ ruinam vergentes, & publici status tranquillitati adversantes, zelo moventur palliato, & commentitio, & ad minus indiscreto, qui non expedit, & pœnæ subest. Matthæu *de re crimin.*

min. contr. 63. num. 25. Marquez. lib. 1. de Gubernat. cap. 6. fol. 32. & seq. & appositè aptantur verba Canonis non in perpetuum 5. 24. q. 3. ibi: Multi Sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur: sed dum indiscretè hoc agitur, sacrilegi facinus incurrunt: & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multò magis in deterius cadunt; & perpulchra deprehenditur Glosæ illatio ad verba, & dum præcipites, dum notavit: iniquitas enim omnia præcipitat: Virtus autem lenta est, & omnium percunctatrix, cum Adamantio in Can. inter hæc hircum qui oblatus fuerat 34. de pœnit. distinct. 3. Velox enim iniquitas, quæ ad nocendum occasionem suggerit. Lenta virtus, & cunctatrix, ante iudicat, quam incipiat, quid decorum, quid honestum: iniquitas omnia præcipitat.

40 Caveant præcipuè ab hoc periculo Magistratus studiosè conantes, ut si quid de gubernio pro Regni solatio Principi sint exposituri, prudenter, & cordatè id agant, minori quæ possint numero accersito; & velle fieri id, quod est periculosum, præbet iudiciû conspirationis. Larrea dicta alleg. 66. num. 42. tractans de affectata congregatione nociva: sunt

enim in similibus, & aliis casibus plures, ac salubres prudentiæ effectus. *Cap. 1. de offic. Custod. J. C. in l. si servum 91. §. sequitur ff. de verb. oblig. & attendant quod mala sæpè speciem habent honesti, & virtutibus vitia sunt confinia, & perditis quoque, & turpibus recti similitudo est multa. Corral. lib. 2. Miscellan. cap. 18. Angel. Mattheu. de via, & rat. iur. lib. 1. cap. 11. Calist. Ramirez de leg. Reg. §. 7. num. 37. & seqq. vbi quod prudentia est salomnium virtutum, sine qua vitia velamine virtutis conteguntur. Octavian. decis. Pedemont. 79. num. 4. & 6. Costa de retrotract. cap. 6. à num. 6. Fachineus lib. 1. cap. 3. Mossia in Pragm. taxæ panis concl. 1. à num. 39. Parlador. lib. 1. quotidian. cap. 7. nu. 22. Joan. Garzia de expensis cap. 18. addo Fermosin. in cap. 5. q. 1. de Constitut. Menoch. de arbitr. cas. 426. & seq. Navarr. in manual. confess. cap. 23. nu. 77. Giurba conf. 1. tot. vbi de ratione status, & quam politicè prudentiæ rationem in optimo administrandi Regni genere Principi sequi liceat; & num. 6. firmat, Principes, aliosque Magistratus, & potestatem gerentes publicam exercendi sua officia prudentiam servare tenere ad bonum finem, quietem videli-*

cet, & vtilitatem subditorum, non in ipforum Magistratum lucrum, aut gloriam.

43 Humilis, sit & obsequiosa supplicatio, seu memorialium porrectio, ac rationabili excitata fundamento. Salgado *de retent. bullar. par. 1. per tot. præcipue cap. 3. §. vnico.* Layman *in Theolog. moral. de legib. tract. 4. cap. 3. num. 7.* Cochier *de iurisd. in exemp. par. 1. §. 3. num. 35. tom. 2.* propterea quam probè Philippus Croius Areschoti Rex, & Carolus Comes Barlamontius negabāt apud incomparabilem Famianum Strada *de bello Belgico lib. 5.* admittendos esse intra urbem multitudine coniuratos: *Quid enim opus est quingentis hominibus, vt libellus vnus offeratur? Non sibi videri eam speciem suppliciter postulantium, mitterent cū mandatis egregium ex suo numero aliquem minore pompa, atque invidia, denique portas occludendas, quod potius videbatur, aut quod proximum, admisso intentis multorum oculis obseruandos, deque illis, qui forte, licentius quid agerent sumendum illicò supplicium.* Semper enim superiorum gesta, & mandata obedientiam merentur; & quando illis non impletis rescribere subdito liceat, & quod necessariò fieri debeat, si non

pareatur eis. Salgado qui prox. *d. cap. 3. à num. 13. & §. vnico. à num. 45.* Barbol. *in cap. 5. à num. 1 de rescript. & in 6. num. 1.* Matthæu *de re crimin. contr. 21. à num. 53.* & quam pœnam non obediens incurrant. Anton. August. *par. 3. lib. 37. tit. 75. & lib. 39. tit. 41.* Cyriac. *contr. 26.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. cas. 365.* & quod peccat non obediens. Ricc. *par. 5. coll. 1611.* Navarr. *tom. 3. in manual. confess. cap. 14. à numer. 22.* Excecl. Vicecancel. 44 *Crespi obs. 1. à num. 307.* latè defendens subditum non posse non obedire Principi, & superiori sequenti probabilem opinionem, quamvis habeat pro se etiam opinionem probabilem, aliter enim non haberet perfectum spiritum obedientiæ, essetque corde turbulentus, & forsan animi infidelis; & quod tales subditi, qui his prætextibus, vel obedire recusant, vel modum excedunt, puniri iustè possunt.

Modus ergo seruetur, & in 45 verbis, & in precibus: nam & superiores dignantur urbanè subditos pertractare. Giurba *conf. 38.* & Reges, rectique ministri prætextu probabilitatis superioritate non abutuntur. Crespi *d. obser. 1. num. 316.* & si quid citra animi consilium minus rationi consonum præcipiant,

pian, obtemperari nolunt. Gomez *lib. 3. var. cap. 3. nu. 42.* Bovadilla *lib. 1. polit. cap. 13. à num. 47.* & *lib. 2. cap. 10. à num. 59.* Segura *par. 2. director. cap. 5.* Acuña *in cap. 5. num. 2. distinct. 9.* Solorzan. *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 2. cap. 27. à num. 91.* Salgad. *part. 4. de protect. cap. 6. num. 58.* & *par. 2. de retent. cap. 31. num. 78.* Marquez *lib. 1. de Gubernat. cap. 10.* vbi quid tunc faciendum: Nec inconueniens est, quod superiorem aliquando inferior admoncat. Giurb. *consil. 24. n. 11.* vult enim Princeps omnes actus suos regulari à iustitia poli, & fori. Cyriac. *controv. 59. num. 9.* Aponte *de potestat. Proreg. in princ. à num. 33.* Cypyc. *Latr. decis. 190. num. 33.* Tapia *decis. 9. num. 68.* Paul. Rub. *tract. de testam. cap. 53. num. 186.* Salgado *de retent. bullar. part. 1. cap. 7. num. 1.* nec inobediens dicitur, qui iure ab executione præcepti retrahitur, ornatissimè Quesada Pilo *contr. 22. num. 42.* qui excandescit in iudices, qui ad faciem Principis in muneris recta operatione horrescunt.

46 Evenerit fanè quod si Magistratus, quorum in Republica non levis est authoritas, verba, aut litteras irreverenter erumperent, aut in scripturam redigerent, facilis esset

privatorum assensus, & approbatio, cum illorum mores pro ni privati sequantur. Saavedra *emblem. 12.* Solorzan. *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 1. cap. 26. à nu. 38.* & *lib. 2. cap. 24. num. 44.* quam 47 autem ambo graviter delinquant, tam detractor, quam auditor detractoris. D. Bernardus severè pronuntiat *in suis oper. tom. 2. lib. 2. de considerat. pag. mihi 134. colum. 1. ibi: Porro detrahere, aut detractorem audire: quid horum damnabilius sit, non facile dixerim; & paulò ante; verbum scurrile, quod faceti, urbanivè nomine colorant, non sufficit peragrinari ab ore, procul, & ab aure relegandum; & D. Thomas 2. 2. q. 73. ar. 4. clarissimè definit, quod si aliquis detractiones audiat absque resistentia, videtur detractori consentire; vnde fit particeps peccati illius. Enimverò si detractor, & eius auditor, inter se convenient, alter narrando, alter consultando, nihil aliud esse dicuntur, nisi duo canes qui vnum os arrodunt, nempè vnius, aut plurium gesta examinantur, trutinantur, cribantur, variè demum lacerantur sermonibus, terminanter Larrea *alleg. 66. num. 30.**

Denique vt linguæ vitia, & 48
damna vniversa, ac pœnas ipsi

sis institutas proficue, & iucunde legas, ac vnico complexu accipias, adi elegantissimum, ac eruditissimum virum Hieremiam Drexelium Societatis Jesu tom. 2. in tract. inscripto orbis Phaeton, hoc est de vitiis lingue, vbi adulantem, bucheam, blasphemam, maligne consulentem, contentiosam, derisoriam, conuitiantem, detrahentem, excusantem, exprobantem, garrulam, fallacem, imprudentem, maledicam, mordacem, mendacem, murmurantem, obiurgantem, ostentatricem, querulam, revelantem, tumultuosam, turpiloquam, censoriam, scurrilem, vituperantem, vindicantem, & alias per singula capita describit, demonstrat, & exprobat; & in fine istius operis, cur nomen Phaetontis lingue tribuerit, declarat: asserens, quod Phaeton figmento Cœlum, & terram instantaneè pervolavit; sic lingua se ipsam, & vna secum plurimos quotidie præcipitat, innumera nocumenta vt ille, effluit, orbem terrarum perdit, vastat, incendit, nec Cœlo parcit, flammam suas, & in altra spargit, superos, beatosque Cœlites, Deum lacessit. Nihil igitur magis cohibendum. Et ne legalia prorsus deseramus, non prætermitto, de

simili ad simile argumentum quandoque in iure duci. Cap. 3. vbi Petr. Gregor. numer. 5. de Constit. Segur. part. 2. direct. cap. 10. num. 10. limitat Gutier. lib. 3. practic. q. 17. num. 307. & seq. explicat Escobar p. 2. de purit. q. 4. art. 3. à num. 3. & quæ in iure sint similia. Parlador. lib. 1. rer. quotidian. cap. 17. n. 14. Carleval tit. 3. de iudic. disp. 5. nu. 19. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 84.

Accedantus ad nostram statuendam sententiam, & priusquam proferamus, illud est præmittendum, dissertationem nostram non in aleam vertere, an punibilis sit maledicentia in Principem: nam in ea nulla cadit dubitatio, cum intrinsecè flagitium contineat maximum; sed tantummodo investigatur, an tale scelus ex summa Principis munificentia, ac eximia magnitudine, commiserationem promereatur?

Quo præsupposito, distinctionis scedere dubitationem resolvam: nempe, vel ex verbis, quæ proferuntur (idemque dic de litteris) aduersus Principem, non potest præiudicium inferri statui, vel imò potest ei præiudicari: Primo casu non incurrit delinquens crimine læsæ Maiestatis, quippè est offensio merè verbalis, vt adver-

tit Vernigl. *conf. crim. 7. nu. 13.*
 ex Foller. *in prax. crim. tit. de*
erim. læsæ Maiest. num. 86. &
 remanet in terminis simplicis
 irreverentiæ, quæ non est pu-
 nienda vt crimen læsæ Maie-
 statis. Larrea *alleg. 66. à num. 30.*
 & militant rationes *dict. l. vni-*
cæ Cod. si quis Imper. maledix.
 de quibus copiosè supra à n. 1.
 est enim simplex obtrectatio.
 52 . Sed mente volutanda sunt
 verba posteriora eiusdem le-
 gis vnice, ibi: *Unde integris*
omnibus hoc ad nostram scien-
tiam referatur, vt ex personis
hominum dicta pensemus, &
vtum prætermitti, an exquiri
debeant censeamus; & meritò,
 nam prava qualitas in eodem
 præsertim genere criminis præ-
 sumptionem arguit vehemen-
 tem. *Cap. semel. 8. de reg. iur. in*
6. l. is qui 4. l. aliis 9. ff. de accu-
sat. longè, latèque Barbofa
axiom. 147. num. 1. & in dict. cap.
semel per tot. collect. Farinac.
q. 23. num. 21. cum seq. Matthæu
de re crim. contr. 36. num. 32. ces-
 sant enim in eo levitatis, insa-
 niæ, & simplicis maledicentiæ
 exculpationes, cum ex maligni-
 tate deliquerit; & alio inf-
 truumur principio, nimirum
 malitias compescere præcipuū
 esse iudicis officium. *l. 15. vbi*
 Greg. Lop. *glos. 1. tit. 7. l. 19. tit.*
 53 *32. par. 3. Escobar de purit. part.*

2. quest. 1. glos. 1. & malitiis esse
 obviandum, nec eis indulgen-
 dum. Barbofa *in cap. 15. num. 3.*
 & *cap. 23. nu. 2. de rescript. Mat-*
thæu de re crim. contr. 57. nu. 11.
 & connectitur trita regula di-
 ctans, geminatum delictum nō
 54 debere sperare veniam, nec
 comprehendi in indulto, seu
 gratia concessa delinquenti-
 bus. Repetentes *in l. 3. Cod. de*
Episc. audient. Carol. de Grass.
in tract. de except. exc. 14. num.
50. cum seqq. Mastrill. de indult.
gen. in fin. 2. tom. tract. de Ma-
gistrat. cap. 28. ex num. 10. & ex
 his Fontanella *tom. 1. decis. 138.*
num. 14.

Quare data malignitate ma-
 ledicentis, iniuriarum regulis
 crimen esse puniendum, perso-
 næ offendentis, ac offensæ, nec
 non irreverentiæ, seu iniuriæ
 qualitatibus, & circumstantiis
 perpensis, atque consideratis.
 Valenzuela *conf. 142. Gomez*
lib. 3. var. cap. 6. n. 4. Menoch.
lib. 2. de arbitr. cas. 263. vbi de
 atrocibus. Farinac. *in prax. q.*
 105. qui effusè iniuria atrox ex
 56 quibus æstimetur, & quod ex
 persona Solorzano *lib. 2. polit.*
cap. 28. fol. 232. vers. De los, &
seqq. expressè ad intentum Ca-
ball. tom. 2. casu 235. vbi quod
 nisi maledicorum voces coer-
 cerentur, Principis Maiestas
 contemneretur, nimisque fre-
 quen-

quenter læderetur, multaque alia inconvenientia sequerentur, & *num. 13. ac 22. tenet, quod ubi iniuria verbalis esset gravis, & atrox multum lædens existimationem, & famam Principis, sciperet crimen læsæ Maiestatis, & eius pœnam exigeret. In his namque hominibus benignitas damnosa est, cum ex eorum impunitate audaces alii reddantur, quæ est ratio ob quam pœnæ veniunt infligendæ. Gomez lib. 3. var. cap. 1. numer. 10. & 29. & cap. 13. num. 22. Escalon. lib. 1. gazoph. cap. 7. Solorzan. lib. 5. polit. cap. 5 fol. 788. vers. 7. suc, & de parricid. cap. 1. Matthæi de re crim. contr. 30. n. 7. & contr. 41. nu. 18. & tunc assequimur, quod non solum puniuntur crimina, sed vitantur, prout fieri debere docuerunt Solorzano lib. 2. polit. cap. 13. & de iur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 6. post Gellium lib. 6. noct. Atticar. cap. 14. Alexand. lib. 3. Genial. cap. 5. in pr. Grammat. decis. 36. Menoch. de arbitr. cas. 575. & seq. sequitur Caball. res. crim. cas. 19. in fin. & cas. 99. n. 60. Paul. Rub. de valid. legal. cap. 35. num. 56. impunitas enim est scelerum mater, radix impudentiæ, transgressionum nutritrix. Juliv. Chartar. decis. 67. num. 21.*

57 Præmaximè quando delie-

ta, & maleficia iterantur, & ex iteratione magnus insurgeret contemptus Principis: quia tunc non solum plecti, sed & pœnæ exacerbari generaliter debent, ut voluerunt Caball. d. cas. 99. num. 53. in fin. Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 1. in fin. Vermigl. cons. 466. num. 31. Farin. q. 23. num. 1. & seq. ubi dicit ab hac ampliatione neminem dissentire, plenè Giurba cons. 47. num. 3. & seq.

Transeamus ad secundum ^{38 #} casum, in quo ex prolatione verborum irrogari valet damnum statui; tunc namque palam fit reum puniendum esse pœna criminis læsæ Maiestatis. Larrea alleg. 66. num. 34. & seq. ubi inter alia indicia conspirationis enumerat, si quis audiat convitia contra Regem dici, & eius regimen, tyrannidem appellari; hoc enim crimen læsæ Maiestatis esse non dubitat, quia nulla maior iniuria potest Principi inferri, quàm si tyrannus arguatur, confirmatque Larrea ex Angelo, Francisco, Lucano, Contrado, laudatis per Farinae. in prax. crimin. q. 105. num. 418. Idem depromitur ex Jul. Paul. lib. 5. sentent. tit. 29. ad leg. Jul. Maiest. Tiber. Decian. tom. 2. criminal. lib. 7. cap. 50. nu. 29. Muscatell. in tit. de punit. delict.

59 Et quando obloquutio respicit turbationem publici status, quod læsæ Maiestatis crimen committatur, insinuare videtur, ultra supra relatos, textus in *l. famosi* 7. §. *hoc tamen ff. ad leg. Jul. Maiest.* & punctum ita declarat Valenz. Velazq. *consil. 164. num. 49.* qui loquitur in specie contemptus adversus Regem, infamando eum, taliter quod homines de populo ipsum odio habeant, & ita suis iussionibus non obediant.

60 Descendit inde, quod si ex contextu verborum trahatur conatus vassalli, ut alius à sui Principis obedientia subvertatur, læsæ Maiestatis crimen delitescat. Farinac. *conf. 123.* distinguens optimè respectu nobilis subiecti mediatè Imperatori, qui eum, cum litteris pluribus personis scriptis, dixerat ineptum, adulterum, & propterea depositione dignū; quatenus ad iniurias in personam Imperatoris scriptas, tradit Farinacius non intrare aliā pœnam, quam *l. unica Cod. si quis Imperat. maledix.* non libelli famosi: quia litteræ fuerunt privatim emissæ, ut apud omnes manerent, non ut omnibus paterent, & in publico loco.

62 Quo verò ad caput affirmās Imperatorem depositione dig-

num, existimat, scribentem, crimen læsæ Maiestatis commisisse, cum dolo fecerit, ut alii à Principis obedientia subducerentur, proptereaque eiusdem Imperatoris est rebellis, comprobat ex Puteo *de Syndicat. rubr. de excess. Baron. cap. 2. num. 1.* Afflict. *in tit. que sint Regal. in verbo bona committentium num. 92.* Gigas *de crim. læsæ Maiest. lib. 1. rubr. qualiter, & à quib. crimen læsæ Maiest. committ. q. 25. num. 1.* itidem Farin. *in prax. crimin. q. 113. numer. 77. & 79.* addo Cyriac. *contr. 26. num. 62.* ubi rebelles appellat, relinquentes proprium dominum, & quærentes alteri adherere; & latè peragit, qua pœna sint vindicandæ ineptæ loquutiones contra superioris decorem.

64 Amplia, ut rebellis etiam quis dicatur ex simplici consilio, tractatu, seu persuasione cum aliquo, etiam nullo sequuto effectu. *l. 3. in fin. & ibi Bartol. num. 3. ff. ad l. Jul. Maiestat. l. quisquis in princ. & ibi communiter Doctores Cod. eod. Covarrub. in Clemen. si furiosus par. 2. §. initium. num. 7. de homicid.* Baiard. *ad Clarum in §. læsæ Maiestatis num. 11. vers. item adde,* abundè Censal. *ad l. unic. Cod. si quis Imperator. maledix. & præsertim num. 26.*

nam

65 nam propter desiderium delinquendi atrocissimè amico communicatum, crimen læsæ Maiestatis committitur. Cavale. *de Brach. Reg. par. 4. numer. 196.* quem refert Guazzin *def. 33. cap. 24. num. 1. vers. Et quid in falsæ monete, & passim eo in capit.*

66 *pite; & generaliter quando, & qualiter cogitatio, seu conatus puniatur, latissimè Farinac. q. 123. num. 106. & q. 124. num. 78. & seq. & per totam questionem. Solorzan. lib. 5. polit. cap. 8. fol. 832. Ricc. part. 2. collectan. 326. Rober. lib. 1. rer. iudic. cap. 6. fol. 33. & 36. Molina de iust. tr. 3. disp. 24. Escobar par. 1. de purit. q. 4. §. 7. à nu. 51. Reg. Matthæu de re crim. contr. 13. & contr. 23. à num. 20. & contr. 34. à num. 2. & contr. 40. à num. 5. & contr. 55. à num. 13. iterum Solorzano lib. 2. de parricid. c. 16. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 369. Giurba cons. 19. num. 17. in fin.*

67 Quin hisca constitutis officiant, quæ de iniuriis verbalibus spernendis, & earum inepitudine ad nocendum referavimus, nec pariter quæ de sapientis sinceritate illæsa semper permanente, non obistente quacunque adversus illum abloquutione, pronuntiavim⁹; quia hæc omnia pertinent ad intrinsecam rei veritatem, quæ humana existimatione non im-

mutatur; non autem respiciunt damna ex his provenientia, quæ innumera sunt, pro utrumque detegimus sup. *num. 26. & 37.*

68 Simili modo non faciunt considerationes, quæ ignoscendum suadent maledico suæ insanix prætextu, nam Doctores allegati *num. 6.* loquuntur de illis, qui fato suo à mente redduntur alieni; hi autem loquaces insaniunt, lubrico linguæ, quo dementes dignoscuntur, & ut stulti reputantur propter scelestam vecordiam; at non aliundè, ac propterea maiori sunt digni punitione, cum bacchati efficiantur ipso delicti furore, ac animi cæcitate, & vindicetur eorum stultitia cum delicto complicata; tuncque iustè evenit, quod stultus in culpa sapiens fiat in pœna, ex Gregorio in *Pastorali Cap. qui ea, quæ Dei sunt, 10. in fin. 38. distinct.* & quod stultus non debet esse melioris conditionis, quam sapiens. *Cap. eum qui 18. de præbend. & dignitat. in 6.* qua forma accideret si prudens attentè reprimeret sermonem, stolidus tamen pro libito quidquid placeret in vulgus iactaret, & sua excusatus fatuitate impunis evaderet. Puniat acriter eius garrulitas, quæ levitatis terminos prætergre-

greditur, quando contingere possunt præmonita *numer. 37. 69. & 70. acutè Farinac. q. 116. §. 4. num. 170.* qui tractans de iurante Principem interficere, concludit crimen læsæ Maiestatis committere, tametsi ultra non processerit, si solus id non proruperit, sed loquens cum alio; & in homine levis armaturæ inspicere vult, ut ad excusationem deveniamus, an eius esset qualitatis, & conditionis, ut minas exequi nullo pacto potuisset.

- 69 Prætereundumque non duxi, ab hominibus istis sentatis, ac levibus, aut similis farinae, nefanda hæc maleficia plerumque soluisse patrari, ut testatur Davila *lib. 10. pag. 684. Marin. Sicul. de reb. Hispan. lib. 21. pag. 996. Curita tom. 5. lib. 1. cap. 12. pag. 15.* Horum genium ex tenui suo ingenio est mala dolosè nuntiare contra Principem, seu statum, quod plectendum esse, habita ratione qualitatis facti, & personarum, defendit Caball. *cas. 281. & post eum Cyriac. cas. 126. & ultra relata numer. 69. & 70.*
- 70 mendacia, magnum præbere indicium conspirationis adversus Principem, expressit Larrea *d. alleg. 66. num. 38.* vbi de illo, qui inter alias falsitates, eam cum epistola sua manu rescrip-

sit negotiorum gestori in Belgio, ut omnibus amicis notum faceret, Principem velle ipsum punire, quia univèrsale levamen procurabat, cui pessimæ voci si credidissent subditi, timeri posset ne tumultuarent: eo enim in casu vulgatum aptatur proloquium: fingunt quod volunt, & dicunt quod fingunt.

Fundamentis supra discussis adamussim examinatis, in nostro Regio Criminali Concilio, Raphael N. officio vulgaris, iudicio levis, sed robore, prout audacia satis adiutus, fuit condemnatus de mense Julii 1659. ad serviendum in Regiis Triremibus remigando per septennium, referente Nobili Don Michaelè de Pallarès, olim Iudice Regiæ Cur. Actuario Joanne Cortes: eo quia ingruente bello, quo Galli infestis armis hostiliter Principatum invaserunt, cum Excel. Marchio à Mortara (qui tunc fauste, nullique secundus, armorum, ac iustitiæ tutamen, & incolumitatem pro Domino nostro Rege moderabatur) sub muris, & propugnaculis huius Civitatis Barcinonæ se recepisset, in vico publico, in præiudicium, & eversionem status, ita fuit obloquutus ambiguis quodammodo, sed turpibus, & malevolis periodis

latinè, traductis ita procidentibus, Michael N. scisnè quod Dominus Marchio de Mortara hac nocte huius urbis muros adventabit? exultant terrarum singuli accolæ, multiq; Barcinonæ, nec ego invigilato: nam cum meam videro horam, uti saccos proiciam, etsi alius ut ego adesset nostri vici, secura ipsius cerneretur custodia.

72 Et antea 25. Novembris 1654. Joannes N. domicellus delatus de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, eo quia die 16. Julii eiusdem anni, intus tabernam Michaelis Vidal Villæ Tarraciæ falsò pervulgaverit, quod Francigenæ partibus duabus præsentis Principatus cū numerofo exercitu ad Civitatem Barcinonæ obsidendam iter faciebant, ac etiam eorum classis ad idem navigabat, atque dicta Civitas Barcinonæ à longè iam per mare erat obfessa, ipseque ab ea egrediebatur, ne cum senex esset obsessus reperiretur, quo rumore, aliquem metum in ea Villa commorantibus intulit, & de aliis delictis, referente Magnifico Fœlice de Mirallas præstantissimo olim Iudice Regiæ Curix, fuit relegatus in Insulam per suam Maiestatem nominandam per

tempus annorū quinque, Scriba Oriol.

73 Similis prodiit definitio, me referente 13. Januarii 1676. in actis Famada, contra Bernardum N. inquisitum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: ex quo 14. Maii an. 1675. intus domum propriæ habitationis sitam in vico *den Juglar* præsentis Civitatis Barcinonæ, quo tempore bellum Gallorum impetu contra Principatum æstuabat, defenderit ritè concitatam die antecedenti in Ecclesia Cathedrali Sedis Barcinonæ commotionem complurium militum, patefeceritque desiderium, quod Civitas commota fuisset, & affirmaverit in terris non alium adesse Regem quam Gallix, geminataque pertinacia perstiterit in eadem opinione, enixè contradicendo Josepho Enfruns sartori, cui, cum ferre nō posset verba tam dissona audire, constanter proposuit se vassallum Regis Franciæ, necnon etiam eundem Enfruns invasit indignatus, quod dictus Enfruns se asseverasset Domini nostri Regis vassallum, animo ipsum subtrahendi à vera, & debita Domini nostri Regis obedientia, qui reus fuit condemnatus ad servitium Regiarum Tritermium remigando ad decennium. Edif

74 Ediscant igitur vassalli proprii Regis gloriam, & perennitatem, non iacturam, & contemptum quæsituri adamantes non adimentes tam iustæ adorationi, ac obsequio, reverentur corde, vereantur pœnæ formidine eius sublimem potestatem, alacres, & timidi, non versuti, ac tumidi, in precibus

prudētes, lingua modesti, Regni securitatem anhelantes, non mutabilitatem molientes, pietatis fidi, non eius clypeo perfidi: sic divinis monentibus sanctionibus, experientiæ flagitia vindicata omni ævo docente, iuxta illud Virgilii.

Discite iustitiam moniti, & non contemnere Divos.

E P I G R A P H Æ.

Pœna criminis læsæ Maiestatis in primo capite contra obiurgatores, & alios, quando severior, & quando benignior exerccatur. Circumstantias ad exacerbandas, vel minuendas coertiones attendi debere ostenditur. Linguae audacitas quomodo cohibenda, etiam contra stolidos aperitur. Gradus rerum, modum, ordinem, & æquitatem legalem in suppliciis, ac in quocunque negatio servari debere cumulatissimè probatur. Arbitrium iudicibus in probationibus, & pœnis, qua facultate sit concessum declaratur, & perpulchris exemplis innotescit.

N U C L E U S.

- 1 An mitis, an severa fuerit punitio antecedentis decisionis.
- 2 Læsæ Maiestatis crimen nefandum est, & nefarium. Omnium accusationum complementum. Parricidium includit.
- 3 Huius criminis pœna, loquendo de primo capite, est mortis, confiscationis honorum, perpetua infamia in fonte, & descendantibus.
- 4 Domus talium reorum evertenda, quid de communi.
- 5 Sal quare seminetur pro hoc facinore remissivè.
- 6 Defuncti memoria damnatur, & quomodo.
- 7 Crimen læsæ Maiestatis Divina levius punitur, quam humana, & ratio num. 8.

- 9 *Pœna nuper expressa, tantum locum habet contra filios natos post commissum delictum.*
- 10 *Filii horum delinquentium sunt insuccessibiles, infames, & inhabiles ad honores.*
Alia pœna Maiestatis rei connumerantur.
- 11 *In Cathalonia est imposita perduellibus pœna mortis, & confiscationis bonorum, nobiles degradantur, torquentur, & strangulantur.*
- 12 *In plebeos exercetur tortura, suspendium, confiscatio, cum decisionibus Senatus.*
- 13 *Si simul sit quis reus huius criminis, & caput coadunationis, dānatur ad mortem, & quod rapitur per terram, & ad alia ibidem expressa, & num. 14. decisiones.*
- 15 *De pœna committentis hoc crimen, & simul de latrocinio in itinere Regio iuriputati.*
- 16 *Limita ut pœne prædictæ applicentur, si plene constat de delicto, alioquin extraordinariè rei iudicis arbitrio puniuntur, cum decisionibus.*
- 17 *In crimine læsæ Maiestatis humane non datur parvitas materia, sed vide num. 57.*
- Insignes Cathaluna fœmina collaudantur.*
- 18 *In delicto equali pares debent esse pœna, & numer. 46.*
- 19 *In omni negotio, & in maleficiis circumstantia sunt attendenda, & numer. 40. 49.*
Actus in se bonus ex circumstantiis redditur malus.
- 20 *Circumstantia factum transferunt in aliam speciem delicti.*
Stupro Monialis quot delicta conglomerentur.
- 21 *Prædicto stupro acrior pœna imponitur, quam aliis.*
- 22 *Duplicatio sacrilegii necessarium est in confessione exprimenda, & num. 23.*
- 24 *Locus diversificat delicta, exemplificatur in furto rei sacra.*
- 25 *Delicta excrescunt ob circumstantias, & enumerantur.*
- 26 *De pœna sacrilegii, & num. 27. verius esse puniri arbitrariè iuxta qualitates facti, & personarum, & de aliis perpendendis in fure sacrilego.*
- 28 *Qualitas personæ maximè spectanda, & num. 61.*
- 29 *Milites durius puniuntur, si in officio delinquant, vel*

in dedecus nobilitatis.

- 30 In vindicando sacrilegio gradus rerum considerandi, summus, secundus, & tertius, & num. 33.
- 31 Iniuriarum gradus ex parte corporis læsa distinguuntur.
- 32 Animus deliberatus arguitur ex percussione in parte periculosa.
- 33 Res quacumque suos habet gradus, veluti utilitas, & necessitas publica. Exemplificatur in dolo.
- 34 Exemplifica rursus in remissionib⁹ delictorum, in quibus tres etiam gradus constituuntur, & insuper idē in necessitate comperitur.
- 35 Tempus respiciendum nō minus est.
- 36 Pœna exasperantur si delictum contingat dum celebrantur divina officia.
- 37 Qualitas temporis commissi delicti animū deliberatum prodit.
- 38 Locus animi deliberati coniecturam exclusivam præbet.
Animus deliberatus ex qualitate temporis colligitur.
- 39 Culpa recipit magis, & minus.
- 40 In crimine læse Maiestatis in primo capite, gradus, qualitates, & circumstantia ad supplicia infligen-

da discernuntur.

- Revelans secreta Principis hostibus crimen læse Maiestatis in primo capite perpetrat.
- 41 De pœna horum revelantium,
- 42 Affectus in hoc crimine punitur non sequuto effectu, & præter communem ratio non vulgaris, & num. 43.
- 44 Nihilominus iuxta circumstantias hic expressas pœna temperatur.
- 45 Iustitia divina ordinem servat in pœnis, graviora acrius puniendo, sed semper cum maxima lenitate, vide num. 72.
Quod intellige tametsi delicta sint eiusdem speciei.
- 46 Pœna qualitas delicti speciei demonstrat.
- 47 Iniuria verbalis minor est reali, vide num. 50.
- 48 Garrulitas pœna capitis non subest.
- 49 At his non reluctantibus, primo capiti adscribitur maledicentia in Principē, si inde status periclitetur, & assiduè circumstantia sunt contemplanæ.
- 50 Iniuria verbalis maior est reali, si plures tangat: nam tunc tot sunt peccata, quot persone læse.
- 51 Condonatio unius non liberat

- rat. à restitutione alii faci-
cienda.
- 52 Si iniuria inficiant omnes de
genere, accusare possunt cõ-
sanguinei intra certos gra-
dus, iuxta varia Docto-
rum placita.
- 53 Salus populi suprema est lex.
- 54 Publicum iudicium crimen
lesa Maiestatis, & in eo
accusare quilibet potest.
Amplia, tametsi aliter accu-
sare esset prohibitus.
- 55 Blasphemia publicum delictum.
- 56 Maledicentia adversus Prin-
cipem, & blasphemia com-
paratur.
In privatis criminibus accu-
sat tantum iniuriam pas-
sus immediatè.
- 57 In heresi, & blasphemia
quando admittatur parvi-
tas materia.
- 58 Pœne omnes sunt Principi ar-
bitrariae iuxta qualitates,
& circumstantias, & nu-
73. declara ut num. 102.
& 130.
Et peculiariter contempti
Regalis decoris vindic-
ta.
- 59 Indicia in arbitrio iudican-
tium resident.
- 60 Amplia in quacunq; alia
probatione.
- 61 Conditio personæ, & eius
natales in hoc scelere plu-
rimum considerantur.
- 62 Iniuriam Regi gravem in-
fert, qui tacita natalium
macula eorum descenden-
tes ad officia publica pa-
trocinatur.
- 63 Os loquitur ex cordis abũdan-
tia.
- 64 Cor imperat lingue.
- 65 Insipientes faciliè detegunt in
corde recondita, & num.
119.
Natura quare duplicem ve-
nam lingue dederit.
- 66 Labiis simulantibus non ig-
nosendum.
- 67 Adulatio obtestatur, & de
eius noxa, & num. 68.
- 69 Modus in omnibus rebus
custodiendus.
- 70 Æquitatis, & iuris elemen-
tes probatur.
- 71 Prudentiæ rursus regulis.
- 72 Ordinem in pœnis quomodo
infernus prescribat.
- 73 Omnibus iudicibus pœne sunt
arbitrariae Declara ut n.
102. & seqq.
- 74 Limita in minoribus magi-
stratibus.
- 75 Regium servitium diiudica-
re Principis est, & suo-
rum Senatuum, non alio-
rum.
Sub umbra falsa Regii amo-
ris infaustra nonnulli ma-
chinantur.
- 75 Pœna indignationis Princi-
pis

- pis eius arbitrio reservatur.
- 76 Circumstantias quo metro Theologi coacervaverint.
- 77 Probationes qualiter harmoniacè componantur, & numer. 78.
- 79 Unitas, & concatenatio probationum disquiritur ad aggregati ex iudiciis resultantis examen, & nu. 97.
- 80 Indicia sunt argumenta ad animum convincendum.
- 81 Exemplis exprimitur, & nu. 82. 83. 84. 85.
- 86 Horologii dispositioni probationes comparantur.
- 87 Probationes ad eundem finem tendentes plurimum arctant, & num. 90.
- 88 Ex precedentibus, coherentibus, seu insitis, & subsequentibus, probatur delictum, & num. 92.
- 89 Eventus posterior à primordialis formatur.
- Ab exitu, seu effectu, à consequenti argumenta valent. Declara ut ibi.
- 90 Dolus actus sequentis colligitur ex precedenti.
- Indicia imperfecta tendentia ad eundem finem, & inter se subordinata coniunguntur ad torturam.
- 91 Ex vicinitate actorum presumitur, & probatur delictum, & num. 92. ubi exemplum.
- 92 Actus sequens precedentem declarat voluntatem, & animum.
- 93 Arbitrio iudicis quæ committantur in probatione inimici, amici, socii itineris, & num. 94. 95.
- 96 Proferens verba iniuriosa, tam Ministro Regio inferiori, quam superiori, arbitrariè punitur.
- 97 Medium presumitur probatis extremis.
- 98 Singula quæ non possunt multa collecta iuvant.
- 99 Totum inspici debet.
- 100 Desomachatio quorundam resellitur, autumantium Iurisprudentiam, nec artem esse, nec scientiam.
- 101 Arbitrium in pœnis, & probationibus non debet esse cerebrinum, sed coniunctum cum iure, & equitate.
- 102 Pœna quomodo possit restringi, vel ampliari, tres casus sunt speculandi, ut intelligatur. Primus est in Principe superiorem non recognoscente, qui à pœnis legalibus potest rationabiliter recedere. Secundus respicit magistratus superiores, quibus licet nō dispensare, sed temperare ex

circumstantiis pœnas. Ter-
tius inferiores attendit,
qui temperant, & augent
ex causa intrinseca, non
extrinseca, usque ad nu.

106. & iterum num. 130.

106 Amplia supradicta in iudi-
cibus delegatis.

Sed etiam magistratus supe-
riores quando casus pos-
tulet, ut à præfinitis pœ-
nis discedant, conveniens
erit quod Principem con-
sulant.

107 Iudicis arbitrio nõ est stan-
dum contra expressas Do-
ctorum opiniones.

Decisiones Senatuum admodũ
veneranda.

108 In probationibus, & pœnis
delictorum arbitrium re-
gulatum conceditur.

109 Amplia in qualibet re mag-
ni momenti, & in arbi-
trio commisso absolute, &
simpliciter.

110 Index pro arbitrariis regu-
lariter reprehendi non de-
bet, nec tenetur in syndi-
catu, si habuit bonum finẽ.

111 In aliquibus casibus leges, &
Doctores arbitrio iudicũ
reliquerunt pœnarum gra-
dus.

112 Pœna extraordinarie diffi-
nitio.

113 Criminis resistentiæ pœna ar-
bitraria.

114 Similiter falsitatis.

115 Similiter fabricationis at-
tentatæ monete.

116 Index in arbitrariis proce-
dit de similibus ad simi-
lia, vel in mitiorem par-
tem propendit.

117 Arbitraria pœna in gravi-
bus criminibus potest ex-
tendi usque ad mortem
naturalem, præsertim in
Senatu Supremo.

Amplia in inferioribus Ma-
gistratibus consulto Prin-
cipe, & non aliter.

118 Exemplum mitioris pœne in
crimine læsæ Maiestatis in
primo capite, delicto ple-
nè probato, adducitur ad
intentum.

119 Linguarum deliria quando-
que acrius punita.

Perfarum Rex stultiloquo
stigmata, & verbera infli-
gi iussit.

120 Ab honoribus arcendi inspi-
cientes; nam quò maiori
potestate, & libertate
fruantur, eò sunt insolenti-
ores.

121 Casus referuntur insipien-
tium dirissimis suppliciis
punitorum, & num. 122.
123. 124. 125.

Iacobum Regis Francorum
homicidam, nonnulli men-
te non egenum putant.

126 Rudiores gentes, & levio-

- ris intellectus huic sceleri sunt proclives.
- 127 Ambitiosi etiam dementia capti ad idem propensi.
- 128 Furoris gradus; & aliquando oportere prorsus furiosos, & belluas in atrocissimis puniri ad aliorum exemplum, & terrorem.
- 129 Si mortis naturalis supplicium ex causa mitigetur, confiscationis pœna nō imponitur.
- Constit. fin. tit. dels bens dels condemnats interpretatur.
- Confiscatio, & non aliæ pœne intrans, si agatur ad memoriam damnandam.
- 130 Arbitrium iudici pro pœna imponenda nō conceditur, nisi casu quo lex prohibet factum delictum includens; secus verò, si prohibitio actus invaliditatem tantum respiciat.
- 131 Iurans per Principem, vel eius salutem, iuramento cōtraveniens est periurus, ac si per Deum iurasset, & si peieraverit dolosè, pœna fustigationis animadvertitur.
- 132 Iurare per creaturas, in quibus aliquod Dei attributum relucet, habet propriam rationem iuramenti.
- 133 Peculiariter quatenus iura-

tur per Principes, prout sunt executores divinæ iustitiæ, verum iuramentum profertur, sicque periuriū committitur.

134 Principem offendere sub pre-textu tyrannidis erroneū, & damnatum.

135 Rex quantumvis hereticus non subiicitur vassallorum iudicio, sed Summi Pontificis.

136 Regum delicta qualiter coercenda.



DECISIO XXII.

MIRABUNTUR non nulli allatorum exemplarium contextū, asperum, & rigore plenum diiudicantes: ex adverso alii nimis benignum, & mitem censebunt; sic unusquisque sui sensus abundat dictamine: Pro utroque dinumeremus fulcimina, & fundamenta.

Primum rigiditatis tela excuamus. Læsæ Maiestatis crimen nefandum, & nefarium cognominatur, prout ex Tullio comminiscitur Regens D. Raphael de Vilosa post tract. de fugitivis dis. 6. §. 1. nu. 61. & 67. ex Tacit. annal. lib. 3. advertit, om-

omnium accusationum complementum esse; & Maiestatis reos parridas reddi tutatur Jul. Capon. *disc. for.* 257. nu. 14. tom. 4. inde concludens, in eo maleficio æquali pœna principalem, & complicem animadverti, tametsi principalis non subditus sit Principi, contra cuius statum quicquam molitur.

3 Istiusce flagitii pœna (loquēs de primo capite) est mortis, confiscationis honorum, perpetuæ infamiæ, nedum in persona fontis, sed, & quoque in suis descendētibus. *l. quisquis Cod. ad leg. Jul. Maiest.* Gigas, Puteus, Cotoreus, Concius, Ayala, Decianus, laudati per D. Joann. Solorzano *in operibus posthumis alleg. contra Ducem Generalem maritimum edita de anno 1631. §. 3. num. 45.* & nuncupatim coacervavit Gratian. *disc. for.* 54. nu. 13. tom. 1. vbi statuit, quod hi delinquentes efficiantur infames, incapaces bonorum, perdant ea, quæ sunt iuris civilis, amittant Civitatem, patriam potestatem, activè, & passivè, efficiantur instabiles, possint impunè in persona offendi, tanquam servi detineri, nec præscriptionē perficere, aut incohare valeant, amittant feuda, & iurisdictionalia, illis ius non reddatur, &

pro aliis pœnis videndum deponit Peregrinum *de privil. Fisc. tit. 8. lib. 3. num. 1. usque ad 8.*

Domum insuper talium reorum evertēdam docuerunt Gigas *de crimin. lese Maiest. lib. 2 rubr. de pœnis committ. crimen lese Maiest. q. 35.* Decian. *lib. 7. cap. 40. num. 37.* Baiard. *ad Clar. §. lese Maiestatis num. 25. & q. 82. n. 92* latius Farinac. *q. 116. ex num. 28.* vbi ampliat, & limitat, & tenet non destruendam domum communem cum alio, de quo etiam *q. 112. n. 117. & seqq.* Gratian. *disc. for. cap. 179. & cap. 217. num. 26.* vbi de ratione, quare sal seminetur in domo pro hoc facinore. Parlador. *lib. 1. quotid. cap. 21.* Lara *de anniversar. cap. 4. lib. 2. nu. 125.* Vvald. *in tract. de duob. fratribus part. 8. num. 26.* Petr. Gregor. *in syntagmat. lib. 35. cap. 1. num. 20.* Cenedo *q. 16. n. 18* vbi quod in perpetuum nō est erigenda prædicta domus.

Adde in hoc crimine defunctum posse reum pronuntiari, & eius memoriam damnari, & bona confiscari, formato processu cum hæredibus, vel defensore. Gigas, Clarus, Farin. supra allegati, & vberius *in tract. de heresi q. 197. ex nu. 86.* Menoch. *consil. 99. num. 159. & seqq. lib. 1.* Petr. Cenedus *quest.*

16. Pichard. *in* §. 2. *Inft. de publ. iudic.* quibus iunge, quæ scriptimus supra *decif. 8. num. 5. & 66.*

7 Adeò, quod mitius puniatur crimen læsæ Maiestatis Divinæ, quam humanæ, & sic filii hæreticorum licet non possint succedere patri, vel ascendenti, qui crimen commisit, cum bona confiscentur, tamen non interdican- tur succedere omnibus aliis descendenti- bus collateralibus, & extraneis, Menoch. *conf. 805. nu. 23. & 24. vol. 9. & conf. 1128. per tot. tom. 12.* Molin. *de iust. tom. 3. disp. 658. ex num. 19.* Canterarub. *de crim. læsæ Maiestatis cap. 2.* Thomas Sanchez *in summ. lib. 2. cap. 29. num. 13.* vbi plures, relati per Barbosam *in collectan. ad cap. vergentis de heret. nu. 25. & seq.* quod durius procedere in crimine læsæ Maiestatis humanæ, iidem Doctores profitentur.

8 Rationem suppeditat Menoch. *ex Gomez. var. res. tom. 3. cap. 2. nu. 13. vers. ex quo subducitur:* quia in crimine læsæ Maiestatis humanæ timeri potest audacia filiorum, & descendenti- um delinquentis, ne forsan generati à tam scelesto delinquente fortiantur, & imitentur eius conditionem, & qualitatem; sed in crimine læ-

sæ Maiestatis Divinæ summus Deus, & Dominus noster non expavescit, prævidet, quid operaturi sint tales descendentes: iunge quæ de filiis paterna insequentibus vestigia enuntiabimus *num. 61.*

9 Quæ pœna tantum habet locum contra filios natos post commissum delictum, prout ex veriori sententia adstabilierunt Diaz *in reg. 165. vers. secundo sublimita.* Clar. *in §. læsæ Maiestatis num. 12. & §. hæresis nu. 12.* Mieres *de maiorat. p. 2. q. 4. illat. 2. num. 7.* Gratian. *reg. 55. num. 24.* Molina *de primog. lib. 4. cap. 11. num. 55.* alter Molina *de iust. tom. 3. disp. 658.* Cevallos *q. 655.* vbi latissimè disputat omninò videndus; sed novissimè hanc quæstionem non modica subtilitate, & doctrina controvertit Don Joann. de Escobar *de purit. sanguin. p. 1. q. 4. §. 4. ex num. 34.* diffuso calamo pertractans. Carranza *de partu. cap. 1. sect. 2. n. 42.*

10 Filii ergo eorundem delinquentium, præterquam fiunt insuccessibiles, redduntur etiã infames, & inhabiles ad honores, & officia publica. Gigas, & Decianus iam laudati. Fachin-
neus *lib. 7. cap. 23.* Gratian. *disc. for. tom. 2. cap. 368. nu. 7. & seqq.* Osuald. *ad Donell. lib. 18. cap. 8. notatis litt. XX.* Menoch. *conf.*

conf. 175. lib. 3. ex num. 2. Peregr. de iur. fisci lib. 3. tit. 9. Gutierr. lib. 2. canonic. cap. fin. Amaya lib. 2. observ. cap. 6. ex num. 47. ubi quinque conclusionibus declarat; & quomodo dicti filii amittant nobilitatem Farinac. perspicuè, ac profusè q. 116. ex num. 72. usque ad 146. & decis. 87. 90. 122. 241. & conf. 65. & 140. lib. 2. Alias pœnas addit Farinac. q. 116. §. 1. à n. 4. nimirum, ut arma, seu insignia rei deleantur, ac destruantur. Rursus, ut depingantur in tabella cum capite deorsum, nec possit sub pœna quingentum aureorum hæc imago corrumpi, & stante contemptu Principis, in avulsione rebellio committitur. Insuper de iure canonico laicus anathematizatur. Præterea talis delinquens impunè potest occidi; & §. 2. firmat, quod huiuscemodi reus amittit beneficia iuris civilis, iura municipalia, privilegia ex consuetudine promanantia; hæc, & alia ipso iure à die commissi sceleris deperduntur, ad quod tempus retrahitur sententia postea lata. Non tamen, ut ibidem Farinac, advertit, amittunt Maiestatis rei ipso iure ea, quæ sunt iuris canonici, naturalis, & gentium,

II In Cathalonia est imposita pœna mortis, & confiscatio-

nis bonorum perduellibus; & si sint nobiles, vel gaudentes privilegiis militum declarantur, quod sint privati privilegiis nobilitatis, & rei mortis, necnon, quod strangulentur laqueo per collum retorto, & quod bona eorum sint confiscata, & quod post latam sententiam, & ante illius executionem torqueantur in caput sociorum, uti testatur Regens Cortiada binis decisionibus nostri Regii Concilii suggestis *decis. 94. num. 51. post Peguera in pract. crimin. cap. 19. num. 8. Ripoll de Regal. cap. 18. à num. 37.*

Si verò sint plebei condemnantur ad suspendium, confiscationem bonorum, & torturam in socios. Sic fuit iudicatum in nostro Regio Criminali Concilio 18. Aprilis 1654. contra Isidorum N. agricolam habitorem in loco de la Sala intus Castrum de Foxà, delatū de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, anno tunc proximè præterito, tempore quo Civitas Gerundæ erat ab inimicis obsessa, cum cohorte seditiosorum hominū incessit diversis armis armatus, & operam dedit, ne prædicta Civitas succurreretur, auxiliando inimicos suæ Maiestatis, & postea contra suam

Maieſtatem militando, qui fuit prædicta pœna punitus. Similis 29. Auguſti 1654. contra Raphaelẽ N. Parochiæ de Canoves, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, die 27. Auguſti tunc proximè præteriti deprehenuſ fuit in domo de la Abella, coadunatus cum quadam coadunatione hominum, vulgò *Micalets*, ſociatus adverſus milites ſuæ Regiæ Maieſtatis, eiufque vaſſallos. Similis contra Joannem Petrum N. delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, in coadunatione ſeditioſorum hominũ præſentis Principatus cum inimicis Regiæ Maieſtatis inceſſerit. Similis 7. Septemb. 1654. contra Joſephum N. aliàs *lo Reçoret*, agricolam Loci de la Mora, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, cũ quibuſdam coadunationibus ſeditioſorum hominum præſentis Principatus, vulgò *Micalets*, ſociatus, Francorum Regi inſervierit. Similis 2. Octobris 1654. contra Joſephum N. aliàs *lo Galet*, Loci del Esquirol, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, illo anno cum coadunatione ſeditioſorũ hominum, vulgò *Micalets*, ſociatus, Francorum Regi inſervie-

rit. Similis 21. Octobris 1654. contra Bernardum N. oriundum Villæ Campirotundi, habitatorẽ in Loco de Prats de Mollò, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, cum coadunatione ſeditioſorum hominum, vulgò *Micalets*, captum detinuit Joſephum Corona Vicariũ Campirotundi, & eius famulum, vociferando *Viſca França*, hoſtiliterque ſe gerendo. Similis eadem die contra Franciſcum N. aliàs *lo Gelat*, mulionem oriundum Loci de Fontpedroſa, terræ Confluentis, habitatorem Loci de Fornells, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, nõ dubitavit arma accipere contra Regiam Maieſtatem, Francigenas adiuvando. Similis 11. Decembris 1654. contra Petrum N. delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, anno tunc proximè præterito, inter Francigenas Regiæ Maieſtatis inimicos, per Villam de Prats de Mollò armatus inceſſerit, ac illo eodem anno in loco del Boldò, Comitatus Roſſilionis, cum prædictis inimicis ſe ſociavit, & vnà cum quodam iumento ſaccum farine ducente cum eiſdem ad Caſtrum de Roſes ſubveniendum iter fecerit, reſiſ-

2146 228

sistentiam faciendo Vicario de Ribes, debitam ei negando obedientiam. Similis 12. Octobris 1655. contra Onuphrium N. Villæ Campirotundi, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, cū seditiosis hominibus, vulgò *Micalets*, Francorum Regi sæpius inservierit, cum exercitu Francorum incedendo, ac hostiliter se gerendo; ac præcipuè 12. Julii 1653. cum illis per Villam Campirotundi, cum armis, sociatus inceserit, vt ipsi in quibusdam domibus hospitarentur; necnon etiam die 22. eiusdem mensis per eam conversaverit, officiū Regii Commissarii pro Rege Francorum exercendo, virgamq; Regiam, quam Commissarii Regii afferre solent, ducendo, & cū Francigenæ ad Villam Rivipulli obsidendam proficiscebatur, cū illis iterfecerit, eos adiuvando, auxiliumque præstando. Similis 10. Februarii 1656. contra Michaellem N. aliàs *lo Mallorqui*, agricolā Parochiæ de Vallgorgina. Similis 27. Febr. 1656. cōtra Marcū N. aliàs *dit Marò*, delatū de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, adversus Reg. Maiestatem, Francorum Regi inservierit, & præsertim in vltimis diebus mensis Maii tunc proximè

elapsi, cum Villa Bergæ à militibus, aliisque Regiæ Maiestatis vassallis erat obsessa, quadam die post meridiem inter tres, & quatuor horas, quādam militum Villæ Cardonæ cohortem ad prædictam obsidionem proficiscentem, & auxiliādam proficiscentem, in loco vocato *lo salt del Colom*, cum aliis seditiosis hominibus, vulgò *Micalets*, insultaverit sclopetorum ictibus, & fugam rapere, & in domo vocata *de Sant Pons*, termini de Monclar, se recipere compellendo, ibique eam obsidendo; ita vt illius Duci, seu Capitaneo, vt ab ea obsessione liberaretur, cum eis transigere, ac pacisci, ne ad obsessionem Villæ Bergæ accederet, sed cum militibus suis ad Villam Cardonæ regrederetur, in vimque pacti promissum implere necesse fuerit. Similis 30. Augusti 1656. contra Andream N. aliàs *Rodon*, agricolam Loci de Puialt, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, non dubitavit à Villa de Torà, ad Celsanam ab inimicis Francigenis Regiæ Maiestatis occupatam, transfugere, ibique adversus Regiam Maiestatem, eiusque vassallos arma suscipere, officiumque Commissarii pro Rege Francorum exercere, & ali-

rer hostiliter se gerere. Similis 12. Decembris 1656. contra Josephum N. agricolam de Cardadeu. Similis 10. Martii 1657. contra Dominicum N. aliàs *lo Frare*, & Josephum N. aliàs *lo Rebatò*, delatos de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, cum Josepho N. dicto *lo Camator de Llobera*, inimico declarato Regiæ Maiestatis, ac sua coadunatione Francorum Regi inservienti, vulgò *Micalets de França*, cum armis sociatus interfuerit, & de resistantia vassallis suæ Maiestatis, vociferando *Visca França, viasos à lladres*. Similis 23. Maij 1658. contra Jacobum N. Loci de Seva, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: quia à dicto Loco de Seva transfugit ad partes inimicorum suæ Regiæ Maiestatis, & per Regem Galliæ occupatas, & quod adversus Regiam Maiestatem arma accipere non dubitavit, Francigenas adiuvando, & simul cum eis militando, & quod anno 1657. incessit armatus cū exercitu Gallorum, qui invasit præsentem Principatum, vsque ad Villam Granullariorum, & etiam de anno 1658. de mense Aprilis, quo exercitus Gallorū pugnavit cum exercitu suæ Maiestatis, qui obsessum tene-

bat Castrum Campiròtundi, invasit cum eo armatus, ubi fuit captus, & de aliis criminibus, & delictis. Omnes isti casus fuerunt decisi referente egregio olim Senatore, & Iudice Regiæ Curiaæ Fœlice de Miralles, cuius sublimis doctrina, & perspicax iudicium, non sine magno plausu agnoscebatur, nec tam singularium Jurisprudentiæ meritorum memoria deperiit. Actuar. Oriol, & Mercer.

Quinimò in Cathalonia, si reus huius criminis in primo capite, sit etiam caput coadunationis, declaratur reus mortis, & condemnatur, quod raptatus per terram, ducatur ad locum supplicii, & iuguletur per collum, taliter quod naturaliter moriatur, & anima illicò ab eius corpore separetur, & postea eius cadaver in frustra, seu partes scindatur, & caput eius ponatur in cavea ferrea in loco eminenti, in platea vulgò dicta *dels Traydors*, & quod post latam sententiam, & ante illius Realem executionē torqueatur in caput sociorum dictæ coadunationis, fautorum, & receptatorum, & quod eius bona confiscentur, & applicentur Fisco.

Sic fuit observatum 30. Augusti 1653. referente egregio tunc

13

14

tunc Tertiæ Aulæ Doctore D. Raphaelē de Vilosa, alibi commendato, pro Nobili Iosepho Marti de Ferran, eo tempore Iudice R. C. litteratissimo, cōtra Ioannem Paulum N. agricolam Loci Sancti Vincentii de Sarrià, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, tanquam caput coadunationis, vulgò dictæ *Miralets*, inservierit Regi Francorum. Similis 29. Augusti 1654. referente Miralles, cōtra Franciscum N. agricolam Loci de Tagamanent, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, tanquam caput seditiosorum hominum, vulgò *Micalets*, Francorum Regi inservierit. Similis 8. Maii 1658. referente consultissimo D. Iosepho Rull, tunc Iudice R. C. contra Antonium N. agricolam Parochiæ de Correa Diocesis Celsonæ, aliàs dictum *lo Capità Bisbe*.

15 Si verò hoc facinus habeat admixtum latrocinium in itinere Regio admissum, declarantur fontes rei mortis, & condemnantur, quod sustinentur palam, & publicè per loca solita Civitatis Barcinonæ, & quod amputentur eis auriculæ, ad suspendium in furca, confiscationem bonorum, & restitutionem rerum furatarum, li-

quidatione reservata, & ad torturam in socios. Ita invenitur observatum, referente Miralles 26. Iunii 1656. contra Petrum N. ferri fabrum Villæ de Sant Celoni. Similis referente etiam Miralles eodem die 26. Iunii, contra Cyprianum N. agricolam Loci de Ladors Diocesis Celsonen.

Limita, vt procedat hæc pœnæ impositio, quando plenè constat de hoc scelere, aliàs autem si probatio non sit plena, condemnatur reus ad pœnam extraordinariam, iudicis arbitrio, pro modo probationis, & aliis circumstantiis examinatis. Sic fuit iudicatum 8. Iulii 1654. referente Miralles, contra Martinum N. Villæ de Sant Celoni, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, anno 1652. in mense Novembris, non dubitavit arma suscipere cōtra Regiam Maiestatem, qui fuit condemnatus ad servitium Regiarum Triremium remigando per quinquennium; Et 2. Novembris 1654. referente eodē Miralles, contra Ioannem N. paratorem Loci de Palmarola, delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia, sociatus cum seditiosis hominibus præsentis Principatus, vulgò *Micalets* Francorum Regi

in-

inſervientibus, inceſſerit ad iuvandum inimicos Regiæ Maieſtatis, aliterque hoſtiliter ſe gerendo, qui fuit condemnatus ad ſervitium Regiarū Triremium remigando per decennium. Similis, referente Miralles 26. Aprilis 1655. contra Franciſcum N. agricolam Parochiæ de Prats de Mollò, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite, provt ſupra fuit dictum de Bernardo N. damnato 21. Octoris 1654. qui tamen Franciſcus defectu plenæ probationis, gradu doli inſpecto, fuit condemnatus ad ſervitium Regiarum Triremiū remigando per decennium. Similis referente Miralles 23. Februarii 1655. contra Iacobum N. agricolam Loci de Palau, delatum de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite: eo quia, non dubitavit cum Guillermo N. aliàs *lo Eſgarrat de Caraps*, & aliis ſeditioſis hominibus ſociatus, incedere per Villam de Ribes, congregando homines ad obſidendam Villam de Ripoll, & aliàs hoſtiliter ſe geſſit, qui fuit miſſus ad remigium in Triremibus per decennium.

17 Inſuper in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, primū ipſius caput proſequendo, nuſquam videtur extare materia parva,

quæadmodū in hæreſi. Diana p.5. tr. 5. reſol. 28. argumento ſumpto de hoc, ad ſcelus violatę Maieſtatis Divinę, de quo nos ſupra num.7. & firmiter obteſtata fuerunt duæ Nobiles Cathalanæ, altera clariffimæ familiæ de Cartellā, alia nota quoque ſanguinis ſplendore, Iſabela Montana nominata, quas imitata fuit alia minus alti generis, ſed non ignobilior moribus, vt extulerat Marin. Siculus lib.17. *Hiſtoriæ Hiſpan. Larrea alleg.65.num.26.*

18 Ex quibus, & aliis, quę circumferri poſſent argumentis, arbitrabitur vllus, fortasſè modicam, ac leviffimam fuiſſe vindictam impoſitam pro caſibus in præcedenti deciſione memoratis, cum plena in iis adfuerit, vt colluſtravi, probatio, & de reatu læſæ Maieſtatis in primo capite fontes imputentur, & crimen iſtud pœnis deductis à numer. 3. plectatur; in delicto namque æquali, propinquæ ſunt pœnę, ex Juſtiniano Cæſare in *Auct. vt fratrum filii ſuccedant pariter ad imitationem ſ. quia verò interdiximus*, vbi Gloſ. verbo *proximas*, adnotat, par delictum, parem exigere pœnā. Barboſa ex multis *axiom.181.num.3.* quę iuvantur communi proloquio, eandem rem non debere diverſo iure

iure censerī, de quo Barboſa
*axiom. 135. num. 7. iunge tradi-
ta decis. 12. num. 69.*

19 Ut autē acquieſcat animus
ita ambigentis, in mentem re-
vocemus, in omni negotio,
itidemque in maleficiis, cir-
cunſtantias eſſe apprimē atten-
dendas; ſiquidem aliquando
actus, qui ſuapte natura eſſet
bonus, ex circunſtantiis reddi-
tur malus, & peccato infici-
tur, vt probavi ſupra *decis. 4. à
num 1. ſublimiter eruditur ex-
cellus Angelus Thomas, Theo-
logorum culmen 1. 2. q. 73. art. 7
in corpore, & q. 19. art. 7. ad 2.
ibi: Qui vult dare eleemoſy-
nam propter iuanem gloriam
conſequendam, vult id, quod de
ſe eſt bonum ſub ratione mali,
& idēd prout eſt volitum ab ip-
ſo, eſt malum: unde voluntas
eius eſt mala; tunc enim cir-
cunſtantia finis mali, deſtruit
bonitatem ſpecificam, quæ ex
obiecto ſumenda erat. Seneca
epiſt. 71. fol. 145. quapropter hy-
pochriſis, ſeu appetitus vanæ
gloriæ fermento comparatur
Lucæ 12. nam ſicut modicum
fermentum totum farine, cui
adiicitur, maſſam corrumpit,
vniverſamque mox conſper-
ſionem ſuo ſapore commacu-
lat; ſic etiam ſimulatio cuius
ſemel animum imbuerit tota
virtutum ſinceritate, & virtute*

fraudabit. Venerabilis Beda
lib. 4. in Lucam cap. 52

Pariformiter propter circū- 20
ſtantias factum in aliam ſpe-
ciem delicti transfunditur, vt
videre eſt in ſupro monialis,
nam ex vſu venereo cum ſan-
ctimoniali clauſtrata, & intra
Monasterium degente, plura,
& enormia crimina, vnico atro-
ciſſimo flagitio copulata com-
plicantur. Primitus ſacrilegiū,
cognoſcendo carnaliter Mo-
nialem profeſſam, & detrectan-
do virginitatem Deo dicatam.
*Gloſ. in cap. virginibus 27. q. 1.
Farinac. q. 145. §. ſacrilegium,
per tot.* Deinde committitur
inceſtus nefarius, cum ſit ſpon-
ſa Dei, qui omnium eſt pa-
rens. *Cap. qui abſtulerit 12. q. 2.*
Inſuper alia inceſtus ſœditate
offunditur, ex *Cap. de inceſtis
35. q. 3.* ſuprum, & adulterium
addit Maſtrill. *de indulto cap.
32. à nu. 1.* ex Chirland. *in tract.
de pæn. omniſar. coſt. q. 1. nu. 10.
& ſeq.*

Proinde in hoc ſcelus inci- 21
dens pœna mortis punitur, ve-
luti ex Claro, Oſaſco, Maſcar-
do, Deciano, Menochio, Mar-
ta, Pichardo, Lupo, Barboſa,
Maſtrills, Fontanella, Farina-
cio, probat Regens Cortiada
decis. 89. num. 59. par. 2. cum ta-
men aliis ſupris leviores ad-
ſcriptæ ſint pœnæ, quas in ea-
dem

- dem decisione perleges.
- 22 His iūgo, quod in foro interno, duplicatio sacrilegii ex parte vtriusque personæ religiosæ est necessario fatenda, quod tamen si renuant aliqui, tenentes sufficere explicare speciem sacrilegii, vel coitus habitum, & non, quod proveniat ex parte vtriusque; sed probabilius multi defendunt, vtrasque circumstantias exponendas esse:
- 23 quia illæ duæ malitiæ differunt, non solum numero, sed etiam specie. Sic Vazquez, & communis Schola penes Leandrum q. 54. & apud Doctorem Ioannem Tholleuda p. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. num. 55.
- 24 Locus etiam diversificat delicta, ut patet in re sacra: nam si ea suffuretur de loco publicè sacro sacrilegium committitur, verè, & propriè, & irrogatur maior pœna, ut ex Menochio, Peguera, Farinacio, Thesauro, Vela, Barbosa, Iulivo Chartario, Thoma Delbene, probat Regens Cortiada decis. 112. num. 69. & 74. quando verò aufertur sacrum de nō sacro, quod propriè sacrilegiū de iure civili non sit, ostendit ibidem, & nu. 121. cum sequent. ubi pœnam profert, & Senatus exemplar.
- 25 Et generaliter, quod in quocunque genere delictorum, ex-

cre scat eorum atrocitas per circumstantias, desumitur ex text. in l. aut facta 16. §. sed hæc ff. de pœnis, ibi: Sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & eventu. §. atrox Instit. de iniuriis. Quintil. lib. 6. Inst. cap. 1. latè Farinac. in prax. crimin. q. 18. num. 60. & seq. & de furt. q. 165. num. 13. opportunè de circumstantiis Diana p. 1. tract. 7. per plures resolut.

Hactenus de circumstantiis 26
aggravantibus peregrinus, nūc de minuentibus videamus; nam sicut per illas delicta emergunt, augentur, & in varia genera transformantur; ita per istas, vel minuuntur, vel omninō abrogantur. Reassumamus ad institutum crimen sacrilegii, pœna capitis ei est designata. l. sacrilegii ff. ad leg. Iul. Maiest. & de morte naturali intellexerunt Farinac. de furt. q. 172. nu. 12. & 19. Thoro in comp. decis. part. 3. sect. 3. verbo sacrilegus col. 2. in princ. fol. 220. Barbosa in cap. 2. num. 3. de privileg. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 17. dffin. unica num. 6.

Attamen ex veriori opinio- 27
ne tradidit Reg. Cortiada in citata decis. 112. num. 70. quod puniatur pœna arbitraria, iuxta facti, & personarum qualita-

tatem, cum Iulio Claro, Gomez, & ibi Ayllon, Boerio, Peguera, Menochio, Deciano, Castro Palao, Riccio, Thoro, Farinacio, Thoma Delbene; & à n. 75. probat, quod ad augendam, vel minuendam poenam mortis, furi sacrilego suffuranti rem sacram à loco publico sacro, debet iudex ad quinque attendere, videlicet, qualitatem personæ, rei conditionem, tempus, ætatem, & sexum.

28 Circa personam: an honesta sit, solitaque delinquere, & an liber, vel servus, plebeius, vel miles, nam inter istos discriminantur poenæ, sicuti ultra relatos à Cortiada, stabilierunt Gutierrez. *pract. lib. 4. q. 16. n. 3.* Matienz. *in l. 9. glos. 2. numer. 1. tit. 17. lib. 5. recopilat.* Farinac. *in prax. q. 98. à num. 93.* Morla *in emp. iur. par. 1. tit. 1. in prælud. num. 44.* Spino *in speculo testam. glos. 16. in princ. num. 75.* Tusch. *litt. N. concl. 49. num. 4.* qui pro regula tradunt, nobiles, aut constitutos in dignitate, cum de poenis corporalibus agitur, mitius coerceri, quam ignobiles, sed quoad pecuniarias, secus: nam illi magis, quam vulgares homines onerantur.

29 Atverò regula hæc fallit, quoties ratione nobilitatis, vel dignitatis, delictum detestabi-

lius sit, quo casu non levius, imò acrius puniri, etiam corporaliter debent, vt contingit in delictis circa officium, vel ipsius prætextu, necnon si facinus in dedecus dignitatis, vel nobilitatis reflectatur. *Cap. cū quidem 12. de iur. iur. l. Presbyteri 8. Cod. de Episcop. & Cleric. l. vnic. in fin. Cod. de conducto-rib. & procurat. Bovadill. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 66. Guazzin def. 33. cap. 4. num. 11.*

Rem quoque perpendet iudex in sacrilegio vindicando, quippe sacrilegium, quod in rebus sacris exercetur, habet diversos gradus, & maius, vel minus iudicatur iuxta diversitatem rerum sacrarum. Cortiada *d. decis. 112. num. 77. & 78.* & post eum Reg. Matthæu *de re crim. contr. 36. num. 50. res sacras summi gradus num. 78. exprimit Cortiada, num. 85. Secundum gradum ponit, n. 89. res sacras tertii gradus describit. Eodem modo iniuriarum gradus distinguimus iuxta partem corporis, in quam contumeliosè damnum fuit illatum, veluti si in oculo quis percussus fuerit. Paul. in l. vulneris 8. ff. de iniur. ibi: *Vulneris magnitudo atrocitatem facit: Et nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percusso, prout accidit Lycurgo Lacedæmoniorū legislatori, cui**

Alexander baculo oculū eruit,
Authore Plutarcho.

32 Imò, & animus deliboratus
arguitur ex percussione in ali-
qua parte corporis periculosa,
ex qua percussus levi etiā ictu
solet mori, vt in capite, stoma-
cho, aut non dissimili. Farinac.
Mastrill. Giurba, Clarus, & Me-
noch. apud Cortiada *decis.* 98.
num. 54.

33 Suos quæcunque res gradus
recipit, vt de vtilitate publica
considerat Vicecancell. Crespi
obs. 1. à *num.* 51. vbi quod Rex
non potest foris præiudicium
facere ex causa publicæ vtilita-
tis regulariter, nec perpetuò;
nimirum si vrgentia sit ordina-
ria, vel medii gradus; benè ve-
rò valebit ex causa superioris
gradus, quia talis necessitas le-
gibus subiecta non est, nec su-
biici potest, sed ipsa legibus
imperat; & gradus similiter in
dolo consideravit Crusius *de*
indic. par. 1. *cap.* 3.

34 Causas, & circumstantias
præ oculis habendas in deli-
ctorum remissionib⁹, examinat
idem Don Christophor. Crespi
de Vallaura *obs.* 5. à *nu.* 192.
distinctione facta de causis in-
ferioris gradus, secundi, & ma-
ximi; & de necessitate scripsit
obs. 34. *num.* 24. duplicem esse,
communē, & extremā, quam-
libet habere suos gradus, &

quomodo observandum, vt in
ea cessent privilegia; multifa-
riasque hæc possent exornari,
quæ consultò prætermittimus.

De loco diximus supra. De 35
tempore, attendi etiam deberi
ad temperandam, vel acerban-
dam vindictam indubium af-
firmo, quo pertinet, vt qui post
multum temporis à quo deli-
ctum accidit pœnas dat, levius
punire debeat, quam admissi
qualitas postulabat. Covarrub.
var. res. lib. 2. *cap.* 9. *num.* 2.
Clar. *recept. §. fin.* q. 60. Caldas
in l. si curatorem §. lafis nu. 27.
Afflictis *decis.* 287. *ex num.* 1.
distinguit, ac limitat Faria ad
Covarrub. qui supra. Exem- 36
plum cerne ad pœnam aspe-
randam in delinquente, tem-
pore quo celebrantur divina
officia; iterum Crespi *obs.* 76.
vbi de vindicta adversus im-
pedientes, aut turbantes divi-
na officia. Et ex qualitate tē- 37
poris commissi delicti, aut ho-
miciidii, vtputa si quis sit occi-
sus de nocte, animum delibe-
ratum decerpit Cortiada post
alios *decis.* 98. *num.* 51.

38 Locus etiam animi delibe-
rati coniecturam exclusivam
præbet, si sit publicus; nec non
tempus, si sit diurnum. Farin.
cons. 60. *nu.* 11. *lib.* 1. & *cons.* 138.
num. 23. *lib.* 2. Juliv. Carthar.
decis. 95. *num.* 29. 30. & 31. Vet-
migl.

39 migl. *conf. 89. num. 6.* Roxas *decis. 338. num. 6.* & cum eis Cortiada *dict. decis. 98. num. 91.* & 92. sed ad hæc retine, quæ scripsimus *decis. 12. num. 18.* & generaliter pœnam legis minorari posse ratione culpæ, quæ recipit magis, & minus, declarat Xammar *de offic. iud. par. 1. q. 6. num. 26.*

40 Accomodantur hæc omnia ad institutum: nam non minus in crimine offensæ Maiestatis in primo capite gradus, qualitates, & circumstantiæ appenduntur ad suppliciorum genera imponenda: patet in revelante secreta Principis hostibus, qui crimen læsæ Maiestatis in primo capite committit. Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 13. num. 17.* & *cap. 29. num. 7. vers.* & pariter, & post eum Farin. *q. 113. inspect. 6. num. 120.*

41 quæ tamen conclusio limitatur *num. 5.* in revelante secreta Principis istius amico, animo Principem damnificandi: nam si ex revelatione damnum sequutum fuit, punitur pœna ordinaria huius criminis; secus autem si nullum subsequatur damnum: quia tunc levius punitur; utrobique autem læsæ

42 Maiestatis sceleris reus fit: in hoc enim maleficio affectus punitur non sequuto effectu, sicut in aliis quibusque atrocif-

simis delictis, ut cum Doctorum pagina, & textuum longa seriè, comprobatur Matthæu *de re crimin. contr. 13. num. 9.* quem laudavi *decisione precedenti. nu. 66.* nam facinus hoc exequatur parricidio, prout habetur supra *num. 2.* in quo specialiter cautum reperitur, ob eius immanitatem necesse non esse ad finem noxam pervenire, ut pœna debeat. *l. 1. in fin. ad leg. Pompei. de parricid.*

Idem ergo tenendum in hoc 43 aspernatæ Maiestatis crimine, primum ipsius caput semper adspiciendo: nam si sit devotum ad aliquem actum, etiam non proximum, verè commissum dicitur, & non effugitur omnis pœna, quamvis pœnitentia permotus reus revocaverit, & damnum inde non emerferit, ut conspicuè declarat Farinac. *q. 116. n. 157. vers. tverum,* aliorum Doctorum placita minus dilucidè prodita doctè enucleans.

Specialius verò nostrum casum 44 pertingendo Farin. allegatus *antecedenti decis. num. 68.* in hoc crimine verbis admisso, amplectendo veritatē opinatur *dicta quest. 116. num. 169.* Spectandam esse qualitatem personæ obiurgantis, locum, tempus prolatorum verborum; ex iis enim in isto flagitio, si-

- cut & in aliis poenę gradus sunt dimetiendi: in coercendis namque fontibus maximè est attendendum, ut graviora crimina acerbo supplicio, ac ma-
- 45 iori vindicentur; quem ordinè ipsa iustitia divina præscribit, quæ tametsi ad æquilibrium non puniat, cum summa semper benignitate vtatur, peccati gravitate perpensa; tamen quãto graviora sunt illa, acrius animadvertit, iuxta geometricam, vel arithmeticam proportionem. Suarez *in opusc. disp. de iust. Dei sect. 5. num. 17.* Caramuel *in Theolog. fundam. nu.*
- 46 1670. vbi ait hoc verum esse, etsi delicta sint eiusdem speciei; qua propter ex qualitate poenæ, gravitas, vel levitas delicti cognoscitur. *Cap. non afferamus in fin. 24. q. 1. Caball. cas. 197. num. 5. Farinac. in prax. q. 18. num. 83.*
- 47 Iniuria verbis suborta, minor est reali, cum hæc effectum permanentem producat, non vtique illa. Regens Matthæu *de re crimin. contr. 29. num. 43. 44. & seq.* vbi ex eo propugnat, quod iniuriatus re, licet non statim vlciscatur iniuriam, mitius punitur, temporis intervallo iudicis arbitrio posito; quando autem verbis fit iniuria, incõtinenti, & in ipso actu, & rixa, debet propulsari,

vt benignitati locus detur.

Quod durissimum fuerit sē- 48
per diiudicatū garrulitatis poenam statuere capitis, punctim ex alio Matheu comprobatur Reg Matthæu *contr. 75. nu. 23.* & propterea Jacob. Gothofred. *ad l. quisquis Cod. Theodosian. ad leg. Cornel. de sicar.* primum caput Maiestatis contemptæ in securitate imperii violatę discussit; secundum verò vocavit spretæ venerationis, videlicet quoties debita Principibus veneratio facta, dictove aliquo atroci violatur; refert Regens Villosa *post tract. de fugitiv. dis. 6. §. 4. num. 31.*

Et tametsi verbis inde com- 49
missum crimen læsæ Maiestatis secundo capiti, ex nuper dictis, videatur adscribendum; verumtamen aliud dicendum est, si tranquillitas publica ex vocibus maledicis periclitetur: quia tunc factum subsequitur, vel evenire facilè potest turbationis status, vt vberrimè antecedenti decisione monuimus; At non semper ita severè coercentur, vt totus poenæ rigor applicandus sit, sed voluntandæ sunt circumstantiæ, vt satis, sæpè, superque enuntiavimus.

Non arbitreris tamen per- 50
petuó verum esse iniuriam verbalem reali minorem reddi,
nam

nam non semel contrariū con-
tingit; interdum etenim ex
verbis magis quis læditur,
quam ex factis: quandoquidem
ex his offenditur tantummo-
do, qui re læsionem accepit; ex
verbis autem infamatoriis ple-
rumque tota obscuratur fami-
lia, & subintrat Theologorum
receptior sententia tenentium,
quod si quis vno tempore plu-
ribus iniuriam inferat, tot pec-
cata committit, quot sunt per-
sonæ læsæ iniuria tali; quidquid
in contrariū concludant Lean-
der *tom. 2. q. 25.* apud Joannem
Tholleuda *in summa p. 1. tract.*
5. disp. 8. §. 3. num. 41. & Bona-
cina ab ipso citatus, & com-
muni sententiæ non aduersa-
tur attentè perlectus Xammar
de offic. iud. part. 1. q. 11. num. 12.
confert Caldero *decis. 30. n. 13.*
part. 1.

51 Certum æquè dignoscitur,
quod si iniuria recepta contra
honorem, & famam positivè
in alium redundans, veluti in
Monasterium, patrem, & ge-
nus, condonetur ab vno, non
liberatur iniurians à restitutio-
ne cæteris fienda, ex Arag. Sa-
lo. Petr. Novar. Reginal. Paul.
Layman *sum. Theolog. lib. 3. p. 2.*
52 *cap. 7. num. 5.* indeque fit, quod
si iniuriæ omnes inficiant con-
sanguineos, ad eas vindican-
das admittantur consanguinei

intra quartum, sextum, aut sep-
timum gradum, iuxta diversa
Doctorum placita. Menoch.
de arbitr. cas. 262. num. 2. Angel.
in leg. lex Cornelia num. 1. in fin.
de iniur. Herculan. *in tract. de*
cantion. cap. 19. Baiard. ad Clar.
in §. iniuria num. 37. in Regno
Castellæ servanda est *l. 6. vbi*
Gregor. *glos. 6. tit. 23. p. 3.* Ro-
bert. *lib. 4. rer. iudic. cap. 12.* Es-
cobar *de purit. p. 1. q. 13. §. 4. nu.*
82. vbi, quod ad defensionem,
omnes de sanguine sine distin-
ctione arbitrio iudicis admit-
tuntur.

Huius generis est maledicen-
tia in Principem cum status
eversione: nam ex illa, non so-
lum Principis Maiestas obum-
bratur, sed, & publica salus pa-
titur, sicque suprema lex dis-
rumpitur, cum eam iura sem-
per contemplètur, & quomo-
do. Robert. *lib. 2. rer. iudic. cap.*
11. fol. 166. B. & seq. Escobar *p. 2.*
de purit. q. 1. glos. 7. num. 1. Sal-
gado *p. 1. de retent. cap. 5.* Castill.
de tertiis cap. 9. Vela *diff. 35. nu.*
71. Escalon *lib. 1. gazoph. cap.*
45. num. 11. iterum Salgado *p. 1.*
retent. cap. 1. §. unic. num. 1. § 4.
& seq. & cap. 5. tot.

Propterea inter publica iu-
dicia læsæ Maiestatis crimen
recensetur, tum quia in eis ac-
cusare quilibet potest. Garzia
de nobilit. glos. 3. num. 34. §. pu-
bli.

53

54

blica Instit. de iudic. vbi, quod cuius ex populo executio eorum plerumq; datur; tum quia, & in eo tota Respublica magis damnificatur, & ex his, aliisque rationibus, primum locum inter publica iudicia hoc crimen obtinere adnotarunt Interpretes *ad l. 1. ff. de publ. iudic. & ad §. publica autem 2. Instit. eod.* & adeo publicum voluerunt, vt non solum ab ipsis, qui cætera iudicia publica deferunt, possit accusari; sed & ab illis qui alioqui neque accusare, neque testimonium reddere possint, *ex l. famosi 7. ff. ad leg. Iuliam Maiest. Simancas in Cath. Instit. tit. 4. num. 3.* Sicut etiam, & fortius publicum nominatur delictum, quod principaliter respicit offensam Dei. *Iul. Clar. lib. 5. receptar. §. 1. vers. item omne delictum,* vbi ponit exemplum in blasphemia, & aliis; sicque eius accusationem omnibus de populo patere docet *Ant. Gomez Var. tom. 3. cap. 1. num. 2.* vbi Ayllon cum multis pœnam huius delicti adducens, distinctione facta inter hæreticales; & non hæreticales blasphemias, de quo copiosè, & magistraliter *Carena de offic. Sancti. Inquisit. par. 2. tit. 7 §. 2.*

56 Provt ergo blasphemia, que

in Deum prorumpitur, gradus suos distinctos habet malitiæ, & iuxta eos pœnas luere debent rei; non aliter maledicentiæ, & obloquutiones in Principem, sed vtrumque scelus publico iudicio, & quocunque accusante arguitur, cum omnes in ea, iniuria, & damno veluti Reipublicæ portiones comprehendantur; & tamen in privatis criminibus tantum accusare posset, qui iniuriam passus est. *Iul. Clar. qui sup. lib. 5. §. 1. vers. privata autem delicta. Scaccia de sentent. & re iudic. glos. 14. q. 19. ex nu. 58. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. num. 38. & 39. Farinac. q. 18. num. 15.*

57 Quapropter non putes fallere nusquam posse dicta desuper *num. 17.* nempe in hæresi non dari materiam parvam; nam aliquando contrarium est tenendum, scilicet quando diceretur aliquod leve verbum sapiens hæresim, nam tunc parvitas excusaret à rigiditate pœnæ hæresis. *Sayr. & Leon, quos sequitur Diana par. 5. tract. 5. resol. 28.* & quamvis regulariter in blasphemia non admittatur parvitas materiæ; attamen dicitur tantum peccatum mortale, & non blasphemia, convicium aliquod in Sanctos, non vt Sancti sunt, sed alio respectu,

tu, vt declarat Diana p. 5. tract. 5. resol. 3. & Sanchez ab eo laudatus.

58 Nulla profectò res est, nullumque negotium, quod à circumstantiis omninò diuelli possit, vt leuis, gravis; vel maxima constitui valeat, & maiori, vel minori pœna coerceri, vt considerabam *nu. 19. 40. & 49.* & amplius suadetur: quoniam pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ pro facti qualitate, ac temporis, pro temeritate, pro exemplo, & aliis, de quibus meminit Caball. *resol. crimin. cent. 3. cas. 294. num. 293. & seq.* vbi notat, quod Principis arbitrium ex cœlesti motu sumitur, probans ex Baldo *in l. 1. Cod. de summ. Trinit. & f. d. Cath. in vltima oppos. Afflictis in Constit. Regni lib. 1. rub. 35. de Official. Reipub. Const. Officiales 2. num. 4. Carrer. in prax. criminal. §. circa igitur tertium num. 32. & seq. vers. an & quando fol. mihi.* Bossius *in pract. crimin. tit. de Princip. & privil. eius num. 82. vers. pœna omnis.* Farinac. *in prax. q. 17. nu. 60. vers. sublimita hanc nonam limitationem,* idem Caball. *tom. 1. cas. 99. num. 102. & 103. Cyriac. contr. 69. Conciol. resol. crimin. 13. verbo pœna n. 5.* Punctim quod arbitrarium sit Principi, qua pœna dignus

videatur, qui eius mandatum contempsit, inspecta inobedientiæ qualitate. Giurb. *confil. 32. num. 22.* vbi contemnere quis dicatur.

Et quid mirum, quod pœnæ sint Principi arbitrariæ, si indicia, ex quorum efficacia pœnæ dimanant, in arbitrio quoque iudicantium resident. *Grammat. conf. 17. in fin. Boss. tit. de indic. num. 30. Alexand. conf. 77. n. 4. Cravetta conf. 35. n. 20. Clarus in pract. quæst. 20. & 84. Farinac. q. 36. num. 252. q. 37. num. 192. q. 38. nu. 33. 86. Merlin. decis. 100. num. 14. Olasch. decis. 79. num. 57. Eugen. conf. 63. nu. 14. Felic. alleg. 46. num. 77. Caball. tom. 1. cas. 200. numer. 143. Giurba conf. 42. num. 15. quod* 60 & in omni probationum genere receptum auditur, ex text. *in l. 3. §. 1. ff. de testibus,* ibi: *Tu magis scire potes quanta fides sit habenda testibus.* Escobar *de purit. par. 2. q. 9. §. 3. num. 74.* vbi quod iudicis arbitrio relinquatur, ex testium rationibus, qualitatibus, & aliis circumstantiis, quanta sit testibus fides præstanda. Quæ tamen intelligas cum modificationibus quas subdam *infra nu. 102. & 108.*

Compefcant ergo ineffrenatae linguæ proclives audaciam, scituri, quod aliquando
be;

benigna, quandoque gravi poena, & graviori in nostro Senatu hucusque infligis, pensatisque circumstantiis acerrima, religiosè, ac sanctè punientur. Non enim semper vaniloquia levitati tribuuntur, sed multoties versutia, præsertim in hominibus, vel à pravis parentibus genitis, vel malevolis moribus imbutis, veluti in Principis numine parum fidis; hi enim Republicam sæpissimè confundunt, atque suis mendaciis, & fraudibus, quibus abundant, & passim vtuntur, magnas contentiones permovent, vt in simili tradiderunt Andr. Tiracquell. in l. 5. connubial. 5. p. glos. 1. num. 29. Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in speculo Principis rub. 11. Didacus Velazq. in defens. stat. Toletan. cap. 52. pag. 110. Marquez en el Gover. Christ. lib. 1. cap. 3. §. 4. & inclinationes ab ipsa natura alicui generi derivatæ in progeniem cum semine transcunt. Ovid. lib. 4. metamorph.

*Qui vir, & in filiis venit
à radicibus humor,*

*Et patrum in natos transcunt
cum semine mores.*

Hincq; Horatianum illud pluries decantatur lib. 4. oda. 4.

*Fortes creantur fortibus, &
bonis*

*Est in iuvecis, est in equis
patrum*

Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant aquila columbam.

cum aliis congestis à Sanchez in decalog. lib. 2. cap. 17. num. 7. 10. 11. cum duobus seq. Chassan. in cathal. gl. r. mund. lib. 11. confid. 25. per tot. quamobrem in alia specie animadvertit Otalora de nobilit. 2. p. 3. princ. cap. 7. num. 14. vers. *Ceterum quod dicitur, iniuria Regem maxime prosequi, qui tacita natalium macula eorum descēdentes patrocinator ad officia publica obtinenda, quod & multis probat Bovadilla in polit. lib. 1. cap. 4. per tot.* 62

Non indiscretè igitur lubrico linguæ obiurgationes assignantur, nam aliquando recoli oportet sacri textus sententia præclara Matthæi 12. nu. 34. & 35. *ex abundantia enim cordis os loquitur; & eiusdem Matth. 26. num. 73. verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit;* plenum, & parturiens cor erumpit in verba denotantia bonum, aut malum internum: correlativa sunt verba, & cor; nam lingua nihil aliud est, quam index cordis; vnde enascitur dictum admirandum; bonus homo de bono 63

bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala; cui consonat *Psal. 44. Eructavit cor meum rerbū bonum*, & annectitur quoque *Matth. cap. 15. num. 18. quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt*; idcirco exaravit *Cevallos commun. contr. commun.*

64 *q. 828. n. 219. p. 3. quod cor est imperator linguæ, & habet eam sicut mancipium sub sua iurisdictione, & idedò merito advertitur in Cap. ex merita plebis 13. S. parcant singuli detractioni 6. q. 1. ibi: Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos: & sciant, quia cuncti qui de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur; Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi quod in pulverem sufflant, & in oculos suos terram excitant? Can. inter verba laudantium 11. q. 1.*

65 *Maximè cor detegitur per verba insipientium, iuxta sensum Eccles. cap. 21. num. 29. in ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os illorum, & notat Plinius citatus per doctissimum Episcopum Barbastren. postmodum Albarcacinensem Don Fr. Hieronymum Baptistam de Lanuza Ordinis Prædicatorum ad homilias quadragesimæ homil. 23. §. 11. num. 34. prout etiam refert Beyerlinch in magno Theatro vite human. tom. 4. verbo lingua,*

quod natura posuit duplicem venam in lingua, alteram, quæ tendit ad cor, alteram verò, quæ ad cerebrum pergit, idque cum magno artificio, vt disponatur, quod reconditum in corde, non evulgetur lingua, quin prius ruminetur ab intellectu; & ratione, attendendo primitus finem intentum in eo, quod profertur; secundò circumstantiam veritatis, occasionis scandali, infamiæ, & damni quod sequitur, vt consuluit divinum oraculum: *verbis tuis facito stateram*: Plura ad ornatum, eruditissimum ingenium Francisci Garau è Societate Jesu, *en el Sabio instruido, maxima 21. tom. 1.*

Verè quidem non expedit 66 ignoscere linguæ vitiosæ, cum nec oporteat nonnunquã parcere labiis exterius candidis, ex interno autem cordis nequitia refertis, iuxta *Isaiam cap. 29. vers. 13. populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me*, quod & *Matth. cap. 15. nu. 8. præcavendū suavit, & Polybius in suis historiis, inquit: Novus quippe modus calumniæ inventus est, non vituperando, sed laudando fama, & commodis hominum insidiari*; pro quo maleficio 67 stellionatus crimen introductū fuisse, desumitur ex *Salomone Proverb. cap. 30. num. 28. Stellio manibus nititur, & moratur in*

adibus Regis, & hosce adulatores non minus puniendos, quàm menetræ, & falsi testimonii reos, Solorzano embl. 50. num. 36. vbi de his lepidè, ac disertè.

- 68 Corde, & labiis obsecundent vassalli suo Principi, atq; patri, prudenti reverentia loquendo, ac amando, non dolum simulantes verbis. Ora, & corda iudices examinent, verba, & circumstantias distinguendo, ac pœnarû gradus, sicut & criminum eviscerando; sic enim fiet, vt modus custodiatur, qui omnibus in rebus servari iubetur. *l. ex damni 40. in princ. de damn. infect. & Petr. Rebuff. in leg. maiori 156. col. mihi 754. vers. modus est ff. de verb. sign. scribit, esse medium conservativum, limitem iustitiæ, ornamentum ordinis, & viam morum; & vt inquit Divus Greg. homil. 3. super Ezech. Iustitia temperantiam sequi debet: quia plerumque iustitia, si modum non habet, in crudelitatem cadit, & concinit Horat. Satyr. 1. & lib. 2. od. 10.*

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra, citraque nequit consistere rectum,

Auream quisq; mediocritatem diligit.

- 70 Hoc modo dictat æquitas, & ob id ius, quod ars boni, &

æqui diffinitur, in mediocritate sistit inter rigorem, & benignitatem, prout casus, & tempora postulant. Cuiac. *ad l. 1. ff. de iust. & iur. pag. 93.* & plures alii recensiti per Albert. Bolognet. Hostiens. Cavalcan. & Guillerm. Maran. in peculiaribus commentar. quos de iure, & æquitate ediderunt.

Prudentia, quæ semper iustitiæ clavum comitatur; nihil aliud imperat, cum in recta ratione versetur, rerum agenda- rum circumstantiis prævisis, quarum præscripto omnes aliæ virtutes in suis actibus continentur, vt edocuit Div. Thomas 2. 2. q. 47. art. 6. venustè Menoch. *de arbitr. cas. 426.*

Hinc ordinem in pœnarum ultione scribentes delinearunt, quod præterquam ex superioribus elucescit, ex eo etiam patet, quod adhuc in inferno, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, servatur tamè quo ad pœnas damnatorum: nam alii maiores, alii minores patiuntur. *Apocalyp. 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum, & luctum; Et Deuteron. cap. 25. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus: refert Mantica conf. 22. num. 13. lib. 1. & qui, & qualis sit ordo in inferno, exponit Martin. Delrio *disq. mag.**

tom.1. lib.2.q.30. in prima sect.
fol.284. col.2. in parva impres-
sione; & ex eis Cyriac. contr.
201.num.13.tom.2.

73 Non solum in Principe om-
nes pœnæ sunt arbitrariæ, vt
firmavi num. 58. sed etiam cæ-
teris iudicibus, tametsi infe-
rioribus, existente iusta causa,
iuxta facti, & personarum qua-
litate. Tiraquel. de pœn. tem-
per. in pœfat. num.1. 3. & seq.
Clar. in præf. §. fin. q.85. vers.
ulterius quero. Andr. Gail
de pac. publ. lib.2 cap.9. nu.22.
latè Farinac. de delict. & pœn.
q.17. num. 5. 6. & seq. & conf.
121. num.13. lib.2. Guazzin de-
fens.33. cap.17. numer.1. & seq.
Giurb. conf. 12. num.9. Capic.
Latro decis.177. num.30. & de-
cis. 192. num.31. tom. 2. & cum
his Conciol. resol. crim.13.nu.1.
verbo pœnâ, addo Berart de
visit. cap.26.num.35. & 36. qui
notat, in Cathalonia commu-
niter omnes pœnas esse arbi-
trarias, & rationem assignat ex
eo, quod delicta ex qualitati-
bus, & circumstantiis, modò
sunt graviora, modò leviora,
quas omnes cum leges non
potuerint explicare, dederunt
propterea iudici arbitrium de-
licta coercendi, aliquando gra-
vius, & aliquando levius, pro
vt illorum qualitates, & cir-
cunstantiæ deprecant; & proin-

de Levitici 19.num.35. habetur:
Nolite facere iniquum aliquid
in iudicio, in regula, in ponde-
re, in mensura, vt inde edisca-
mus, qualitates omnes esse in
iudicando dimetiendas.

Veruntamen hæc omnia in- 74
tellige, vt Conciol. ibidem, de
certis Magistratibus, vt eluci-
dabo num.102. secus in mino-
ribus: non enim inferioris
sphæræ hominibus datum est
arbitrium, quod Principi est
concessum, delicta ex circun-
stantiis augendi, vel tempe-
randi, sicut faciunt illi, qui non
solum hæc, sed etiam, quæ
Principis servitium directè tã-
gunt, nedum suæ summæ pote-
stati aperiendum non relin-
quunt, cuius est proprium, &
admodum peculiare, sed nec
ipsius Magistratibus, contra
quos invehit eleganter Vice-
cancellar. Crespi obs.1. à num.1.
enodans commune dictum, scæ-
lices futuras artes, si soli arti-
fices de eis iudicarent, de quo-
rum indiscreto zelo aliqua te-
tigi decisione præcedenti; &
hoc prætextu, & sub umbra
falsa, & simulato amore Regio,
mille machinantur adversus
publici gubernii sanctiones,
indignationem Principis non
extimescentes, cuius tamē pœ- 75
na est ipsi arbitraria, aliquan-
do exilii, quandoque gravior,

non semel gravissima etiam
mortis, attenta qualitate facti,
& inobediētiæ, & importantia
negotii, vt cum Menoch. Fa-
rinac. Cavalecano, Cavallo,
Guazzin, Giurba, refert Con-
ciol. *ref. 15. num. 4. Verbo pœna
indignationis Principis*, hæc in-
maledicos convertere perdiffi-
cile non erit, terminanter de
hoc puncto nos *infra decis. 24.
num. 11.*

76 Observari debere modum,
æquitatem, prudentiam, ordi-
nem, gradus in gubernando
orbe, in secernendis probatio-
nibus, in distinguendis crimi-
nibus, levius, aut gravius in-
spectis circumstantiis, & quali-
tatibus superius enarratis, pro-
bavimus, quas Theologi sub
illo metro patefaciunt.

*Quis, quid, ubi, quibus auxi-
liis, cur, quomodo, quando,*
de quibus plene, & utiliter
Leander *in summa p. 1. tract. 5.
de Sacram. Pœnitent. disput. 8.*
apud Doctorem Joann. Thol-
leuda.

77 Harmonia artificii probatio-
nes componuntur ad animum
demulcendum, imò arctandū:
nam in melodiis ex multis cō-
sonantiis constat harmonia;
vnde in musicis est reperire to-
num, & semitonum, quæ con-
currunt ad vnam consonantiā,
& idem est in probationibus

tendentibus ad eandem con-
clusionem finalem, & habenti-
bus consonantias colligatas ad
invicem. *l. qui sententiam
Cod. de pœnis. Bald. in cap. cum
causam ante num. 1. de probat.
Barbat. cons. 25. col. 2. vol. 2.
Curt. in concl. 12. nu. 7. de testib.
Roland. cons. 33. v. isis in prin-
cipio vol. 2. Pacian. de probat.
lib. 1. cap. 14. num. 5. & 6. Solorz.
embl. 48. nu. 5. vbi similiter ob-* 78
servat, in humano corpore ex
multis membris sibi invicem
coherentibus perfectum cor-
pus fieri; addo Roxas *de in-
compatibil. p. 1. cap. 7. à num. 1.*
vbi non paucæ ad intentum,
& inter alia concludit, quod
dissonantia nihil aliud sit, quā
duorum sonorum non iucun-
dè iuvantium ad aurem perve-
niens aspera percussio, & quod
tonus sit consonantiæ princi-
pium, ex soni ad sonum pro-
portione proveniens, & in vni-
tate vocum consistens, quæ vni-
tas si præscindatur, iā non erit
vnitas, divisione reperta, ex
Speculator. *p. 1. tit. de arbitr.*

79 Quo fit vt in probationum
contextu, earum vnitas, & cō-
eatenatio dispiciatur ad totius,
& aggregati efformationem in
vnione, & conglutinatione, ac
serie indiciorum consistentem,
ita vt cernere circumspectè iu-
dex debeat, qualiter probatio-
nes

80 nes sint vestitæ, & se se invi-
 cem adiuvent; sunt enim indi-
 cia quædam argumenta com-
 pacta ad mentem, anin. unque
 convincendum, non per de-
 monstrationem logicam, sed
 topica legalia, & probabilia,
 seu vrgentia. *Cap. 1. in fin. de*
homicid. in 6. l. non omnis §. à
barbaris ff. de re milit. Matth.
de re crimin. contr. 2. à num. 44.
et contr. 47. nu. 28. & ita quan-
 to maiori vnitate, & consonan-
 tia consequuntur, eo vrgentius
 81 premunt, & concludunt; velu-
 ti si cedes commorantis in do-
 82 mo accidat dies, ponatur oc-
 tava, furandi causa, præcedat
 infidi famuli mores cum do-
 mino, nimia voluptas illius in
 ludendo partitas improportio-
 natas, vicinitas sui cubiculi
 cum eo, in quo solebat cuba-
 re interfectus: subsequuntur
 nulla penitus signa doloris ne-
 eis, repertura pecuniarum ar-
 genti considerabilis summa, &
 circa eam variationes rei, ac
 inverisimilitudines, alia reper-
 tura bursæ intercepti in loco
 proximo cubiculo inquisiti; vt
 hæc indicia multum vrgcant
 attendetur vicinitas præceden-
 tium cum facinore: nam si do-
 minum die 6. fraudavit, die 7.
 præ excessu lusit; die 8. in do-
 mo fuit, cubiculum ita proximi-
 mum est ei, quo occisus obdor-

mirè solitus erat, vt per aliud nõ
 esset aditus actus, qui sequuntur
 suspicionem continentes sunt
 immediati ad diem criminis,
 vtpote lætitiæ, vbi mæror mag-
 nis decebat, repertura pecu-
 niarum etiam paulò post; his
 probatis, & aliunde adminicu-
 lis vestitis; argumenta maio-
 ris erunt efficaciam, indicia me-
 lius concatenata, totum perfe-
 ctius completum, & consonan-
 tia securius excitabit harmo-
 niam.

At si fraus fuit multò antea 82
 tempore, & itidem ludus, cu-
 biculum tale est, vt adiri aliun-
 de illuc possit, exultatio multò
 post evenit, sicut & repertura
 pecuniarum, & alia repertura
 bursæ occisi, in loco fuit, ad
 quem plures pervenire possent,
 argumenta erunt debilia, &
 dissonabunt series, & negotii
 indicia.

83 E converso flagitium dero-
 bandi animo evenit die 10. die
 9. reus secretò alloquutus fuit
 eum latronibus, de aliis aliun-
 de criminibus impetitis, die
 10. vtrique, & reus, & grassato-
 res ad delicti locum accesser-
 unt, licet non associati, tracta-
 tum tamen impleturi; simulat
 reus, qui socium se præbuit de-
 robati, & multa agit, quæ do-
 lum denotant, dum homici-
 dium, atque latrocinium per-
 pe-

petrantur; illicò post delictum, neque conqueritur, neque clamat de morte focii, pecuniam apud se perventam, & ab ipso absconditam, non revelat, nec restituere curat, & die XI. cum captum se videt super magna parte furti transigere studet, vt vitæ incolumitatem assequatur; hæc sanè, seriem, vrgentiam, & consonantiam magnā faciunt; adeo quod indicia, & argumenta animum evincant, vt reus de furto tractatu præcedente admissio legitimè impunitus habeatur, & damnetur.

84 Secus verò esset, si & alloquutio fuisset multis retro elapsis diebus, & simulationes, ac alia longè anteissent maleficium, & omnia tanta vnione, & serie non colligarentur.

85 Aliis duobus exemplis res fit patens; primum in catena inuenietur, quæ alligatio est quarundam metalli particularum, quasi se capiendo teneant, & si pulchra connexionem, & sequela disponatur, optima erit catena: si verò inter vnā, & aliam particulam, difformia quædam medient, & in consequentia inuenusta videbitur: non secus in probationibus, si ea simili alligentur vinculo, & æquali vniantur ligamine, perfectè arctabunt; si verò dissimilia intercedant, nec vnio,

nec catena erit benè concinnata, vt mens capescat, & indicium de delicti evidentia formet: idcirco Hercules Gallicus catenis describatur ab ore exeuntibus, insignum, quod argumentis, ac rationibus probè se se inferentibus alliciebat gentes, & cognitione victos, & victos concatenatebat, depinxit Lucian. *in Hercule Gallico*, & emblemata cōfecit Alciatus sub titulo: *Eloquentia fortitudine præstantior*, & incipit *Arcum leua tenet* &c.

Aliud exemplar præbent Horologia, de quib⁹ scripsit Casiodor. *li. de div. lib. c. 30.* quoddam esse solis claritatem indicans, alterum verò aquatile, quod die, noctuque horarum iugiter indicat quantitatem, miroque ordine in terris aqua peragit, quod solis flammeus vigor desuper modulatus excurret; ita quæ natura diuisa sunt, ars hominum fecit ire concorditer, in quibus fides rerum tanta veritate consistit, vt quod ab vtrisque geritur per internum os æstimes esse constitutum. Non aliter coalescit probationum veritas, & fides, si indicia concorditer se respiciant, vt horologii rotæ, quarum vna ab alia dependet, eique connectitur ad spiritus con-

continuatam agitationem conseruandam; at si rotarum interuertatur concordia, deficit spiritus, horarumque pulsatio: pariter ergo deficiet probationum vis, ac efficacia, si illarum indicia non consequantur, atque concordent. Et ne perincerta, & emendicata vagemur suffragia, adeamus Farinacium, qui q. 89. *inspelt.* 4. num. 98. expressim in specie indiciorum constabilit formari perfectam probationem ex antecedentibus, & consequentibus, vel ex malè sequuto effectu, & idem profitetur de *falsitate* q. 162. num. 227. & post eum Crusius de *indiciis part.* 1. cap. 3.

Quandoquidem actus sequens præcedentem declarat voluntatem. Giurb. *consil.* 90. num. 7. & præcedentem arguit animum qualis fuerit. De scala qualiter ordinationi indiciorum assimilatur dicam alibi.

87 Pluribus fulciuntur differentia, & considerationes istæ Doctorum testimoniis, & authoritatibus, probat Tuschus *concl.* 635. num. 24. *litt. P.* vbi ad hoc, vt sufficiant præsumptiones ad pœnam ordinariam, non solum vult, quod sint probatæ duobus testibus, sed & quod tendant ad eundem finem, & melius *eadem litt. P. conclus.*

632. nu. 9. vbi ex Baldo in *l. multum interest num. 2. vers. venio ad secundum, Cod. si quis alteri, vel sibi &c.* tenet, quod ex præcedentibus delictum, & ex utroque probatur delictum, sicque dicit simulationem non probari à priori, & posteriori, sed ab utroque simul iuncto; & infert, quod ex tractatu de occidendo Titium inter Seium, & Mævium, si Mævius occidit, præsumitur vigore præteriti tractatus interfecisse; hucque intrant regulæ, quod eventus posterior formatur à primordialibus, de qua Franc. Ferrer in *Const. Cath. glos. 1. num. 231.* post Surdum *consil.* 32. num. 12. nec non alia, quod exitus acta probant, de qua Barbof. *axiomate* 87. pro qua consulendus Giurba *consil.* 84. num. 13. & alludunt argumenta ab effectu ad causam, tradita pariter à Barbof. in *locis comm. argument. loco 41. & loco 23.* à consequenti, vbi declarat, si consequens, & antecedens non ad contrarios, sed ad eosdem tendant effectus, concinit Larrea *alleg. fiscal.* 66. num. 24. & 25. vbi quod præsumitur, quando aliquid præcessit, quod sequitur, in eius fieri executionem, & *numer.* 25. dolum actus sequentis colligit ex præcedenti. Hinc cum multis Conciolus

88

89

90

lus

lus *resolut. crimin. 6. num. 3. verbo indicium ad torturam*, tenet, quod quando indicia imperfecta in substantia probationis tendunt ad eundem finem, ut puta, si vnus testis deponat vidisse Scium parantē arma, alius vidisse eum fugientem cū gladio evaginato, & alius vidisse eundem in nemore absconditum, & similia: tunc indicia prædicta inter se subordinata, licet imperfecta in substantia indicii, & probationis, coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam; & intrat regula, quæ non profunt singula, multa iuvant.

91 His adstipulatur, quæ de brevitate temporis, & vicinitate actuum, commendat Gabriel *comm. concl. lib. 1. concl. 13. à nu. 6. de præsumptionibus*, docens, quod ex vicinitate actuum trahitur sufficiens præsumptio ad probandum delictum; & *num.*

92 12. elicit, quod præsumitur mandatum ad occidendum, si postquam dominus est loquutus cum famulo, iste alium peremit, quod si homicidiū fuerit commissum post multos dies, dubitarunt Innoc. *in cap. ad audientiam de homicid.* Bartol. *in l. non solum §. si mandato num. 12. ff. de iniur.* Felini. *in cap. sicut dignum num. 12. de homicid.* circa hanc rem est text.

capitalis *in cap. officii 38. de elect.* vbi Barbofa videndus: conferunt Farinac. *de falsit. & simulat. q. 162. num. 146.* Gigas *de crimin. les. Maieft. lib. 3. tit. 1. q. 6. nu. 10.* Capyc. *Latr. conf. 35. & decis. 134. à num. 2. lib. 2.* & ibidem Manfrella, addendū Tondut. *quest. benef. lib. 1. q. 64.* Vela *diss. 38. num. 51. & à num. 79.* Farinac. *in prax. tit. de pæn. temperand. q. 89. à numer. 117.*

Pleraque itaque sunt in probationum cursu, quæ iudicis arbitrio remittuntur, veluti, quæ sit inimicitia capitalis in teste, ut non credatur. Farin. *q. 53. num. 57.* Vermigl. *conf. 15. num. 8. & conf. 30. num. 6.* Si amicus ministretur pro amico, quomodo probet; & qualiter sint distinguendi gradus amicitiae, ut maior, vel minor probatio insurgat, arbitrio iudicis dirigitur Farinac. *q. 55. nu. 242.*

De socio itineris, an sit idoneus testis super iniuria facta socio, disquirunt post antiquos Pascal. *de patr. potest. part. 1. cap. 10. num. 36.* Carena *de offic. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 5. nu. 60.* Vermigl. *conf. 42. nu. 5. & conf. 146. num. 2.* Conciol. *alleg. 84. num. 3. 4. 5. & resol. crimin. 20. verbo testis quo ad personas,* sed Farinac. *de testib. quest. 60. num. 405.* postquam limitavit,

& sublimitavit, declarando cōcludit, quod multum in hoc articulo iudicis arbitrio relinquitur, iuxta Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 474. num. 1.* Mascard. *de probation. lib. 3. concl. 1312. num. 6.* vbi concordantes, & innumera similia circumferri possent exempla.

96 Si tot, tantaque ad probationis vires capescendas iudicis arbitrio committuntur, demirari nequimus, delicti punitiones arbitrio quoque iudicantium concedi; sunt enim probationes, quæ criminolum faciunt, non delicti nomen; & hinc dimanat, quod adversus proferentem verba iniuriosa Ministro Regio, tam superiori, quam inferiori, arbitrariam pœnam decreverint Farinae. Menochius, Sanfelicius, Thoro, Bovadilla, Riccius, & alii laudati per Cortiada *decis. 99. num. 18.* & *decis. 102. num. 33. tom. 2.*

97 Forma ergo ponderandi, ac cognoscendi efficaciam indiciorum, sistit in eorum vicissitudinaria colligatione, & ordine, ac serie perpendenda; taliter quod, si ex ea facti evidentia resulter, partes iudicis solum sint in condemnando. Larrea *alleg. 48. numer. 6. & 7. tom. 1. qui num. 30. confirmans ea, quæ de probatione sumen-*

da ex prioribus, & consequentibus differuimus, & bene arguit, medium præsumi probatis extremis.

Faciendum est profectò iudicium aggregatum inspiciendo, iuxta tritam regulam in his valdè peculiarem *nu. 89.* adductam: singula quæ non prosunt, simul collecta iuvant, desumptam *ex l. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2. l. heredes mei §. eremita ff. ad Trebell.* Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 5. num. 42.* Gutierr. *lib. 3. pract. q. 19. num. 34.* Barbosa *voe. 77. num. III.* sequendo iussionem *99* legalem dictantem, totum inspicere debere, vt de re iudicium fiat. *l. incivile 4. ff. de legibus l. de his 3. ff. de transact.* Brun. *conf. feudor. 39. numer. 6.* Plin. *lib. 2. epist. 5. ad superst. D. August. epist. 80.*

Non tamen existimes arbitrium, quod annuimus in pœnis temperandis, vel augendis, ac erga probationum fidem, esse nimis latum, & spatiosum, vt vndequaque possit quis, vel in rigorem deflectere, vel in mansuetudinem abire, in errorem illorum illabendo, seu hebetescendo delirio, putantiū Jurisprudentiam, nec artem esse, nec scientiæ nomine dignam; eo quia, circumstantiæ (vt ad eas redeamus)

solent sese ita invicem implicare, vt iudicantes ancipites reddant in rigorem ne, an in æquitatem, & misericordiam perpendant, quorum tamen nimiam destomachationē, peculiaribus de hac re evulgatis libris, Christophorus Hemius, Joachimus Hopperus, Joannes Corrasius, Angelus Mathæacius, Petrus Gilchenius, subtilissimus Antonius Faber, & alii exagitant, & strenuè explodunt.

101 Est enim scientia, tum divina, tum Regia, divinarum, humanarumque rerum cognitione comparata, cuius præstantia, æquum ab iniquo discernitur, & congrua, discussis circumstantiis, emergentib⁹ causis, indicia proferuntur, non cerebrinè, cum nemini sit permittendum, quod æquitatem pro arbitrio sibi fingat, sed eadem æquitas dicenda est, quæ, vel sit legibus informata, vel à principiis iuris nō abhorreat; etsi enim inficiari nequeat, æquitatem nullis certis regulis concludi; est tamen ars quædam boni, & æqui, quæ non patitur æquitatem versari prorsus in incerto, aut ex cuiusque cerebro pendere, sed eam semper aliquatenus coniungi cum iure, cuius temperamentum, & veluti condimē-

tum est; alioquin, si sub æquitatis prætextu, tam imperitè ius tractaretur, nascerentur iniuriæ vnde iura, & sic ne ex summo iure iniuria summa prodeat, iuris ipsius rationes speculentur, ne quid contra apertas dispositiones leguleis permittatur, vt dilucidant tex. *in l. ita vulneratus 5. §. ult. ff. ad leg. Aquil. l. si fideiussor 29. §. quedam ff. mandati. l. sicut 8. §. non videtur in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. sil. l. si imperialis 12. §. 1. Cod. de legib. l. cum antiquitus 13. Cod. de vsufr. l. sancimus 7. Cod. ad S. C. Trebell. l. iubemus 6. Cod. de naturalib. liber. aliaque huiusmodi propemodum infinita.*

In hoc articulo respiciente 102 potestatem iudicis restringendi, vel ampliandi ex causa pœnam legis, quamvis auctoritatem dispensandi in crimine nō obtineat, tres casus distinguit sua solita ingenii, & doctrinæ acie Don Didacus Ybañez de Faria ad Covarruv. *lib. 2. cap. 9. à num. 106.* Primus, cum Princeps superiorem non recognoscens sententiam fert, de quo non ambigitur posse à pœnis legalibus intra rationis, ac iustitiæ tramites recedere, cum omnes pœnæ sint ipsi arbitrariæ, vt eruimus sup. *num. 58.*

Secundus consideratur in 103
maio-

maioribus Magistratibus, nempe Episcopis, Proceribus, Senatu Principis, & similibus, quibus tamen dispensandi super delicto facultas data non est, & omnibus istis licere pœnas legales in sententia pro facti qualitatibus immutare, tuc-
 104 tur ex aliis, prædicta limitans post sententiam.

Tertius versatur respectu iudicum inferiorum; in quo refert affirmantes, quod iusta suadente causa, possint pœnas legis variare; alios verò volentes, tales iudices teneri Principem hoc casu contulere: sed hac vltima specie, concurrat cum subdistinctione Clari, & Farinacii asserentium pœnam posse augeri, vel minui ex causa intrinseca, vel extrinseca; in priori hypothesis, cum circumstantia influit in ipsum crimen, itavt eius malitiam in melius, seu deterius immutet vehemēter; vt si quis provocatus occidat, aut si servus, sive famulus in dominum delinquat, tunc iudex quavis inferior, incōsul-
 105 to Principe poterit rigoris asperitatem comprimere, vel laxare; nā hoc arbitrium ius ei indulget, dum præcipit pœnam pro modo delicti irrogari, ne in iniustitiam procidat. Secundo casu, vbi qualitas non delictum cernit, sed personam de-

linquentis, vt peritia insignis, merita heroica in Rempublicam, vel alia huius classis, solus Princeps, aut alius, qui in crimine possit dispensare, remittere, commutareve pœnas legales, hanc temperandi facultatem potiuntur: quia hæc superiori indigent auctoritate, quæ dignoscat, an veniē, an rigori sit locus, quod neutiquam inest ipsi iudicio, in quo tantummodo agitur de iusta criminis vindicta, ideoque non indifcretè conceditur hoc arbitriū cuilibet iudici, sed dumtaxat superiori; & huic conclusioni assentitur Xammar *de off. iud. p.1. q.6. num.9.* postquam edocuerat, pœnam à legibus, vel statuto expressè posse iudicem ex iusta, & rationabili causa adaugere, vel minuere. Berart. *in speculo visitat. cap.26. num. 26.*

Quam distinctionem ad de-
 106 legatos iudices etiam protrahit, & tandem adhortatur, inferiores iudices, imò, & maiores, ut ad recedendum ab ordinariis pœnis Principem consulant, ne ipsis imputetur, cur nimis severè, aut mitiores se gesserint. Negari autem fas nō
 107 erit, iudicis arbitrio standum non esse, sive coniecturas obtueantur, sive pœnas in illis rebus, pro quibus clarè haben-

tur Doctorem decisiones, & opiniones. Cravett. *de antiq. tempor.* 1. p. §. *quid in libro off. in fin.* num. 25. Rustic. *lib. 2. cap. 1. n.* 27. Honded. *conf.* 64. num. 63. *vol. 2.* Capyc. *L. attr. decis.* 1. n. 36. Xammar *de offic. iud. par. 1. q. 11.* appositè Faiardo *alleg. fiscal.* 9. à num. 290. aut 254. & 751. par. 1. & generaliter de decisionibus Doctorem, Tribunalium Rotæ, & aliis, qualiter sequi debeant in causis decidendis, Acuña *cap. 10. num. 2. & cap. 11. nu. 1. dist. 9.* Bovadill. *lib. 2. polit. cap. 6. num. 18. & seq.* vidend. *tract. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 6. num. 74.* Arauxò *de stat. civil. disp. 9.* Diana *tom. 8. tract. 1. resol. 13. & 14. & tom. 9. tract. 2. resol. 340.* Cyriac. *contr.* 248. in quibus callebis quot Doctorem autoritas sufficiat ad aliquid adstruendum.

108 Ad institutum rectè scripsit Escobar *de purit. p. 2. q. 9. §. 3. num. 52.* ubi quod arbitrium in probationibus intelligitur regulatum; idem in pœnis fateatur Monter à Cueva *decis. 8. nu. 32. tom. 1.* & pro communi effato traditur, quod quamvis quis possit iudicare secundum Deum, & suam conscientiam, non tamen habeat liberum arbitriū, sed teneatur iure, & ratione sectari, iudicando secundum ius, prout ex Michaelè Ferrer, Me-

nochio, Ofascho, Bardaxi, Portoles, Mascardo, confirmat Cortiada *decis. 23. num. 58. & decis. 24. numer. 9. tom. 1.* adde Matthæu *de re crimin. contr. 63. num. 19.* qui loquitur in specie arbitrii commissi absolute, & simpliciter, & defendit arbitrium in rebus magni momenti semper censi regulatum rationi, & iustitiæ. Xammar *de offic. iud. p. 1. q. 9. nu. 197.* ubi quod hoc arbitrium debet attendi secundum subiectam materiam, & ius commune, non excedendo metas rationis naturalis, & æquitatis; & n. 198. quod iudex pro arbitrariis regulariter reprehendi non debet, nec tenetur in Syndicatu, maximè si habuit bonum animum, ex Bovadill. *lib. 5. polit. cap. 7. num. 23.* Escobar *de ration. cap. 26. num. 4.*

Antequam autè hinc abeam, 111 perpendi velim, in aliquibus casibus leges, aut Doctores arbitrio iudicantium expressè commississe pœnarum gradus, quod maximè obtinet cum pœna extraordinaria imponitur; ea enim diffinitur, quam 112 iudex ipse, non ex legum, Principumve Constitutione, aut ex inolita consuetudine, sed ex proprio arbitrio infert, & imponit. *Cap. de causis §. illis extra de off. deleg. Cap. super his, de*

111 *de accusat. l. 1. ad med. ff. de effra-*
ctoribus, & expilatoribus. l. 1.
in fin. ff. de iur. deliber. l. hodie,
& l. sanctio legum ff. de pæn. Pe-
guer. decis. 7. post num. 16. Ju-
 113 *livus Chartar. decis. 49. numer.*
67. & decis. 50. num. 7. vt in cri-
mine resistentiæ refert Matth.
 114 *de re crimin. contr. 34. numer. 22.*
in pœna falsi emananti ex l. 1.
§. fin. ff. ad leg. Cornel. de falsis,
Caball. cas. 165. num. 11. & casu
206. num. 4. Peguera decis. 80.
num. 14. Thoro in compend. de-
cisionum verbo falsitas com-
missa in subscript. in princ.
Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. nu.
475. & ante eos Boer. decis. 8.
 115 *num. 8. & 9. Baiard. ad Clar. §.*
falsum num. 244. de illo, qui
non perfecit, sed solum tenta-
vit fabricare falsam mœnetam,
firmat Cortiada decis. 87. num.
40. ex Grammatico, Caballo,
Deciano, Mastrill. Covarruv.
Narbona, Baiardo, Azevedo,
Farinacio, quibus iunge alios
casus supra relatos, & complu-
res cumulari possent, quos cõ-
sultò prætermitto.

116 Coangustatus magis est iu-
 dex, vt vidisti, quando lex ma-
 leficio pœnam præscribit, &
 nequit aliter augere, quam ser-
 vatis præceptionibus stabili-
 tis à num. 106. amplior ei data
 est potestas, quando vindicta
 à iure non est præstituta, sed

nihilominus regulato est liga-
 tus arbitrio, à iuris principiis,
 Doctorum, & Senatum senten-
 tentiis commensurando. Xam-
 mar *de offic. iud. p. 1. q. 15. nu. 91.*
 vbi in pœna à iure non statu-
 ta, consulit, vt in illa impo-
 nenda, iudex arbitrio suo pro-
 cedat de similibus ad similia,
 vel mitiorem imponat, vt vi-
 disti num. 109. & caveant fon-
 tes; nam hoc arbitrium in gra- 117
 vibus criminibus protendi po-
 test ad pœnam mortis natura-
 lis, ex causa, præsertim in Se-
 natu Supremo: nam nefas id
 est inferioribus Magistratibus,
 inconsulto Principe, eo tamen
 consulto, non minus ipsis li-
 cet. Menoch. *de arbitr. q. 86.*
num. 30. & casu 295. num. 9. Re-
din. de Maieft. Princip. glos. sed
etiam per legitimos tramites n.
32. Maur. Burg. de mod. preced.
ex abrupt. q. 24. n. 274. Guazz.
defens. 33. cap. 16. num. 2. Giurb.
consil. 6. num. 13. & 14. Valenz.
consil. 91. num. 52. Xammar de
offic. iud. p. 2. q. 4. num. 5. Juliv.
Chartar. decis. 66. num. 126.

Clementiæ Principis, suiq; 118
 Regii Concilii in subiecta ma-
 teria, pensatis circumstantiis
 (supponendo, quod adverti
 decisione proxima, de e quando
 hoc crimine cù verbis, vel litte-
 ris prodierit) mitiori pœna, ta-
 met si plenè de facinore cõstaret
 vten-

utendo, exemplum exaudi de-
cisum 12. Iulii 1655. quo An-
dræas N. Notarius Villæ Tur-
ricellæ de Mongri, delatus de
crimine læsæ Maiestatis in pri-
mo capite; eo quia, quodam
die mensis Iunii tunc proximi
præteriti, postquam noster
exercitus pervenit ad Villam
de la Bisbal, Petrû N. labora-
torem dictæ Villæ Turrecellæ
de Mongri, ad inimicos Fran-
cigenas misit cum quodam pa-
pyro, vbi inscriptum erat *lo*
Deputat N. fuit condemnatus,
referente etiam Miralles, ad
remigium in triremibus per
decennium.

119 Attamen exosa linguarum de-
liria, ac delicta, non semel
acerbam luerunt vindictam:
subinde Xerxes Persarum Rex
Helleponto stultiloquo stig-
mata, & verbera inflixit, at-
que ad montem Athoni mi-
sit epistolas, ita: *Noli divine*
Athos, qui nubes attingis verti-
ce, operibus meis præbere lapi-
des vastos; alioquin ipsum te
exundam, & in altum proii-
ciam. Plutarcus *de non irascen-*
do. Ab honoribus stulti, imò
120 à libertate arcentur, ex Ambro-
siano Concilio, ita suadente:
Rescindenda insipienti potestas
est non adiicienda libertas, insi-
ipientis in libertate ruina vehe-
mentior est.

Scitus est etiam casus Leo- 121
nis Imperatoris, quē in Con-
stantinopolitana Civitate de-
mentem baculo lethaliter per-
cussisse historiographi comme-
morât, quos recenset Abbas
Carrillo *in Annalibus*, de hoc
Principe tractans.

Varios casus, pluraque sup- 122
plicia in fatuos, qui conspira-
runt contra Principum vitas,
& in sacris, & in aliis historiis
perleges; pulchra intexit ad
alium finem Solorz. *de parricid.*
lib. 2. cap. 18. ad nostrum
perfacilè adaptabilia. Punctim
Clar. *§. fin. q. 60. num. 7.* Garon-
tit. *de pæn. prelud. 2. num. 16.*
Faiard. *allegat. fiscal. 2. n. 28. p. 1.*

Enrichus Catherino de Avi- 123
la *in historia bellorum civilium*
Gallia lib. 10. fol. 335. col. 2. tra-
dit, quod Frater Iacobus N.
genere abiectus, Villæ Sarbo-
næ oriundus, territorii Civita-
tis de Sans, ætatis 22. annorû,
intellectu imbecillis, animo
induxit, propriis motus phan-
tasmatibus, vel alienis vincus
suasionibus, Enrichum de Va-
lois Gallorum Regem occide-
re, & quæsito prætextu, acqui-
sitoque tēpore epistolam Re-
gis præstandi manibus, pu-
gione Regem in parte corporis
periculosa lethaliter vulne-
ravit; at Monarcha arrepto gla-
dio, & in frontem fontis illato,

ac-

accedēte infimul aulici ense, interemit.

124 Aliqui non stultum interfectorem credunt, sed conpiratione incitatum.

125 *In additionib⁹ ad historias eorū bellorū civilium Gallia*, scriptis per Basiliū de Buren, & Soto *lib. 17. fol. 53. col. 1. cum seqq.* legitur, quod Franciscus Ravaiac, ætatis 32. annorum, Angulen. ortus, postquam litem interesse non modici amiserat, religionem fuit ingressus, & ab ea egressus propter mentis suæ debilitatem, remansit hebes, inconstans, hypochrita, & capax quarumcumque fallacium impressionum, quæ perfacile ipsum immutabant, suam deinceps immigravit patriam, ubi per annum, ob necem patratam, intus carceres coniectus permansit, & ibi falsas populi voces gratus accepit, ac coagulavit contra iustiora Regis gesta, eum enecare iugiter deliberans, quo pessimo proposito per triennium intra suum pectus abdito, post varia itinera pro inhumano facinore ad Parisium acta, opere implevit 14. Maii vino bacchatus, dominatus furore: nā cum Princeps in curru incederet, super rota pede aggressoris appposito, pugione duos immisit in Regiam vitam ictus, & itera-

re tentans, præventus non peruenit. Opetiit Rex. Captus interfectoꝝ interrogatur, atque cōfiteatur crimen sub specifica circumstantia, quod occiderat, quia Rex disseminatam in suis Regnis hæresim non extirpabat, & conterebat, eredens ea clade perennem sibi gloriam adepturum. O infœlix captus homo! putabas ne facile Reges omnia momentaneè posse, quid tuo hæc vis fide re inertis conceptui! luit iste, quamvis stolidus, nefandum suum maleficiū, dirissima, sed æquè digna punitione.

Rudiores mchercule gentes, & leviori intellectu præditæ, quæ apud magis asperas terrarum plagas agunt, huic flagitio sunt protinus expositæ, veluti ex Turcarum, & Hungarorum, aliarumque nationum historiis innotescit.

Nonnumquam ambitione saucii, etsi aliter mentis præstantes, scelestiori animo ad hæc irruunt, sed & dementiæ carpuntur ardore, dum magis de rerum tam arduarum eventibus sperant, quam illarum status admittat, Divinæ iussio- nis, & originariæ legis immemores.

Absonæ non tibi videantur pœnæ insipientibus, vt nuper

reruli, illatae, casuum expressio-
ne, tametsi vulgarium, vllis
cum notitiis non communib⁹
ad institutum traditorum: nam
& furoris sui sunt gradus, ma-
ximus, medius, & infimus;
secundi, & tertii generis insa-
ni iustitiae virgæ subsunt, vt
passim DD. aperiunt; & indi-
stinctè furiosos, imò & belluas
in atrocissimis puniri quando-
que oportet ad aliorum exem-
plum, & terrorem, *vt decis.*
17. cernitur.

129 Exaudio te conquerentem
ex superioribus satis liquere,
cur in casibus transacta deci-
sione memoratis, tametsi de
crimine læsæ Maiestatis in pri-
mo capite rei fuerint imputa-
ti, non tamen pœna mortis il-
lis inflicta; at incompertum re-
linqui, quare bonorum confis-
catione non remanserint puni-
ti, cum ea in hoc gravissimo
maleficio per nostra iura sta-
tuatur *Constit. fin. tit. dels bens*
dels condemnats. Huic quæsito
satisfacio ex *Giurba consil. 58.*
nu. 8. 15. & 16. vbi firmat, quod
si mortis naturalis supplicium
ex causa mitigetur, confisca-
tionis pœnam imponere iu-
dex non potest, quidquid ad-
versantes teneant Doctores
ibidem num. 7. à *Giurba alle-*
gati; nam hisce reprobatis, cō-
trarium pluribus, & quidem

solidis fundamentis satagens
evincit, & per hæc Constitu-
tio præcitata clarescit, vt tunc
demum bonorum confiscatio
pro hoc delicto apud nos sub-
ingrediatur, cum mors præce-
dat: nam cum extraordinaria
pœna in ea contingentia in-
tret, meritò confiscatio non
adhibetur; & iuxta hæc abs-
que numero sunt exempla, in
quibus extra ordinem pœnas
istius sceleris rei luerunt, &
nunquam bona confiscata in
illis invenies, vt cernere tibi
liquet in exemplis allatis *nu.*
16. Confiscatio autem citra pœ-
nam mortis, & aliàs intrat, si
agatur ad memoriam damnan-
dam.

Infero ex firmatis à *nu. 108.* 130
dum concludebam, arbitrium
commisum iudici in probatio-
nibus, & pœnis, intelligi re-
gulatum; & explicando aper-
tius diffinitionem pœnæ ex-
traordinariæ traditam *num. 112.*
quatenus tenui, eam esse, quæ
non ex legum, Principumve
Constitutione, aut ex recepta
consuetudine, sed ex iudican-
tis arbitrio imponitur; quod
talis diffinitio sit declaranda
in casibus, quibus non imposi-
ta pœna à lege delictum sit
admissum, & verus dolus ap-
pareat; non autem, quando lex
quidquam dumtaxat prohibet,

& illius interdictio ad invaliditatem facti solummodo dirigitur, non ad pœnæ impositionem: nam tunc transgressor nulli subiicitur punitioni, nec valet iudex prætextu non servatæ legis pœnam irrogare arbitrio suo, ut latius elucidavi *decis. 4. à num. 27.* hoc namque arbitrium non esset regulatū, sed contra ius, & æquitatem.

131 Tanta est, quæ Regibus veneratio debetur, ut si quis iuret per Principem, vel eius salutem, & iuramento contraveniat, periurus sit, ac si per Deū iurasset. *Farinac. q. 160. §. forma num. 406.* ubi etiam, quod si dolosè peieraverit, pœna fustigationis plectitur: nam generaliter iurare per creaturas, in quibus bonitas Dei, aut aliud eius attributum præclare relucet, vel etiam per illarum salutem, habet veram, & propriam rationem iuramenti; unde *cap. 42. Genesis* legitur iuramentum Iosephi, & *Cap. et si Christus, de iure iur.* continetur prohibitio iurandi per creaturas; præcelsè D. Thom. 2.2. *quæst. 89. artic. 6.* Selva in *tract. de iure p. 1. q. ult.* Castr. Palao *de nat. & essent. iurament. disp. 1. punct. 1. num. 5.* Sotus *lib. 8. de iustit. quæst. 1. art. 1. col. 5. & art. 6. & de iuramentor. abusu cap. 4.* Navarr. in *summa cap. 12. nu. 6.*

Alcozer in *summa cap. 15. post princ. num. 1.* Leonard. *lib. 2. de iust. cap. 42. dub. 2. num. 8.* Sayrus in *Clavi Regia lib. 5. cap. 2. nu. 3.* Sanchez in *decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 3.*

Peculiariter verò Covarruv. 133 *tom. 1. relection. cap. quamvis de pact. in 6. p. 1. §. 1. de iuramenti forma num. 16.* addit, iuramentum per Principem dupliciter sumi posse, aut execratorium, quo pacto semper vsurpari solet, aut quatenus iuratur per veritatem Divinæ iustitiæ, ad cuius executionem Principes terræ constituuntur, sicque periurus manet, ac si per Deum iurasset, qui iuramento facto per Principem contravenit, cum similis sit obligatio ex ipso orta, ut tenet positivè Covarruvias; & in dubio semper iuramentum existimari, docet Sanchez loco citato.

Neque Principem offendere impunè permittetur, aut sub 134 prætextu tyrannidis interficere, & contrarium asserere hæreticum proclamatur. Castro Palao *lib. 4. de hæresib. verbo Tyrannus,* & definiit Concilium Constantiense *sess. 15. D. Thomas 2.2. q. 64. art. 3. quæst. 3.* Bannes, Caietanus, & Salonius ibidem, Sotus *de iust. lib. 5. q. 1. art. 3.* Malder. 2.2. *D. Tho. tract. 3. cap. 1. dub. 4.* Less. *de iustit. lib. 2.*

cap. 9. dub. 4. num. 7. Molin. tom. 4. tract. 3. disp. 6. num. 2. itidem D. Thom. in 2. sententiar. dist. ult. q. 2. art. 2. in corpore, & ad 3. & lib. 2. de regim. Princip. cap. 6. Covarruvias lib. 4. decretal. de matrimo. p. 2. cap. 3. §. 4. n. 6. Clavis Reg. lib. 7. cap. 10. nu. 3. Diana tom. 8. tract. 5. de homicid. resol. 15. Suarez in tract. de fidei defensione lib. 6. cap. 4. n. 2. Bonacina tom. 2. de restitut. in particulari disp. 2. q. 10. punct. 3. nu. 2. vbi rationem perhibent; quia tyrannus solo regimine, & administratione est verus superior, & pastor: non licet autem subditis occidere verum superiorem, & ovibus pastorem, etiam si pravus sit.

135 Ferenda ergo non erat execrabilis dementia illius fontis, qui impias, & scelestas in Gallorum Regem intulit manus, vt præhabetur num. 123. solo motu, quod Rex ille non amputaret hæresim: nam Rex quantumvis hæreticus, non subiicitur vassallorum iudicio, & gladio; pertinet enim ad Summum Pontificem cognitio, & iurisdictio hoc casu tam desolebili. Cap. ad Apostolica, de re iudic. in 6. iunctis traditis per Menchaca contro. illustr. cap. 8. à num. 20. Burfat. consil. 124. num. 75. vol. 1. Bellarmin. lib. 5. de Roman. Pontif. cap. 7.

& 8. Molina de iust. & iur. 1. to. tract. 1. disp. 29. concl. 3. Suarez contra sect. Anglicã lib. 8. cap. 2. q. 17. & cap. 27. q. 7. vbi Azorius, & alii. Solorzan. in polit. Indian. lib. 4. cap. 24. pag. 704. vers. Donde, & de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 24. num. 50. vbi notat nostros Reges Hispaniæ, solum subiici Inquisitoribus, ad effectum revelandi crimina, de quibus illi cognoverunt.

136 Quare minus rectè indiscriminatim Cyriac. contro. 435. num. 58. tom. 3. de Regali dignitate loquitur, vbi à maleficiorum poenis, etiam Regium Diadema non excusat, ex Baldo, & Afflictis, & posse Reges pro delictis suspendi in patibulo refert; verba omnino absona, & turpia: nihil enim magis dedecet Reges, quam lapsus in scelera, sed ea, & iudices habent altiores, & vindictas longe diversas; si enim dictum Cyriaci non improbaretur, facile incideret insipiens in approbando recenti illo, sub solo, si aliquod adest, novo fato Caroli I. Anglorum Regis, qui à suis vassallis, vt reus iudicatus deperiit: qua propter, cum totam, quam dilucidandam aggrediebar materiã, antea operatam, nunc apertam tradiderim, & integraliter declaratam, finem impono.


EPIGRAPHÆ.

De Clericorum contra Principem maledicentia per Judicem Brevis Apostolici punienda, vbi de honestate in vita, & verbis per Clericos, & Concionatores servanda; hæreticos etiam, non vi præcisa, sed indirecta ad fidem Catholicam recipiendam compelli posse, ac animadverti, si illius sint contemptores firmatur.

N U C L E U S.

- 1 Tribunalis Brevis Apostolici introducendi causa.
- 2 Ecclesia delicta etiam gravia summa lenitate coercet.
- 3 Clerici in latrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi, degradantur, & detruduntur in arctis Monasteriis, ex Cap. tuæ 6. de pœnis. Sed Curia secularis, reum hic expressum, ultimo affecit supplicio.
- 4 Iudex, qui non potest de iure, vel de facto imponere pœnam condignam, remittit reum ad illum, qui debitam pœnam valet infligere.
- 5 Honestas in vita, & sermone maximè decet Clericos, & Sacerdotes.
- 6 Cavendum est, ne licentiosa vita, aut inhonesti sermonis clericorum exemplum, labia, & opera relaxet laicorum; & cura à
- Principibus in hoc adhibenda, & num. 9.
- 7 Religionis, ac virtutis opera nihil profunt, nisi quis lingua sit modestus.
- 8 De persona Principis, de Ministris, ac gubernio clerici debent attentius loqui, qui etiam crimen lese Majestatis committere queunt.
- 9 Verba clericorum plurimum laicos decipiunt, & quare. Decisiones contra clericos, & sacerdotes maledicos, & num 10. 11.
- 12 Errores, & scandala seminare in prædicatione, abominabile.
- 13 De regularium circumspicione remissivè.
- 14 Ad fidem recipiendam cogi quis præcisè non potest, bene verò inferri valet vis causativa, & indirecta, ut tandem voluntariè suscipiatur, & sic despic-

- ciatur falsum, & ametur
verum cognitum.*
- 15 *Iudæi compelli possunt ad faci-
enda ea, quæ cedunt in
honorem Christianæ reli-
gionis.*
- 16 *Regularis, qui cum falsitate,
servitia ex ardenti vo-
luntate provenientia con-
temnens, subtrahere ten-
tabat vassallorum fide-
litatem, hereticis compara-
tur fidem spernentibus.*
- 17 *Moniales maledicæ qualiter
plectantur, cum decisione,
ubi de honestate, & fide-
litate ab eis custodienda.*
- 18 *Crimina verborum contra
statum vergentium, atro-
cia declarata, cum deci-
sionibus.*
- 19 *Aliæ decisiones, quibus pro
iniuriis verbalibus con-
tra privatos prolatis, Tri-
bunal Brevis Apostolici
processit.*



D E C I S I O XXIII.

I **E**ST in hoc Principa-
tu Tribunal rectū,
sanctum, atque per
atrocia flagitia ne-
quiter desævientibus pavidū,
& horridum, sub nomine Iu-

dicis Brevis Apostolici cog-
nitum, de quo latè Regens Cor-
tiada *decis. 34. tota part. 1.* Illud
præcipuè introductum fuit ex
causis enarratis in Bulla Cle-
mentis VII. de qua præmissus
Regens num. 6. ibi: *Attenden-
tes, quod perniciosum hoc genus
hominum, nisi puniantur censu-
ra graviore, quam Sacrorum Ca-
nonum mansuetudo permittit,
possent aliquid in Dei Ecclesia
scandalum generare; & infra:
Etiam vsq; ad vindictam san-
guinis, ultimique supplicii pœ-
nam inclusivè &c.* Provt aliàs
*iuxta leges seculares, vel mu-
nicipalia instituta fuerit de iu-
re faciendum.*

Profectò Ecclesia, eiusque 2
Ministri summa semper vtuntur
lenitate in pœnis, etiam ad
coercenda delicta graviora. Iu-
liv. Chartar. *decis. 1. num. 102. &
num. 108.* exscribit, quod Præ-
lati, & alii viri Ecclesiastici
cognoscere possunt de causis
criminalibus laicorum, ad eos
puniendos, ex delegatione
Principis secularis; hac tamen
lege, vt sententiam sanguinis
minimè pronuntient, quamvis
delegatio facta fuerit in vtili-
tatem, & commodum Chris-
tianæ religionis, & attigimus
sup. decis. 13. num. 25.

Firmantur hæc ex text. in 3
*Cap. tua 6. de pœnis, vbi Ale-
xan-*

xander III. Lendonensi Episcopo, ad illud, super quo tertio consuluerat, qualiter clerici in latrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri deberent, respondit; quod à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis Monasteriis ad poenitentiam peragendam; super hoc Pontificio rescripto, Franchis *decis.* 571. refert, degradato clerico pro furto magno in strata publica commisso, & tradito Magnæ Curix, præcedente consultatione Cardinalium, fuisse eum condemnatum ad poenam ultimi supplicii, prout, & laici dicti criminis socii sustulerant; & notat, causam prædictam remissam fuisse iudici seculari, quia Ecclesia in vim præhabiti *Cap. tuae*, & aliorum, poenam condignam non habebat.

4 Regulare siquidem est, quod iudex, qui non potest de iure, vel de facto imponere poenam condignam, remittit reum ad illum, qui debitam poenam infligere valet, ut in specie declarat *Giurba conf.* 48. *num.* 15. *Matthæu de re crimin. contr.* 6. *à num.* 34. *Scialoya de for. competent. cap.* 37. *num.* 2. noviter *Calderò decis.* 74. *num.* 16. *p.* 2.

5 Clericos, & sacerdotes maxime decet honestas, nedum vitæ, sed & quoque sermonis,

ut latè explicant Interpretes *ad tit. de vita, & honestat. Clericor.* & præclare describit *Isidor. de Ecclesiast. offic. lib.* 2. *cap.* 2. & præscribitur in *Concil. Trident. sess.* 22. *de reformat. cap.* 1. quod vitam, moresque suos ita debent componere, ut habitu, gestu, sermone, aliisque rebus nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præferant, levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis adferant venerationem; & ego addo, ne eorum exempla, seu inhonesti sermones laicorum vitam, & labia relaxent, ut non semel accidisse proditum est memoriæ; iungo *Salgado de supp. ad Sanctiss. p.* 1. *c.* 1. *n.* 86. qui ex *Authent. quomodo oporteat Episcopos in princ.* monet, Regibus nihil magis studiosum esse, quam sacerdotum honestatem.

7 Scitum est autem æquè, ac certum, quod nisi lingua ab obtrectationibus cohibeatur, nihil omninò prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, ex Pio Papa in *Cap. nihil enim* 23. *de consecrat. distinct.* 5. *Cone. Tolet.* 11. in *Canon. loco benedictionis* 3. 5. 9. 4. *Jacobo Apostolo in epist. cap.* 1. ibi: *Si quis autem putat se religiosum esse, non refr-*

frenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio, & confert appositè Can. ex merito plebis nonnunquam Episcopi deputantur 13. 6. q. 1. vbi, quod non sufficit oculos castos servare, sed & linguam.

8 Maior sollicitudo, atque cura in verbis, per clericos, & sacerdotes est habenda, dum de persona Principis, eius, vel Ministrorum gubernio incidit tractari: quia, & ipsi crimen læsæ Maiestatis committere valent, licet Regiæ non subsint iurisdictioni, vt firmat Cortiada *dicta decis. 34. à num. 110.* exemplaria tradēs 15. Doctoribus coacervatis, quibus adiungitur Feloaga latè disputans *Enchiridion. iur. cap. 6. à n. 2. ad 10.* Salcedo *in leg. politic. lib. 1. cap. 10.* vbi, quod pœna à sacris Constitutionibus Clericis, Ecclesiasticisque quibuscunque crimen læsæ Maiestatis committentibus, est imposita, & ibidem de exauthora- tione, & degradatione.

9 Præterea quippe eorū verba plurimum laicos decipiunt, tanquam prolata ab his, qui maioribus virtutibus tenentur emicare; quapropter Menoch. *de arbitr. cent. 4. cas. 377.* acriter invehit contra clericos maledicentes in Principem. Hoc

delictum tam detestabile, debitas pœnas non persolveret iuxta sacerorum Canonum statuta; sed postquam Tribunal tanta authoritate, & rigiditate fuit erectum, sequentes observavi decisos casus: quamobrem 9. Aprilis 1655. in facto Fisci Procuratoris Brevis Apostolici, contra Sebastianum N. Presbyterum, & Canonicum Ecclesiæ Collegiæ Sancti Ioannis de Abbatissis, delatum de crimine læsæ Maiestatis, ex quo plura protulit verba contra statum, vocando voce altâ, & intelligibili in collecta divini officii, Regem nostrum Ludovicum, habendo dicere Regem nostrum Philippum, & quia auxilium, consilium, & favorē tribuit Francigenis, Domini nostri Regis, & patriæ inimicis, eundo cum eis per diversa loca, & de aliis criminibus, & delictis; fuit condemnatus reus ad relegationem in Insulam per Subdelegatum dicti Brevis nominandam, per tempus quinque annorum, sub pœna in casu contrafactionis serviendi in Regiis triremibus remigando per quinquennium.

Similis 24. Iulii 1656. contra Iosephum N. Presbyterum in Ecclesia Celsonen. Beneficiatum, delatum de crimine læsæ

læſæ Maieſtatis, ex quo protulerat aliqua verba contra ſtatum Domini noſtri Regis, & quod cum armis pugnabat, contra milites Domini noſtri Regis, tempore quo Civitas Ceſſonæ erat obſeſſa, qui fuit condemnatus ad Inſulam per dictum Subdelegatum nominandam per tempus trium annorum, ſub pœna quoque remigii in caſu contraventionis.

11 Peræquè, tametſi delictum in inſcriptione non evulgetur læſæ Maieſtatis in primo capite, ſi verba diſſona nimis ſint in Principis irreverentiam, & pravi animi argumentum, plebitur imputatus relegatione, vt fuit obſervatum 26. Novembris 1657. contra Jacobum N. Presbyterum, & Beneficiatum Eccleſiæ Parochialis B. Mariæ de Mari, delatum de prolatione aliquorum verborum, denotantium ſe eſſe vaſſallum, & affectum Regis Franciæ, qui fuit ad relegationem miſſus per triennium, iniuncta pœna in caſu contrafactionis remigandi per idem tempus. Similis 3. Julii 1660. contra Fratrem Ioannem N. conventuale Monafterii Sancti Franciſci de Paula, delatum de prolatione aliquorum verborum contra Excellentiffimum Dominum Locumtenentem, & Capita-

neum Generalem præſentis Cathalonix Principatus, dicendo ſuam Excellentiam publicare non feciſſe capitula pacis initæ, & firmatæ inter Dominum noſtrum Regem, & Chriſtianiffimum Regem Franciæ, modo, & forma, quibus in Villa Perpiniani publicata fuerunt, & quod à dictis capitulis ſua Excellentia eripuit, & abſtulit aliqua capitula tangētia ad extinctionem hoſpitationis, & contributionum militum, & quod concionando, & prædicando dictus Fr. Ioannes N. die, qua celebrata fuit feſtivitys Sancti Joſephi, quæ computabatur 19. menſis Martii proximè præteriti in Eccleſia Villæ de Talamanca, dixit voce alta, & intelligibili in pulpito dictæ Eccleſiæ aliqua verba commovētia animos ad ſeditionem, & perturbationem pacis publicæ, & de aliis criminib⁹ imputatus, fuit etiam relegatus in Inſulam per Judicem Subdelegatum nominandam ad quinquennium.

12 Omittere non patior circa hunc caſum, quam abominabile ſit errores, & ſcandala feminare in prædicatione, de quibus refertiffimè Solorzan. *lib. 4. polit. cap. 27. fol. 743. verſ. T no, & ſeq.* Tondut. *lib. 1. quæſt. Canonic. 34. Navarr. tom. 3. in*

13 *manual. cap. 25. à num. 141. vbi in quibus delinquant concionatores. Observent, quæ Concilium præcipit Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. noltrique sanctissimi, ac immortalitatis fama perennis Innocentii XI. Pontificis superexcelsi, atque maximi, Angelicis, imò divinis pareant sanctionib⁹. Quanto magis hæc fordida Religioso, & Regulari viro indigna erant, iuxta ea, quæ de circumspèctione huius classis hominum, scripserunt Belarmin. tom. 1. contr. lib. 2. de Monach. cap. 2. 3. 4. Trident. sess. 25. de regularib. cap. 1. & seqq. vbi copiosè alios conglomerat Barbosa.*

14 Coactione absoluta, & præcisa, nullus ad fidem Catholicam recipiendam compelli potest; non tamen idè improbanda illa receptio fidei, quæ tandem voluntariè suscipitur, quamvis alia vis indirecta, & causativa ei forsitan occasionem præbuerit, vt optimè insinuat Divus Augustinus relatus *in cap. vide 23. q. 6. vbi concludit, huiusmodi coarctationes licitas esse, & interdum efficere, vt quis timendo quod non vult pati, vel relinquat impediens animositatem, vel ignoratam agnoscat veritatè, vt timens, vel respuat falsum,*

de quo contendebat, vel quarat verum, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod volebat. Solorzano *de iur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 16. à num. 103. & num. 102. vers. eundem, ex Div. etiam Augustino in cap. displicet 24. q. 3. firmat, quod etsi homines liberum arbitrium habeant, non tamen idè malæ suæ voluntati impunè, & crudeliter permittendi sunt; ad idem videndi Scaccia de sent. cap. 1. glos. 2. numer. 169. & 231. Moya tom. 2. selectar. tract. 6. disp. 5. q. 2.*

15 Unde Judæi quoque compelli possunt ad facienda ea, quæ in honorem cedunt Christianæ Religionis. Tondut *lib. 1. q. 48. & puniuntur eam spernentes, ad quam omninò invitati non vocantur. Carena de off. Sanct. Inquis. p. 2. tit. 14.*

16 Si hæc ita stabiliuntur, pro vt non diffiteri cogimur, punitione dignus erat Regularis prædictus, qui circa servitia ab ardenti voluntate, & zelo promanantia, sub falsitate (vt hæretici faciunt in rebus fidei) vassallorum subtrahere tentabat fidelitatem, tot aliis suum malum animum detegentibus adiectis signis.

17 Moniales autem, quæ in huiusmodi immanes maledicentias irruunt, iuxta modum cul-

pæ, reclusioni per certum tempus detruduntur; sic fuit iudicatum 28. Ianuarii 1656. contra Domnam Maginam de N. & sororem Barbaram N. Moniales, delatas de crimine læsæ Maiestatis; ex quo protulerant aliqua verba contra Serenissimum Dominum D. Ioannem ab Austria, filium Domini nostri Regis, eiusque Locumtenentem, & Capitaneum Generalem, in præsentis Principatu, perturbando pacem publicam, & commovendo animos ad seditionem, & de aliis criminibus. Fuerunt enim istæ Moniales condemnatæ ad reclusionem intus binas cellulas, seu cameras earum Monasterii, taliter vt ab ipsis cellulis per sex menses recedere non valerent.

Pro istarum Monialium obtestatione, solum considero miram Bonifac. Constitut. de qua in *Cap. periculoso vnic. de stat. regular. in 6.* vbi summè damnantur Moniales, quæ honestatis laxatis habenis, & monachali modestia, sexusque verecundia impudenter, ac imprudenter abiectis, se gerunt; & Abbatissæ, vel Priorissæ exire à clausura permittitur, ad præstandum iuramentum fidelitatis, si per procuratorem illud præstari nequit, de quo

plura Barbof. & ab eo allegati in *d. cap. vnic. & in Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. de regularib.* & post eos Tondut. *lib. 1. quest. benef. cap. 20.* Sed, ò indignum facinus! Moniales prædictæ intra claustra à fidelitate egrediebantur, pro qua servanda, si Præsides fuissent, è claustris exire potuissent.

Atrocia fuerunt etiam aliter 18
pluries declarata crimina verborum contra statum vergentium, veluti 24. Maii 1664. contra Valentinum N. Presbyterum, delatum, quod de mense Februarii proximè dimissi, in Civitate Minorissæ, coram diversis personis protulit aliqua verba contra statum Domini Regis, & de aliis criminibus. Similis multò antea scilicet sub die 4. Octobris 1653. contra N. Presbyterum, & Canonicum Sanctæ Annæ Barcinonæ, delatum de crimine læsæ Maiestatis, eo quia, protulit plura verba contra statum Domini nostri Regis, perturbando pacem publicam, & commovendo animos ad seditionem, & de aliis criminibus. Similis dicto die contra Hieronymum N. Villæ Mediolani, olim Rectorem de Rodes.

Nec mirandum declarationes istas, & exemplaria reperiri, dum verba contra statum 19

diriguntur, cum & aliæ adsint, quibus declarati fuerunt casus atroces, & puniti rei in hoc Tribunali, pro iniuriis contra personas privatas emissis; pro quo vide, quando casus occurreret, conclusionem sub die 9. Februarii 1665. elaboratam, & aliam diu ante sub die 8. Maii 1654. Similis 17. Maii 1686. contra duos regulares.

Hæc vltima diffinita fuit Præsidente, vti subdelegato Brevis Apostolici, mysticæ vitæ, atque vtilioris doctrinæ, perfecto speculo Illustrissimo D. Don Oldegario Monferrat Regio Conciliario, longè post hæc scripta ad Vrgellen. Episcopatum euecto, & Consultor cum aliis in eadem decisione interfui.

EPIGRAPHÆ.

Transfugarum pœna præscribitur, sicut transfugere attentantium, qui intra sphæram criminis læsæ Maiestatis in primo capite mitius sunt vlciscendi. Pictoribus, atque Poetis, non ad quælibet inuenusta, turpia, aut scelestæ audenda concessa potestas expromitur. De consultationibus ad Principem interponendis. De iniuriis prolatis contra Ministros Regios plectendis.

N U C L E U S.

- 1 Argumenti ratio.
- 2 Transfuge committunt crimen læsæ Maiestatis.
- 3 Punitur pœna mortis, sed transfugere attentans cum dolo extra ordinem coercetur.
- 4 Dolo etiam dato, is, qui attentavit transfugere, criminis læsæ Maiestatis in primo capite reus constituitur, cum decisione Senatus.
- 5 Pictorum, & Poetarum au-

dacia vindicanda: nam suis operibus in alterius cõpactis ignominiam graviter delinquant, & numer. 6.

7 Exemplum eius, qui indecentia appenderat ad domum cuiusdam nobilis mulieris, ubi de pœna inflicta.

8 Ignominia illata non repetenda dum punitur iniurians; sed publicari valet, quod pœnam subit, quia inef-

fre-

frenatus erat.

9 Verba notabilia contra exponentes infames picturas in Deum, Regemque transcribuntur, & num. 10.

11 De pœnis fœdantium, deturpantium, aut dehonestantium statuas Principum.

12 Imago depicta plus quam elegans movet oratio.

13 De fœdantibus, aut conspurcantibus imagines Sanctorum, vel quascunq; alias obscœnas conficientib⁹, remissivè.

14 An propter maledicentias, vel picturas turpes contra Principem directas, sit nulle consulendus, usque ad num. 19.

20 Ignobilis redditur ars dehonestans, & vilescit facta cultas indecoris utens.

21 Extra ordinem puniendi iniuriosa verba contra Ministros Regios prorumpentes, cum decisionibus Senat⁹, & num. 22.


23 Fidelitas sine prudentia parum prodest.

24 Inobedientia etiam in re levi incurritur, & an sit peccatum mortale, vide num. 28.

25 Materia, qua subditis videtur levis, gravis quandoque efficitur propter circumstantias, & num. 26.

27. Ubi de transgressione Adami.

28 Bonum obedientia, & malum inobedientia subinfertur.



DECISIO XXIV.



SUPERIORIBVS I
 duab⁹ elucubrationibus, satis comperitū tradidimus, qualiter in crimine læsæ Maiestatis primi capitis rei à Regio Concilio, si seculares sint, & à Iudice Ecclesiastico, si eius subsint cognitioni, acrius, aut mitius, appensis circumstantiis puniantur, verbo delinquentes, & factis; sed quia plura sunt facta, & varia scripturarum maleficia, sicut, & verborum offensiones: vulnerant siquidem aliquando verba, perniciofa lædunt facta, calamus, & dolosè expingens, & malitiosè exscribens interdum officit; propterea quomodo hæc facinora sint vindicanda, quove temperamento, sive adversus Principem, sive contra suos Ministros admachinentur, aperiendum proponitur.

Transfugas, ad hostes scilicet perfugientes, committere

crimen læsæ Maiestatis in primo capite, explorata est conclusio, desumpta *ex l. 2. ff. ad leg. Iul. Maiest.* & ibi ordinarii, plures coacervans Farin. *in prax. q. 113. num. 12.* cui addo Bossium *in pract. tit. de crim. læsæ Maiestatis. num. 13.* vbi loquitur de eo, qui ad hostes transit in damnum publicum. Giurb. *consil. 3. num. 1.* qui tenet transfugū impune occidi posse, longè Per cgrin. *de iure fisci lib. 3. tit. 8.*

3 Pœnam mortis transfugis præscriptam esse, concordant proximè citati scribentes, & exemplar habetur *decis. 22. num. 12.* disputant autem, an eadem sit applicanda ei, qui transfugere attentavit; & morte esse plectendum eum, qui inventus fuit in actu fugæ, referunt Farinac. & ab eo laudati *d. q. 113. num. 14.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 11. num. 11.* Verior tamen sententia, & in practica tenenda est, quod transfugere tentans cum dolo, non est puniendus pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria. Farin. *q. 20. num. 154. Clar. J. fin. q. 68. num. 42. in fine.*

4 Dato dolo in transfugere attentante (nam quando dolo abest levissimè coercetur) de crimine læsæ Maiestatis in primo capite imputatur; sed iste

est vnus ex casibus, qui intra sphæram, & speciem eiusdem criminis minorem postulant ultionem iuxta gradus doli regulandam; idem vidisti *decis. 2. num. 147.* vbi de iactibus tormenti manualis convictus, licet vulneratus obierit, de nece fuit delatus, sed non damnatus ad mortem; & ita si oppugnata Civitate, quis ne puniretur, ob malè gesta tempore obfidionis à suo Rege appositæ, vel ex alia de causa minorem dolum arguente, ad hostes migraverit, humanius animadvertitur. Sic fuit observatū in R. Crim. Con. 10. Decēb. 1659. contra Petrum Ioannem N. delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite: eo quia de mense Decembris 1655. postquam Civitas Celsonæ ad debitam obedientiam suæ Maiestatis restituta fuit, armatus transfugiebat ad inimicos suæ Maiestatis, incedendo cum Francigenis, à dicta Civitate victis recedentibus, vbi fuit captus; qui referente D. Iosepho Rull, tunc I.R.C. ex maiori parte dominorum fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

Ad pictores deveniendo, non omittēdū, quod plura audent multoties, cōfidētes in illo per-

ſæpè repetito Horatiano hemiſtichio.

*Pictoribus, atque Poetis
cuilibet audendi, ſemper fuit
æqua poteſtas.*

- 6 Sed ſciant inepti in hac arte, ſicut in Poetica, carminibus in iniuriam alterius compositis, picturis ad deriſum, ſeu ignominiam certæ perſonæ, vel Magiſtratus expoſitis, graviter delinqui: unde is, qui pinxerat quandam honeſtam mulierem, quæ nolebat ei conſentire, cum certo vituperio, & illam picturam ad eius ignominiam affixerat in locis publicis ad triremes fuit miſſus; provt refert Paris. de Put. in tract. de Syndic. verbo iniur. offic. cap. I. num. 6. *verſ. & dixit*, & antea firmat, quod ponentes ſcripturam in publico, veluti in vna columna, ad infamiam Magiſtratum, vel in altero palatio priorum, ſunt capitaliter puniendi; & obſervat, quod non ſemel occurrit, & præcaveri commendat, ſequitur Carol. Anton. de Luca in *praxi crimin. cap. 15. num. 2. Caball. caſ. 71. tom. I.*
- 7 teſtatur, ſe votante quendam, qui indecentia valdè, appenderat ad domum cuiuſdam mulieris nuptæ nobilis, licet non ſine magnæ inhoneſtæ vitæ opinione, fuiſſe ad triremes condemnatum ad tempus; illo etiam addito, quod antequam

ad triremes transmitteretur, incederet per Civitatem cum mitra in capite, & ſcriptura in pectore, quæ huiusmodi punitionis cauſam denotaret.

Turpem hunc caſum appellat Caballus; præmaximè, quia domus erat in publica platea, & prope Eccleſiam celebrem, & à populo frequentatam. Atverò picturam, quam in pectore geſtare reum ſententia illa iuſſit, non probarem, ne excresceret ulterius ignominie rumor, vt perpenderunt Doctores Palynodiam decantari improbantes, quos ſuggerit Regens Cortiada *decif. 99. nu. 48. p. 2.* Solum ego in ſcriptura explicari voluiſſem, hominem illum, quia linguæ ineffrenatum, tali pœna fuiſſe punitum.

Famian. Strada *de Bello Belg. lib. 5. pag. 165.* hortatum fuiſſe narrat, ne hæretici picturas, contumeliasque in Deum, Regemque infames exponerent, & ſi ibi iniunctis non obſecundarent, in illos tanquam Maiestatis reos, pacisque publicæ perturbatores animadverteretur.

Idem Famian. Strada *lib. 7. de Duce Alban. pag. 246.* hæc profert: *Excuffo uſque adeo viri metu, atque in ludum pene conſumpto, vt iocularibus eum libellis ultro laceſſerent, &*

cap.

capta statim Brilla, Albani effigiē grandibus irridendā conspiciliis, quæ ei à tergo imponebant passim expingerent. Nempe, ut quoniam Brilla à Belgis conspicilia vocatur, idemque apud eos facetè dicitur, naso ocularia vitra suspendere, ac ori frenos iniicere; infranatamiam esse Albani ferociam eo deridiculo commōstrarent: ignari quanta sibi ab Duce, inanium videlicet contemptore, malorum ilias immineret.

II De pœnis autem fœdantiū, deturpantiū, aut dehonestantium statuas Principum, sunt expressa iura in *l. non contrahitur cum seq.* & *l. famosi ff. ad leg. Jul. Maiest.* cuius nota verba, ibi: *Nam & persona spectanda est, an potuerit facere: & an ante quid fecerit, & an cogitaverit, & an sanæ mentis fuerit, nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est. Quanquam enim temerarii digni pœna sint: ut insanis tamen illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est; & ff. seq. Crimen Maiestatis factum, vel violatis statuis, vel imaginibus maximè exacerbatur in milites.* De eo autem, qui carmina, epistolas, & cantinellas in iniuriam, & contemp-

tum sui Principis composuit, in scriptis redegit, & divulgavit, quod reus Maiestatis sit, sensit Caball. *conf. 235. à nu. 25.* vbi de dictante, & manifestante libellum famosum, aut altero eorum faciente; & *nu. 39.* comminiscitur, in simili casu fuisse delinquenti impositam pœnam capitis, & confiscationis bonorum. *l. capitalium ff. ad statuas, vers. eumque qui imaginem Cesaris ff. de pœn. latè Menoch. de arbitrar. cent. 4. casu 376. numer. 2.* Baiard. ad Clar. *ff. blasphemii à num. 1.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 51.* vbi in his delinquentem leg. Jul. Maiestatis teneri docet. Conciol. *resol. crimin. unic. verbo libellus famosus num. 54.* vbi de picturis, & carminibus, & ex memoratis iuribus, ac authoribus concludit pœnam esse arbitrariam iuxta circumstantias irrogandam.

Neque admirationi locus fiet ex hac picturarum turpium in Principes severa coertione: nā firmiter movet imago depicta, quā oratio elegans, in bonū si proba, in malū si pobrosa fuerit; quare sanctus Efren Syrius in *tract. de Abraham, & Isaac* fatetur, quod numquam viderat pictum sacrificiū Abrahæ, quin lachrymas effunderet, ibi: *Quotiescumque sanè pueri istius contemp-*

templatus sum imaginem, numquam sine lachrymis praterire potui, præsertim dum efficax picturæ artificium demulceret animum, accedit Regens Don Raphael de Vilosa post tract. de fugit. disertat. 6. §. 1. num. 5. ubi refert ex Æliano, Xeuxim, Helenæ vultum tam bene expressisse, vt exemplo exemplar cederet ipsum, adeo vt videretur vincti Helena vera à semetipsa ficta. De scordantibus autem, & conspurcantibus imaginibus Sanctorum. Carena de offic. Sancti. Inquisit. p. 2 §. 7. num. 37. accurate Franch. & ibi Luca decis. 504. & de picturis obscenis Araujo decis. moral. tract. 3. q. 31. cas. 5. Remig. en la practic. de Confessor tract. 2. cap. 6. §. 3. n. 11. Concil. Trident. & ibi scribentes sess. 25. Qui vero ad satietatem videre cupiat, legat Vincentium Carducho, alumnium Academia Civitatis Florentiæ, in perelegantissimo libro inscripto Dialogos de la pintura Dialogo 7. fol. 122. ubi de poenis contra pictores, qui scæda expinxerint.

14 His casibus non semel consulendus Princeps existimatur, ita suadente l. unica Cod. si quis Imperat. maledix. ibi: Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur; quæ verba sic intellexit Menochi.

de arbitr. cent. 4. cas. 377. num. 8. sequitur, sed in aliis deceptus Caball. cas. 235. num. 3. & 21.

Nam licet Senatus Regius 15 in omnibus Regis personam repræsentet. Solorzan. lib. 3. polit. cap. 17. fol. 915. vers. Del qual. & eius decreta quasi à Principe emanantia æstimari debeant. Bovadill. in politic. cap. 8. num. 155. Salgad. de Reg. protect. 1. p. cap. 2. num. 44. & seq.

Præsertim quando cum ipso 16 concurrit Prorex, qui alius Rex est repræsentatus, vt ex quindecim Doctoribus firmat, & illustrat latè Regens Vilosa d. disert. §. 4. num. 4. & seqq. cum aliis fusè confirmans post Xammar de offic. iud. p. 1. q. 7. n. 96. qui discutit in specie.

Non tamen huic authoritati 17 derogatur, ex eo, quod iuxta negotiorum qualitatē consultationē interponat ad Principem, quem certiorare debet de omnibus his, quæ eius intersunt. Reg. Matthæu de re crimin. contr. 76. numer. 5. & 6. imò in arduis Princeps est consulendus. Faiardo allegat. fiscal. 9. num. 288. cum seqq. & à num. 407. ad 430. qui tamen si de Magistratibus inferioribus loquatur, idem quoque procedit respectu Senatus; punctim Reg. Matthæu de re crimin. contr. 3. à num.

num.63.ad 72. & ibi, ex Cassiodoro demonstrat, speciē magnæ prærogativæ esse Principē consulere alloquiis; quia dignitas est subiecti affectus meruisse dominantis.

18 Maximè cum status ratio in his intercedat, quæ tametsi subdat conscientiæ, & religioni. Marques *lib.2.de Gubernat. cap.22.fol.287. & cap.34.* Solorzan. *tom.2.de iur. Indiar. lib.1. cap.15. à num.47. & cap.16. à num.5. & lib.2. polit. cap.17. fol.160. vers. 7 de qualquiera*, & eius consideratio non admittatur in negotiis iustitiæ. Larrea *allegat. fiscal.90. num.13.* Attamen gubernii causa plura à Principe dependent, idem Solorzan. *in polit. Indiar. lib.5. cap.3. fol.767. à vers. Lo vndecimo*, vbi, quod propter iussiones datas per viam gubernii non excluditur remedium iustitiæ.

19 Præterea specialissimum est in hac, de qua peragimus re, suapte natura Principē consuli, propter textus, & Authores superius adductos: nam crimen læsæ Maiestatis, primum de reservatis adscribitur, vt *decis.1.num.97.* perspeximus, licet quando res est clara, nulla sit opus consultatione, prout evenit in casib⁹ memoratis *decis.21. & decis.22.* Quare prudenti arbitrio materia ista peculiariter est regulan-

da, ex latè traditis per Xamar *de offic. iud. p.1.q.7.tota.*

20 Penicillos ergo pictores honestos servent, ne excelsam artem ignobilem reddant; metricos concentus poetæ venustè, & decenter ordiantur, ne divina, vt opinantur, facultas exuilescat, & ne vtrique Principibus grati, ab eorum decendant gratia, cum vltra Authores *decis. 21.* cumulos, maledicos in Principem redarguant Alfaro *de offic. fiscal. glos.20. §. 10. num.371.* vbi huic crimini maledicentiæ in Principē confiscationem bonorum præscribit, inter casus læsæ Maiestatis enumerat; & quid tenendum de iure Castellæ declarat Thoro *in compend. decis. p.1. verbo maledicens Principi pag. 329.* vbi refert ex Muscat. *in præct. crimin. tit. si quis Imperator. maledix.* quod cum contigisset Neapoli, quendam Doctorem Hispanum porrexisse rescriptū Viceregi, in quo verba contumeliosa dixerat, fuit post manus in scisionem, caput in publico foro ei obtruncatum. Similiter enarrat *d.p.1. verbo miles ob famosum libellum*, vltimum supplicium inflictum cōtra militem famosum libellum in Viceregem infringentem.

21 Vindicantur etiam acriter verba iniuriosa in Ministros

Regios erupta. Regens Cortiada, vel potius ab eo laudati *decis. 99. num. 18. & decis. 102. num. 33. p. 2.* nos cum eo supra *decis. 23. num. 96.* vbi arbitrariam esse pœnam tradidimus; & vt scias qualiter fuerit practicata, annota casum decisum die prima Septemb. 1688. contra Michaellem N. incolam Loci Sancti Andrææ de Palomar, Vicariæ Barcinonæ, & Paulum N. olitorem, habitatorem in termino Loci Sancti Martini de Provençal, delatos, & inculpato de obloquutionibus per eos prolatis die 12. mensis Augusti tunc proximè elapsi, irreverenter, & scandalosè, tempore quo Hieronymus Pastor Regius Algutzius adducebat, à Civitate Minorissæ, ad Regios carceres præsentis Civitatis Barcinonæ novem homines captos, existente scilicet dicto Michaelle hora secunda post meridiem, in limine ianux domus suæ habitationis, sitæ in vico maiori dicti Loci Sancti Andrææ de Palomar, prorumpendo irato vultu verba execratoria, denotantia pravum animum tumultum concitandi contra iustitiæ administrationem, scilicet subsequenti: *Com Deu es Deu, contra nostra Janch*, memoratū Algutzius obtuendo: Præ-

dicto verò Paulo reperto in domo suæ habitationis, sitæ in memorato termino Sancti Martini de Provençal, accepto per manus altero ex dictis captis, magna indignatione expromendo, quod non timeret: nam in reluctantiâ omnium, & licet mundus periret, evaderent, vulgari sermone videlicet: *No te espantes, que encara que lo mon sine ne exireu, y à pesar de tots ab la vostra.* Qui Michael fuit condemnatus, referente R. S. de Vilaplana, ad relegationem in Insulam per suam Maiestatem nominandam ad quinquennium, & in casu contrafactiõnis ad serviendum per idè tempus in Præsidio pariter per suam Maiestatem nominando; & prænominatus Paulus fuit condemnatus ad relegationem in Insulam per suam Maiestatem nominandam per septennium, & in casu contrafactiõnis ad serviendum per idem tempus in Fortalicio per suam Maiestatem etiam nominando. Actuário Riembau.

Aliam audi adversus eum ²² diffinitam, falsitatem proferentem in dedecus vxoris Regii Consiliarii, editam 20. Augusti 1568. contra Amatorem N. agricolam Villæ de Vilalba, delatum, & inculpatum, quod dum fustigabatur per loca so-

lita præsentis Civitatis pro executione Regiæ sententiæ contra eum prolata, publicè, & voce alta per vicos, per quos ducebatur, falsò dixerit, & asseruerit; aliquoties, quod fustigabatur, eo quod inductus, & subornatus per Elisabethem Ferrer uxorem Michaelis Ferrer D.R.A. Civilis, & promissa sibi certa pecuniæ quantitate, falsum testimonium perhibuerit; aliquoties verò dixerit, & asseruerit, quod fustigabatur, eo quia falsum testimonium, ad quod inducebatur pecunia, & aliàs per dictam Ferrer, perhibere noluit, dictam Elisabethem Ferrer falsò diffamando. Qui fuit condemnatus, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis, & quod postea exequeretur Regia sententia contra eum prolata, qua fuit condemnatus ad servitiû Regiarum triremium in perpetuum.

23 Denique, vt hoc genus scelerum maledicentiarum terminemus, & exterminemus, revocentur ad memoriam, quæ de zelo indiscreto *decis. 21. & 22.* perduximus, & legatur magnus Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis *in Mattheum tom. 6. fol. 574. cap. 2. litt. K.* vbi quod fidelitas parum

prodest sine prudentia, & ibidem alia plura acervat ad intentum pro iis conducibilia, qui plerumque palliatæ fidelitatis, nonnumquam veræ prætextu, perperam loquuntur, incidentes directè in Charibdim inobedienciæ, quæ cum hisce obloquutionibus creberrimè committitur: nam ex contemp- 24 tu superioris quatenus legislator est, in re etiam levi inobediencia incurritur, & mortale peccatum, ex sententia Suarez *de legib. lib. 3. cap. 28. numer. 24.* quamvis esse solum peccatum veniale, extante levitate materiæ, firmaverint Caietanus, Armilla, Valentia, Lessius, quos refert, & sequitur Diana *part. 3. tract. 72.* licet aliud velit in legislatore divino cum Sanchez *in summa tom. 1. lib. 5. cap. 5. n. 11. & 13. in fine.*

In materia gravi, non est du- 25 bium lethaliter peccari ob inobediencia; sed sciant subditi, ea, quæ ipsis levia videntur, gravia frequenter esse, sicque illa contemnentis dirissime irretiri: nam peccatum Adæ grave dicitur, prout eius posteritas eluget, tametsi eius materia levis appareat; non enim lex divina solet imponere graves obligationes circa res minimas. *Can. alligant. 90. distinct. 2. Busemba. de conscient. lib. 1. tract.*

tract. 2. cap. 1. dub. 4. Less. lib. 2. tit. 4. d. 9. Suarez de legib. lib. 3. cap. 25. reddens rationem, quod cum divinum præceptum non possit non esse iustum, fieri nequit, quin sit materiæ proportionatum, & ideò si sit sub mortali, cadit in materiam capacem talis obligationis, aliàs peccatum mortale, & veniale non differrent ex natura rei, quod non autumandum.

26 Doctores tamen prædicti profitentur, materiam levem fieri quandoque gravem ratione circumstantiarum, vel finis à legislatore intenti; ideoque materia, quæ nudè spectata levis apparet, prout tamen tali tempore, & ordine ad certum finem præcipitur, redditur gravis, vt præter nuper relatos, & anterioribus decisionibus expressos, docuerunt Vazquez p. 2. in 1. 2. D. Thom. disp. 158. cap. 6. vers. tertio colligitur. Sanchez in opere moral. lib. 1. cap. 4. num. 4. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 14. num. 3. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. §. 3.

27 Unde præceptum Adæ impositum, fuit equidem de re gravi, ratione finis à Deo intenti: quia nimirum illa abstinentia à cibo vetito, imposita fuit in recognitionem obediëntiæ Deo debitæ, & quasi in tributum humanæ subiectionis

ad Deum, & ad reprimendam hominis elationem, quodammodo subiiciendo illum inferiori creaturæ, in obsequium Dei, sub quibus rationibus præceptum illud gravissimum erat. Suarez lib. 3. de legib. cap. 25. num. 5. Busembaum de conscient. lib. 1. tract. 2. cap. 1. dub. 4. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. §. 3. dicens, dictum mandatum iniunctum fuisse, vt iustitia originalis pro posteris servaretur. Thomas Maluend. Ordin. Prædicat. de Paradis. voluptat. tractat profundissimè de hac arbore interdicta primis parentibus per varia capita; & cap. 68. ex aliis concludit, quod cum res aliqua lege prohibita est, non rei, vel præstàtia, vel dignitas, aut vtilitas, atq; indignitas, dū, aut editur, aut mittitur, quicquā refert, aut ad peccatū, aut ad iustitiã, vel ad pœnam, præmiumve; sed ipsam solam hic spectari obedientiam, & rebellionem, illamque arborem cap. 69. appellatam fuisse scribit scientiam boni, & mali; quoniam per illam Deus Adami, bonum, & malum, id est obedientiam, vel inobedientiam tentarit.

Bonum ergo, & malum in obedientia, vel inobedientia consistit, venerando superiorem, & eius mandata, non ei ma-

ledicendo, aut iussa sua expro-
bando; sic enim expedit Rei-
publicæ gubernio, & conser-
vationi. Cyriac. *controv.* 405.
Escalon. *lib.* 1. *gazophylac. cap.*
45. *num.* 37. & *seqq.* Pareja *de*
instrument. edit. tit. 2. *resol.* 2.
num. 83. & *seq.* vbi, quod obe-

dientia obedientiam parit; &
idcirco obediens poenam non
incurrit. Cyriac. *controv.* 291.
& *seq.* Transeamus nunc ad
cernendum, an iudicium cri-
minale, ab equite humilia of-
ficia exercenti, evitetur.

EPIGRAPHE.

Exercitio artium sordidarum nullatenus dormit, neque suspen-
ditur nobilitas descendens ex nobili, quamvis iste ex privi-
legio talis sit, & sic gaudet nihilominus nobilium prærogati-
vis; ea verò conquiescunt in illo, qui primùm cingulo mi-
litari condecoratus fuit, vbi quotuplex sit nobilitas sangui-
nis, & de modis ipsam probandi.

N U C L E U S.

- 1 Factum.
- 2 Burgenses Perpiniani nostro-
rum Equitum privilegiis
fruuntur.
- 3 Nobilitas consopitur per exer-
citia sordida; sed vide
num. 14.
- 4 Officium sordidum quale sit, &
dedecens respectu nobiliū.
Per Agriculturam nobilita-
ti non derogatur.
- 5 Nobilitas sanguinis qua sit, &
quotuplex, & *num.* 15.
- 6 Quot modis nobilitas probe-
tur, & *num.* 7. 8. 9. 10. vbi
de fide, qua ex historiis, ac
enuntiatiuis desumitur,
cum Senatu.


- 11 Exacta desideratur probatio
nobilitatis, si ea principa-
liter demonstratur, si ve-
rò incidenter, minor suffi-
cit; & *num.* 12. vbi exem-
plar.
- 12 Forensibus Equitibus privi-
legium nostrorum, hic me-
moratum prodest.
- 13 Quando questio incidens no-
bilitatis tendit ad peri-
mendum iudicium, plena-
riè est examinanda.
- 14 Privilegia nobilium vò amit-
tuntur, nec suspenduntur,
si nobilitas sit sanguinis,
quamvis ex privilegio ori-
ginem ducat; consopiun-
tur,

tur verò, si nobilitas sit privilegiaria, & n. 16. ac 17. Vilescit nobilitas, dum familia exercentur officia, quoad persone scilicet opinionem.

18 Senatus decisiones conclusionem mox stabilitam approbantes, & ibi privilegio Burgenfis Perpiniani gaudens minor 25. annis, obportum instrumenti manuales brevioris mensuræ, relegatione, & reclusionem in arcem puniens, & n. 19.

20 Pœna trirremium solis plebeis apud nos infligitur.

21 Illegitimi, seu bastardi nobilium, de generali consuetudine gaudent privilegiis suorum parentum.



DECISIO XXV.

1 **I**OANNES N. parator pannorum lanæ Villæ de Cellent, Vicen. Diocesis, de atroci delicto gravatus, antequam ad diffinitionem suæ causæ perveniremus, obtinuit pacem à parte legitimè instante, quam producendo, opposuit non posse Fiscum contra eum prosequi criminale iudicium,

propter privilegium militum à R.S. de Vilaplana de Brach. militar. cap. 3. à num. 71. exornatum, & sæpè in hoc nostro opere adductum, quo perscrutantur in Principatu milites, & privilegio militari congaudentes, ut contra eos procedi nequeat absque partis privatæ instantia, qua cessante, criminalem processum, atque cursum expirare exploratum habetur; se autem esse filium Augustini edocuit, qui obtinuerat privilegium Burgenfis Perpiniani, sicque fuerat à plebeis semotus, & condecoratus privilegiis militum. Marquill. in usat. Civis q. 40. Font. de pact. nupt. claus. 3. glos. 3. à num. 97. Bosch. dels titols de hon. lib. 4. S. 2. vers. los privilegis. Regens Leo decif. 9. num. 135. p. 3.

3 Replicavit Fiscus nobilitatem obdormire, & consopiri per exercitium artium sordidarum, & humilium officiorum. Fontan. decif. 292. num. 7. to. 2. Amaya ad l. unie. Cod. de infamib. lib. 10. vbi observat nobilitatem non perdi, sed tantum splendorem, quem præbebat dignitas illa obscurari. Quesada Pilo contr. 29. à num. 51. ex tex. in l. nobiliores Cod. de commerc. Gistiero, Tiraquello, Gratiano, Farinacio; & palam fit, quod paratoris pannorum
la

4 lanæ officium sordidum utiq;
fit, cum popolare dicatur, & sit
annexum qualitati populari,
ex firmatis per Capic. *Latro
consult. 12. num. 9. p. 1. Narbon.
in l. 14. glos. 1. nu. 89. tit. 2. lib. 6.
recopilat.* Moreno de Vargas
*de nobilit. discurs. 11. n. 3. Lau-
rent. Vrsel. conclus. legal. 147.
num. 14.* Quesada Pilo *d. contr.
29. num. 52.* propriis namque
manibus corporalia opera, quæ
ex liberalibus artibus intelle-
ctus non sunt, ad quæstum
exercere nobiles non decet.
*Font. de pact. nuptial. claus. 7.
glos. 3. p. 15. num. 74. tom. 1. & de-
cis. 292. num. 16.* Anton. de Ma-
rin. *lib. 2. resolut. cap. 146. nu. 11.*
Cavaller. *decis. 6. num. 6. & 8.*
qui agriculturam excipiunt, &
per eam nobilitati non dero-
gari defendunt: cum & ipsa
pluribus eniteat privilegiis,
*Solorzan. lib. 2. polit. cap. 9. Pa-
reia de instrum. edit. tit. 2. resol.
9. à num. 103.*

5 Senatus tamen discrimen
constituit inter nobilitatem
sanguinis, & eam, quæ ex pri-
vilegio derivatur; hanc non
splendescere, imò opacari, dum
vilia exercentur officia, liben-
ter cum Doctoribus laudatis
num. 2. admisit; secus sentiens
in nobilitate sanguinis, quæ
dupliciter accidit. Primo mo-
do, & hæc agnoscitur emican-

tior, quando familia est ita præ-
clara, ut absque illius privile-
gii indigentia doceat, ex com-
muni existimatione, de tem-
pore immemoriali, & ex aliis
documentis, quibus detegitur
clarus, & conspicuus sanguis,
stirpis illius iubar coruscasse.
*Gutierr. q. civil. lib. 3. q. 16. num.
68. & 32. Garcia de nobil. glos. 6.
num. 41. vers. Ad decimum ter-
tium.* Escobar *p. 1. de purit. q. 4.
§. 5. à num. 14. & q. 8. §. 2. nu. 44.*
Olea de cess. iur. tit. 6. q. 7. nu. 7.
vbi an nobilis sanguinis, qui
privilegium nobilitatis impe-
travit, nobilitatem sanguinis
amittat, vel se ignobilem fa-
teatur. *Mieres de maiorit. p. 3.
q. 16. num. 33.* vbi de eo, qui no-
bilitatem generis impetrat à
Rege. *Mendo de ordin. mili-
tarib. disq. 3. q. 3.* vbi tractat,
quo pacto debeant deponere
testes in informationibus can-
didorum ordinum militarium,
& quantum hæc militia illam,
quæ ex privilegio dimanat, an-
tecellat; de quo puncto longè
Regens Leo *decis. 9. à num. 68.
par. 3.* Non enim solum pro-
batur nobilitas per privilegiū,
sed etiam, si quis doceat maio-
res suos admissos fuisse in acti-
bus, ac exercitiis munerum pu-
blicorum, quæ soliti sunt ad-
ministrare nobiles, & milita-
res. *Reg. Leo d. decis. 6. nu. 16.*

tom.3. Seraphin. de Olivar. tom. 1. decis. 207. num. 4. Farin. par. 2. recentior. decis. 494. num. 7. Eadem Rota decis. 290. num. 5. post tom. 2. consil. Farinac. videndus Garcia de nobilit. glos. 35. à nu. 1. & de probatione, quæ ex publica reputatione deducitur. Cassan. in cathalog. p. 8. considerat. 6. & 64. num. 11. Castill. tom. 6. contr. cap. 123. Carleval. de iudic. tit. 2. disp. 3. nu. 8. Covarruv. lib. 1. var. cap. 16. nu. 10. vers. primò in fine. Escobar p. 1. de purit. q. 10. §. 2. & de adminiculis. Garcia de nobilit. glos. 12. num. 23. & 24. & glos. 18. nu. 40. Gutierr. lib. 3. pract. q. 16. nu. 42. & à num. 105. & qui actus distinctivi sufficiant. Solorzan. lib. 2. polit. cap. 29. fol. 243. vers. cada. Escobar de purit. q. 9. §. 4. à num. 57.

7 Demonstratur etiam historiis classicis progeniem inter nobiles referentibus, cum ipsis fides plena tribuatur. Gratian. discept. for. 893. num. 6. & seqq. Valenz. Velazq. consil. 33. num. 84. Pareia de edic. lib. 1. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 33. Genoa à Passer. lib. 5. tit. de libr. Chronic. Burat. decis. 358. num. 4. Garcia de nobilit. glos. 10. n. 10. Gutierr. pract. quest. lib. 3. q. 13. n. 23. Font. de pact. 1. claus. 4. glos. 10. part. 2. num. 28. & fuit in terminis nobilitatis decisum Regia senten-

tia lata 6. Julii 1658. in causa Alexii Giralt Villæ de Sort, contra Excel. Ducem Cardonæ, referente egregio olim Senatore Michaeli Alegre. Nott. Trelles.

8 Pleraque alia documenta tradunt Riccius p. 1. collect. 37. & par. 4. collect. 761. & part. 6. collect. 2177. & p. 7. collect. 3174. vbi de nobilitate de solar. Gutierr. lib. 3. pract. q. 13. 15. 16. & q. 14. & 17. Seraphin. de Olivar. decis. 207. num. 3. vbi de eo, qui produxit litteras Episcopi, & Capituli, per quas vocabantur maiores sui ad comitia, & militiam, vti nobiles, & militares, & per quas litteras distribuiebantur ipsis impositiones, quæ solis nobilibus militari- bus tunc imponebantur. Joan. Rayn. in tract. nobilit. in 1. q. 3. principal. Tiraquell. in tract. de nobil. cap. 6. nu. 12. & seqq. Mascard. de probationib. concl. 1094. nu. 5. latissimè Regens Leo decis. 6. à num. 18. tom. 3. vbi num. 26. decisum testatur; & vniformiter isti Doctores per concessionem, & vsum armorum, seu insignia, nobilitatem erui volunt. Bovadilla in polit. 2. p. lib. 3. cap. 3. n. 58. Camill. Borrell. de Reg. Catholic. prestant. cap. 32. à num. 34. Marquez en el Governad. Christian. lib. 2. cap. 39. pag. 386. & 387. litt. D. Rota Ro;

Roman. apud Farin. *decis.* 290. *post. 2. lib. consil. num.* 8. 9.

10 Alios modos addunt iidem supra citati, quibus iunge Ramon *consil.* 87. *num.* 14. & 32. Anton. Fab. *def.* 15. *lib.* 9. *tit.* 29. *de dignit. & nobil. in Cod.* Cypc. *Latro. decis.* 183. *numer.* 83. *lib.* 1. & *tom.* 1. *consult.* 50. *nu.* 19. Rovit. *consil.* 83. *lib.* 1. Franch. *decis.* 357. & ibi optimè Carol. Anton. de Luca. Thoro *in compend. decis.* *tom.* 1. *verbo nobilitas.* Ferdinand. Matut. *disquis. legal.* 46. *per totam*, qui omnes, plura de enuntiativa in hac materia, de qua accuratè Vicecancellar. Crespi *observat.* 14. *requis.* 8. & *in princip. observat.* à *num.* 9. plenè R.S. de Vilaplana *de Brach. militar. cap.* 6. exemplaria suggerens, quibus adde Regiam sententiam latam, referente R.S. Don Josepho Rull 12. Julii 1666. in causa Narcisi de Sampso, contra Nob. Hieronymum Ribes, & alios. Actuario Ribes.

11 Unum tamen intactum non derelinquam, magnam versari differentiam, inter probandam nobilitatem incidenter, & eam probandam principaliter; hoc casu, exacta desideratur probatio nobilitatis. Sesse *decis.* 13. *num.* 2. *tom.* 1. Narbon. *in comment. in 3. p. novæ recopilat. leg. Castell. p.* 1. *lib.* 2. *tit.* 11. *de los*

Alcaldes de Hijos Dalgo l. 33. *glos.* 12. *pag.* 273. *num.* 3. in illo verò sufficit pro tali haberi, & existimari fama, & communi reputatione. Otalor. *de nobil. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. & *p.* 3. *principal. cap.* 10. *num.* 3. Menoch. *de presumptionib. lib.* 6. *presumpt.* 60. *num.* 9. Narbona qui proximè *num.* 2. Escobar *de purit. proband.* 1. *p.* 9. 14. *§.* 4. *de fide test.* *pag.* 315. videndi Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 17. *num.* 29. Solorzan. *lib.* 5. *politic. cap.* 3. *fol.* 774. *vers.* Pero.

12 Quare cum adiunctus, etiam extante Francisco de Portell R.S. interfuissem Auditoris generalis exercitus, Magnifici Francisci de Sotomayor, longè post hæc reserata meritissimi J.R.C. in causa criminali contra Emanuelem N. Aragonensem, de atroci delicto accusatum, opposuit is de partis pace, seu remissione; sicque vti Infançonem Aragoniæ frui debere privilegiis nostrorum militum, seu equitum, sicuti gaudent in Aragonia Infançones; laudati per Regentem Leo d. *decis.* 9. à *num.* 137. *lib.* 3. Fontan. & Cancer proximè allegandi; & quod forensibus equitibus 13 hoc nostrum privilegium optuletur, docuerunt Peguera *decis.* 43. *p.* 2. Font. *de pact. nupt.* *tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *numer.* 37. *vers.*

vers. circa idem, vbi extat deliberatio trium Aularum nostri Senatus pro hac opinione, de qua etiam Canc. *part. 3. var. cap. 3. à num. 430.* Bofch *titols de hon. de Cathal. lib. 3. cap. 4. vers. se amplia en los Cavallers forasters pag. 303.* adde Gutierr. *lib. 3. pract. q. 17. à num. 139. & 262.* quamobrem se relaxandum prætendebat Emanuel, sed supervacaneè: nam consideravimus leves probationes ab eo adductas, & solum sufficere ad poenam ignominiosam evitandam, non ad iudicium amputandum; quo casu, cum quæstio incidens nobilitatis præiudicet causæ principali, vt sine ea non possit ferri sententia diffinitiva in negotio principali, tunc talis quæstio plenariè est examinanda, vt advertit punctim Sesse *d. decis. 6. num. 20. & seq. tom. 1.* quapropter sententia lata 31. Martii 1686. fuit dictus Emanuel condemnatus ad serviendum in Insula, seu Præsidio nominando reclusum in perpetuum. Scriba Virgili.

15 Recolligendo nunc vela, nobilitas sanguinis quædam est, quæ modis relatis, scilicet per possessionem immemoriam, & alios supra descriptos ostenditur: sed ultra alia cõperitur; nimirum quoties pater, aut alius

ascendens obtinuit à Principe privilegium nobilitatis; nam licet respectu impetrantis dicatur ex privilegio, respectu verò descendens, sanguinis appellatur; non tam excellens, vt supra explicata, sed sufficiens, vt eius causa non suspendantur exercitio artium sordidarum privilegia nobilium; dicitur enim hæc nobilitas nativa, non dativa. Font. *decis. 292. num. 3. par. 2. & 6.* Nig. Cyriac. *contr. 208. num. 98.* licet nimis se involuat concedendo primum natum ex progenitoribus nobilibus esse nobilem à natura, & dicendo postea talem nobilitatem non esse à natura, sed ex ascendenti. Don Francisc. Ramos del Mançano *ad leg. Jul. & Pap. lib. 2. cap. 7.* vbi agit 16 quoque de nobilitate privilegiaria ex privilegio declaratorio, quam sanguinis, solivè censet Garcia *in tract. de nobilit. glos. 1. §. 1. num. 58.* Gutierr. *lib. 1. q. 137. num. 18. & 96.* Narbona *in l. 14. tit. 2. lib. 6. recopil. glos. 1. ex num. 90.* vbi plurimi. Ayllon *ad Gomez lib. 2. cap. 11. num. 55.*

17 Ideoque non audiendū opinionamentum Cassan. *in consuetudin. Burgun. des droits num. 32. & 33.* Rebuff. *in commen. ad ll. Regn. tit. de mercat. min. vend. num. 21.* qui defendunt, nobi-

les ex sanguine non amittere nobilitatem, & militiam ob exercitium artium sordidarum; scilicet in perpetuum, sed pro tempore tantum quo exercuerint, aliud volentes in militibus ex privilegio; quia arbitrantur, istos amittere illud in totum, & in perpetuum per exercitium harum sordidarum, & humilium artium: nam veritatem amando, nec in his amissio à communi Doctorem schola approbatur, cum concordent, cessante humili exercitio reviviscere; neque in illis offuscari nobilitatem assentimur; imò omnibus privilegiis nobilitatis illustrari tenemus; at non inficiamur, citra hanc privilegiorum conservationem, personalem illorum opinionem detrimentum maximum pati; nec est sequendus Amaya in *Cod. ad l. 2. Cod. si servus, aut libertus lib. 10.* in his, quæ ibi contra crebriorem scribentium sensum phylosophatur.

18 Ex his 22. Septembr. 1681. fuit resolutum in Regio Concilio non posse Fiscum causam prosequi contra Joannem pro nece, de qua erat imperitus proditoriè, & appensatè perpetrata in personam Raphaelis Gual Medicinæ Doctoris Villæ de Collent; quandoquidem

nobilitas præfari Joannis fuit reputata sanguinis, quia obtenta à patre suo; sicque sensitimus, nec fuisse deperditam, neque dormiisse exercitio sordido. Relator litteratissimus undequaque, ac egregius Senator Nobilis Don Christophorus de Potau, tunc J.R.C. postea ad Civilem Aulam facundo meritorum cumulo, maiora adposcētū transvectus, Actuarius Badia; fuit tamen idem reus die 25. eiusdem mensis Septembris, quia ultra erat convictus de portu tormenti manualis parvæ mensuræ, vulgò *pistola*, condemnatus, quod relegaretur in Insulam, & recluderetur in arcem per suam Maiestatem nominandam ad quinquennium. Nota quod erat minor 23. annis.

Idem postea sequenti fuimus, 19 Regia sententia lata 7. Octobris 1688. referente R.S. Francisco de Rius, & Bruniquer, Actuarius Vilariquer, contra Franciscum N. colibiarium, vulgò *coleter*, delatum etiam de portu tormenti manualis brevioris mensuræ, vulgò *pistola*, qui fuit condemnatus, quod banniretur à præfenti Principatu Cathalonix, & Comitatu Ceritanix per quinquennium. Iste probavit se esse filium naturalem Civis honorati

Bar-

Barcinonæ, & attentæ eius bona qualitate, & fama, & quod ad malum finem instrumentum manuale non deferebat, & consanguineorum suorum nonnulla non vulgaria monstravit servitia; fuit idcirco mitius punitus, & propter nobilitatem ascendentium, non ad triremes missus, ut fuerat antea servatum in casu supra nuper expresso; pœna enim triremium apud nos, nobilibus, & gaudentibus privilegio militari non infligitur, sed plebeis dumtaxat, cum reputetur supplicium ignominiosum Fontan. tom. 1. decis. 168. num. 12. ex Mastrills decis. 261. num. 38. & 40. vol. 3. Bertazol. consil. crimin. 62. nu.

11. vol. 1. & consil. 306. num. 4. vol. 2. plura de condemnatione ad eas. Solorzan. lib. 1. cap. 16. num. 35. & lib. 2. polit. cap. 16. fol. 149. vers. y aun, & fol. 152. vers. lo sexto, & seq. Caball. cas. 8. & 103. Robert. lib. 4. rer. iudicatar. cap. 16. in princ. & fol. 120.

Illegitimos autem filios, si-
ve bastardos nobilium, gaudere privilegiis suorum parentum in Cathalonia, Aragonia, Valentia, Sardinia, Castella, ac de generali consuetudine in aliis Regnis, firmant plures citati per Regentem Cortiada decis. 8. à num. 115. p. 1. Ea propter memoratus colibiarius exiliū tantum passus fuit. 21

EPIGRAPHÆ.

De testibus quoad personas. De minoribus 14. annis, & generaliter de minoribus annis 25. restitutionem ipsis denegari in criminalibus, nisi de læsione doceant, nihilque prodesse revocationem suæ confessionis, deque illorum pœna in criminibus portus tormenti manualis brevioris mensuræ, ac effractionis carcerum. Clericus in posse sui Superioris citatur, iurat, & licentiam obtinet, ut deponat coram iudice laico; quid sentiendum de aliis testibus diversi fori, & de Familiaribus Sancti Officii Inquisitionis; an compelli possit clericus omnia requisita Sacri Concilii Tridentini habens, excepta licentia Episcopi, in causa sanguinis testificari. Testes omnino inhabiles, quando veritas aliter haberi non potest, nunquid prorsus non probent, necnon de socio itineris novæ elucidationes.

N U C L E U S.

- 1 *Minores 14. annis non recipiuntur in testes, cum iuramento, sed solum absque eo ad instruendum animū iudicis, etiamsi delictum sit atrox, & veritas aliter haberi non possit, & num. 2.*
- 3 *Curator est dandus minori, qui deponit in factō proprio, uti reus sine iuramento, & in factō alieno tanquā testis, ac iurans, & quid operetur hæc curatoris interessentia.*
- 4 *Revocatio confessionis minoris nihil prodest, nisi de errore, & lesione doceat, ubi Senatus, & nu. seqq.*
- 5 *Minor an restituatur adversus suam confessionem, etiā non docto de errore, vsque ad num. 8. concluditur non concedi minori restitutionem in criminalibus, non constituto de lesione, si confessionem precedunt indicia.*
- Restitutio minoris damnum, & minoritatem probari postulat.*
- 8 *Inter maiorem, & minorem differentia assignatur circa revocandam confessionem, & num. 9.*
- 10 *Convictus, & confessus non supplicat. Decisio cause.*
- 11 *Alia decisio conformis precedenti.*
- 12 *Casus affertur de clerico, qui in causa sanguinis deponere recusabat.*
- 13 *Clericus non potest cogi ad testificandū corā iudice laico, præcipuè in causa sanguinis, pro qua nec de licentia sui Superioris compellitur, & num. 25.*
- 14 *Citatio, & iuramentum clerici debet esse penes iudicem ecclesiasticum, & num. 21.*
- 15 *Familiares Sancti Officii, an compelli possint per iudices Regios ordinarios ad testimoniū ferendū. Affirmant aliqui, negat Fermosinus.*
- 16 *Coactio citra difficultatem admittitur legitima exstante concordia, veluti apud nos.*
- 17 *Discrimen ad intentum traditur inter iudices incompetentes, & incapaces, & num. 18. effectus elicitur, ut propterea possit laicus falsum deponēs coram iudice ecclesiastico, ab ipso puniri, sicut miles à paga-*

- gano; secus verò clericus à seculari, ac num. 19.
- 20 Iudex incapax non recipit iuramentum testis sibi non subditi, secus solum incompetentens, obtenta licentia à competenti, & n. 21.
- 22 Familiarium Sancti Officii exemptio non potest cum clericis equiparari.
Cancellarius in causis contentionum habet iurisdictionem Pontificiam, & Regiam; sed non exinde efficitur iudex privativè falsitatis incidentis coram ipso, respectu laici.
- 23 Iudex incompetentens competens efficitur, ne delicta remaneant impunita.
- 24 Regii Senatores, sive in civilibus, sive in criminalibus deponant, penes Proregem, vel alium delegatum Principis iuramentum præstant, ubi de ratione, & observantia.
- 25 In causa sanguinis non licet clerico testificari, & superiori aliter iubenti non est obediendum.
De clerico in his causis deponenti cum dispensatione Papæ, & de validitate testimonii absq; licentia emissi.
- 26 Laicus, qui adspirat ad clericatum, in causa sanguinis deponere non cogitur; sed vide à num. 28. & præcipuè num. 31.
- 27 Nemo cum gravi damno testificari tenetur, nec proprio dicto privare se honoribus, de quo tamen num. 33.
- 28 Ut clericus privilegio fori Ecclesiastici gaudeat, quatuor copulativè requiruntur, nempe clericatus, habitus clericalis delatio, servitium in aliqua Ecclesia, vel versatio in Seminario clericorum, aut in Schola, seu Universitate, & licentia Episcopi, cum decisionibus.
- 29 Quoties clericis consuratis sententia Reverendi Cancellarii negant privilegium fori, exprimitur eos incumbere studiis in publica Universitate absq; licentia Episcopi: si verò forus in sui favorem decernitur, licentiam eos habere explicatur.
- 30 Concluditur clericos non habentes omnia requisita Sacri Concilii Tridentini, remittendos esse iudicibus laicis; quia deficientibus qualitatibus Concilii, reputantur vt laici.
- 31 Praxis non admittit, quod laicus

- cus aspirans ad clericatum non cogatur testificari in causa sanguinis.
- 32 Testis in causa sanguinis testimonium proferens compulsus, obligatione proveniente ex precepto naturali, non manet irregularis morte, vel mutilatione sequuta, praesertim praemissa protestatione.
- 33 Receptum in praxi non fuit, testem à deponendo excusari propter periculum magnum ei imminens.
- 34 Decisio contra clericum non habentem omnia requisita Concilii Tridentini, re-nuente deponere in causa sanguinis.
- 35 Protestatio ab hoc clerico proposita, sed reiecta, & quod ea non sufficiat ad evadendam irregularitatē per se sola.
- 36 Qualiter protestatio praedicta fidem testi tolleret, defectu iuramenti, si de infligenda poena sanguinis ageretur, ubi quomodo dicatur factō contraria.
- 37 Testes patientes plures defectus, & exceptiones, nullatenus probant ex aliquorum sententia, etiam in casu difficilis probationis, & criminibus exceptis, & quando veritas aliter haberi non potest, nec iuvantur adminiculis, & sufficiunt duo defectus.
- 38 Conclusio praedicta nu. praecedenti declaranda est, quando veritas aliter sciri non potest, dimentiendo qualitatem defectus, probandi difficultatem, & qualia sint adminicula.
- Exemplificatur in assertione stuprata, que, & inimica, & socia criminis constituitur, deque eius probatione, ac num. 39.
- 40 Alia demonstratur ratio ex fide danda patri, & fratri accusatoris contra imputatam de adulterio; haec inimica efficitur praedictorum.
- 41 Consanguineus in causa consanguinei non est idoneus testis pro accusatore consanguineo. Sed respondeatur probare consanguineos, cum non agatur de eorum interesse, stanteque verisimilitudine, & iuvamine aliorum testium.
- 42 Numerus testium an suppleat defectum omnino inhabilium. Negat communior sententia.
- 43 In hac indagazione arbitrium iudicis versatur; neque indistincte est verum defectum testium non supple-

- ri ex adiuncto, aut numero, siquidem attendi debent verisimilitudo, & gradus inhabilitatis, & ibidem de dicto rapta.
- 44 Supplementum sumitur ex magna fide contestis ad torturam, sicut ex quatuor testibus inhabilibus potest quis condemnari ad pœnam ordinariam iuxta arbitrium iudicis rectè iudicantis, & num. 45.
- 46 Testes inimici, non tamen inimicitia capitali, si deponant de factò inquisiti tantum, & delictum sit difficilis probationis, iunctis adminiculis probant. Verisimilitudo quomodo ex pluralitate depromatur.
- 47 Supplentur testes ex numero, si inter eos adsint aliqui valdè idonei, exponiturque hoc supplementum non esse inane.
- 48 Testis habens iuris assistentiam probat plus, quam alius.
- De homicidio commisso per fratrem in fratrem domi, probato per duas filias occisi, ad pœnam extraordinariam.
- 49 Decisio traditur confirmans arbitrium dari iudici ad supplendum defectum testiũ
- omniò inhabilium.
- 50 Carcerati criminosi sunt, & idèò à testificando repelluntur; si sciunt, & non revelant conspirationem, criminis participes fiunt, & puniuntur. Senatus decisiones.
- 51 Nihilominus tales testes criminosi, & socii delicti admittuntur ad probandam effractionem carceris, itidemque Senatus decisiones.
- 52 Minor 25. annis qualiter sit puniendus ex sola carceris effractione, & ibidem qualiter probetur hoc scelus; ac ibidem Senatus.
- 53 In crimine fracti carceris, ad pœnam ordinariam attentate fugæ condemnantur rei ex testibus duos patientes defectus.
- 54 Nemo presumitur effregisse carceres, nisi inclusus in eis, sicut nec delictum sine causa gravi, proportionata, verosimili; & idèò Senatus detentos pro crimine levi in testes accipit.
- 55 Expenditur deinceps, ad corroborandũ supradicta, testimonium socii itineris, & casus narratur de duobus sociis, qui statim post facinus insequuti fuerunt

aggressorem.

- 56 *Revocatio iniuria ad animum testis coniecturis dignoscitur, veluti si proiciant in delinquentem iactum.*
- 57 *Si aggressor in socios itineris occisi proiciat instrumentum manuale, non ob id diminuitur illis de fide.*
- 58 *Ratio genuina in nuper expresso casu est: quia talis inimicitia sociorum demonstratur affectata ex parte rei, sicque non repellit testem à testificando.*
- 59 *Odium sociorum in casu, de quo à num. 55. erat publicum, non privatum, & ita non oberat testibus.*
- 60 *Decisio traditur, & votorum diversitas, quæ hac in causa intercessit circa fidem sociis dandam, & num. 61.*



DECISIO XXVI.

PERVENIAMVS, quia sic Typographiæ ordo postulat, plura cogens derelinquere, ad testium tractationem, cum de Iudice criminali, & rebus, quæ ei subii-ciuntur superius exarata pere-

gerint, multa recenter optimè ab aliis scripta studiosè, etsi aliqua singularitate elaborata prætermittemus; ideoq; non curamus de ætate testium memorare, propter exploratum Vsa-ticum *Negun home*, sub tit. de *testimon.* proditum; vbi, quod minores 14. annis, tam masculi, quam fœminæ, non recipiantur in testes cum iuramento, quam ætatem complere debent, vt recipiantur. *Peguera in præct. crimin. cap. 12. §. 2. num. 3.* plures cumulat *Conciol. resolut. crimin. 2. num. 4. verbo Minor.*

Benè verum est, quod Iudex potest illos sine iuramento examinare, & notarius tenetur exscribere ita: *N. etatis 12. annorum ad informandum animum Iudicis testis deponens sine iuramento, &c.* & hæc opinio in Regio Concilio est approbata, etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non possit, quicquid in contrarium teneant *Alex. Vulpell. Mascard. Farin. Calvin. Giurba, Costa laudati per Conciol. d. resolut. 2. num. 6.* & per *Quesada Pilo controu. 30. num. 45.* Vidi quidem in scelere simili, atroci, nullam habitam fuisse rationem de impubere ætatis vndecim annorum, neque ipsi, permissum iurare.

Ea autè ætate expleta, quisque

que masculus, vel foemina, recipiendus erit, & probat apud nos vti testis, quamvis minor sit 25. annis; sed si recipitur in facto proprio, tanquam reus sine iuramento, & in facto alieno, vti testis in simul cum iuramento, curator est ei dandus, prout in compilatione practicali aperietur, & probant Villadiego, Paz, Pichardus, Farinacius, & Caldas citati per Ayllon ad Gomez lib. 3. cap. 1. num. 64. addo Buccaronium de different. inter iudic. civil. & crimin. diff. 48. vbi tex. in l. clarum Cod. de authorit. prestant. declarat hoc modo, scilicet, quod si ea, quæ fiunt respiciunt ordinem iudicii, tunc requiratur curatoris auctoritas, aliàs iudicium sit nullum in criminalibus; si verò, quæ fiunt spectent ad indaginẽ veritatis tunc non est necessaria prædicta curatoris auctoritas, inferens inde ad torturam, & confessionem; & hanc distinctionem de consuetudine obtinere pluribus probat Doctorum testimoniis, qui asserunt ridiculum videri, quod talis auctoritas intervenire debeat, quæ ad nihil est profutura: nam curator, cum detur ad vtilia tantum peragendum, non assentiret, vt minor fateretur crimen: Nos tamen indiscri-

minatim observamus scripta per Peguera in pract. crimin. cap. 12. §. 5. num. 3. cum duobus sequentibus, curatorem assignando minori reo, cui legitur ipsius depositio, & per eum postea, sicut per minorem subscribitur, ipsique omnes intimæ præsentantur in progressu causæ; non tamen quicquam permittitur curatoris loqui pro instruendo minore, sicque in nostro Senatu præsentia iudicis non supplet defectum curatoris; verum est, quod articulus iste nusquam fuit punctim decisus, sed inconcussa praxis cum curatore pertransiit.

Unum tamen in hoc valdè notabile observa, sic exacta depositione minoris, de sua revocatione nullam rationẽ haberi, nisi de errore doceat; quẽ articulum antea non perfectè explicatum, strenuè defendi in causa Sigismundi N. minoris, ætatis decem, & septem annorum, & sex mensium, qui fuit captus cum tormento manuali parvæ mensuræ, vulgò *carabina*, noctu, & hora captata, præsentente Excel. Domino Don Carolo de Aragon, Gurrea, & de Borja, Duce de Villahermosa, Comite de Luna, & de Sastago, Locumtenente generali suæ Maiestatis, heroe iustitię aman-

rissimo, pervigilantissimo, Regii, atque publici boni summa cum rectitudine, & ardentissimo zelo, inflexibili disquisitore, invictique pectoris Mavortis; eademque nocte interrogatus, crimen sua confessione patefecit, at defensionibus post octo horas datis, confessionem, beneficio restitutionis ex capite suæ minoris ætatis, de qua constitit, revocavit.

5 Protegebatur hic reus doctrina R.S. de Calderò *decis. 22. num. 19. par. 1.* vbi tenet ex aliis, minorem restitui adversus suam confessionem, etiam non docto de errore: vnde subinferebat minor prædictus, non teneri minorem errorem docere, vt confessio sua pro revocata, ac non facta haberetur.

6 Amplexa tamen non fuit hæc conclusio, sed magistralis sententia Buccaronii *differentia 46. num. 3.* quò loci notat, quod quisque dum iudex sit aperiat oculos, ne ad lapidem pedem offendat, & ne sub communi opinione decipiatur: quoniam Doctores non levis authoritatis, arbitrati sunt veriorrem esse sententiam, & in iudicando sequendam, non esse in criminalibus concedendam restitutionem adversus confessionem minoris, non docto de læsione. Farin. *q. 81. cap. 1. num.*

378. exprimens, quod hæc opinio practiceretur, quando tamen minoris confessio præcedentibus indiciis gravata reperitur. Boss. *in pract. crimin. tit. de confess. num. 69.* vbi hanc esse practicam, quicquid aliter iure procederet; & ne putes hanc sententiam parum munitam, scias, quod eam sequuntur Ursill. *ad Afflict. decis. 208. num. 1.* Plaza *in epitom. delictor. lib. 1. cap. 32. num. 13.* Sarmiento *selectar. lib. 3. cap. 13.* Pichar. *in manu duct. 3. p. §. 3. num. 16.* Paz *in praxi tom. 1. p. 5. c. 3. §. 4. n. 22.* Morla *in Empor. tit. 5. q. 7. n. 12.* Molin. *de iustit. tom. 4. disp. 36. num. 4.* Fachinæus *lib. 1. contr. cap. 72.* Menoch. *de arbitr. cas. 258.* Thomas Sanchez benè explicans *lib. 7. de matrim. disp. 112. num. 17.* Gutierrez *in authent. Sacramenta puber. num. 131.* Barbos. *in l. 1. Cod. si advers. delict. num. 7.* hi namque omnes in eo concordant, quod si minor confessus fuerit delictum, aliter non probatum verè, vel præsumptivè, vel eo tempore, quo non tenebatur fateri, restitutio debet ei concedi; negari verò, quando confessio indiciis, & præsumptionibus comprobatur, videndi Larrea *decis. 70. nu. 20.* Narbon. *in tract. de etat. ann. 25. q. 37.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 7. ex num. 713.*

Qua-

7 Quapropter admonet Fontan. *tom. 1. decis. 121. num. 6.* restitutionem minorum in criminalibus non esse attendendam, si adest praesumptio calumniae, vel malitiae; & *num. 10.* inspicere vult, an minor remanserit indefensus, habens alia, quae probare posset relevantia, & iustum esse proclamat; quod iudices cum magna circumspeditione in his procedant; & difficiles se reddant in his concedendis, ne detur occasio, quod in damnum Reipublicae quotidie querantur impedimenta punitionibus delictorum; siquidem regulare est, quod minor, ut restituatur, duo probare debeat, minoritatem, & damnum. *Cyriac. contr. 252. Lara de vita hominis cap. 26. Fab. de errorib. decad. 7. error. 9. Font. decis. 101. Scacc. de sentent. cap. 1. glos. 14. q. 27.* nulla autem adest laesio, si confessus fuerit minor veris praecedentibus indiciis, quae in contrarium probare nequit, quantumvis Doctores adversantis sententiae, lesionem semper continere confessionem minoris in criminalibus teneant; quia ex hac generalitate, sequeretur veritatem infringi, quae semper est praefenda, ut habetur supra *decis. 13. numer. 16.*

8 Regii Senatores innuerunt minori, magis quam maiori in-

dulgeri: hic enim debet dicere se errasse, esseque paratum docere errorem, adiectis eius causis in specie, & postea revocando confessionem; alioquin si statim format capitula revocatoria confessionis, sine vlla erroris praefatione, non erit audiendus. *Caldero d. decis. 22. passim, & praecipue numer. 22.* At vero minores causam erroris probatam habent cum sua imbecillitate aetatis, & eorum articuli revocatorii confessionis admittuntur, illorum sola facilitate allegata; sed tenentur rursus errorem, ac laesionem probare, ut restitutio concedatur ad eum effectum, ut confessio elisa remaneat.

In casu proposito valde intererat minoris confessionem eius destrui; revocatae per solam restitutionem in integrum: quia cum convictus esset, ulterius confessus remanebat; sicque supplicare non poterat. *Pegueria in pract. civil. rubr. 27. n. 26. ad 34. Guazzini. defens. 36. cap. 13. Farin. q. 101. num. 150. cum sequentibus. Salgad. de Reg. protect. par. 3. cap. 14. num. 10. cum aliis Reg. Matthæi de re crimin. contror. 2. num. 9.* sed quoniam errorem, seu laesionem non probavit dictus minor, Regia sententia lata 10. Januarii 1689. attendita eius aetate, & quod ma-

læ qualitatis non esset, fuit condemnatus ad relegationem in Insulam per suam Maiestatem nominandam per quinquennium, referente R. S. de Rius & Bruniquer, Scriba Fama-
 da, & nulla habita ratione de revocatione confessionis, non fuit admissa illius supplicatio, designataque extitit pro pœna adimplenda Insula Sardinia, & deinde in alio casu idem servatum fuit de reiicienda supplicatione, non obstante revocatione, nullo docto errore, ac læsione.

11 Quoad pœnam tamen istiusce minoris, ne tibi dura videatur, noscas, quod Regia sententia lata 11. Februarii 1670. referente R. S. D. Josepho de Ferrer, Ludovicus N. Villæfranchæ Pœniten. ætatis quindecim annorum, & sex mensium, delatus, & inculpatus, quod die 30. mensis Decembris 1670. noctu fuit repertus in præsentî Civitate Barcinonæ cum duobus instrumentis manualibus, vulgò *pistolas*, cû quibus fuit captus, condemnatus similiter extitit, quod relegaretur in Insulam per suam Maiestatem nominandam per quinquennium, Scriba Fama-
 da.

12 Personæ plures sunt, quæ cogi non possunt à iudice ad

deponendum; prætendit hoc ipsum Ioannes Grau Clericus in quatuor minoribus ordinibus constitutus, detentus in Regiis carceribus ad effectum, ut tanquam testis deponeret ad offensam rei inquisiti de necè perpetrata iactu instrumenti manualis, vulgò *pistola*, in personam Vincentii Borrás Philosophiæ studentis, in præsentî Civitate Barcinonæ sub die 12. Aprilis 1687. in vico vulgò dicto *de las ramalleras*. Primum fundamentum deducebatur: quia dictus Grau erat exemptus à iurisdictione iudicis secularis, eo quod esset initiatus prima tonsura, & deferret tonsuram apertam, habitumque clericalem tempore commissi delicti, sicque cum gaudere privilegio fori affirmabatur, ex traditis absolutissimè à Regente Cortiada *decis. 125. p. 3.*

13 Constat autem clericos non posse cogi ad testificandum à iudice laico, absque licentia Papæ. Summa Leandri *part. 7. tract. 1. disp. 6. §. 1. num. 10.* penes Joannem Tholleuda, expressim Guido Papæ *decis. 65.* & ibi Ranchin. ubi, quod idè dicendum sit stante licentia, si agatur criminaliter. Avila *de censur. p. 7. disp. 3. dub. 13.* loquens de causa sanguinis indistinctæ, quod non compellatur; quia

nemo potest cogi ad illicitum; sequitur Maioran. in *Opopraxi crimin. lib. 1. cap. 2. num. 25.*

14 Quando enim clericus testimonium perhibet coram iudice laico, penes iudicem Ecclesiasticum citatur, iurat, & ab eo licentiam obtinet, vt compilatio practicalis post secundum volumen ostendet. *Fermosin. ad cap. de cetero 14. de testib. vbi, quod iudex Ecclesiasticus facit præceptum clerico, vt deponat coram laico, sed non dat laico licentiam, vt cogat clericum ad testificandum coram ipso, & idem profitetur in Cap. qualiter de iudic. q. 7. quibus coniunge exponenda infra num. 21.*

15 Disputatur istud punctum quoad Familiares Sancti Officii; eos compelli posse per iudices Regios ordinarios ad testimonium ferendum, tenet Regens Matthæus de *regim. Reg. Valent. cap. 7. §. 3. num. 43.* ex concordato, quod ibi refert; & se in carcerem coniecisse Familiarem testatur, qui deponere recusabat; & pluries deinde practicasse narrat, licet non sine hæsitatione, memorans contentione postea suscitata fuisse, quam decisam non vidit. *Fermosinus hanc ipsam indagine suscipit tom. 1. de probat. ad cap. 1. cum aliis de testib. cogend. q. 2.*

num. 39. vbi refert, quod Valentia Judices Regii compellunt Officiales, & Familiares Sancti Officii coram se testificari, & vt prodant veritatem, premere solere carcere, imò & tortura, si credunt veritatem celare; sed hanc praxim visam fuisse duram Supremo generalis Inquisitionis Concilio, & de mense Junii 1661. sensisse, non posse Familiares compelli sine licentia Inquisitorum, à quibus solis potest procedere talis compulsio, non ab aliis iudicibus, ad exemplum clericorum, propter privilegiū, quo gaudent Pontificum, & Regum, quia talis compulsio redolet criminalitatē; & amplius refert 22. Junii 1661. cum D. Philippus de Alossa compelleretur, vt testis declarare à Consiliariis ordinum, cuius erat eques, ac simul Secretarius Regius dicti Supremi Concilii Inquisitionis, & sua Maestas ita mandasset, non tamen fuit testificatus absque Inquisitorum licentia.

Excipit tamen *Fermosinus, 16* si legitimè aliter esset concordatum: nam tunc non diffitetur posse Familiares compelli per Judices Regios, ideoque Regens Cortiada *decis. 30. nu. 114. p. 1.* in vim concordia ibidem memorata, posse Familia-

res compelli per remedia iuridica ad testificandum coram iudicibus Regiis, tenet. Considero tamen differentiam inter iudices incompetentes, & incapaces. Incompetentes sunt Iudices pagani respectu militum, nam licet isti non possint prorogare iurisdictionem iudicis pagani. Regens Cortiada *p. 2. in addit. ad primam partem, diffinitum tradens decis. 11. num. 19.* cum Larrea, & Fontanella post Caball. Paschalis, Tondutum, Rovitum, Ayala, Salgado, Carleval, Pareja antea laudatos, non ex hoc iudex ordinarius redditur incapax; sunt etiam incompetentes Ecclesiastici iudices quoad laicos. Incapaces verò agnoscuntur seculares respectu clericorum: Ex qua differentia enascitur, quod laicus falsum deponens coram iudice Ecclesiastico, ab eo puniri possit, prout diximus *decis. 13. num. 4.* & etiam, quod miles falsum deponens coram iudice pagano, ab ipso plectatur. Regens Cortiada *d. decis. 11. num. 28.* Clericus verò deponens coram iudice seculari, ab eo nequit animadverti, idè Regens Cortiada *decis. 35. num. 41. part. 1.* Doctorum columna acervata, inter quos Fermosinus *ad Cap. at si clerici 4. de iudic. q. 3. p. 1.* rationem haurit ex

incapacitate iudicis laici erga clericum, quam nota; nam aliae rationes, quas ipse ex aliis depromit, periculose in puncto iuris concipiuntur: & attentè hanc materiam perpèdas; quia alibi, etsi per plures longè tractatam reperies, fortè non ita clarè examinatam accipies.

Præsertim cum ex eius indagacione non difficilè colligatur, iudices incapaces cognoscendi de testibus, qui coram eis deponunt, non recipere eorum iuramentum; secus verò incompetentes: nam licet in examine testium tres actus iurisdictionales proposuerimus *decis. 2. num. 117.* nempe citationis, compulsionis, & iuramenti. Primus tamen, & posterior per iudicem incompetentem possunt expediri, supposita compulsionem, & præcepto sui iudicis, ut deinde possit punire propter præstitum apud se iuramentum, & emissam falsam depositionem prævia citatione.

Atverò si iudex sit incapax, neutrum ex prædictis actibus iurisdictionalibus potest exercere contra eum, quem postea nullatenus est puniturus: Ex quo fit, quod quoties testes sunt deposituri coram iudice incompetenti, ab eo neutiquàm compelluntur, sed à vero iudice

te suo, & obtenta ab eo licentia citantur, iurant, & deponunt coram incompetenti, & hoc modo observatur in militibus examinandis per iudicē paganum, & quoad laicos recipiendos in testes per Ecclesiasticum. Quatenus verò ad clericos recipiendos per secularem, nedum compulsio per suum superiorem fit, sed etiam per eum citantur, & in eius posse iurant, ut punctim tradidi supra *num. 14.*

22 Quare tametsi Familiares Sancti Officii cōpellerentur per Inquisitores testificari (quod inficior apud nos) deberent tamen citari, & iurare penes Iudices Regios ordinarios: nam æquiparatio, quam de eis facit Fermosinus supra *num. 15.* cum clericis, meo iensu non est certa; nec eam evincit potestas Inquisitoribus in Familiares per Summos Pontifices, & Reges elargita, de qua longè idem Fermosinus in *allegat. 1. iurid. post tractatum de iudic. tom. 2.* nam etiam, ut firmat Peguera *decis. 79. tom. 1.* Cancellarius in causis contentionum habet iurisdictionem Pontificiam, & Regiam; non tamen exinde punit pœna ordinaria laicos coram se falsum deponentes, sed proprius eorum iudex illā infligit, ut inde cernatur, non

valere argumentum ex vtriusque potestatis Pontificiæ, & Regiæ concessione circa iurisdictionem, ad inferendam eam eiusdem qualitatis, ac est iudicis Ecclesiastici in clericos, aliis non demonstratis fundamentis vrgentioribus,

Præterea, si incapacem iudicem Regium ordinarium respectu Familiarium diceremus, veluti quoad clericos, illud sequeretur inconveniens, nimirum, quod in causis sanguinis, Inquisitores non possent eorum recipere iuramenta, irregularitatem alioquin incursum, ut mox eruemus, & firmavimus *decis. 13. nu. 26.* quod contra delictorum, tam necessariā, quam bono publico expedientē vindictam reflecteretur. Asseramus igitur, per iudices Regios compelli Familiares posse ad testimonium proferendum in causis criminalibus coram ipsis agitandis, cum tritum sit, iudicem incompetentem fieri competentem, ne delicta remaneant impunita. Grivello *decis. 30.* qui loquitur etiam de incapaci. Bovadill. in *Polit. lib. 1. cap. 2. nu. 24.* Font. *dec. 284. ex num. 12. tom. 1.* & *decis. 359. num. 5. tom. 2.* Obiterque notes 24 Regios Senatores, sive in civilibus, sive in criminalibus deponant, vel penes Proregem, vel

vel penes alium delegatū Principis, iuramentū præstare propter præcellam eorum prærogativam, cui datum est, ut ad multa egeant Principis permissu, ut in simili tenet Solorzan. *in polit. lib. 5. cap. 9.* Matthæu *de re crimin. controv. 69.* conferunt Larrea *decis. Granatens. 41. num. 9.* Mastrills *de Magistratib. lib. 5. cap. 3. cum seq.* Xammar *de offic. iud. par. 1. q. 2. num. 34.* Narbon. *ad leg. Reg. part. 1. lib. 1. tit. 5. l. 8. glos. unic. num. 2.* Font. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. glos. 1. num. 2.* Cortiada *decis. 10. à num. 115. p. 1.* ex quibus excerpes, partes corporis Principis Regios Senatores honorificè, ac gloriosè existimari; ab eo, uti ipsorum capite separari non posse, illique, seu suo Locumtenenti generali tantum subiici, nedum in criminalibus, sed etiam in civilibus, adhuc quoad causas emphiteuticarias, siye actores sint, siye rei: ideoque propter eximium eorum splendorem, maximamque à Principe dependētiā, iurant, ut proximè expressi: sed ex tacito Proregum assensu etiam apud Cancellarium, vel Regentem Reg. Cancellariam iurant.

25 Certum ergo, ac indubium manet, clericum cogi non posse ad testimonium ferendum in

causa sanguinis, prout erat illa, ad quam Joannes Grau urgebatur, & ultra adductos *nu. 13.* docuerunt D. Thom. *2. 2. q. 7. art. 1. ad 3.* ubi, quod non sit licitum testificari, & alii concludunt, neque licere licentiā dare, & superiori iubenti non esse obtemperandum. Abbas *in cap. sententiam num. 11.* Ne Clerici, vel Monachi. *Sot. lib. 5. q. 7. art. 1. in fine.* Perez ad Villadiego *cap. 6. num. 90.* & ibi Additionat. *ad cap. vlt. pag. 186.* Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1357. num. 62.* Layman *lib. 3. summ. sect. 3. par. 3. cap. 7. vers.* Exinde, cum quib^o concurrat Castro Palao proximè citandus, doctè Peguera *decis. 52. tom. 1.* ubi conspicuè probat, clericos, eum dispensatione Pape posse deponere absque incursu irregularitatis in causa sanguinis. Farin. *in fragment. litt. C. num. 398. & num. 407.* ubi, quod si clerici de facto fuerint examinati sine licentia iudicis Ecclesiastici, etiam in causa criminali, non per hoc eorum testimonium infringitur, sed remanet firmum, & validum; sed sibi est aliquatenus contrarius *in tract. de test. q. 61. num. 84.* Carol. de Grass. *de effectib. cleric. effect. 10. à num. 7. & num. 17.* tenet clericorum testimonium, si absque

licentia examinentur, coram iudice Ecclesiastico, non annullari; atverò si examen fiat per iudicem laicum, non probare, nec facere indicium ad torturam.

26 Augebatur in dicto casu difficultas; quia si hæc possent dubitationem pati super puncto, an Joannes Grau gauderet fori privilegio, sufficeret tamen ei de causa sanguinis tractari; quandoquidem laicus, qui adspirat ad clericatum, in causa sanguinis deponere non cogitur, etiam in foro civili, id est si civiliter agatur. Ranchin. *ad decis. 65. Guid. Pap. Ayila de censur. 7. p. disp. 3. sess. 7. Henriquez in summ. lib. 14. cap. 12. num. 9.* & est commune Doctorum placitum in *Cap. delictorum de testib. Bellamer. nu. 18. 21. & 26. vers. sed quid de laico.*

27 Quibus consonat, neminem cum gravi damno testificari teneri, nec proprio dicto privare se honoribus. Escobar *de puritat. q. 11. §. 1. num. 21.* videndus Conciol. *resol. crimin. 1. verbo Testium Miscellanea à num. 11.* unde nemo adstringitur ad deponendum, si ex suo dicto graves discordiæ sunt orituræ cum ipso, inter aliquos de familia, & si tales timeantur dissensiones, quæ bono communi, & paci

adversentur Reipublicæ. Escobar *de purit. q. 11. §. 1. nu. 24.* Et consequenter se non posse compelli conabatur Joannes Grau, nedum quia, uti clericus privilegio fori fruebatur; sed quoque quippe, tametsi laicus foret, uti aspirans ad clericatum, non erat compellendus, propter damnum, quod sibi ex depositione ferenda in causa sanguinis resultaret, nempe irregularem fieri, ut infra subnectam.

28 Contrarium tamen securius defendi, & tenui, profligatis Joannis Grau fundamentis: quia primò, ipsum non gaudere privilegio fori ecclesiastici enixè firmavi: nam tametsi probaverit se esse clericum, in minoribus ordinibus constitutum, deferre habitum clericalem, & tonsuram apertam, & in Universitate Barcinonensi (cuius est Cancellarius Barcinonensis noster Episcopus) litteris navare, non tamen probavit licentiam Episcopi; ad hoc autem ut ei suffragaretur privilegium fori, quatuor copulativè desiderabantur, nempe clericatus, habitus clericalis delatio cum tonsura aperta, & licentia Episcopi cum prescriptione servitii alicuius Ecclesiæ, vel versationis in seminario clericorum, aut in aliqua

Schola, vel Univerſitate, adeo
 ut non ſufficiat ad forum, ſer-
 vitium actuale in divinis præ-
 ſtitum cuilibet Eccleſiæ cum
 habitu, & tonsura, vel verſatio
 in Seminario clericorum, aut
 in aliqua Schola, vel Univer-
 ſitate, niſi præcedat mandatū,
 vel licentia Epifcopi, latiffimè
 Regens Cortiada *decif.* 133. à
num. 24. *par.* 3. huius opinionis
 ſectatores cumulans, doctis,
 omnium melior ſolidans ratio-
 nibus, deciſum atteſtans *nu.* 31.
 8. quinque exemplaribus ibi re-
 latis; & licet cuncta inſtitutum
 apprimè probent, evidentius
 tamen conſpicitur ex definito
 9. Decembris 1611. contra Pau-
 lum Vidal, clericum tonsura-
 tum, & in minoribus conſti-
 tutum, Loci de Bellui, in ma-
 tricula deſcriptum, in Univer-
 ſitate ſtudii generalis Civita-
 tis Barcinonæ, abſque tamen
 licentia Epifcopi Barcinonæ,
 detentum in Regiis carcerib⁹,
 de furto delatum: fuit namque
 declaratum, non gaudere pri-
 vilegio fori eccleſiaſtici ſolito
 contextu ſimilium ſententia-
 rum, dicendo nempe, firmæ iu-
 ris factæ in Curia Eccleſiaſti-
 ca per dictum Vidal, locū non
 fuiſſe, nec eſſe. Accedit his de-
 ciſum fuiſſe per Cancellarium
 Agullana 9. Junii 1615. Philip-
 pum Sorribes, clericum Villæ

de Berga, olim Dioceſ. Ur-
 gellen. in minoribus ordini-
 bus conſtitutum, & de licentia
 Vicarii generalis Epifcopi Ur-
 gellen. in Univerſitatibus Of-
 cen. & Illerden. ſtudentē, gau-
 dere privilegio fori eccleſiaſti-
 ci: Similis Cancellarii Regni
 Sardinia 31. Martii 1645. in fa-
 vorem Joannis Porco, clericis
 ſimpliciter tonsurati, deferen-
 tis habitum clericalem, & ton-
 ſuram, in ſcholis de licentia
 Epifcopi, ore ſibi data ſtuden-
 tis, prout teſtibus probatum
 fuit.

In quibus deciſionibus il- 29
 lud principaliter ponderabam,
 videlicet, quoties clericis ton-
 ſuratis privilegium fori dene-
 gatur, exprimi, ſtudiis eos in-
 cumbere in publica Univerſi-
 tate, abſque licentia Epifcopi;
 quando autem forus eccleſia-
 ſticus indulgetur, deſignari,
 tales clericos litteris invigila-
 re de licentia Epifcopi, vel
 Vicarii generalis; Argumen-
 tum evidens efficaciam iſtius re-
 quiſiti, ut clericus prima ton-
 ſura initiatus foro eccleſiaſti-
 co adſcribatur, alioquin de li-
 centia non fieret mentio pro
 hoc foro cōcedendo, nec illius
 defectus enarraretur pro cleri-
 co à foro eccleſiaſtico remo-
 vendo.

Quapropter infallibilis eſt 30
 aſſer.

assertio, quod clerici prima tonsura initiati, aut in minoribus ordinibus constituti, si nō habent omnia requisita Sacri Concilii Tridentini *sess. 23. de reformat. cap. 6.* per iudices ecclesiasticos remittuntur iudicibus laicis de consuetudine vniuersalis orbis. Faiardo *allegat. fiscal. 4. numer. 10. & allegat. 6. num. 14. vers. unde,* & post eum Regens Cortiada *decis. 127. num. 34. qui num. 35. ea movetur ratione: quia clericus prima tonsura initiatus, & in minoribus ordinibus constitutus, sine requisitis præscriptis à Sacro Concilio Tridentino, reputatur vt laicus, cum Thoma Delbene, Bossio, Faiardo.*

31 Neque aspirare Joannem Graū ad clericatum, cum à coactione eximebat; quia præterquam Maiorana supra citatus, limitat ex Farinac. *q. 78. num. 202.* quando veritas aliter haberi nequit, talem doctrinam, quod non compellatur laicus adspirans ad clericatum ad testificandum in causa sanguinis, non admisit praxis forensis, vt attestatur Lopez de Salzedo *in pract. crim. Canon. cap. 98. numer. 26.* relatus per Castro Palao nuper laudandum.

32 Hæcque opinio ab æquitate non deviat, cum verior, &

communior sit sententia, quod testis, qui in causa sanguinis testimonium profert, compulsus ex obligatione orta ex præcepto naturali, non manet irregularis, morte, vel mutilatione sequuta. Leand. *de irregularit. disp. 7. q. 68.* Coninch. *disp. 18. dub. 10. num. 96.* Castr. Palao *tom. 6. in tract. de censur. disp. 6. punct. 14. §. 3. num. 4.* præsertim præmissa protestatione, prout tenet ex Henriquez, Avila *de censur. par. 7. disp. 5. sect. 2. dub. 12.* citati à Diana *par. 4. tract. 2. resol. 31.* vbi cum Præposito *in 3. p. D. Thomæ q. 4. de irregularitat. dub. 13. num. 105.* sententiam negativam Coninch, & Avilæ licet non sequatur; fateatur tamen probabilem, & illam defendere Mercer. *de Sacram. in 3. p. D. Thom. tract. 5. de irregularit. disp. 11. dub. 1. q. 7.* & idem Diana *par. 11. tract. 5. resol. 6. §. nota etiam;* pro probabilitate quoque sententiæ negativæ, præiacta protestatione, addit Carpensẽm *in curs. Theologic. tom. 2. tract. 25. disp. 5. sect. 13. num. 88. cum seqq.* Less. *in 3. p. D. Thomæ cap. 2. de irregularitat. Escobar in Theolog. morali tract. 4. examin. 6. cap. 3. §. 5. num. 238.* In eadem sententiâ, præmissa protestatione, relidet Bonacina *de irregularit. tom. 1. disp. 7. q. 4.*

33 Unde patet, absque vlllo damno remansurum Joannem Grau ex sua depositione decerpendum, nec recipi in praxi debere, quod propter periculum magnum imminens testi à deponendo excusetur; probat cum Buccarionio, & Vicecancellario Crespi, Reg. Cortiada decis. 172. num. 16. p. 3.

34 Propterea in facto contentions ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Curiam secularem Regii Concilii partibus ex altera, super repetitione personæ dicti Joannis Grau, prætendente dicta Curia Ecclesiastica dictum Grau esse exemptum à iurisdictione seculari: Fuit declaratum, repetitioni personæ dicti Joannis Grau, per dictam Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ instatæ locum non fuisse, nec esse, sententia lata 30. Augusti 1687. per Cancellarium Monserrat, Consultoribus Regiis perspicuis Senatoribus Colomer, ac Taverner y Rubi. Motiva inveniuntur ibi: *Ex quibus, & aliàs nullatenus constat de requisito servitii dicti Joannis Grau in aliqua Ecclesia de mandato Episcopi, aut de versatione in aliqua Schola, vel Universitate publica de licentia eiusdem Episcopi expressa, clara, & formali in scriptis, aut*

ore tenus declarata, & eo modo, quo de iure vigore dispositionis Sacri Concilii Tridentini requiritur, ut gaudeat privilegio fori, & sit exemptus à iurisdictione seculari clericus prima tonsura initiatus, & in minoribus ordinibus constitutus, etiam si incedens habitu clericali, quo casu periculum non adest, ne incurrat irregularitatem dictus Grau, quamvis testimonium ferat in causa sanguinis in offensam rei inquisiti, etiam morte, vel mutilatione sequuta, maxime cum protestatione, cum non voluntariè, sed compulsus iusto sui iudicis præcepto testimonium proferet.

Cum hac expressione vellem omnes contentiones declarari, ut sic refecatæ in posterum difficultates omnes manerent. Sed adhuc Ioanes, quando ad deponendum accessit, voluit protestationem adiacere, quod non intendebat ex sua depositione pœnam sanguinis sequi, imò citra eam deponere, atverò ad id non dedit locum Senatus; quia consideravit. Primò ei non licere sic protestari, uti laico, ex prædictis. Secundò nullius esse momenti; quia talis protestatio, si ille gauderet fori Ecclesiastico privilegio, neutiquam ipsum iuvaret ad irregularitatem evadendam. Avila de censur.

sur. 7. p. disp. 5. dub. 12. conclus. 2.
ex Iul. Clar. lib. 5. q. 24. num. 9.

36 Tertiò quippè postea disputabile esset, an iuramentum præstitum per Ioannem Grau sub ea protestatione, posset prodesse, vt de illius depositione haberetur ratio ad pœnam sanguinis imponendam; quia tunc non esset contraria factis: nam quando factum potest habere alium sensum, præter expressum, non dicitur protestatio factis contraria, vt latè examinat Iranzo *de protestat. cap. 17. toto*, sicuti non iudicatur factis contraria protestatio, quando clericus accusat citra pœnam sanguinis, & mutilationem, vt post plures tenet Iranzo *de protestat. cap. 28. à num. 9.* quo casu, si sola adesset clerici instantia, sub hac protestatione facta, & ex officio procedi non posset, haud assentirem, vt pœna sanguinis irrogaretur. Quare solum fuit admissa protestatio Joanni Grau, quod obsecundans Reverendi Cancellarii sententiæ, coactus, & in carcerem coniectus, deponebat. Actuarius erat Famada, vt ad alium finem retulimus *decis. 15. à num. 5.*

37 Nondum satis exposita hæc enucleauimus, superest vt illud etiã elucidemus, quod fallere perspicaces etiam, non

leviter posset. Conclusio ferè ab omnibus approbata legitur, testes patiētes plures defectus, & exceptiones, nullatenus facere probationem. Canc. *var. resolut. par. 1. cap. 20. num. 15.* & alii sex laudati per Concioium *resolut. crimin. 25. verbo Testes quoad personas, qui num. 2.* ampliat cum Cancer, Guazzino, ac aliis, vt habeat locum etiam in casu difficilis probationis, ac in criminibus exceptis, & quando veritas aliter haberi non potest; & *num. 5.* docet, quod non coadiuventur adminiculis: *num. 7.* vult, quod vt testes repellantur omninò à testificando, sufficiunt duo defectus, ac duæ exceptiones, nec dissentit Calderò *par. 1. decis. 17. n. 13.* in delicto difficilis probationis. Diffinitio indiscretè sumpta, vt alia omnes in iure, periculosa: nam amplius, vt eã procedat investigandum est, in delictis loquor occultis, & quando veritas aliter sciri non potest; nempe quales sint defectus, qualis sit probandi difficultas, & qualia sint adminicula, vt sic ex circumstantiis, & gradibus rerum probationes religiosè pensemus, iuxta stabilita *decis. 22.* Exemplum habetur in assertione iudiciali puellæ stuprum passæ: vt longè discutit Regens Matthæu *con-*

trov. 52. tota, ratione iniuriæ
 illatæ remanet inimica, æqua-
 literque delinquit, ac stupra-
 tor, sicque remanet socia cri-
 minis; non tamen ob id eius
 testimonium omninò inutile
 redditur, vt præter allegatos à
 Reg. Matthæu, fatetur Con-
 ciol. *resol. crimin. 2. verbo stu-*
 39 *prum num. 1.* vbi tenet, assertio-
 nem stupratæ facere indicium
 ad torturam contra stupran-
 tem; concurrentibus admini-
 culis; & *num. 4.* non sat clarè
 explanat, dum limitat, dicen-
 do non probare stupratā, quan-
 do patitur alios defectus, vltra
 illum, qui nascitur ex eo, quod
 facit se sociam criminis, vel
 offensam: nam magis distinctè
 loquitur Matthæu, qui defec-
 tus duos ponit, ex quib⁹ vnum
 tantum componit Conciolus.
 Certè in hoc casu, si plures ex
 Doctoribus ab his duobus, ci-
 tatos examines, qualitas admini-
 culorum inspicitur, necnon
 puellæ stupratæ, vt eius dicto
 fides tribuatur, non obstanti-
 bus defectibus inimicitæ, &
 participationis delicti.

40 Hinc etiam pater, & frater
 accusatoris, iunctis adminicu-
 lis indicium fecerunt ad tortu-
 ram contra accusatam de adul-
 terio. Bayard. ad Clar. *in pract.*
§. fin. q. 24. num. 24. ex Roman.
consil. 451. & tamen isti dupli-

ci laborabāt defectu, nempe,
 quod essent inimici reę, vti ab
 ea iniuriati, propter adulteriū,
 cum inimicitia capitalis oria-
 tur ex offensione, non solum
 propriæ personæ, sed etiam al-
 terius, si ille alter sit meus con-
 sanguineus. Farin. *de indic. &*
tortur. q. 49. num. 31. qui nu. 35.
 limitat in iniuriæ facta consan-
 guineis, & proximis infra quar-
 tum gradum.

Præterea consanguineus in 41
 causa consanguinei, non est
 idoneus testis pro accusatore
 consanguineo, contra inquisi-
 tum in criminalibus. Conciol.
verb. Testis quoad personas re-
solut. 18. tota, & licet *num. 6. &*
7. limitet, quando veritas ali-
 ter haberi non potest, & in cri-
 minibus exceptis, non specu-
 latur tamen duos istos defec-
 tus, inimicitæ cum reo, & con-
 sanguinitatis cum accusatore,
 qui separati agnoscuntur, cum
 benè stare possit, quod quis
 consanguineus sit offensi, &
 quod iste non accuset; at si
 vtrumque concurrat, & inimi-
 citia cum reo, & consanguini-
 tas cum accusatore, obstabunt.
 Attamen respondet Romanus,
 qui supra, quod tunc non agi-
 tur de proprio eorum interes-
 se; deinde, quod non erat ve-
 rosimile iniuriam inferre pro-
 prio sanguini, nempe adulte-
 rii,

rii, quod totam cognationem denigrat; & denique, quod aliis testibus adiuuabantur.

42 Quibus obesse videtur Cancer *par. 1. cap. 20. num. 92.* vbi, quod testium numerus supplet defectum inhabilium, qui tamen non sunt omninò inhabiles; & *num. 93.* subdit, quod si testes omninò repellerentur, numerus testium non suppleret eorum defectum, iunctis his, quæ scribit Conciol. *resol. crimin. 2. verbo adminicula.* post alios firmans, adminicula non operari, vbi non procedit aliquis gradus probationis.

43 Hæc tamen declaratione indigent: quemadmodum simpliciter non est sequendus Canc. *d. cap. 20. nu. 94.* tenens, in causa criminali, neque inhabilitatem vnus testis ex adiuncto, nec defectum testium ex numero suppleri; circa primum distinguit Buccaron. *different. 56.* & secundum probat *different. 57.* Elucidatio in his adhibenda ea est, quod iudici nihilominus hoc casu concedatur arbitrium, inspecta verisimilitudine negotii, & defectuū qualitate, vel gradu; quapropter dictum raptæ facit indicium ad torturam contra raptorem, & socios. Baiard. *ad Clar. in pract. §. fin. q. 21. nu. 62.* ea de ratione: quia volun-

tas mulieris iuris præsumptione coacta præsumitur.

Ergo si præsumptio, vel verisimilitudo pro dictis militet testium, tametsi inhabilium, eorum depositiones probant aliquando ad pœnam ordinariam, quandoque ad mitiorem, iuxta delicti defectum, & adminiculorum qualitatem: nam verisimilitudo indicium speciale constituitur infra *dec. 40.* sicut è contra, inverisimilitudo probationes aliter vehementes reddit debiles; vt in confessione, qua nulla maior probatio, patefecit *decif. 2.* hinc supplementum accipitur ex magna fide contestis ad torturam. Carena *de Offic. Sanctæ Inquisitionis p. 3. tit. 5. §. 12. nu. 78.* & verisimilitudinem attendendam in simili casu defectuosæ probationis, tenet Escobar *de purit. 1. part. q. 9. §. 3. num. 75.* Farin. *de testib. q. 64. n. 301. & 310.* Ansaldo. *consil. 128. numer. 205.* quare Carena, qui proxime *num. 77.* vult, quod ex quatuor testibus inhabilibus, potest quis condemnari ad pœnam ordinariam, pro arbitrio recte iudicantis, tametsi discordet Calderò *p. 2. in addit. ad decif. 18. num. 6.* vbi, quod testi omninò inhabili, non defert iudex ex numero testium.

Verisimilitudo in hisce mi-
li-

litat; quia non est credendum, testem licet inhabilem falsum dicere, habili coauctore adhibito, vel quando plures inhabiles concurrunt; idem est, si testes deponant de facto inquisiti solum, & delictum noctu in nemore sit commissum: quia tunc, licet inimici (non tamè inimicitia capitali) iunctis adminiculis probant. Calderò *decis. 18. num. 16.* nam eo casu propter adminicula tollitur, vel minuitur defectus, mediante verisimilitudine; sicut etiam propter verisimilitudinem ex pluralitate testium depromptam, eis esse credendum considerat Escobar. *de purit. par. 1. q. 9. §. 3. num. 10.*

47 Quapropter Merlin. *tom. 1. decis. 277. num. 10.* non inficiatur, quod tamen si testes patiantur plures defectus, supplentur ex numero, si inter eos adsunt aliqui valdè idonei, nec est inane hoc supplementum, quale agnosceretur, si tota fides sumeretur ex habilibus, sed imò data fide inhabili probat cum aliis.

48 Confirmantur eadem, si testis habeat iuris assistentiam: quia tunc probat plusquam alius. Merlin. *decis. 885. nu. 4.* Fermosin. *ad cap. in nostra 22. de testib. à num. 34.* & iuxta supra adducta, in homicidio do-

mi commissio per fratrem in fratrem, duas filias occisi probationem facere ad poenam extraordinariam, extante etià testimonio ancillæ, tenent Franch. *decis. 538.* Maioran. *in opoprax. lib. 2. cap. 6. à num. 44.* Calderò *decis. 16. num. 46.*

49 Arbitrio iudicis qualitates istæ regulantur, & appenduntur, iuxta difficultatis probationem, & defectuum qualitates; quapropter in casu per me relato *decis. 12. num. 106.* solum ad probandam necem proditoriam domi admissam, aderant frater vterinus occisi, amita puellæ raptæ, vxor interfecti, & erant omnes isti, præter consanguinitatem prædictam, domestici; extabat tamen alius testis domesticus, sed non consanguineus. Constabat etiam plures armatos domum accessisse, & ab ea insimul aggressos fuisse associatos. Quibus consideratis, verisimilitudo testium, licet inhabilium, eliciebatur vnico teste coadiuvante domestico, accedente etiam confessione rei, quod nullam rixam habuisset cum interfecto; quapropter fuit, eius ætate decem, & octo annorum attentata, qualitateque defectuum, & casus perspectis, condemnatus delinquens ad serviendum in Regiis triremibus remigando per

per quinquennium.

50 Apertius hæc patent in fuga reorum à carceribus, hi criminosi sunt, & sic à testificando repelluntur, latè Farinac. q. 56. à num. 126. Conciolus ex aliis *resol. crim. 11. verbo Testes quoad personas tota*, & præcipuè num. 6. præterea si sciunt conpirationem, & non revelant, socii criminis efficiuntur. Farin. *de indic. & tortur. q. 51. à num. 12. & q. 30. num. 193.* vbi, quod revelans, si fuerit ob eius revelationem fugæ obviatum, impunitate gaudet; sicque carcerati, qui præsentem consenserunt in effractione carceris, & fuga ibidem detentorum, nec dictæ effractioni, & fugæ impedimentum aliquod fecerunt, revelando Commentariensi, seu custodibus, aut aliis quibus revelare tenentur dictam effractionem, condemnantur in Cathalonia ad fustigandum per loca solita, vt fuit decisum 26. Augusti 1615. ad relationem Nobilis Francisci Roig, & de Mendoza, contra Petrum N. Montserratum N. & Iacobum N.

51 Nihilominus testes, licet criminosi, & conscii criminis, admittuntur super delicto effractionis. Farin. q. 56. num. 173. & 174. Quamobrè Regia sententia lata 31. Augusti 1688. Hyacinthus N. aliàs *Merla* te-

gularius, Hieronymus N. negotiator, Iosephus N. aliàs *Moffet* minor, & Iosephus Borràs agricola etiam minor, delati, & inculpati, quod conpiratione facta, vnà cum aliis diebus 16. 17. & 18. mensis Iulii tunc proximè elapsi, noctu, & hora captata, ferreis instrumentis ruperunt parietem cubiculi vulgò dicti *de la Comuna* Regionum Carcerum præsentis Civitatis Barcinonæ, aliquos ab eo lapides amovendo, & in dicta fractura peculiari-ter cooperando: fuerunt condemnati, scilicet dictus Hyacinthus, & Hieronymus, quod fustigarentur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ; dicti verò minores, quod ducerentur vestiti per loca solita eiusdem Civitatis, referente R. S. de Rius & Bruniquer, Scriba Vilariquer; quæ sententia fuit in gradu supplicationis confirmata, referente R. S. de Pastor & Mora 6. Septembris 1688. Hoc tamen intellecto, quod dictus Iosephus N. censeretur condemnatus, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ.

Iste Iosephus erat ætatis 24. annorum, & vilissimæ conditionis, nempè Boemius; ante hunc casum, ex sola effractione

ne non fuerat fustigatus minor 25. et si maior 20. annis, nisi concurrente fuga. Sic iudicatum extitit 7. Septembr. 1615. ad relationem Nobilis Francisci Roig, & de Mendoza, contra Paulum N. minorem, delatum de fuga, vnà cum aliis, à Regiis carceribus, cum ipsorum effractione, qui ad fustigandum fuit damnatus, & ad remigandum in Regiis triremibus per triennium. Intenti autem est, quod in casu novissimè difinito, probatio consistebat in duobus captis, absq; impunitate deponentibus, se socios tractatus, & conspirationis facientibus, sed non auxilii cooperativi in effractione, & hi authorem nominabant Hyacinthum, & executorem fracturæ, eorumque alter declarabat Hieronymum instrumentum ferreum accepisse, & abdidisse; alii duo capti, sub impunitate promissa recepti, idem contra ambos confirmabant, & rursus addebant contra Iacobum, dedisse pecunias pro quodam instrumento ferreo emendo; de fractura per peritos constabat, eamq; fuisse recentem; de clausura reorum cum aliis per tempus vnus mensis, incluso die patratu facinoris, custodes carcerum deponabant. En testes crimino-

fos, & alioquin socios criminis, sicque duos patientes defectus, & nihilominus ad poenam ordinariam attentatæ fugæ suffecisse, iuxta ea, quæ scripserunt Regens Cortiada *decis. 82. num. 20. p. 2.* Calderò *decis. 24. num. 20. par. 1.* & multis aliis processibus idem comprobatur, non alia de ratione, nisi quia verisimilitudo, & præsumptio iuris, pro declaratis per testes inhabiles stat; cum nemo præsumatur effregisse carceres, nisi inclusos in eis, de quorum cominodo agitur; cum nullus credatur delinquere sine causa. Conciol. cum multis *resol. 5. num. 2. verbo delictum;* & *num. 3.* quod requiritur causa gravis, & non levis; & *num. 7.* quod debet esse verosimilis, & proportionata delicto, quibus iunge per eundem Conciol. *tradita res. 6. verbo falsitas;* idcirco solet Senatus contra carceratos ex causa gravi efficacius suspicari, quam contra detentos ex levi, & ob id isti contra illos in testes recipiuntur, licet criminosi, & socii; quippè per alios veritas prodi non potest.

Arbitraræ hoc modo sunt probationes, quemadmodum de socio itineris prædiximus *decis. 22.* in arbitrio iudicis positum esse diiudicare, an ad

animum iniuriam revocaverit; & quia materiam, ad hunc locum remissimus, libet enarrare Isidrum N. agricolam Loci de la Real, fuisse delatum de nece per eum appensatè, proditoriè, & per insidias iactu instrumenti manualis, vulgò *xispa llarga*, perpetrata die 12. Julii 1683. hora tertia post meridiem in itinere Regio dicto *de las Planas de Xanturri*, in personam Francisci Domenech eiusdem Loci de la Real; deponebant de facinore tres testes, socii itineris occisi, de quibus fuit dubitatum, an ad animum iniuriam revocassent, eo quia ipsi met declarabant, eos post delictū insequutos fuisse aggressorem, quo solo iniuriam uti propriam suscepisse intendebatur, cum talis revocatio ad animum ex coniecturis decerpitur. Calderò *decis. 15. nu. 4. p. 1. & num. 11. cum seq.* tradit decisum, non fuisse reputatos integros testes duos socios itineris, quia ad animum iniuriam revocaverant; & inspecto processu causæ ibidem relatæ, invenimus hos testes iactum proiecisse in aggressorem, quare arguebatur idem dicendum in nostro, propter actum insequendi delinquentem.

57 Contrarium tamen pro Fisco toto conatu certabam, ex-

plum sumēs ab eodem Calderò *d. decis. 15. num. 13. & 14.* ubi agebatur de fide sociorum itineris, quæ non fuit diminuta, quamvis aggressor in ipsos proiecisset instrumentum manuale, non solum ex ratione, quæ ibi exprimitur, quia non revocarunt ad animum iniuriam, sed ex alia potiori, qua moti fuimus, dum causæ interveni; nempè, quoniam inimicitia affectata à parte, non repellit testem à testificando. Farin. *de testib. q. 53. num. 64.* ubi ponit exemplum, quando pars, vel accusaret testem criminaliter, vel ei daret alapam; optimè cum decis. Senatus, & multis cumulatis Maiorana *in oppos. lib. 2. cap. 6. num. 25.* & non diffitetur Calderò *decis. 18. nu. 34. part. 1.* & idèd cum in casu prædicto fuerit iudicata inimicitia affectata ex parte rei, exinde principale obiectum fuit sublatum.

59 Ex hoc casu argumentabar ad nostrum, siquidem multo minus est testes insequutos fuisse reum, quam istum in testes proiecisse, perindeq; utrobique testes integros existimandos conabar; præcipuè cū actus ille insequendi licitus esset, & iustitiæ pro eo fortè capiendi in flagranti, non verò vindictæ, qualis dignoscitur

descriptus supra de illis, qui iactum proiecerunt in aggressorem. Odium illud erat ad delictum, non ad delinquentem, sicque non privatū, sed publicum, quod testem non repellit à testificando. Farin. q. 53. num. 31. Regens Matthæu *contro.* 76. num. 20. Calderò *decis.* 18. num. 9. p. 1.

60 Testes isti deponebant, quod audierunt iactum, viderunt illicò fumum super quibusdam arboribus parvulis, vulgò *matas*, & statim exeuntem, & fugientem armatum ab illis Isidrum N. vulnerato remanente Francisco Domenech, & nullū alium potuisse proicere, addebant, memoratum iactum, præter Isidrum: ratione adiecta, quia à dictis arboribus fuerat projectus iactus, quo vulneratus, & postea mortuus remansit Franciscus; cum nulla alia persona illic adesset, vnde iactus venerat, negativa rectè probata, actum à sensu removen-

do, ob brevem distantiam testium à loco delicti: quapropter, ex antecedentibus delictum, nempe causa eius à lite magna orta, paulò post captam possessionem rei controversæ, ex gestis in actu, quasi formales de visu testes constituentibus, & ex consequentibus actum, plenè probatum crimen occultum hoc propugnabam, in nihilo obstante, quod socii itineris interfecti, & non accidentales essent testes.

Sic me votante iudicarunt 61 alii duo Senatores; sed quatuor alii, testes hos plenè non probare censuerunt, & Excellentissimus Dominus Locumtenens generalis, qui intererat causæ, nostrum probavit sensum, & suo voto, simul res ista pervenit ad paritatem, diremp-taque fuit, & condemnatus reus ad suspendium in furca, Regia sententia lata 19. Junii 1687. refer. R. S. de Rius & Bruniquer. Scriba Maurici.

EPIGRAPHÆ.

De testibus quoad dicta, non de iure, sed de facto, tempore, loco, causa, ratione scientiæ, actis ante delictum, in eo, & postea examinandis; quando contestes dicantur in civilibus, & qualiter in criminalibus; quænam probatio ex testibus singularibus compaginetur, & ad quam pœnam infligendam; de ordinaria per Senatum Supremum irroganda ex iudiciis indubitatis, vel ex dubitatis constituentibus vnum indubitatum iun-

ctis

Etis aliis adminiculis, & probationibus, in delictis occultis, & difficilis indagationis, iudicis animo legi subordinato con-
quiescente, deque variis indiciis singulatim, ac visura calum-
niosè petita refecata.

N U C L E U S.

- 1 Testes debent reddere rationē per unum ex quinque sensibus corporeis, sicq; tantum possunt deponere de facto, & non de iure.
- 2 Concordia testium in iure, non attenditur.
- 3 Reus super iure respondere nō tenetur.
- 4 Non sunt restringendi testes ad angulum loci, vel temporis.
- 5 Quando testes ignorant diem commissi criminis, non tenentur illum explicare, etiamsi reus petat; sed sufficit, quod deponant de certo mense. Cum Senatu.
- 6 Si testes deponunt de mense solum, ut contestes sint, debent inter se allegari.
- 7 In civilibus testes, qui nō probantur singulares, presumuntur contestes, licet vnus de alio mentionem non faciat.
- 8 De loco debent deponere testes in criminalibus, secus in civilibus.
Amplia, quia licet locus, & tempus contineantur in in-
quisitione, & testes solum dicant contenta in illa esse vera; nihilominus nō probant.
- 9 Contestes dicuntur in civilibus testes, si in substantiis idem deponant, licet non recordentur de tempore.
- 10 Limita in confessione extraiudiciali, quæ etiam in civilibus non probatur, nisi per testes contestes de eodem loco, & tempore.
- 11 Liberatio in genere probatur per plures testes singulares, de pluribus confessionibus deponentes, tendentib⁹ ad eundem finem; vbi, quod testes de confessione extraiudiciali, si sint contestes de loco, presumantur etiam de tempore.
- 12 Genus resultans ex actibus specialibus, testibus singularibus probatur.
- 13 Exemplifica in crimine successivo, si non queratur probatio de unico, & specifico actu, veluti in tractatu, & rebellione, & num. 17. sed vide num. 22.

- 14 Totum, habens actus, & partes distantes, eisdem testibus nequit probari, sicque tunc singularitas testium non vitiat.
- 15 Origo quando est eadem respectu singulorum actuum, de quibus testes deponunt, eundem finem respiciendo, & probationem generis, non dicuntur proprie singulares.
- 16 Per testes singulares probatur fama, condemnantur monetarii, si se ad invicem patrocinentur.
- 17 Non probant testes singulares, si deponant de unico, & specifico actu delicti reiterabilis, & non tractetur de aliquo universali, sed de causis, ex quibus rei multiplicatio resultat.
- 18 Minæ per testes singulares probantur, dummodò sint concordēs in qualitate minarum, & substantia verborum, & ille fuerint iterata, nec obstat singularitas respectu actuum, si unus sit finis.
- 19 Fuga, seu latitatio testibus probatur singularibus.
- 20 Suspectus de fuga dicitur latibras querens, vel quid simile, aut quomodolibet latitans, & potest capi propria auctoritate. Cum Senatu.
- 21 Homicida, proditorius non est ex eo solo, quod scæmina sit occisa.
- 22 Probatio plena non coalescit ex testibus singularibus de crimine deponentibus ad pœnam ordinariam imponendam; bene verò ad extraordinariam, & quandoque ad probanda indicia.
- Leviore sufficiunt probationes ad extraordinariè puniendum.
- 23 Delictum nocte commissum difficilis probationis reputatur.
- 24 In delictis difficilem habentibus probationem, Senatus Supremus potest condemnare ad pœnam ordinariã criminis, si adsint indicia indubitata, ita urgentia, ut nulla remaneat hesitatio actualis, possibilitatem contrariam respiciens.
- 25 Hesitatio virtualis est inseparabilis à probatione indiciorum, quæ sunt argumenta ad veritatem, & non concludunt per se, & num. 73.
- 26 Credit iudex, quando ex indiciis movetur, & ita incertitudinem sæper demonstrat probationis qualitati coherentem.
- 27 In actibus humanis sufficit pro-

probabilis certitudo.

28 Maxima credulitas plurimum nocet, & nimia hesitatio errori tribuitur, ac quomodo per iudicem sint dubia rescandanda.

29 In prædictis delictis occultis, ac difficilis probationis, ad pœnam ordinariã imponendam sufficiunt plura indicia dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, concurrentibus aliis adminiculis, & probationibus, ad idem tendentibus.

30 Processus construendi, perscrutando, que ante delictum, que in ipso, queve post illud de scelere imputatus patrarit, gesserit, atque egerit.

31 Ex indiciis dubitatis unum indubitatum constituentibus, aliis adiectis probationibus, casus decisus traditur, pœna ordinaria infligenda.

32 Ex causa delinquendi oritur indicium, præcipuè quando alia non apparet.

33 Odium indicium facit, pleraque ex eo damna proveniunt.

34 Recessus à domo solita habitationis una hora ante delictum, indicium præbet, præsertim si postea

reus non redit, ubi de indicio. fuga ex antecedentibus scelus.

35 Adminiculum præstat ad probationem delinquentis, fuisse eum visum propelocum delicti, ubi morabatur occisus, positum in insidiis.

36 Unico teste probata adminicula profunt, ac iuvant.

37 Absque iuramento receptus testis, non probat, etiam de consensu partium in causa criminali, vel civili ardua, & nu. 38. ubi, quod facit aliquam præsumptionem.

39 Fuga è loco delicti, immediate post facinus, indicium tribuit, ubi de eo, qui visus est in loco propinquo, loco maleficii.

40 Indubitatum indicium formatur, quando quis fuit visus aufugere, seu exire de domo aliqua, unum tantum hostium habente cum gladio evaginato, seu sanguinolento, & in dicta domo reperiatur aliquis mortuus, & sufficit ad torturam.

41 Accessus insolitus post delictum ad aliquam domum causa dormiendi, ac cœnandi dolum arguit.

42 Ex præcipitatione dolum, ac
fraus

- fraus praesumitur.*
- 43 *Geminatio fuga, eius indicium fortius reddit, sicut de confessione extrajudiciali traditur.*
- 44 *Clandestinitas doli est argumentum.*
- 45 *Mendacia indicia sunt ad delictum, itidemque simulationes, & num. 52.*
- 46 *Cantela temporis delictum prodit.*
- 47 *Trepidatio, timor, ac alia similia signa, indicant malum conscientiae.*
- 48 *Conscientia mala accusat.*
- 49 *Sanguis repertus in digito rei, indicium aperit, & num. 50. ubi de inquisito reperto madefacto sanguine.*
- 51 *Fama in delictis occultis, & difficilis probationis, facit indicium ad torturam; in aliis vero criminibus, alia debent concurrere ad minicula, & praesumptiones, & ibidem per quot testes sic probanda.*
- 52 *Ex mendaciis rei interrogati per iudicem, prolatis in substantialibus, indicium ad torturam emanat, maxime in concursu adminiculorum.*
- 53 *Variatio, & mendacium qualiter differant.*
- 54 *Turbatio, cum quis interrogatur, indicium.*
- 55 *Mendacia, quae immediatè tendunt ad negandum delictum, non nocent reo.*
- 56 *Duo delicta praordinata ad unum consumandum, pro uno reputantur.*
- 57 *De casu, quo reus iudici interroganti respondit, inter ipsum, & occisum nulla fuisse verba, aut rixam, qua eos ad odium valerent accendere, quodnam damnum talis producat responso.*
- 58 *Rixa inimicitiam evincit.*
- 59 *Iudex, dum interrogat, nequit uti cautelis captiosis, & inhonestis, sed prudenter debet versari, & num. 60.*
- 60 *Confessio, ut noceat, delictum clarum opus est exprimat, cum certo loco, & aliis circumstantiis.*
- 61 *Confessio extrajudicialis per unicum testem probata, coadiuvat, & aliqualem facit praesumptionem.*
- 62 *Quotiescumque testes deponunt de facto nocturno, exprimere tenentur, quod reum viderunt cum luce Luna, vel alterius luminis artificialis.*
- 63 *Probatio per rei evidentiam, inspectionem, seu visuram loci, petita per reum refertur.*
- Ocu-

- Ocularis inspectio, seu visura loci superlativa est probatio, & nunquam censetur exclusa.
- 65 Petitio qualibet directa ad procrastinandum iudiciū, malitiosa, & calumniosa dicitur, ac est repellenda, & ibi de restitutione in integrum.
- 66 Visura, ac oculares inspectiones in multis casibus denegantur, & repelluntur ex causa; cum decisione.
- 67 Non admittitur probatio, quæ facta non prodesset.
- 68 Rationes eructantur pro repulsa visura in casu.
- 69 Revocatis ad calculum diebus luna, si appareat non effuluisse, puniuntur testes de falso.
- 70 De Prognosticis, & Astrologorum observationibus remissivè.
- 71 Exitus petitionis rei super visura enarratur.
- 72 Iudex procedendo ad ulteriora, tacitè repellit, quæ ad processum remorandum petuntur.
- 73 Vera probatio sensu corporeo immediatè percipitur, coniecturalis autem per discursum, & ex hac potest ita res ostendi, sicut ex prima.

74 Arbitrium iudicis in probationibus, legibus regulatur.

75 Unus testis qualiter vice duorum fungi valeat.

76 Sententia de generali consuetudine, noctis tempore profertur; requiritur tamen ad probationem actus, solemnitas trium luminū, & idem traditur observatum in recognitione rei nocte per testes facta; non tamen quia necessariū fuerit.



DECISIO XXVII.

GENERALIS regula præmittatur, testes deponere debere reddendo rationem per vnum ex quinque sensibus corporeis. Ferosin. ad Cap. cum causam 37. de testibus q. 1. n. 30. Farin. atque pluribus aliis laudatis; quare solum possunt de facto, & per verba facti testificari, non autem per verba iuris, post alios plures Farinac. de testib. q. 68. num. 36. Ferosin. ad rubr. de testib. q. 3. num. 26. & est doctrina originalis Gloss. in l. stipulatio ista 38. §. hac quoque stipulatio ff. de verbor. oblig. vbi notatur, te-

Item deponentem de possessione, intelligi de ea, quæ facti sit, non verò de illa, quæ iuris reputatur; quapropter in delictis testes nō debent à iure constituta exprimere, nimirum, an quis huius, vel illius sit fori, an delictum exceptuatum, vel non commiserit, nec quicquā aliud ad ius pertinens, sed factum narrare, ius iudicij reservantes; quid autem facere debeant, quando de iudicio deponant, declaravi *decis. 7. à num. 57.*

2 Unde licet testes concordent in iure, utpotè quia vnus testis dicit, quod tu debes mihi decem ex causa mutui, quia mutuavi, alius dicit, quod confessus fuisti, non attenditur, quod concordent ita: quippè de eo non debent deponere. *Ansal. cons. 128. num. 70.*

3 Sicuti nec reus tenetur respondere interrogationi, quæ ius concernat, & si respondeat, iudex non debet dictæ responsioni acquiescere, & sic non debet dicere, an sit, vel non sit culpabilis, sed tantum super serie facti respondere. *Guazzin def. 20. cap. 11. à num. 1.* vbi firmat, reum non esse adstringendum dicere, an vulnus per eum in aliquem illatum, fuerit lethale, nec ne? nec aliud inspectans ad iudicium peritorum.

4 Possunt testes interrogari de loco, & tempore, non tamen ad angulum temporis, vel loci sunt restringendi, videlicet ad locum loci, vel horam diei. *Fermosin. ad dict. cap. cum causum 37. de testib. q. 2. à num. 33.* & quia communis iam est traditio, testes in criminalibus sufficere, quod deponant de mense, nisi substantia delicti consistat in die, vel hora: Ad-
5 vertas solum, quod etiam ad instantiam rei accusator non debet exprimere diem commissi criminis, ut tenet *Gomez tom. 3. var. cap. 11. num. 4. vers. Sed his non obstantibus*, cum aliis allegatis per *Guazzin defens. reor. 3. cap. 3. num. 9. vers. alii autem, ut nec etiam*, quibus adde *Peguera in pract. crimin. cap. 12. num. 9.* vbi ita intelligit, quando iudex ignorat diem commissi delicti; quia tunc non tenetur illum explicare, etiamsi reus petat; & hæc opinio est tenenda, nedū quoad accusatorem, & inquisitionem, sed etiam quoad testes, quicquid loco citato distinguant *Guazzin. Ayllon. recedens à Gomezio cum Soarez à Ribeira, Julio Claro, Mascardo, Farinacio, Paz, Scaccia; & hanc sententiam approbavit Senatus in causa Hieronymi N. qui cum articulis oblati 18. Maii*

1688. petiit mandari testibus de mense specifico in offensam deponentibus, quatenus diem certum declararent: quia certo die assignato, probationem in contrarium pro sui defensione se facturum assererat; spreta tamen hac petitione, fuit reus cōdemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium, Regia sententia lata 21. Junii 1688. referente R.S. de Rius & Bruniquer, quæ fuit in gradu supplicationis confirmata, referente doctissimo Senatore de Faverner & Rubi, Regia sententia lata 8. Julii eiusdem anni, Scriba Maurici.

6 Quando verò testes de mense solum deponunt, necessariū est vt contestes sint, quod vnus alium alleget, præsentem in actu fuisse asserendo, & ita accipiendi Farin. *in prax.* q. 64. num. 74. & 76. & cum recitans Calderò *decis.* 7. num. 36. par. 1. dum dicūt, quod quando vnus testis deponit de certo actu, adiecto certo die, loco, & tempore; alius verò deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, & loco, tunc si vnus testis alium in contestem alleget, præsumuntur contestes, & non singulares, & omnes probant; secūs si alius non det in contestem: doctri-

na equidem indubia; sed amplius superest scire, contestare etiam testes, si se vocent in contestes, solo adiecto mense, vnū actum, & locum exponentes; vt in relata causa fuit practicum, & in aliis pluribus; quod aliter se habet in civilibus, vbi testes, qui non probantur singulares, præsumuntur contestes, licet se nullo modo non tinent, nec vnus de alio mentionem faciat. Gratian. *disc.* for. 948. num. 23. Cancer *var. resol. par. 1. cap. 20. num. 98.* Merlin. *decis.* 340. num. 6. & *decis.* 835. nu. 13. Urceol. *de transact.* q. 58. num. 50.

8 Differentia constituitur inter testes deponentes in civilibus, & eos, qui deponunt in criminalibus; nam illi non tenentur exprimere locum, & tempus, vt fidem faciant: quia regulariter in testibus locus, & tempus non sunt de substantia: in criminalibus verò testes debent deponere de loco, sicut diximus de tempore; aliàs non probant; propositio quoad civiles causas à pluribus probata, quos recitat Buccaron. *diff.* 81. num. 7. sequitur Sesse *tom. 3. decis.* 349. num. 10. quoad criminales verò à nemine contradicta, prout Buccaron. *proximè num. 8.* refert, vbi notat, quod licet locus, & tempus conti-

neatur in inquisitione, & testes super ea examinati, dicant contenta in inquisitione esse vera, tamen non videntur probare de loco, & tempore, nisi expressa de eis verba faciant, per Bartol. in l. 1. ff. de aleatoribus.

- 9 Ex hac differentia descendit, quod in civilibus testes dicuntur contestes, qui interverunt celebrationi contractus, & in substantia idem deponunt, licet videantur perfecte non recordari de omnibus circumstantiis, nempe de anno, die, mense, vel Consule. Rota coram Burat. decis. 10. num. 24. Speculat. in tit. de testib. §. cum de interrogatoriis num. 11. vers. licet autem. Alberic. de Rosat. in tract. de testib. lib. 1. cap. 8. num. 10. itidem Burat. decis. 46. num. 1. & seq. & ex his, ac aliis Urceol. de transaction. q. 58. à num. 28. quod aliter procedit etiam in civilibus respectu confessionis extrajudicialis; nam ut eam probent testes, debent contestes esse de eodem loco, & tempore. Rot. Farin. in posthum. p. 1. decis. 113. num. 2. & decis. 466. num. 1. & 2. Fontanella decis. 258. num. 24. tom. 1. hæc enim contestatio necessaria est pro probanda confessione in specie; secus verò liberatione in genere, quæ probatur
- 10
- 11

per plures testes singulares, de pluribus confessionibus deponentes, tendentibus ad eundem finem liberandi debitorem. Fontanella de pact. nupt. claus. 5. glos. 5. par. 1. numer. 66. Urceol. de transact. dict. q. 58. num. 60. qui tamen num. 50. notat, quod testes de confessione extrajudiciali, si sint contestes de loco, præsumuntur etiam contestes de tempore.

Regulariter enim testibus singularibus probatur aliquid in genere, quod resultet ex actibus specialibus. Urceol. de transact. d. q. 58. numer. 59. qui ponit exemplum in filiatione, filiationis tractatu, iurisdictione, servitute, possessione, vel similibus, exemplificat etiam Fontanella de pact. nupt. claus. 5. glos. 5. par. 1. num. 59. 60. & seq.

In criminalibus per varios quoque casus fit manifestum: nam quando agitur de crimine, quod non unico temporis momento, sed pluribus, & diversis actibus fuit commissum, testes singulares, quorum unus deponit de vno actu, alter de altero, optimè probant, etiam, quod de loco, & tempore discordent; secus si ageretur de probando dictum crimen, ex unico, & specifico actu; quia tunc sine dubio singularitas in testibus illis fidem aufert. Farin.

12

13

rin. de testib. q. 64. num. 221. & seq. vbi loquitur de tractatu, & rebellione.

14 Consonat Caball. *cas. 293. num. 38. & seq. vbi, si quis vult aliquid probare, quod habet continuationem, & temporis perseverantiam, sive sit totum, sive habeat actus, & partes distantes, & separatas, singularitas testium respectu loci, & temporis, non vitiat: aliàs lex adstringeret ad impossibile de facto, si vellet omnia continuata, & distantia, sive separata eisdem testibus probari; & ratio depromitur ex his, quæ antea idem Author edocuit de rebellione, commotione, & tractatu; quia conficitur vna commotio, & rebellio ex variis partibus, sive præparamentis, per hos casus declarans; videlicet, si vnus voluit invadere hostiliter territorium, alius occupare castrum, alius capere dominum, alius aliquid facere; ex quibus tam variis, & singularibus actibus, perficitur vnus tractatus, vna rebellio, & commotio contra statum, & quilibet testis deponens de actu singulari, & diverso ab alio, deponit de tractatu, & conspiratione, vt perfectè dicatur probata, & singularitas testium sic probantium non obstat.*

15 Plus inquit Fontanella *de*

*paet. nupt. claus. 5. glos. 5. par. 1. num. 60. & seq. nempè testes, qui de singulis actibus deponunt, & tendunt ad eundem finem, & ad idem genus probandum, non dici propriè singulares; quia in quacunque specie repræsentatur genus; sequitur Escobar *de purit. par. 1. q. 9. §. 3. à num. 9. eam addens rationem, quia testes, qui de singulis actibus eandem habentibus originem deponunt, conveniunt in vnum quid certum, & originem illorum actuum, & sic perfectam, ac totalem complèt probationem; concinit Giurb. consil. 79. vbi testes singulares non esse concludit, si ad eundem finem tendant, ex Gutierr. lib. 3. pract. quest. 12. num. 7. Gabriel concl. 2. num. 36. Ludovic. Perus. decis. 9. num. 9. 14.**

Quæ licet facilius procedant in civilibus, etiam in criminalibus obtinent, vt exempla adducta suadent, & demonstratur in fama, quæ probata manet, etsi vnus dicat in platea audiisse, alius in Palatio, alius alibi. Escobar qui proxime *d. p. 1. q. 9. §. 3. num. 36.* Vnde monetarios esse condemnandos per depositionem testium singularium, decidit Parlamentum Delphinale, teste Marco *decis. 87. queritur super processu num. 5. Ansaldo. cons. 128. nu.*

161. quod practicari debere nō dissentior, vbi ageretur de probando integrali scelere, si plures testes successivè illud viderunt patratum, quod simul cernere non potuerunt, vt si duo viderunt cudi monetam per foramen, videlicet, vnus post alium, vel si vnus dicat vidisse dum cudebatur, alius dum tondebatur: quia tunc veniunt ad eundem finem per diversa media, & sibi adinvicem patrocinantia, quod non officit. *Cæpola conf. 3. num. 9. vers. est & tertia. Caball. d. cas. 293. n. 25 cum seq. Maioran. in opoprax. d. lib. 2. cap. 6. num. 86. vers. cum*

17 *verò;* Secus autem si agatur de probando delicto reiterabili ex aliquo vnico, & specifico actu, seu si tractetur de probando, non totum vniversale, sed aliquas causas, ex quibus rei multiplicatio resultat. *Anfald. d. conf. 128. num. 178. inferens, quod si vnus testis dicat talē fecisse miracula, quia eum vidit sanare cœcum, alius deponit illummet vidisse liberare claudum, vtrique non probāt; & idem de vsura tenuerunt Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 24. num. 13. Farinac. q. 164. num. 157. 195. & 198. vbi, si vnus testis dicat reum dedisse ad vsuram vni, alius alii, non probant vsuram,*

sed multiplicationem eiusdem actus, in quo sunt singulares.

18 *Similiter minæ probantur per testes singulares, dummodo sint concordēs de qualitate minarum, & formalitate verborum, licet discordent in loco, & tempore. Farin. de indic. & tortur. q. 50. nu. 43. Conciol. resol. crimin. 14. verbo indicium ad tortur. num. 12. Maioran. in opoprax. lib. 2. cap. 8. num. 82. Itidem Farin. conf. 196. num. 12. & 13. lib. 3. declarans hoc habere locum in probatione minarum iteratarum; secus si deponant de minis non iteratis, quia tunc non probāt: nam regulariter in singularitate diversificativa receptum est, quod licet testes sint singulares respectu actuum, tamen, si ratione finis conveniunt, huiusmodi singularitas non obstat. Maioran. in opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. num. 86. vers. in singularitate.*

19 *Idemque observamur de fuga, quæ non ad certum momentaneum actum reducitur, sed ad successivum, vtpotè, si quis ab hac Civitate Barcinonæ fugiat, & latitare intentans, se cōferat ad partes Comitatus Ceritanæ: nam si vnus viderit post diem delicti in loco per quatuor leucas distante, alius alio die in loco postea per octo leu-*

leucas remoto, alius post quatuor dies in planitie Ceritanis, omnes isti fugam contestant, integramque perficiunt probationem fugę genericę, punctim R.S. Calderò *decif. 41. num. 83.* decisum referens in fuga speciali à loco delicti per actum successivum, ac continuatum; ad hanc enim latitationem probandam, non disquiritur, an quis se contulerit ad locum destinatum, quod in flagrantia capturę est necessarium, sed inspiciuntur circumstantiæ, nimirum, an sit suspectus de fuga, veluti si latebrę quærantur, vel aliud simile. Reg. Cortiada *decif. 138. num. 26. & 27. par. 3.* & effectus est maximus huius rei; quoniam fugitivus capi potest propria auctoritate. Vilosa *de fugitiv. cap. 19. §. 4. num. 3. & num. 15. & 36.* fugitivum probat suspectum de fuga, & latitantem: quapropter die 1. Maii 1689. fuit declaratum, non esse locum exceptioni malę capturę, oppositę pro parte Antonii N. referente R.S. de Vilaplana: eo quia reus, quindecim dies post patratum delictum, fuit captus per privatas personas in nemore termini de Horta latitans, seu fugitivus, & per eas traditus Baiulo Loci de Artes; & nota, quod ante dictum diem, post com-

missum scelus, ad domum suę solitę habitationis devenerat.

21
Observa etiã, ne decipiaris, me voluisse hanc capturam sustinere, arguendo homicidam proditorium fuisse, quandoquidem foeminam occidit, quę se defendere nequit, & ideò talem homicidam non gaudere immunitate ecclesiastica resolvunt Carrasco, & Tellez relati per Calderò *in addit. ad 1. par. decif. 8. num. 50. tom. 2.* sed cave; quia in contrarium stant decisiones Reverendi Cancellarii congestę per Cortiada *tom. 2. decif. 92. num. 17. par. 2.*

23
Redeundo ad institutum, adverte, quod licet probent testes cum singularitate adminiculativa, vt tradidimus, & comprobatur Matthæu *de re crimin. contr. 76. num. 51.* in delicto baratarię, & idem sit tenendum in singularitate diversificativa, potissimum concurrētibus adminiculis, si testes sint fidedigni, & integrę opinionis; id intelligitur ad pœnam tantum extraordinariam, non verò ad ordinariam: quia plena probatio nusquam ex eis constituitur ad totum, scilicet ad crimen, quamvis aliud sit quandoq; respectu iudiciorum. Ansaldo *d. conf. 128. num. 190.* Maioran. *in opoprax. d. lib. 2. cap. 6. nu. 86. vers. in singularitate. verò di-*

*diversificativa, & vers. cum
verò tractatur, & generaliter
traditur probationes leviores
sufficere, dum non tractatur de
pœna ordinaria imponenda.
Scaccia de re iudicat. glos. 14.
q. 21. num. 16. cum seqq. Matthæu
de re crim. contr. 52. num. 13.*

- 23 Difficultas præcipua ad pro-
banda delicta consistit in his,
quæ nocte patrantur, vt frequen-
tius accidit, iuxta vulgatum
principium, lucem eum odere,
qui malè agit, vt præter ordi-
narios refert Robert. lib. 1. rer.
iudicat. cap. 2. fol. 6. B. & seq. &
punctim, quod delictum com-
missum de nocte, reputetur dif-
ficilis probationis, ex Alexan-
dro, Bossio, Rollando, Mar.
Ant. Caballo, firmat Conciol.
res. crim. verbo nox: vnde de
criminibus hoc tempore ad-
missis, duæ conclusiones in no-
stro Senatu iam non controver-
tibilis practicantur; prima sci-
licet, quod Supremum Consi-
storium possit condemnare ad
pœnam ordinariam sceleris, si
adsint indicia indubitata, ar-
ctantia ita animum, vt nulla re-
maneat hæsitatio actualis, licet
opprimat aliqua dubitatio vir-
tualis, possibilitatem respiciens
actuali assensui cõtrariam, quã
lex supplet iubendo, in isto ge-
nere delictorum, talia indicia
reputari pro plena probatio-

ne, ideòque debet iudex suam
animi anxietatem, iuris dispo-
sitioni obtemperans, avertere,
vt optimè stabilivit Leo decis.
125. per tot. Regens Cortiada
decis. 93. num. 35. sequitur aliis
congestis R. S. Calderò dec. 41.
num. 34. quibus adde, hæsitati- 25
onem virtuales esse insepa-
rabilem à probatione ex indi-
ciis constituenda, cum indicia
ab indicando dicantur, & sint
argumenta ad veritatem con-
cipiendam. Farin. de indic. q.
36. à num. 29. & præmonuimus
supra decis. 22. num. 80. & non
concludant per necesse, vt so-
lent aliæ probationes. Garcia
de nobil. glos. 18. §. 1. Covarruv.
lib. 1. var. cap. 13. num. 10. Vela
disert. 46. num. 25. Parcia de in-
strument. edition. tit. 5. resol. 7.
num. 42.

Solum enim dicunt præcita- 26
ti Doctores indicia indubitata
explanantes, quod animus iu-
dicis inducitur per ea ad cre-
dendū veritatem ita esse; quan-
do autem quis inquit credere,
non affirmat, sed incertitudi-
nem demonstrat. Ant. Gomez
var. resol. tom. 3. cap. 12. num. 10.
Bertazol conf. 34. num. 9. post
plurimos Farin. de testib. q. 68.
num. 62. & seq. qui ampliat,
etiamsi quis dicat se certò, &
firmiter credere. Carena de
offic. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 6.
num.

num. 7. Guazzin def. 29. cap. 3.
numer. 11. Cyriac. controu. 150.
num. 12. Vermigl. conf. 319. n. 12.
 Adde subiungenda *num. 73.*

- 27 Reddatur ergo certus iudex, legis præcepto parendo, quæ talia iudicia, comparatione ad testes de visu fallibilitati obnoxia, intra spheram autem iudiciorum firma, & concludentia, voluit haberi pro vera, & plena probatione, cum aliter exploratum sit, in rebus, & actibus humanis, sufficere probabilem certitudinem. Salgado *1. par. de retent. cap. 9. numer. 44.*
- 28 etenim sicut maxima credulitas plurimum nocet. Segur. *2. par. direct. cap. 3. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12. à num. 20. & lib. 5. polit. cap. 15. fol. 896. vers. Pero. Marquez lib. 2. de Governat. cap. 22. fol. 285. & seq.* ita nimia hæsitatio errori adscribitur, vt in diversis terminis observat Carleval. *de iudic. tit. 1. disp. 2. num. 1013.* operetur iudex cernendo primitus divinam voluntatem, & legem, & ita dubia dissolvat. Xamm. *de offic. iud. par. 1. q. 15. num. 30.*

- 29 Secunda conclusio, per Doctores supra allegatos statuta, amplecti etiam debet, vt in huiusmodi delictis occultis, & difficilis probationis, sufficiat, quod adsint plura iudicia dubi-

tata, ex quibus coalescat vnum indubitatum, concurrentibus aliis adminiculis, & probationibus ad idem totum tendentibus, nempe integram probationem complendam, vt ex illis poena ordinaria delicti imponi possit, colligatione iudiciorum in vnam consonantiam reducta, prout fusè admonui *decis. 22.*

Et quia scalam iudiciorum 30 non inveniustam, neque infructuosam construxi, videndam *decis. 40. part. 2.* eo ordine, vt prius antecedentia delictum panderentur, deinceps cohærentia, & denuò consequentia, ex præscriptis supra *decis. 22. à numer. 87.* quo pacto methodicè processus fabricari de meo tempore introduci curavi, libet idè casum nocturnum enarrare ex iudiciis dubitatis declaratum, vnum componentibus indubitatum, extantibus aliis adminiculis, & probationibus, quin dicta testium de gestis noctis tempore subverti potuerint diligentia per reum procurata, vt mox elucescet.

Paulinus N. iuvenis Sartor, 31 Loci de Torà, delatus, & inculpatus de nece appensatè, proditoriè, & à tergo per eum iactu instrumenti manualis perpetrata die 27. Decemb. 1686. hora sexta post meridiem in vi-

eo *dels Abaxadors* præsentis Civitatis Barcinonæ, in personam Antonii Soler factoris, dū iste domum suam ingrediebatur, Regia sententia lata 14. Ianuarii 1687. referente Reg. S. Francisco de Portell J.R.C. fuit condemnatus ad suspendium in alta furca, Scriba Riembau, iudiciis, quæ sequuntur, efformatis.

32 Antecedentia à causa delicti incohantur, quæ semper investiganda erit à iudice, de illa, testes verosimiliter informatos interrogando, sicut de loco, & tempore, & modo, quo crimen fuit executioni deductum, cum regula generalis sit, quod nemo præsumatur delinquere sine causa, de qua superiori decisione meminimus, & nunc addimus, ex causa delinquendi oriri indicium, præcipuè quando nulla alia causa delicti apparet. Conciol. post alios *resol. crim. 5. verbo delictum num. 6. & seqq.* vbi declarat, non sufficere causam ad torquendum reū, nisi cum adminiculis. Calderò *decis. 44. num. 66. p. 1.*

33 Causa in proposito erat odiū, & mala voluntas rei, orta ex eo, quia occisus debebat illi triginta regalia, quæ solvere volebat, ob causas per ipsum iustas reputatas, & ex illa recusatone, odio, & ira Paulinus

ardebat in Antonium; odium autem indicium facere, ostendunt traditi per Calderò *decis. 45. num. 21. & decis. 49. num. 19.* quibus addo, plura ex odio mala provenire. Bovadill. *lib. 3. polit. cap. 11.* Valenzuel. *conf. 142. à num. 1.* Marquez *lib. 2. de Gubernat. cap. 30. fol. 337.* Torres *lib. 7. phylosoph. moral. cap. 9. & seq.* Escobar *par. 2. de purit. q. 3. à num. 15.*

34 Secundum istius classis indicium erat, recessus à domo solitæ habitationis, à qua, vna hora ante delictum exivit, & non fuit ad eam reversus, neque ad cœnam, neque ad cubandum, vt antea, dempta nocte antecedente, assueverat; hæcque absentatio præter morem, fugam sapit, cum præparatio ad eam æquale indicium constituat, atqui fuga, per illud tritum axioma, idem operatur fuga in actu, sicut fuga in permotū, teste Baldo *in l. pignoris causa Cod. de pignor. act.* Francisc. Casson. *in tract. malefactor. tit. de fuga num. 25.* Marfil. *in §. diligēter n. 49. vers. & scias etiam, & in l. 1. num. 48. vers. & facit glos. ff. de questionib. & in rubr. Cod. de probat. num. 287. vers. & scias ultra.* Mascard. *de probat. litt. F. conclus. 819. num. 9.* Ciarlin. nonnullos addens, *contr. for. lib. 1. cap. 12. num.*

num. 37. prout etiam suspectus de fuga arguitur, qui tenet clausam, præter consuetum, officinam. *Parif. consil. 99. n. 18. lib. 3.* & ex eo, Pechio, ac Janninio, Regens Vilosa *de fugitivis cap. 19. §. 4. num. 50.* aptantur ad intentum tradita per Calderò *decis. 44. nu. 70. par. 1.* nec minus, quæ adducit Farin. *de furt. q. 176. num. 69.*

35 — Adminicula ante crimē etiā comperiebantur, vtpotè, quod fuerat visus Paulinus paulo ante delictum, circa locum illius pallio involutus, & quasi in insidiis, in quodam angulo vici proximi domui, vbi morabatur occisus, ideoque propè locum delicti. *Conciol. res. crim. 15. verbo indicium num. 6.* & de insidiis alii penès Reg. Cortiada *decis. 98. num. 41. par. 2.* adminiculum tantum haberi poterat ex testibus hæc deponentibus, quia perfectè indicium duo testes, contestes de loco, & tempore nō probabant; & talia adminicula resultantia ex probationibus imperfectis, simul collecta, arctant. *Calderò decis. 45. num. 37.* non autem loquendo in sensu, quo nomen adminiculi intellexit *Conciol. res. crim. 1. verbo adminicula,* volens debere probari per duos testes, nam sic non secernuntur ab indiciis, in specie *Jul. Chartar. dec. 60. n. 16.*

Cohærens, seu concomitans delicto probatio erat per testē 37 de visu, sed absque iuramento, qui non probat, ex text. *in l. iurisiurandi 8. l. testium 14.* & ibi Doctores, *Cod. de testibus Guazzin def. reor. 14. cap. 3. n. 1. Caren. de off. S. Inq. part. 3. tit. 7. & seq. Caball. res. crim. cas. 69. num. 1.* quæ etiam locum habent accedente consensu partium, vt iuramentum testibus remittatur, nam nihil consensus iste prodest, vt fides testibus tribuatur in criminalibus, vel in causa civili ardua. *Mascard. de probat. lib. 1. q. 5. num. 107. Farin. de testib. q. 74. nu. 85. Guazzin qui proximè num. 12.*

Facit tamen testis non iuratus aliquam præsumptionem, vt notant scribentes *in l. admonendi 31. ff. de iureiurand. Mascard. de probat. lib. 1. q. 5. num. 34. & concl. 270. num. 6. & concl. 1362. num. 18. lib. 3. Farin. de testib. q. 74. num. 109.* vbi, quid operetur dicta præsumptio. *Guazzin d. def. 14. cap. 3. in fin. Post. observat. 84. num. 77.*

Ex consequentibus delictū, 39 primum indicium plenè probatū erat, quod immediatè postquam delictum fuerat commissum, visus fuit fugere reus propè sceleris locum, ab eoque veniens: namque quemadmodum efficitur indicium ad torturam

quando quis est in loco propinquo loco maleficii, si aliquod aliud indicium concurrat. Farin. *in pract.* q. 52. nu. 133. & 137. fuga è loco delicti necessariò arguit ad facinus. Cravetta *conf.* 6. num. 37. Caball. *resol. crimin. cas.* 288. num. 43.

40 Unde sicut indicium indubitatum oritur, quando quis visus fuit aufugere, seu exire de domo aliqua, vnum tantum hostium habente, cum gladio evaginato, seu sanguinolento, & in dicta domo reperiatur aliquis mortuus. Clarus, Giurb. Gomez, Farin. Guazzin. Caball. Calvinus, Capic. Latro, Grassett. penes Conciol. *resol. crimin.* 2. nu. 4. *verbo indicium ad torturam*; ita pariter indicium insurgit, sed minus efficax, ex fuga, illicò post delictum à loco ipsi propinquo.

41 Secundum indicium ex consequentibus plena probatione, aliis erat roboratum; nam reus duabus horis post delictum accessit ad domum, ad quam nusquam comedendi caula, & cubandi devenerat, ibique cœnavit, & dormivit; insolita autem dolum inducunt. Farinac. q. 89. numer. 125. & *de falsitate* q. 162. num. 163. Giurba *conf.* 87. num. 17. & *conf.* 63. nu. 22. *vers. aded.* Juliv. Chartar. *decis.* 4. num. 19. 20. & 21. Reg. Cortia-

da *decis.* 98. numer. 45. & 50. Concurrerant cum hoc indicio, acceleratio, quando dolum fuit ingressus; ex precipitatione enim præsumitur fraus, & dolus. Ruginell. *de appellat. par.* 1. q. 1. num. 70. Miranda *de ord. iudic.* q. 28. *conclus.* 3. & 9. art. 7. Xammar *de offic. iudic. par.* 1. q. 1. num. 70. qui loquuntur in iudice, propter eius festinationem dolum inferentes, & contra omnes virgere debet, cum sit species fugæ; nam non solum attenditur in actu, sed etiam in permotu, vt supra num. 34. perspeximus; sicque 43 geminatio, & perseverantia fugæ eruitur, quæ enixum animum aperit, & probationem auget, iuxta ea, quæ de viribus geminationis, in terminis confessionis extrajudicialis, ad eam fortiozem reddendam, docuerunt post alios Farin. q. 82. nu. 13. Guazzin. *def. reor.* 32. cap. 33. num. 2. Buccaton. *de differen. inter iudic. civil. & criminal.* diff. 35. num. 7. 8. Sabell. *in summa diversor. tract. verbo geminatio* num. 1. & 4.

Secretè etiam fuit alloquutus reus cum consanguineo domus, ad quam se receptaturus ivit, & in parte occulta; clandestinitatem autem dolum evincere, probatur supra *decis.* II. num. 34.

45 Simulavit famulus receptator patrono suo causam adventionis rei ad eum locum, fingendo, quod idem reus discesserat à domo suae habitationis propter iurgium habitum, & rogando, quod illum pro ea nocte admitteret; mendacia autem præbere indicium, pluribus demonstratur *decis. 21. nu. 70. & decis. 22. & de simulatione loquuntur Novar. post gratiam. 200. in allegat. numer. 46. Calderò decis. 45. num. 29. p. r. Farin. de falsit. q. 162. & seq. Jul. Capon. tom. 4. disc. 275. Valenzuel. conf. 62. Olea de cess. iur. tit. 8. q. 1. num. 3.*

46 Discessit valde mane ab illa domo; tempus autem cautum plurimum inspicitur ad delicti præsumptionem. Mascard. Menoch. Ripa, Farinac. Castillo laudati per Cortiada *decis. 98. num. 51. part. 2.* imò multis conclusionibus Regii Concilii specialis fit expressio de cautela temporis; & de cautelis, qualiter dolum produnt. Mattheu *de re crimin. contr. 29. num. 32. post Giurb. conf. 54. num. 15. Farin. q. 162. p. 4.*

47 En indicium consequens, tot aliis ipsum concomitantibus, robore non levi præditum. Ulterius visus fuit territus post delictum in memorata domo, vix appetitum ha-

bens, nec nocte se denudavit, sed vestitus posuit se super lectum; trepidatio autem, timor, tremor, & similia signa indicium faciunt. Farin. *q. 52. n. 40.* rationem assignans: quia erubescere, trepidare, & similia, indicant malum conscientiae, & optimis litteris latè exornat, quomodo vultus, pavorque conscientiam læsam ostendat; prosequitur Calderò *decis. 41. num. 39.* addo Larrea *alleg. 66. num. 29.* vbi de timore arguente malam conscientiam, & concordant Doctores, Farinacium sequentes, trepidationem, coniunctam cum variatione, vel alia præsumptione, indicium esse ad torturam; & quod conscientia ipsa accuset, sensit Filesc. *tract. de conscient. Molin. de iustit. tract. 5. disp. 47. & conscientiam solam accusaturam in iudicio tremendo, advertit Glos. in Can. si quis Diaconus 29. §. quod si eos circa fin. vers. dictum, distinct. 50. Can. in cunctis 62. 11. q. 13. & est locus perpulcher Taciti *annal. lib. 6. concinnè Saavedra embl. 16. propè fin.**

49 Constabat die 28. Decembris præfati anni 1686. hora duodecima post meridiem, sicque decem, & octo horis post commissum facinus, quo tempore fuit ductus ad carceres,

reperitū fuisse reum vulnus habentem in indice manus dexteræ, & periti adhibiti affirmabant intra 24. horas illatum extitisse, & tres declarabant denotare factum fuisse iactu instrumenti manualis.

50 Juvabatur hoc indicium de positione vnius testis dicentis, nocte antecedenti, scilicet delicti, vidisse sanguinem effluentem à manu dextera aggressoris, & concurrebat alius testis deponens, relato die 28. Decembris, hora septima ante meridiem, quando fuit detentus reus in portali Sancti Antonii, vidisse in eius digito præfatum vulnus cum sanguine exsiccatro, cuius indicii effectus à simili trahitur, ex his, quæ de inquisito sanguine madefacto reperto, expendunt Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 89. nu. 135.* Paris. *de Puteo in tract. de Syndic. verbo tortura il Tercer. Carrer. in præf. crim. indicio 36.* Boer. *q. 165. num. 2.* Leo *decis. 125. num. 23.* & hocce indicium ad aliam speciem trahunt Doctores, prout servavit cum Senatu Calderò *decis. 41. num. 40.* & ita ad nostrum casum ponderatum rectè fuit.

51 Accedebat fama incontinenti orta, probata per 14. testes, qui non erant necessarii, cum pro eius probatione sufficiant

septem, licet non exprimant causas, & authores. Alban. *conf. 72. num. 4. par. 1.* Bursat. *conf. 35. num. 21. & seq.* & de sex concurrentibus adminiculis loquitur Giovagnin. *conf. 6. nu. 100.* quam opinionem, numerum septem restium approbantem, amplectitur Regium Concilium, & adhuc aliquando minorem, si verisimilitudo concurrat; sequitur Conciol. *res. crim. 7. num. 4. verbo Fama, qui eodem verbo res. 1. num. 5.* tenet ex aliis, famam solam in delictis occultis, & difficilis probationis, facere indicium ad torturam; & *num. 3.* vt hanc vim habeat in aliis criminibus, alia adminicula, & præsumptiones postulat; videndi Calderò *decis. 45. num. 30. cum seq.* adde Reg. Tapia *decis. 29.* Reg. Reverter. *decis. 365.* & ibid. Reg. Marin. vbi de axioma *vox populi vox Dei* supra explanato *decis. 21. num. 3.* Less. *de iust. & iur. cap. 29. dubit. 17. num. 156.* Rosa *cap. 1. nu. 22.* citatus per Carol. Anton. de Luca *in prax. crimin. cap. 20. à num. 11.* & huc referas, quæ supra firmavimus *decis. 26.* de supplenda ex numero, probationis qualitate: ad ornatum videndi Riccius *par. 4. collect. 1133.* Cyriac. *contr. 488.* Escob. *1. p. de purit. q. 10. §. 4. à num. 23.*

Carleval *de iudic. tit. 2. disp. 3. num. 11.* Jul. Capon. *tom. 1. disc. 6.* Castillo *lib. 5. contr. cap. 123.* Vela *diff. 38. num. 44.*

52 Mendacia reperiebantur quoque in substantialibus per reum prolata in sua depositione, confitito de veritate in contrarium ex processu offensivo; & ex mendaciis huiusmodi resultat indicium ad torturam, praesertim concurrentibus adminiculis. Giurba *conf. 87. à num. 27. & seq.* ubi diversificat mendacia, quae ad directam rei mendacis defensionem pertinet, ut si dixerit, se nullum homicidium commisisse, sed ad suam defensionem, quia haec mendacia à iure permittuntur; secus vero ea, quae defensionem directe non respiciunt, ut si dixerit, in die delicti cum occiso loquutum esse, & deinde dixit, se non vidisse interfectum, hoc ultimo casu torturae locum fieri affirmat Giurba ex Pacian. *conf. 158. cum seq.* Menoch. *de praesumpt. lib. 1. q. 89. num. 69.* aliisque congestis, & genericè de hoc indicio Calderò *decis. 41. nu. 55. ac passim,* addendi Larrea *alleg. 66. nu. 36. & seq.* Jul. Chartar. *decis. 40. num. 48. decis. 42. num. 18. decis. 43. num. 15. decis. 49. nu. 36. decis. 87. num. 41. decis. 88. num. 9.*

53 Duo autem in his adverte-

re libuit; primum, inter Doctores promiscuè sumi variationem, & mendacium, sed revera differentia debet agnosci, cum detur mendacium sine variatione; utpotè quando reus vnum dicit, & veritas in contrarium per testes constat; at vero in variatione, tota probatio ex reo sumitur, qui ore proprio malum suum animum demonstrat, ut benè considerat Farin. *q. 52. num. 18.* duo indicia secernens, vnum scilicet mendacii, & aliud variationis, optimè Jul. Chartar. *decis. 87. num. 38.*

Unde aliqui sentierunt, quod 54 turbatio, dum quis interrogatur, indicium praestat ad torturam. Menoch. *lib. 1. praesumpt. 89. num. 71.* post plures Larrea *alleg. 65. num. 79.* quae opinio licet dura, & non servanda, variationis tamen indicium corroborat.

55 Secunda animadversio in eo stat, nempe, multoties accidere mendacia esse connexa delicto; ut difficile sit reo diiudicare, an verum respondendo crimini fateatur; de his mendaciis contra reum rationem non haberi vidi, veluti quoties interrogatus iudicialiter de delicto certis loco, & horis momentaneè commissio, negat reus se in illo loco tempore patrati

fice-

sceleris adfuisse, vel habuisse rixam cum interfecto, & consequutivè ad delicti negationem pertransit, quia negato, quod fuerit in loco illo, inficiatur delictum, talisque negatio tendit ad destruendum totum actum, quatenus respicit culpam rei, sicque directè ad sui defensionem, vnde non negat actum, de quo interrogatur propter se, sed quatenus præordinatur ad negandum delictum obtinetque regula, de qua Giurba *dicto conf. 87. n. 28.* nimirum, non obstare mendacia, quæ defensionem directè respiciunt rei; sicut dicitur, duo delicta, ad vnum consumandum tendentia, pro vnico reputari. Faria ad Covarruv. *lib. 2. cap. 10. num. 88.* videndi Caball. *cas. 158. num. 2. 5.* Guazzin. *def. 2. cap. 8. num. 21.* Jul. Clar. *in pract. §. fin. q. 84.* Plaça *in epitome delictor. lib. 1. cap. 1.* Canterra *in questionib. criminal. tit. de questionib. tangentib. punit. delictor. cap. ult.* Farin. *quest. 4. num. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 3. cap. 30. num. 24. 26.*

57 Quam rationem ponderabam in casu relato per Calderò *decis. 22.* de reo, qui iudicis interrogationi respondit, intercum, & occisum nulla adfuisse verba, aut rixam, quæ ipsos ad odium valeret accedere; talis

namque responsio, aiebam, dirigebatur, non ad negandam rixam principaliter, & propter se, sed ad non affirmandum scelus, aut causam ipsius, sicq; potuisse, sentiebam, articulos postea reum dare, in quibus affirmaret positivam rixam ante delictum; Senatus tamen sensit confessionem positivam fuisse, & non dependentem à præcisa criminis negatione, sicque revocationem cōfessionis admitti non potuisse abque circumstantiis, & qualitatibus præmissis decisione præcedenti.

Nota hac, maximè, dum casus 58 occurret, quia periculosum est reo respondere: nam si affirmat se rixam aliquando habuisse, probato contrario, arguitur de mendacio in substantialibus, si altercatio, seu rixa accidit elapsis 24. horis tempore maleficii, insurgit indicium inimicitæ, concurrentib⁹ causis, de quibus Cala *de mod. articul. glos. vnic. §. 2. num. 343.* & seq. Mascard. *de probat. conclus. 898. per tot. vol. 2.* Farinac. *de indic. q. 49. num. 1.* & pluribus seqq. si negat rixam, confessio resultat sibi valdè contraria, vt vidisti.

In hac re, plurimum iudicis 59 religioni est relinquendū, qui in interrogando non potest vti cautelis inhonestis, aut captio-

tiolis. Guazzin *def. reor. 20. cap. 12.* Farin. *q. 81. ex num. 276. vsque ad n. 314.* vbi de omnib⁹ simulationibus, & cautelis, quibus iudices vtuntur, pro eruenda veritate, & *conf. 53. in addit. litt. K. Petr. Navarr. de restitut. lib. 2. cap. 3. num. 246.* Cenedo *q. 9. num. 27.* Villadiego *in polit. cap. 3. ex nu. 226.* Thom. Sanch. *in conf. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 35.*

60 Simulatione vtatur iudex prudenter, prout ei licet, & exemplis cōprobat Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 5. num. 34. & cap. 21. num. 153.* Barbol. *in collectan. ad cap. afferte de præsumpt. Sayro in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. nu. 5.* & attendant, quod confessio, vt noceat, debet esse de delicto certo, cum expressione certi loci, & aliarum circumstantiarum. Bossius *in pract. tit. de confess. num. 43.* Farin. *d. q. 81. nu. 31.* Guazzin. *def. 32. cap. 1. sub num. 3.* Carena *de offic. Sanct. Inq. par. 3. tit. 8. nu. 49. in fin.* quo argumēto etiam ducebar, ad tenendum in relato casu, præiudicium non oriri ex confessione illa vaga, & generica memorati rei.

62 Casum reassumendo, aderat etiam in eo confessio extraiudicialis per testem singularem iustificata, quæ licet sic probata non sit indicium perfectum,

coadiuvat tamen vt iudicium. Bertazol. *conf. 349. num. 6. vol. 2.* Baiard. *q. 21. n. 122.* Guaz. *def. reor. 32. cap. 34. num. 13.* vbi impugnat Jodoch. *in pract. cap. 10. num. 19. & cap. 39. nu. 22.* tenentem, vnum testem de confessione extraiudiciali sufficere ad torturam; non tamen negant isti Doctores præsumptionem facere, minorem scilicet indicio completo, arbitrio iudicis, nec quid tale ex eis inferri valet, prout conatur Conciol. *ref. crim. 13. num. 13.* verbo confessio, & punctim aliqualem facere præsumptionē, firmat Jul. Chartar. *decis. 60. num. 15.*

Rationem scientiæ assignabant testes offensivi, necessariā pro facto nocturno, scilicet, quod reum cognoverant cum luce lunæ, quæ illa nocte lucebat: ita enim debent deponere, vel quod aliud lumen artificiale aderat; cum sensus visus, vt possit operari, indigeat luce. Grammat. *conf. crim. 58. num. 1.* Surdus *conf. 158. num. 4.* Farin. *q. 62. num. 38. cum duobus seqq.* Menoch. *de arbitr. cas. 279. num. 3.* Gutierr. *conf. 35. num. 25.* Giurb. *conf. 17. num. 18. & conf. 37. num. 41.* Carena *de offic. Sanct. Inq. par. 3. tit. 6. nu. 20.* Ripa *de nocturn. temp. cap. 57. per tot.* Vermigl. *conf. 74. n. 1.*

Et *conf.* 408. *num.* 8. Conciol. cum pluribus *ref. crim.* 5. *tot.* à *verbo testes quoad dicta.*

64 Quare pro parte rei fuit oppositum in defensionibus tertio loco oblatis, quod tamen nocte maleficii luna luceret, & esset circa suum plenilunium, tamen non poterat hora facinoris 6. post meridiem, de qua testes deponebant, splendescere lumen in vico, quo reperiebantur testes, ita ut eius luce possent reum discernere, atque cognoscere; cum vicus, licet apertus, esset strictus, & domibus altis formatus, & ad id ostendendum, petita fuit ex parte rei visura, seu ocularis inspectio loci, de cuius probatione, quod sit superlativa, fortior de mundo, omnes alias vincat, & nunquam censeatur exclusa. Barz. *decis.* 17. *num.* 7. & 8. Barbos. *in Cap. ex tenore num.* 4. *de testib.* Farin. *in prax. par.* 2. q. 75. *num.* 172. Reg. Cortiada *decis.* 2. *num.* 15. & *decis.* 21. *num.* 36. *par.* 1. Ripoll ad Peguer. *in prax. civil. rubr.* 21. *num.* 28. vbi ego. Giurb. *conf.* 70. *num.* 16. Conciol. *ref. crim.* 14. *verbo defensio nu.* 2. latissime R. S. de Calderò *decis.* 77. *tota par.* 2.

65 Huius visuræ, seu probationis per inspectionem oculorum, & rei evidentiam petitioni, fuit

statim contradictum pro parte Fisci, eo motivo, quia malitiosè petebatur, animo scilicet procrastinandi iudicium, prout dicitur malitiosè, & calumniosè peti restitutionem in integrum per minorem, quando animo differendi executionem imploratur. Fontan. *decis.* 113. *num.* 10. *cum seq.* & tunc esse repellendam, firmiter Ferrer 3. p. *observat. cap.* 346. & 477. Canc. *var.* 2. *cap.* 1. *num.* 263. Thesaur. *decis.* 181. Maltrill. *decis.* 30. *nu.* 1. Gallup. *in prax. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Barbos. *de assistent. gl. f.* 1. *num.* 22. & 33. Ripoll ad Peguer. *rub.* 29. *num.* 92. Carol. Anton. de Luca ad Franch. *observ.* 86.

Et in specie visuram, ac probationes per oculorum inspectionem, factique evidentiam denegari multis casibus debere, stabiliunt Anton. Gabriel *de testib. concl.* 21. *num.* 88. Farin. *de testib.* q. 75. *nu.* 173. Costa *remed. subsid.* 101. *num.* 3. & singulariter Stiat. *in prax. iudic. cap.* 13. *numer.* 6. *cum seq.* quem commendat Fontan. *decis.* 382. *num.* 1. vbi expressim, iudicem in visurarum concessione, debere procedere cum magna circumspectione; quia, ut plurimum petuntur per reos animo differendi iudicium; quapropter fuit repulsa pretensio visuræ

67 ræ in causa Nobilium coniugum Cancer, contra Franciscum Prat, & de Sen Julià, Regia sententia provisionali lata 7. Octobris 1670. referente R. S. de Anglascell, Scriba Fabra; eo quia, deducta per partem petentem visuram, etsi probata manerent, non relevarent, ex regula trita, probationem non admitti, quæ facta non prodesset. Salgado *par. 3. de protect. cap. 6. nu. 64. & seq. & lib. 1. de retent. cap. 16. à n. 51.* Barbof. *in l. 37. nu. 43. & seq. de iudic. Vela disert. 12. nu. 4.*

68 Calumnia, & malitia rei in casu erat notoria: quia reus in depositione iudiciali per eum facta, fatebatur illa nocte, & hora delicti diei 27. Decembris 1686. lunam illuxisse, & proximam fuisse suo plenilunio, & veritas ita se habebat, quia plenilunium fuit die 29. eiusdem mensis, & aliunde vicus erat apertus, & publicus; tamen si strictus, & altus, eratq; impossibile illa nocte, & hora, lunam non diffundisse lucem aliquam vico prædicto, cuius claritatis beneficio possent testes reum cognoscere; quando autem probationes rei, propriæ ipsius confessioni contrariantur, evidentem habent calumniæ, atque malitiæ suspicionem, velut latè *decif. 30. disseremus.*

Verum est, quod si revocatis ad calculum diebus lunæ, apparuisset lunam illa nocte non effuluisse, testes non solum non probarent, sed imò possent puniri de falso. Menoch. *de arbitr. cas. 297. n. 35. & seq.* Ripa *de noctur. temp. cap. 57. nu. 47.* Carena *de off. Sanct. Inq. part. 3. tit. 6. nu. 28.* Vermigl. *conf. 408. nu. 8.* Conciol. *qui iupr. ref. 5. nu. 6. verbo testis quo ad dicta,* & ex eisdem repetit Maiorana *in opoprax. lib. 1. cap. 4. nu. 7.* sequitur Calderò *decif. 7. nu. 48.* quod practicatum vidi quandoque astrologorū observationibus, vulgò *Prognosticis*, ex parte reorum productis, de quibus Roxas *de incompat. par. 1. cap. 8.* Mattheu *de regim. Regn. Valent. cap. 7. §. 3. n. 60. & 99.* vbi Theologos, Sanctos Patres, Iuris Scriptores, Philosophos, ac Historicos enumerat: idcirco, cum, ut prædixi, de calculo lunæ aliter appareret, optimè infructuosa, & per calumniam petita fuit iudicata inspectio ocularis loci.

71 Ex his censuerunt Domini, in prædicto casu denegandam esse visuram; quapropter in calce supplicationis pro parte Fisci oblata, fuit facto verbo assignatum ad relationem eadem die 14. Ianuarii 1687. reiecta tacitè visura, nam in crimina-

72 libus causis, pauci sunt casus, in quibus super dubiis incidentibus declarationes fiant; & in civilibus regulare est, quod iudex procedendo ad vltiora, tacite censetur repellere exceptionem, quæ ad remorandum processum opposita fuit, & super ea declarasse. Xamm. *de offic. iudic. par. 1. q. 15. nu. 155.* cum Gabriele, Baldo, Peregrino.

73 Die igitur ipsa, qua pro parte Fisci contradictum fuit visuræ, ex prælibato motivo, assignatione præcedente ad relationem fuit petitum, vt moris est, ad sententiam diem assignari, provt extitit etiam assignatum, & prolata sententia, condemnatusque reus per indicia supra expressa, quæ singulatim descripsi, vt scias, nedum qualiter iudicet noster Senatus, sed & qua cura, & studio sint contexendi processus, inquirendo, quid ante delictum reus egerit, quæ causæ inter eum, & interfectum præcesserint, quodnam iter, qualivè actiones gesserit postea, circumstantias dolum arguentes exprimendo, augendo, ac roborando quæcunque possint ad dolum conducere, nam per has exactas disquisitiones veritas invenitur, & iudicantis animus conquiescit: quia vera proba-

tio, teste Francisco Sarmiento *select. lib. 1. cap. 1. num. 9.* est, quæ sensu corporeo immediatè percipitur, vt si testes hominem occidere videant; præsumptiva verò, quæ non sensu corporeo immediatè percipitur, sed per discursum colligitur; homini autem ratione utenti, adeo potest res ostendi ex secunda, sicut ex prima; sequitur Matth. *de re crim. contr. 61. num. 33.* 74 accuratè, examinatis arbitrio iudicis locus fit respectu probationum legibus regulato, vt præcicimus *uecis. 22. num. 108.* & nunc confirmamus ex Carleval. *de iudic. tit. 2. disp. 3. n. 27.* Narbon. *in l. 31. gl. 16. n. 35.* & *seq. tit. 7. lib. 1. recopil.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. cas. 90.*

75 Attendat etiam processuum instructor, vt testis varia, quæ sciat, percurrat indicia: nam idem testis fungi potest respectu diversorum capitum vice plurium, vt elegantè propugnat Fontanella *decis. 258. tota*, inquirens, an vnus testis, qui facit semiplenam probationem cum deponit de veritate facti, faciat aliam semiplenam ad condemnandum, cum alio deponenti de confessione extraiudiciali super eodem facto, & hac praxi utimur, quicquid incontrarium sentiat Hodierna ad Surd. *decis. 12.*

76

Non prætermittam hic, dum de probando facto nocturno examinationem suscepi, in causa Sigismundi N. de qua meminimus decif. præcedenti, fuisse quæsitum, an confrontatio, seu recognitio testium noctu fieri possit: dubitationem movebat, quia sententia noctis tempore ferri non valet; nam Magistratus vespertinis temporibus in publico esse non convenit, & acta iudicialia non secretè, sed publicè debent expediri, nocteque conquiescere iudicia, ut explicant 18. Doctores allegati per Reg. Cortiada *decif.* 24. num. 70. qui num. 74. firmat de communi stylo, & generali consuetudine, sententiam de nocte fieri posse, præsertim in Curia Romana, & in Curii Regum; atverò Caball. *cas.* 218. num. 40. refert, aliquos velle in prolatione sententiæ noctu, luminaria esse necessaria, adeò,

quod non sufficiat, quod luna luceret, ut ad eius lumen personæ ad actum prolationis necessariè cognoscantur, quod inficiatur Caball. quatenus ad validitatem actus, sed non quando de veritate illius actus ageretur, & probandus esset; & requiri solemnitatem trium luminum scripserunt Marc. *decif.* 301. par. 2. Carroc. *excep.* 37. n. 6. *in fin.* Ripa *de nocturn. temp.* cap. 134. à num. 58. & crebrò probari à Doctores affirmat Matth. *de regim. Regn. Valent.* tom. 2. cap. 8. §. 9. nu. 46. quamobrem, tametsi in testium receptionibus non militent rationes, quæ in sententiarum publicatione considerantur, ut per se patet, nihilominus ad maiorem certitudinem recognitionis nocte celebratæ, tria lumina etiam fuerunt adhibita, non tamen quia necessariam hanc solemnitatem censuerimus.

EPIGRAPHÆ.


De testibus cogendis maiori, vel minori coertione, iuxta circumstantias facti, personarum, ac verisimilitudinem suæ scientiæ, necnon de compellendis ipsis, ut media confrontatione reum declarent. Accusatus quando possit suum accusatorem reaccusare, facta distinctione scelerum, maiorum, minorum, & parium. Paria delicta mutua compensatione qualiter tollantur. Quando Officialis occidit in exercitio sui officii privatum, & testes offert pro resistentia probanda, ac eodem tempore consanguinei interfecti accusant Officialem de homicidio;

dio; recipi debere testes Officialis prius, defenditur, relictis pro maiori deliberatione testibus accusantis de nece.


N U C L E U S.

- 1 *Verisimilitudo ad fidem testiū inhabilium attendenda, sicut etiam adminicula.*
- 2 *Inspici etiam debet pro cogendis testibus, ubi de vicino, qui facta vicini scire præsumitur.*
- 3 *Ratio testis dicentis, scio quia sum vicinus, iuxta verisimilitudinem regulanda.*
- 4 *Torqueri possunt vicini, qui verosimiliter habent notitiam de delicto, ut veritatem deponant.*
- 5 *Sic quoque tortura subiicitur, qui factò intervenisse fatetur, & dicit nihil vidisse, nisi verosimiliter ignoret.*
- 6 *Optimam reddit rationem sciētiae testis deponens, scio quia fui præsens.*
- 7 *Testis verosimiliter informatus de crimine, veritatem promere renuens, torquetur.*
- 8 *Vacillans, seu varius testis pariter torquendus.*
- 9 *Tortura testium in Cathalonia non practicatur, & quid sit receptum, si veritatem celent.*
- 10 *Coguntur testes rigidè ad testimonium ferendum, si per alios convincuntur de confessione extrajudiciali, si adsit suspicio subornationis, si ab alio sint vocati in cōtestes, & negēt, & propter inverosimilem oblivionē.*
- 11 *Ad recognoscendum reum testes non minus adstringuntur.*
Iurisdictione concessa, ea omnia concessa intelliguntur, sine quibus exerceri non potest.
- 12 *Rigurosa confrontatio ex verisimilitudine, & circumstantiis regulanda. Cum Senatu, & num. 13.*
- 14 *Questio suscipitur declaranda, an accusatus possit suum accusatorem reaccusare, quæ difficilis, ac utilis reputatur, & negativa regula constituitur.*
- 15 *Licita est reaccusatio, seu recriminatio, tam de maiori, quam de minori crimine, si nomen recriminantis nō sit receptum inter reos.*
- 16 *Inter reos constitutus quis dicatur; & qualia debeant esse indicia ad transmitten-*

- tendam inquisitionem nu.
17. remissivè.
- 18 Si agatur de maiori crimine in secunda accusatione, ea admittitur ad vlciscendā iniuriā propriā accusati, aut suorum, dummodo re-criminans sit intra carce-res.
- 19 Quando tractatur de iniuriis mutuo in eadem rixa illa-tis, contra eum, qui prius deliquerit, testes sunt re-cipiendi.
- 20 Graviore offensione per pro-vocantem recepta, eius ac-cusatio est preferenda, & tunc pœna maior minorem absorbet.
- 21 Duplici pœna, vtraque con-digna nemo est puniendus.
- 22 Quoties delicta sunt paria vtraque accusatio recipi-tur, & ea attenditur, qua vrgentiorib⁹ fulcitur pro-bationibus.
- 23 Paria delicta, incontinenti patrata, mutua compensa-tione tolluntur, si de ea opponatur ante litem con-testatam, & non contra Fiscum, nec ad evita-dam pœnam, adsitque in-certitudo probationis; ali-ter inspicitur quis melius probaverit.
- 24 In quibuscunq; delictis equa-libus, data omnimoda in-certitudine facti, & pro-bationum; contra ambos delinquentes proceditur, quoad interesse Fisci; se-cus verò quoad interesse accusantium.
- 25 Conclusio ex superioribus eli-cienda.
- 26 Senatus decisio observabilis ad intentum.
- 27 Officiali in spectantibus ad suum officium creditur, & de differentia constituen-da inter Birruarios, & Alguacellos, & quid in his iudicis arbitrio com-mittatur.
- 28 Circumstantie facti, & ve-risimilitudo adspiciuntur, ut depositionibus Birrua-riorum deferatur.
- 29 Secundum motivum Senatus expenditur.
- 30 Testes culpabiles in delicto, pro sua exoneratione non admittendi.
- 31 Iudici licet ore tenus interro-gare testem, ei non dese-rendo iuramentum, & si deponat contra Fiscum, il-lum dimittere, dum adsit suspicio subornationis.
- 32 Officialis non presumitur in officio delinquere.



DECISIO XXVIII.

I  ERISIMILITVDI-
nem attendi debe-
re ad fidem testib⁹,
etiam inhabilibus
præstandâ, passim *decis.* 26. eno-
davimus, & ulterius probant
Ciarlin. *contr. for. lib. 1. cap. 12.*
num. 33. vbi, quod testes inha-
biles, si deponant verosimilia,
probant, & adminicula sup-
plent eorum inhabilitatem, de-
fendens cum Alexand. *in l. si*
duo patroni num. 7. de iureiur.
Decian. *consil. 163. num. 8.* Cra-
vet. *conf. 35. num. 7.* Ruin. *conf.*
149. nu. 6. lib. 2. Farin. *de testib.*
q. 62. num. 335. & species Ciar-
lini agebat de integranda fide
testis impuberis; rursus pro te-
stium inhabiliû verosimilia de-
ponentium testimonio, extat
etiam Andreol. *contr. 8. nu. 17.*
Iuliv. Chartar. *decis. 87. num.*
30.

2 Inspicitur maximè verifimi-
litudò pro testibus cogendis
ad testimonium perhibendum:
vnde quia ius præsumit vici-
num scire facta sui vicini, ex
tex. *in Cap. quosdã 7. Cap. quan-*
to 8. de præsumpt. Paris. conf.
23. num. 18. lib. 1. Riminald. *conf.*
528. num. 20. lib. 3. Menoch. *re-*

med. 16. recuperand. nu. 48. cum
seq. & conf. 98. num. 48. Signa-
rol. *conf. 32.* Vivian. *in rational.*
secund. lib. iur. Pontif. pag. 206.
Alagona *in compend. iur. canon.*
pag. 286. Anton. Augustin. *col-*
lect. 1. decretal. lib. 2. tit. 16. cap. 9
cum aliis traditis per Barbosa
in collectan. ad d. cap. 7. & 8.

3 Idcirco optima est ratio ad
probandum præsumptivè de-
lictum, quam testis reddit, di-
cendo, se scire, quia est vici-
nus. Farin. *de testib. q. 70. à nu.*
164. & num. 199. limitat talem
rationē tunc esse bonam, quan-
do testis deponit super his, quæ
communiter, & verifimiliter
nota sunt vicinis; secùs in aliis,
sequitur Carena *de offic. Sanct.*
Inquis. par. 3. tit. 6. §. 10. nu. 82.
videndi Gutierrez. *lib. 3. præct. q.*
16. num. 129. Cabedo *decis. 63.*
Lara *de annivers. lib. 2. cap. 4.*
num. 25. Solorzano *tom. 2. de iur.*
Ind. lib. 2. cap. 8. num. 40. & lib.
3. politic. cap. 9. fol. 310. vers.
En las quales. Menoch. *lib. 6.*
præsumpt. 24.

4 Quapropter vicini illi, qui
verosimiliter habent notitiam
de delicto, torqueri possunt,
vt veritatem deponant. Mar-
sil. *in præct. crim. §. diligenter*
num. 97. Foller. *in præct. crim.*
verbo capiat informationem
num. 53. Farin. *q. 79. num. 40.* Se-
nogall. *de mod. formand. proces.*

informat. lib. 1. cap. 14. n. 12. Bonifac. in tract. de furt. §. est nu. 40. infinitos allegans. Angel. de malefic. verbo fama publica num. 49. Guazzin latè def. reor. 19. cap. 8. tot.

5 Ob eandem rationem testis, qui fatetur factò intervenisse, sed dicit nihil vidisse, & nolit probare delinquentem, nec factum recensere, poterit torqueri, vt delinquentes manifestentur *l. vnus §. testes & ibi Glos. in verbo cum factò ff. de question. eo quia, præsumitur scire, & occultare veritatem. Olasc. decis. 42. num. 3. vbi resolutionem recitat sui Senatus. Clar. q. 35. vers. torquetur etiã. Farin. q. 39. nu. 17. Claud. Bertazol. ad Patr. conf. 153. num. 1. litt. A. Mastril. decis. 91. ferè per tot. Guazzin. def. 19. cap. 4. vbi verisimilitudinem attendi vult, vt dignoscatur, an testis, qui factò interfuit, habeat aliquam probabilem causam, propter quam possit excusari, vel an talis causa non reperiatur;*

6 prout etiam testis, qui deponit scire, quia fuit præsens, optimam profert rationem scientiæ. Bald. Aretin. & Felin. in Cap. cum causam 37. de testib. Boss. in pract. in tit. de opposit. contr. test. num. 46. vers. aliter est. Viv. opin. 899. num. 1. Mascard. de probat. concl. 1369. n. 55.

Pacian. de probation. lib. 1. cap. 10. num. 36. Farin. de testib. q. 70. num. 152. Conciol. ref. crim. 15. num. 11. verbo testis quoad dicta.

Torquetur etiam testis verisimiliter informatus de crimine, si veritatem negligat dicere. Farin. q. 79. num. 16. Boss. de tortur. test. num. 2. Guazzin def. 19. cap. 5. vbi ponit exemplum, si delictum fuerit commissum ante domum, apothecam, vel stationem testis, vel si fuerit in loco patratu delicti.

8 Testes quoque, qui negant interfuisse factò, seu affirmant, & recusant veritatem eruere, pariter torquentur, vel si in ea dicenda vacillent. Guaz. def. 19. cap. 2. toto: vbi variationem, vacillationem, & contrarietatem confundi notat. Boss. in tit. de tort. testium numer. 4. 12. & 19. Simanc. cap. 63. nu. 38. Clar. in §. fin. q. 25. Bovadill. in polit. lib. 5. cap. 3. nu. 17. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. ex num. 607 816. 823. & seqq. Farin. q. 63. num. 93. & seq. Salgad. de Reg. protect. 2. p. cap. 4. num. 174. Pareia de inst. edit. p. 2. tit. 6. ref. 8. à nu. 50. vbi differentiam constituit, inter variationem resultantem ex propria testis depositione, & eam, quæ per alios testes probatur.

In Cathalonia tortura testium non practicatur. Peguera de-

cif. 16. in addit. vers. secus verò Calderò decis. 14. num. 61. par. 1. Si tamen verisimilitudo extet de improba celatione veritatis in testibus, iuxta casus, quibus in aliis Regnis torquentur, in hoc Principatu carceribus traduntur, & aliquando catenis alligantur; imò quandoque catena arctiori in collo apposita, per tempus Relatori causæ, Senatuiq; negotio communicato arbitrarium, & hanc detentionem durare per tempus 24. horarum, solitum est; reliqua apud præcitatos Doctores, & alios traditos per Regent. Cortiad. *decis. 172. nu. 35. & seq. part. 2.* ubi in epilogum redigit, ex *Novar. de gravam. Vassall. tom. 2. gravam. 143. n. 6.* casus omnes, quibus coactioni testium fit locus; addendo supra memoratis, quoties illi testes per alios convincuntur, deponentes de eorum confessione extrajudiciali, vel quando adsit suspicio subornationis, aut si tales testes sint ab aliis vocati in contestes, qui dixerunt interfuisse, & illi negent, idque quamvis ab vno tantum sint vocati, dummodò eis sit dignior, quod etiã comprobatur R. S. Calderò *d. dec. 14. num. 58.* oblivione inverisimili antea enumerata.

II Non solum ad deponendũ,

sed etiam ad recognoscendum reum, & se confrontandum cū eo, testes adstringuntur. Franc. Pegna ad direct. Eymers. *par. 3. commentar. 23. §. quæsitum sero,* rationem assignans; quoniam, cum ad testificandum, & veritatem indagandam compellere iudex possit, liquebit etiam ipsi præcipere ea omnia, quæ ad hunc actum exercendum requiruntur: nam vulgatum est, iurisdictione concessa, ea concessa intelligi, sine quib⁹ exerceri non potest. Segur. *part. 2. director. cap. 13. numer. 28. in fin.* Salgado *par. 1. de protect. cap. 2. num. 291.* Vela *in cap. 1. de offic. ordinar. par. 1. à num. 112. & p. 2. num. 4. & 29.* expressim de recognitione sentierunt Flamin. Chartar. *in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 1. num. 93.* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 58.* Baiard. *q. 43. num. 62.* Guazzin *def. 20. cap. 19. num. 8.* Conciol. *resol. crim. 1. num. 3.* verbo *testium miscell.* & cum eo Calderò *d. decis. 14. num. 42.*

III Quemadmodum ergo infpicimus verisimilitudinem ad cogendum testem, ut veritatem delicti declaret magis, vel minus, iuxta coniecturas scientiæ ipsum coercendo; sic etiam circumstantias, & qualitates facti loci, personarum, & alias speculamur, ut ad rigurosam

con-

confrontationem deveniamus: quate 24. Aprilis 1687. in facto dubii propositi per R. S. Franciscum de Rius & Bruniquer; an Dorothea N. quæ capta reperiebatur in Regiis carceribus præsentis Civitatis Barcinonæ, causa deponendi in processu instructo instante F.P. Regiæ Curia, contra Franciscum N. & Stephanum N. studentes delatos, & inculpato de nece proditoriæ, & animo deliberato perpetrata in personam Vincentii Borrás philosophiæ studentis, iactu instrumenti manualis ignei, die 11. mensis Aprilis 1687. inter septimam, & octavam horas ante meridiem, in vico vulgò dicto *de las Rumolleras* eiusdem Civitatis, esset compellenda cum ligatione catenarum per tempus in Regio Concilio solitum, ad deponendum se cognovisse dictum Franciscum N. & eius socium? fuit conclusum in Regio Concilio, quod non compelleretur ad deponendum coercionem rigurosa catenarum, sub hoc contextu: *Attento in casu cõcurrunt rationabiles cause ad credendum dictam Dorotheam ignorare dictos delinquentes, ipsosque non cognovisse in actu homicidii, nec antea, præsertim cū prædictū scelus celeritè fuerit perpetratū, illa existē-*

te in limine hostii domus sua à tergo ad delinquentes, & tamen se eos viderit fuit brevissimo tempore, quo aggressores statim post facinus fugam arripuerunt; Attento dicta Dorothea deposuit super facto dicti homicidii nihil omittendo, quod probabiliter scire posset, & facta alio die per eam recognitione more solito absque iuramento non potuit certificare delinquentem, qua recognitione non iurata iuxta stylum R. Curia non fuit in scriptis redacta: Idè, & aliàs &c.

Nuper expressa motiva per 13
Doctores supra laudatos speciatim adducuntur, & insuper fuerunt approbata à Reg. Concilio in alio casu, qui evenit 13. Martii 1673. hora prima post mediam noctem, necis scilicet perpetratæ per septem, aut octo aggressores, duobus iactibus instrumentorum manualium, in personam Nobilis Josephi de Cardenas, & Valenzuela; iussit enim Exc. Dominus Prorex Relatori causæ, quatenus capi iniungeret vicinos omnes loci delicti, ut veritas panderetur, & consulto per Relatorem R.C. fuit resolutum, capturæ vicinorum locum non fuisse in narrata hypothesis; & cum amplius iniunxisset Dominus Locumtenens, ut in scriptis rationes expone-

rentur, consultatione formata die 17. eiusdem mensis Martii, ponderavit Senatus maleficiū ea hora accidisse, qua vicini, vel dormientes, vel omninò oclcusi erant, nec constare à suis ædibus exiisse, sicque nullam vigere verosimilitudinem, ob quam eorum scientia argui posset; imò è contra pro ipsorum ignorantia extabant præsumptiones, & Regium Concilium numquam solitum fuisse testes capere, nisi in casibus relatis, quos studiosè non repeto; quamobrem die ipsa consultationis, annuit Superioris mens, vt à nostro stylo, tam Regali, & rationi consentaneo nullatenus recederetur.

14 Superest nunc, vt quos testes iudex sit obnoxius recipere, expendamus: materia utilis, quotidiana, & parum declarata, à qua, & alia pendet indagatio; an scilicet possit accusatus suum accusatorē reaccusare, & recriminare, seu reconvenire; articulum intricatum, valdè difficilem, & confusum, imperfectè à Doctoribus traditum, dicit Guazzin *def. reor. 3. cap. 10. num. 1.* de eo agerunt Marian. Socin. *in Cap. ex litteris num. 64. circa medium de mut. petitionib.* Maranta *p. 4. distinct. 6. principal. num. 47. mibi sol. 160.* plures scribentes in

*d. cap. ex litteris. Decian. in tr. crim. cap. 24. per tot. à Sol. in l. fin. in 4. oppos. Cod. de ordin. iud. Riminald. iun. cons. 114. per tot. vol. 2. Paul. de Castro in l. qui prior num. 3. ff. de iudic. Angel. in l. is qui prior num. 2. de iudic. Caravita ad ritum 197. ex nu. 1. iuxta textum ibi, & in ritu 193. Farin. in pr. q. 52. n. 23. Jul. Clar. lib. 5. sent. 5. fin. q. 14. ex num. 12. de iure Castellæ est textus in l. 4. tit. 1. p. 7. vbi latè Gregorius, maximè glos. 3. & 4. & in l. 4. tit. 10. p. 3. Azeved. in l. 2. ex nu. 55. tit. 10. lib. 8. recopilat. Carlevalde iudic. tit. 2. disp. 6. num. 11. remissivè, alii allegantur per Ripoll *in praxi civili ad Peguera rub. 9. nu. 14.* Tondut. *de prevent. part. 1. cap. 16.* qui omnes concordés regulam præmittunt, vt accusatus de aliquo crimine, non possit accusare suum accusatorem *l. neganda Cod. qui accusar. non poss.* ex ratione Juris-Consulti *in l. si quis reus ff. de public. iudic.* quia reus, non relatione criminis, sed innocentia purgatur, nec quis debet alium arguere, prius quam ipse innocens fuerit repertus; sed quia plures sunt casus, in quibus num aliud tenendum sit Doctores dubitarunt; ideò, quid servari debeat in praxi subiungam.*

Frequentiores contingen- 15
tias

tias exponam, reliquis posthabitis, quæ longam postularent examinationem. Accusatus ergo de delicto, potest, tam de maiori, quam de minori crimine, accusatorem reaccusare, & recriminari, si nomen eius nondum est receptum inter reos, sive suam, aut suorum, sive extranei iniuriam prosequatur. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 14. num. 12. Guazz. de reor. 3. cap. 10. nu. 8. Marian. Socin. in dict. cap. ex litteris in 6. art. 1. in 14. fallent. Tondut. de prevent. part. 1. cap. 17. num. 1. vers. in hac materia.

16 Dicitur autem accusatus inter reos constitutus, si præter corpus delicti, contra eum præcedant indicia. Marian. Socin. conf. 130. num. 34. in fin. Boss. in tit. de examin. reor. num. 6. & seq. Sarmiento select. interp. lib. 3. cap. 13. sub num. 4. Guazz. de reor. 20. cap. 7. num. 4. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 14. num. 13. qui tenet regulariter, si reus est præsens in iudicio, eius nomen dici receptum inter reos litis contestatione, & qualia debeant esse indicia ad transmittendam inquisitionem, declarant Olasc. conf. 64. nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 88. num. 1. & num. 7. & seq. Farinac. de inquisit. q. 1. num. 45. & seq. Chartar. de execut. sen-

tent. cap. banniti, cap. fin. num. 138. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 84. nu. 6. vers. contrariam sententiam. Cyriac. contro. 150. num. 77. prosequitur Conciol. res. crim. 2. verbo inquisitio numer. 4.

18 Deinceps si agatur de maiori crimine, quam sit illud, de quo quis accusatur, potest accusatus alium extraneum accusare, non autem suum accusatorem, nisi propriam, aut suorum puniri instet iniuriam. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. num. 12. Faber in Cod. lib. 9. tit. 1. diff. 1. inquit, quò atrociora sunt delicta, eo non solum severius, sed etiam citius puniri debere. Tondut. de prevent. p. 1. cap. 16. num. 1. qui id intelligunt, reo in primis personaliter constituto; quia alioquin tota practica criminalis subverteretur: nam per indirectum reus admitteretur ad faciendum suas defensiones extra carceres, quod non est ferendum, ut firmavimus decis. 10. num. 24.

19 Hæsitatio maior, magisque occurrens sistit; si agatur de iniuriis, vel vulneribus mutuò in eadem rixa illatis, tunc prudenter consideret iudex, à quo cæperit malitia, seu facinus, ex adductis decis. 12. num. 9. non enim cogitur recipere testes illius, qui fuit prior in accu-

fatione, sed investigare tenebitur, quis prius deliquerit, & occasionem dederit. Faber in *Cod. lib. 9. tit. 1. qui accusar. non poss. dis. 1. num. 5.* Tondut. qui *sup. de prevent. part. 1. cap. 16. n. 2.* ea ratione impulsus, quod quando in rixa quid admissum est, non debet considerari tanquam multiplex delictum, sed tanquam vnum; quibus consonant ea, quæ de pluribus delictis ad vnum præordinatis pro vnico reputandis *decis. præcedenti* adnotavimus.

20 Sequitur ex his, quod si eodem tempore inter complures plura facinora patrans, vnum delictum principaliter commissum concipiatur, origine, & prima causa inspecta, iudex contra authorem malitiæ processum debet incohare; quamvis provocator prius accusationem instituerit; quia tunc præventio inquisitionis nihil operatur, nisi provocans gravio-rem offensionem passus fuerit; illius enim accusatio est præferenda, sicut exploratum est, minorem pœnam cum maiori confundi, & istam illam absorbere, vt ex multis comprobatur *Reg. Cortiada decis. 34. n. 130. & seq. part. 1.* quibus coniungitur certa regula, de qua nos *decis. 14. num. 19.* duplici pœna neminem esse puniendum; ad-

dimus nunc Fontan. *de pact. claus. 4. glos. 15. num. 105.* vbi ita tenet, quando vtraque pœna est condigna delicto, inferens inde, protestationem reservationis actionis iniuriæ criminalis, si fiat in iudicio civili, vbi emenda civiliter petitur, nihil prodesse; & punctim ad nostrum intentum efformationis processus, docet Tondut. qui *sup. de prevent. part. 1. cap. 16. num. 2. vers. 2.* ex Fabro sæpè citat. *des. 1. in fin. & ambo probant cum tex. in l. rei maiori 21. ff. de except.* ex his concinit supra stabilita conclusio de accusatore reaccusante, quoties secunda accusatio crimen maius continet, nec dissentit Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 3. cap. 24. num. 37. & 38.*

22 Si verò delicta sint paria, recipitur vtraque accusatio, super vtraque informatio conditur, & ea attenditur, quæ probationes, & indicia vrgentiora complectatur. Tondut. qui *sup. d. par. 1. cap. 16. num. 3.* licet *23* enim paria delicta mutua compensatione tollantur. *cap. tuos 24. de iureiurando cap. sicut 22. de sponsal. vbi Cuiac. caus. 32. q. 16. Hermosill. l. 14. glos. 8. nu. 3. tit. 5. part. 5. pag. 481. l. 8. vbi Gregor. glos. 5. tit. 2. p. 4. Molin. de iust. tract. 4. disp. 49. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59.*

tot. tamen hæc conclusio per nuper laudatos multipliciter limitatur, & declaratur, ac præcipuè compensationem non fieri in delictis separatis, nec contra Fiscum, data incertitudine probationis: quia delictum vtriusque fontis est determinatum, nec admittitur compensatio, si exceptio doli opponitur ad evitandam pœnam; si verò obiiciatur ad excludendum alium ab accusando: tunc compensatio intrat, dummodo opponatur ante litem contestatam, & idem sit delictum accusatoris, & accusati, vel saltem sit connexum; sic distinguit Pacian. qui proximè *cap. 59. num. 43 55. & 57.* & superante probatione vnius, attendi potius debet sua accusatio, non verò eius, qui minus probat, ex his, quæ cumulant scribentes in expositione principii brocardici; paria esse nihil allegare, & allegatum non probare, citati per Barbosa *axiom. 174. numer. 21.* videndi Farin. *in fragment. p. 1. Verbo delictum num. 116.* Tusch. *litt. C. Verbo compensatio conclus. 489. num. 15,* cum aliis. Medicis *in tract. de compens. p. 1. q. 34. cum seq.* Celsus Bergal. *in tract. de dolo lib. 6. reg. 15. num. 1. cum seq.*

24 Propugnandum ergo erit ex

proximè perpenſa doctrina Paciani, & aliorum, quando datur omnimoda incertitudo facti, & probationum, & delicta sunt æqualia: tunc contra ambos delinquentes procedi debere, & vtriusque partis recipi constituta, ac responsiones. Tondut. qui proximè *p. 1. cap. 16. num. 3.* qui ita practicari refert; sed hoc intellige, quoad interesse Fisci, iuxta mox animadversa; secùs verò, quoad interesse accusantium.

Ex quibus omnibus patet, 25
nunquam iudicem, regulis prædictis servatis, ancipitem remansurum; nam si secundam accusationem de delicto maiori viderit proponi, admittet; si de minori, repellet, si de auctore sceleris sibi constet, contra eum inquiret; si dubietas maneat, & delicta sint æqualia, contra omnes pro modo, & qualitate facti versabitur, nec facilis erit, his prætermisſis, ad processus constructionem.

Cuncta hucusque referata 26
perspicaciter diffinivit nostrum Regium Criminale Concilium die 3. Septembris 1682. in facto dubii propositi per Magnificum Vincentium Sabater, tunc J. R. C. an prius essent recipiendi testes, quos obtulit ministrare Fisci Procurator Regiæ Curia, super resistentia valida, quam

quam, vt afferuit, fecerunt plures homines coadunati die 16. Augusti, tunc proximè elapsi, hora decima pomeridiana, Joanni Vasià Regio Subvicario præsentis Civitatis Barcinonæ; an verò prædicti testes in eo statu essent licentiandi, & recipiendi dumtaxat testes, quos ministrabat Franciscus Audellò pars instans, ad probationem homicidii dictis die, & hora patrati, in ipso actu præsentis resistentiæ, in personam Jacobi Audellò, fratris iam dicti Francisci, occasione cuius homicidii inveniebatur dictus Vasià captus, & contra eum, & alios suæ comitivæ fiebat instantia per prænominatum Franciscum Audellò; in quo dubio, quatuor ex Regiis Senatoribus fuimus voti, quod testes, quos offerebat ministrare Fiscus Procurator Regiæ Curia, super delicto resistentiæ, reciperentur, & quod pro eo statu licentiarentur testes, quos super prædicto homicidio pars instans subministrabat, de quorum receptione postea tractaretur; & cum disceptatio devenisset ad paritatem, pro nostra opinione, suffragium dedit, & conclusit Excel. Dominus Locumtenens Generalis.

27 Motiva nostra fuerunt sequentia; primum, inquirendū

maup

esse de delicto resistentiæ contra dictum Subvicarium, vt affirmabat, commissos; cui fidē esse adhibendam, cum loqueretur, & informaret de casu, qui evenerat in exercitio sui officii, non ambigebamus, ex regula generali, quod Officiali in spectantibus ad eius officium, plena fides danda sit. *Portoles verbo nuntius, & de liberatione capture per viam privilegiam §. 4. à num. 31. & verbo resistentiæ num. 40. Farin. de carcerib. q. 32. num. 80. & de opposit. cont. test. q. 56. nu. 376. Alphonf. de Guzman de eviction. q. 9. numer. 1. Machel. patroc. 42. num. 4. Raudens. decis. 19. num. 41. Valenzuel. conf. 33. à num. 195. Faber Cod. de probation. diff. 38. Monach. decis. Bonon. 32. num. 8. & 9. Mastrill. decis. 73. num. 8. Manent. decis. 68. Suelves tom. 1. decis. 12. num. 14. vberimè citati per Reg. Cortiada decis. 21. à numer. 133. terminantèr R. S. Caldero decis. 16. à numer. 65. differentiam constituens, inter Birruarios, & Alguazellos, tradens ex Novar. par. 1. quest. for. 16. tot. quod duo capita iustitiæ plenè probant, & concludens plurimum in his iudicis arbitrio relinqui, inspecturi, an huiusmodi Officiales deponāt in casu resistentiæ, vel in quo ha-*

habent interesse pecuniarium; an in crimine, in quo nullum possunt spectare lucrum, utpote in homicidio, ac in delicto difficilis probationis, ex *Ca- ball. res. 126. & seq. Matthæu de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. num. 231. cum seqq.* vide ibidem decisiones nostri Senatus; 28 addo *Conciol. res. crim. 4. verbo Birruarius num. 5.* ubi tradit quosdam tenentes, ex depositionibus Birruariorum, si eorum numerus sit ultra quatuor, deveniri posse ad condemnationem, etiam in poenam ordinariam, iudicis arbitrio, consideratis circumstantiis facti, & illius verisimilitudine. *Farin. de hæres. q. 188. num. 33.* ubi refert, fuisse quendam furca suspensum (eo quia vulneraverat ad mortem duos custodes carcerum) ex depositionibus vulneratorum, & aliorum custodum, & concurrentibus gravibus adminiculis.

29 Secundum motivum ex proximè relatis propositionibus confovetur: nempe, quia dictus Subvicarius adjuvabatur depositionibus testium in Regia Curia receptorum omnium suspitione carentium, & aliàs verisimilitudinem pro depositione Subvicarii concurrere.

30 Tertium aderat motivum, probabiliter posse iudicari, te-

stes subministrandos per partem instantem, esse culpabiles in resistentia, de qua Subvicarius conquestus statim fuit; & maximè, quia in lista, seu catalogo testium, quem pars instantis præsentabat, inveniebantur duo, qui ex processu ordito in Regia Curia, resultabant culpabiles in dicta resistentia, sicque sperari debere, quod factum, & veritatem in ipsorum exonerationem confunderent; de hoc fundamento latius *decif. 33.* exscribam, idèdque id prætermitto.

31 Quartum fundamentum ex eo sumebatur, quippè post receptas depositiones testium partis instantis, si fortè essent ex culpabilibus in resistentia, difficile, imò cum magna confusione, posset accedi ad punitionem delicti resistentiæ atrocis, & tam mali exempli, ut ex eius impunitate, & carceratione Officialis, forsan insontis, posset contingere, quod cæteri retraherentur à vigili cura in recta iustitiæ administratione, de quo longè *decif. 1. à nu. 32.* loquuti fuimus, dum iudicem repellere debere testes, quos putat suspectos, & subornatos defendimus, quidquid contradixerit *Conciol. res. crimin. II. verbo iudex numer. 5.* ubi noluit iudicem posse ore

tenus interrogare testem, ei nõ deferendo iuramentũ, & si deponat cõtra Fiscum illũ dimittere; sed *numer. 6. in fin.* Licere iudici id facere, non diffitetur, si adsit gravis subornationis suspicio, bono, & prudenti arbitrio id metiendo, non permittendo se decipi, nec quod veritas occultetur, & confirmat *Zuffus de legitim. process. lib. 3. q. 189. num. 7.*

32 Denuõ ponderabatur extarre præsumptionem pro Officiali, cum ei sit credendum, vt

prædiximus, & non præsumatur in officio delinquere, neque aliquid illicitum committere. *Berart de visitat. cap. 5. à nu. 1. expressim Paponius lib. 6. tit. 7. arrest. 9.* vbi quod Officiali in re, quæ ad sui officium spectat; fides sit adhibenda; sed si de violentia aduersus eum admiffa agatur, vno teste, præter eum opus sit, quæ præsumptio, nedum favet iudicibus, sed etiam aliis quibusque Officialibus, vt conspicuè demonstrat *Berart de visitat. d. cap. 5. num. 7.*

EPIGRAMME.

De multis testibus, aliisque indicendis, an absque citatione exequi possint. Contumaciarum pœnæ quomodo sint sublatae in causis civilibus, & criminalibus, & quæ rationes utrobique militent contra testes inobedientes. Nunquid testes testimonium per scripturam perhibere valeant. Si bellum gerat Rex alicuius subditi, ob solam originem, aduersus Regem sui domicilii: num originarius possit rebellionem committere contra illum, sub cuius dominiis non inhabitat, & an teneatur potius ei servire, ac suum incolatum mutare.

NUCLEUS.

1 *Vassalli non coguntur solvere pœnam contumaciæ, contracta post litem contestatam, neque aliam excessivam.*

2 *Præcipi non potest sub mulcta, vt quis se in carceribus trudat, nisi iusta suadente causa.*

3 *Pœnalia præcepta expediuntur ex causis à iure statutis, vt quis testimoniũ perhibeat, inspectis considerationibus, de quibus hic.*

4 *Mulcta exigi an possint absque citatione contumacis.*

Ne-

Negativa sententia proponitur.

5 Quando multa respicit processum, eiusque est accessoria, citatio non est necessaria, precipue quoad testes.

6 Testis torquetur absque defensionibus, si convincitur ex suo proprio dicto, & probabiliter nihil deducere possit, idemque servatur in coactione rigida per catenas.

7 Contumax, donec purgaverit contumaciam, non venit audiendus.

8 In notoriis, non requiritur citatio, si nulla competat defensio, vel sequeretur scandalum.

9 Ordo est in his, non servare ordinem, adversus affectantes dilationes.

10 In Cathalonia, si notorium resultat ex actis, iudex supplet.

11 Cunctanter in pœnis, & probationibus agendum.

12 Senatus observantia, & numer. 13.

14 Pœna contumacie sunt sublata in Cathalonia: nam nullam pro ea luit reus, sed quoad validitatem iudicii habetur pro presente, & non est opus litis con-

testatione, quatenus ad causas civiles principales.

15 In causis criminalibus, non punitur reus ratione contumacia, quoad delictum principale.

16 Quatenus verò ad testes inobedientes utrique iudici, exequi pœna debent, quis obtemperare tenentur, testimonium perhibendo personaliter, & non per litteras.

17 Fallit, quando iudici videbitur per scripturam testem deponere, dummodò concurrat iuramentum.


18 Quando pœnam ex delicto principali rei sunt subituri, citantur, antequam condemnentur, & quid servetur in crimine lese Maiestatis.

19 Contra originarios ditionis unius Regis, qui sub alio Rege in amico domicilium fovent, licet tempore pacis se transfulerint, proceditur uti rebelles, si committant crimen rebellionis.

20 Vassalli Hispani tenentur, nedum non pugnare contra suum Regem, sed etiã, si domicilium constituerint in dominiis Regis inimici;

Nunquam pro-

- proprii, ac nativi vexillum sequi, & numer. 21.
Cum Senatu.
- 22 *Præsentia in loco originis requiritur, ut quis in eo conveniri possit.*
- 23 *Speciale est in crimine læsæ Maiestatis, ut pro eo incurrendo sufficiat forus ratione originis tantum.*
- 24 *Officialis, si recedat à loco, ubi officium administrat, absque licentia superioris, punitur.*
- 25 *In delictis, in quibus absentia non facit delinquentem, si alibi sint patrata, non agitur criminaliter contra originarium, non præsentem; secus si iste hostibus opem præstet, & citatus nolit redire ad locum originis.*
- 26 *Originarius Regis, bellum gerentis, cum Rege sui domicilii, contra utrumque potest rebellionem committere.*
- 27 *Tenetur tamen potius servire Regi originis, quam domicilii, incolatum suum mutando.*



DECISIO XXIX.

DE multa, & pœna
contumaciæ copiose pertractavimus
decis. 10. ubi, quam exosa sit contumacia vidimus, de qua Novar. de gravaminib. vassall. tom. 3. gravam. 49. ubi, non esse cogendos vassallos ad solvendam pœnam contumaciæ, contractæ post litem contestatam, idem Novar. tom. 2. de gravaminib. gravam. 108. firmans conqueri iustè vassallos, si pœna maior apponatur in sententia contumaciali, ea, quæ delinquenti esset imponenda, si præsens reperiretur, vidend. Guazz. defens. 7. cap. 1. num. 7. alia annectit Cyriac. contro. forens. 101. num. 65. tenens præcipi non posse sub multa, ut quis se in carceribus trudat, ex Bertazol. consil. criminal. cas. 417. num. 23. in fin. Baiard. ad Clar. q. 31. sub n. 18. quæ tamen assertio intelligenda est, non recedendo ab stabilitis dicta decis. 10. scilicet, ut servanda sit, iusta non suadente causa ad præcipiendam comparitionem.

Sic præcepta pœnalia expediuntur ex causis à iure præscrip-

eriptis, vt quis ad testimonium ferendum compareat, nec poenae immoderate adhibentur, sed iuxta qualitatem causae, atque personae, modumque inobedientiae, videlicet malitia non comparentis inspecta.

4 Difficultas tamen est, an mulctae istae absque citatione exigi, seu exequi valeant; videbatur requiri citationem per Bartol. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non verit, tenentem, quod priusquam proferatur sententia, seu mulcta contra contumacem, debet de novo citari, vt alleget, quare non sit mulctandus; sequitur Clar. §. fin. q. 44. num. 9. vers. vnum tamen scias, & est de mente Farinac. q. 18. num. 44. Rebuffi de verbor. significat. l. si qua poena, vers. Index. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 23. diffin. 1.

5 Sed nihilominus, citationem non esse necessariam tenendum erit, ex his, quae in similibus terminis firmavit Reg. Sanfellic. lib. 1. decis. 71. num. 11. eo nixus: quia poena, de qua ibi agebatur, respiciebat processum, & eius erat accessoria, quo casu absque nova citatione ferri potest condemnatio: eo quia, iudex multum potest in accessoris. l. adiles §. item sciendum ff. de adilit. edict. probans suam opinionem ex Bartol. in l. 3. §.

si ad diem ff. de re militar. Doctores autem allegati vnum. praecedenti, loquuntur in poena non accessoria ad processum, & ita non obstant, & quatenus obesse possent, eorum opinio non erit sequenda, praecipue militantibus rationibus mox subnectendis.

6 Ex quibus argumentum sumo ad meam muniendam sententiam; quandoquidem negari nequit, testem mandato poenali citatum, ad deponendum, ad instructionem processus vocari, nec quicquam contra eum agi, quare ab obtemperando huic praeepto retrahi debeat, talisque coactio accessorie venit ad processus fabricationem; quare multoties torquetur absque defensionibus, vtpote si convincitur ex suo proprio dicto, & ex propria confessione, & probabiliter nihil deducere possit. Peguera decis. 16. in addit. & in coertione rigida per catenas, quam nos practicamus, vt antecedenti decisione aperui, nullae dantur testi defensiones.

7 Accedit, quia contumax, donec purgaverit contumaciam, non venit audiendus. l. contumacia ff. de re iudic. Gapye. decis. 48. nec ipsius in eo statu admittitur defensio. Bald. in l. cogatur 12. vers. sed ulterius Cod.

Cod. de petit. heredit. Anchin. de prevent. cap. 6. q. 2. num. 99. & seqq. & ex his, ac aliis, Carol. Anton. de Luca observ. 271. num. 1.

8 Convenit his opinio Barbof. in *collektan. cap. 21. de iureiur. num. 6.* qui constituit regulam negativam, scilicet in notoriis non requiri citationem, distinguit Farinac. *q. 21. ex nu. 80.* vbi, quando liquet nullam reo competere defensionem, seu exceptionem, citationem omitti posse annuit, vel quando propter moram sequeretur scandalum Reipublicae: vnde dicitur in notoriis, tam civilibus, quam criminalibus, ordinem esse non servare ordinem. *Cap. super eo, de testib. cogend. Cap. pervenit, de testib. Cap. ad nostram 2. de iureiurand. Cap. bonae 2. de elect. Marfil. consil. 5. num. 2. & singul. 511. Decian. consil. 544. num. 5. Paris. consil. III. num. 8. lib. 4. Capra in tract. de notor. membro 4. nu. 2. & 40. Grammatic. decis. 36. nu. 41. & 56. & decis. 45. num. 55. Menoch. de recuperand. possess. remed. 14. num. 260. Salgado de Reg. protect. par. 3. cap. 14. à num. 47. vbi, quando, & qualiter debeat ferri sententia, quod crimen sit notorium, adde Tondut. *de prevent. par. 3. cap. 4. num. 7.* vbi ait, ordinem esse non servare*

ordinem adversus affectantes dilationes.

In Cathalonia, quando notorium resultat ex actis, potest iudex supplere, etiamsi pars non petat. Michael Ferrer *3. p. observantiar. cap. 92. vers. Et fundari potuit.* Peguera *decis. 196. num. 19. par. 1. & tom. 2. decis. 16. num. 4. Xammar de offic. iudic. par. 1. q. 9. num. 138.*

Præterea, quia cunctandum est in poenis, & magis in probationibus *Ecclesiast. 8. ibi: quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala* Jul. Chartar. *decis. 67. num. 20.* & aliter iudicia brevitate sunt finienda. *Cap. finem litib. de dolo. cap. 2. & 28. de rescript. l. properandum Cod. de iudic. Escobar par. 2. de purit. q. 4. art. 1. à num. 1. & 19. Solorzan. lib. 5. polit. cap. 8. fol. 810. vers. Entre, & vers. sirva. Vela disser. 39. num. 40.* causaretur autem inconveniens expeditioni causarum criminalium, si cum his citationibus, testium differerentur examina, vt per se elucet.

Hiscce ergo rationibus consideratis, praxis vniformis Regii Concilii invaluit, vt absque citatione multæ exequerentur, & fuit observatum 10. Maii 1638. refer. Ludov. Ramon R. S.

quo die provisa extitit facto verbo executio contra aliquos testes, quibus iniunctum fuerat sub pœna 25. librarum, pro quolibet eorum, vt accederent ad præsentem Civitatem Barcinonæ ad testificandum pro Stephano Sunyer paupere, & obtemperare neglexerunt. Scriba Llobera; & hac praxi contra testes renitentes passim utimur.

13 In aliis quoque casibus practicum reperitur, vt ex sola comminatione multæ, contra contemnentis præceptum iudicis, procedatur ad executionem; quare 28. Iulii 1632. fuit provisum per R. S. Guiamet, facto verbo in Regio Concilio, quod Paulus Bruniquer Notarius, & Scriba maior Civitatis Barcinonæ, traderet Procuratori Fiscali Regiæ Curiæ copiam authenticam cuiusdam deliberationis factæ à Concilio generali dictæ Civitatis, & ob id fuit expeditum mandatum contra memoratum Bruniquer, Scriba Trull; & die 30. prædictorum aliud fuit emissum mandatum sub pœna centum librarum; & die 2. Augusti 1632. quia recusavit parere provisum, fuerunt expedita cartella executorialia pro dictis centum libris, & sub duplicatis pœnis iniunctum, quatenus obedi-

14 Neque his refragantur, quæ supra *decif. 10. num. 66.* affirmavimus ex aliis, scilicet pœnas contumaciæ sublatas generaliter esse in Cathalonia, tam in civilibus, quam in criminalibus: quia communiter id verum est, quoad causas principales: nam vt Doctores ibi traditi elucidant, apud nos, in civilibus nullam patitur pœnam reus ex eo, quod citatus non compareat; solum enim effectus ille sequitur, vt quoad validitatem iudicii habeatur pro præsentem, quin sit necessaria litis contestatio, quæ habetur ex contumacia rei à die quo libellus est oblatus. Peguera, & Ripoll *in praxi civil. rubr. 11.*

15 Quæ tamen contestatio regulariter in criminalibus requiritur ad cõdemnandum reum, vt *decif. 9.* ex proposito percurremus, & non punitur reus ratione contumaciæ, neque procedunt discrimina adducta à Buccarionio *different. 15. & 16.* vt in civilibus contumacia sit incusanda, secus autem in criminalibus; in his condemnatus ob contumaciam notetur infamia facti, non verò in illis: nam vtrobique, nec solet accusari contumacia, nisi in aliquibus casibus, nec infamia vlla incurritur.

16 Quatenus verò ad multas testi-

testibus indictas, aliud dicendum necesse erat: nam adversus testes inobedientes, tam iudici civili, quam criminali, exequi pœnæ debent, aliter enim iudiciorum autoritas corrueret, contra *Novell. 69. ut omnes obediant iudicib. cap. 1. & 2. §. hæc considerantes. Vela dissert. 39. num. 4. & num. 13.* vbi multa de contumacibus; ulterius veritas obumbraretur, quã testi interrogato à iudice celare, est impermissum. *Fermosin. q. 2. num. 7. de testib. cogend. & adeò tam iusta districtio iudici competit, vt non liceat testi per litteras testimonium perhibere, sed personaliter id fieri debeat. Cuiac. in Cap. 3. Qui matrimon. accus. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 13. num. 3. Velasco de privileg. pauper. q. 36. Farin. q. 80. à num. 27. cum plurimis, idque vt ex prolatione verborum, trepidatione, mutatione coloris, & aliis affectibus certior reddatur iudex de fide, & probatione testium. Berart de visitat. cap. 5. num. 117. Guazz. defens. recr. 14. cap. 7. num. 1. Baiard. q. 26. num. 2. qui limitant inter alios casus, quando iudici ita videbitur, dummodò concurrat in consignatione scripturæ iuramentum, videndi Magon. Lucens. decis. 39. num. 22. Bernard. Grève ad prax. Cam.*

Imperial. lib. 1. conclus. 100. considerat. 3. num. 7. Boer. decis. 1. num. 38. Pedemontan. decis. 128. num. 7. ad fin. iunët. num. 9. Arnald. Albert. de cognoscend. assertionib. Catholic. & heretic. q. 34. num. 54.

Diversimodè observatur quãdo pœnam ex delicto principali rei sunt subituri, & nõ propter solam contumaciam; nam tunc, vt prælibavimus *decis. 10. num. 57.* citantur rei, antequam condemnentur, vt accidit in crimine læsæ Maiestatis: nam contra culpabiles in ipso, constituto de scelere, proceditur eos citando per edictum, vt compareant personaliter intra certum terminum coram sua Excellentia, & Regio Concilio, rationem reddituri de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, terminoque effluxo, accusatur contumacia, & denuò pervenitur ad sententiam, eos declarando rebelles, & infideles, iuxta tradenda in 2. volum. *compilat. practical.*

In quo vnum notabile obferves, contra originarios terrarum ditionis suæ Maiestatis, licet tempore pacis domicilium mutaverint in locis dominiorum alterius Regis, vigente cum hoc bello; processum formari, probando, quod officia politica, vel bellica pro Re-

Rege inimico exercent, & con-
 stito citantur, & inculata con-
 tumacia, declarantur rei huius
 criminis ex sententia Bossii *in*
pract. tit. de crimin. lese Ma-
iestat. à num. 95. ubi tenet, quod
 qui sortitur forum ratione ori-
 ginis, dicitur adeò subditus, vt
 si committat opus rebellionis,
 dicatur rebellis; assentiuntur
 Clar. *in pract. §. lese Maiestat.*
num. 6. vers. vidi quandoque.
 Decian. *in pract. crimin. lib. 7.*
cap. 8. num. 6. ad fin. & cap. 32.
numer. 40. Farin. *in pract. q. 112.*
inspect. 8. num. 258. Carleval *de*
iudic. tit. 1. disp. 2. num. 130. ad-
 fert text. *in l. 26. tit. 13. p. 2. vers.*
ca. la lealtad de España, qua dis-
 ponitur, non solum, vt non
 possint originarii Hispani ad-
 versus suum Hispanum Regem
 bellum gerere, cum à Regno
 Hispaniæ domicilium transtu-
 lerint; sed etiam, vt teneantur,
 si Rex, cui ratione domicilii
 fuerint subditi, bellum gerat
 cum Rege Hispaniæ, deserere
 Regem domicilii, cuius actu
 vassalli fuerint, & transire ad
 loca subdita suo Regi, eiusque
 vexillum sequi. Nota tamen,
 quod præcitati Doctores, haud
 tenent incurrere crimen læsæ
 Maiestatis originarium, ex eo
 solo, quod non se transtulerit
 belli tempore ad dominia sui
 Regis; sed amplius requirere,

quod actus exerceat infideli-
 tatis, vt præmissi.

Juxta quam declarationem, 21
 & sententiam, fuit in Regio
 Concilio sapissimè observa-
 tum, & præcipuè de annis
 1656. 1673. 1684. & aliis ante-
 riorib⁹, Actuariis primò Oriol
 & Mercer, deinde Badia.

Quibus non obsistit, quod 22
 vt quis possit conveniri in lo-
 co originis, si alibi constituit
 domicilium, requiratur præ-
 sentia in eodem loco originis,
 aliàs si sit absens: quia tunc
 ibi non potest conveniri, ex
 Bartol. *in l. assumptio §. 1. ff. ad*
municipal. Alexand. in l. penult.
num. 5: & ibi Paulo de Castro
num. 6. ff. de iurisdic. omn. iudic.
 Bernard. Diaz *in pract. crim.*
Canon. cap. 8. num. 1. in fin. Gail.
observat. practicar. lib. 2. ob-
serv. 36. num. 11. Tusch. *litt. D.*
conclus. 592. num. 15. & litt. F.
conclus. 537. nu. 12. Rovit. *pragm.*
1. post num. 9. de immunit. Nea-
politian. Capiblanco tom. 2. cap.
60. nu. 13. & 1. tom. super pragm.
8. part. 2. num. 241. alios sugge-
 runt Carleval *de iudic. tit. 1. q. 2.*
num. 63. Scialoya *de foro compe-*
tent. cap. 3. num. 20.

Quia, vt inquit Farinacius 23
 supra allegatus *q. 112. inspect.*
8. num. 258. speciale est in cri-
 mine læsæ Maiestatis, vt forus
 ratione originis tantum, suffi-

ciens dicatur pro prædicto maleficio incurrendo, & magna cum ratione: nam alia facinora non redduntur punibilia propter absentiam impetiti; non enim quis crimen committit, ex eo solo, quod abfuerit è loco, in quo residebat, nisi aliunde assistere obstrictus esset, vt de Officialibus constitutum habetur, qui si recedant à loco, vbi officium administrant, absque licentia superioris, puniuntur. Paris. de Put. de syndicat. verbo licentia officii, & in verbo salarium n. 1. & 10. Vincent. de Franch. decis. 445. Mastrills de Magistratib. lib. 5. cap. 6. num. 256. Caravita super ritu Neapol. 7. nu. 1. Cagnol. in l. diem functo num. 212. ff. de offic. Assessor. Viv. decis. 356. num. 2. Capiblanco. de Baronib. pragmat. 5. num. 57. & 64. Berart de visitat. cap. 16. num. 50. Mastrills decis. 173. nu. 17. Castillo decis. 105. num. 17. Tapia in l. fin. part. 2. cap. 9. nu. 91.

25 Quare optimè in delictis, in quibus absentia non facit

delinquentem, si sint alibi patrata, nequit iudicium criminale contra originarium institui, nisi præsens fuerit; at cum absentia, & renitentia redeundi ad locum originis, ingruente bello, crimen, prodat armando, pugnando, vel aliter opem præstando hostibus, vt præhabetur, merito hoc casu originarius, licet non præsens, citatur, & ad reliqua supra exarata pervenitur.

Unde rectè Doctores præallegati tenuerunt, originarium arma sumentem contra Principem originis, rebellionem committere, in quam etiam incidit, si machinetur contra Principem domiciliis laudati per Regentem Cortiada decis. 94. num. 27 part. 2. cui iunge citatos num. 19. supra

Sed prælio moto inter ambos Principes, domiciliis, & originis, tenetur originarius, per supra tradita, domicilium mutare, & ad locum originis revertere, eiusque Principi, potius quam alii, servire.

EPIGRAPHE.

Indicia plura ad delictorum probationes perferuntur, vtpotè inimicitia, minæ, si quis sit visus in loco delicti, aut valde propinquo, coadunatio, mala qualitas, confessio extraiudicialis geminata, & etiam non repetita, occultatio, fuga socij, affo.

associatio, conversatio cum malis hominibus. De testibus super negativa coarctata loco, & tempore deponentibus, qualiter pro parte Fisci, porrectis interrogatoriis, sint examinandi; & an falsitas incidenter contra eos opposita per modum exceptionis, causæ principalis cursum impediatur; necnon de exculpatione extrajudiciali socii.

N U C L E U S.

- 1 Facti enarratio.
- 2 Occultum est delictum, & ratione temporis, & ratione loci, ubi patratum.
- 3 Decisa causa fuit ex indiciis dubitatis unum indubitatum efficientibus, coniunctis adminiculis.
- 4 Ex offensione, seu iactu instrumenti manualis, & ex solis minis de occidendo, inimicitia oritur capitalis.
- 5 Nasctur inimicitia capitalis, nedum ex offensione propriae personae, sed etiam alterius, si ille alter offensus sit meus consanguineus intra quartum gradum. Amplia, ut etiam ex parte iniuriantis inimicitia exurgat.
- 6 Inimicitia capitalis sola in delictis occultis, & difficilis probationis, absque aliis adminiculis, sufficit ad torturam, quando nullus alius imputatur de delicto.
- 7 In aliis criminibus non occultis, sola inimicitia capitalis, absque adminiculis, non probat ad torturam.
- 8 Minae indicium faciunt ad torturam contra minantem, sequuto delicto. Cor linguae imperat, & ex verbis deprehenditur.
- 9 Declara, minas probare ad torquendum, quando delictum fuit sequutum in continenti; secus autem si accidat ex intervallo, nec est addenda circumstantia, quod minans sit solitus minas exequi, si aliud adhibeatur adminiculum, & num. 10.
- 11 Pluralitas minarum in casu expenditur.
- 12 Ex eo quod quis visus fuerit armatus cum aliis prope locum delicti, paulo antequam committeretur, exstantibus adminiculis, indicium oritur ad torturam.

- 13 *Visus fuisse delinquentes in loco vicino ad locum delicti, indicium.*
- 14 *Coadunatio cum armis ante diem sceleris, praemeditationem prodit.*
- 15 *Mala qualitas, etiam in diverso genere mali, officit.*
- 16 *Qualitas quaecunque aggravans per Fiscum est probanda, ut presumatur minus delictum, veluti proditio, animus deliberatus.*
- 17 *Homicidium in dubio in rixa, casu, & ex improvise commissum conicitur.*
- 18 *De indicio trepidationis remissivè.*
- 19 *Ocultatio indicium praestat.*
- 20 *Confessio extrajudicialis geminata, plusquam semiplenè probat, & ad acriter torquendum sufficit.*
- 21 *Fuga socii indicium tribuit contra consocium in delictis individuis, quale est tractatus, & adhibitis adminiculis, ut hic.*
- 22 *Confessio extrajudicialis probata per duos testes, contestes de loco, & tempore, indicium format ad torturam.*
- 23 *Associatio delinquentium armatorum per aliquos menses post crimen admissum, & ante, scienter censetur intervenisse, ac tractatum monstrat.*
- 24 *Conversatio cum malis hominibus, iunctis adminiculis, indicium adstruit ad torturam.*
- 25 *Articuli posteriores reorum referuntur, & num. 26.*
- 27 *Testes deponentes super negativa coarctata loco, & tempore, intus carceres sunt examinandi.*
- 28 *Pro parte Fiscus interrogatoria dantur, ut super ipsis examinetur testes de coarctata, priusquam deponant. Testis deponens pro enervando delicto plenè probato, & si suspectus de falso, interrogari potest de qualitatibus extrinsecis, & falsus in vna in omnibus falsus praesumitur.*
- 29 *Interrogatoria pro parte Fiscus in hac causa oblata usque ad numerum 37.*
- 38 *Testes contradicentes confessioni partis, non solum non concordantur, sed tanquam falsi nihil probant.*
- 39 *Falsitatis causa quando prius sit terminanda, quã principalis, & num. 40.*
- 41 *Exceptio falsitatis incidens in causa, à questione principali nequit separari.*
- 42 *Testis sibi contrarius falsus remanet, & multoties de fals.*

ilib. falsitate principaliter non
-nem accusatur.

43 Excusationes à crimine falsi
-iliter remissivè.

44 Testis capti relaxatio.

45 Exculpatione facta ad favorem

alterius, totò suspecta de

subornatione, & extra-

judicialis, ac sine iura-

mento non attenditur, nec

suffragatur inquisito.

46 De exculpatione socii crimi-

nis existentis in articulo

mortis, seu in patibulo,

exonerando eum, quem

iudicialiter culpaverat

remissivè.



DECISIO XXX.

IOANNES N. aliàs
lo Rabaquet, para-
tor, & Raphael N.
minor agricola, am-
bo oriundi Villæ de Riudeca-
nyes Archidiecepsis Tarraco-
næ, delati, & inculpati de ne-
ce per dictum Joannem N.
proditoriè, & tractatu præce-
dente vna cum præmissis Ra-
phaele N. & alio, iactu instru-
menti manualis perpetrata die
17. Augusti 1687. inter octa-
vam, & nonam horas post me-
ridiem, in vico nuncupato
Divendres eiusdem Villæ de

Riudecanyes, in personam Isi-
dri Aubeo paratoris, prædictæ
Villæ, & de nece per insidias,
& prævio tractatu per eos vna
cum aliis perpetrata iactibus
instrumentorum manualiũ die
3. Septembris 1687. in itinere
Regio, quo itur à Villa de Al-
forja ad locum de Riudecols
ex anfractu vulgò dicto lo Coll
dels Banyes inter quintam, &
sextam horas post meridiem
in personam Isidri Aubeo tex-
toris, tunc incolæ dictæ Villæ
de Alforja, filii memorati Isi-
dri Aubeo paratoris, & de aliis
criminibus, & delictis, Regia
sententia lata 3. Augusti 1688.
referente R. S. Francisco de
Rius, & Bruniquer I.R.C. fue-
runt condemnati, dictus Ioan-
nes N. ad furcæ supplicium,
dictus verò Raphael N. quod
adduceretur laqueo in eius
collo appposito subtus furcam
vna cum socio condemnato, &
ibi detineretur quousque sen-
tentia condemnationis dicti
socii fuisset executioni deman-
data, ac etiam ad servitium
Regiarum triremium remigan-
do in perpetuum. In actis Fa-
mada.

Primum delictum ratione
temporis, quia nocte commis-
sum, difficilis erat probatio-
nis, ut vidisti *decif. 27. num. 23.*
Secundum verò ratione loci,

2

utpotè in eremo: dicitur enim occultum delictum, si in eo loco perpetratur, vel in nemore, in monte, aut alio loco secreto. *Farin. de testib. q. 62. num. 35. Canc. var. 1. cap. 20. num. 14.* exemplificans defacto in nemore, in collegio, vel in prostibulo, & similibus, locis post *Grammatic. consil. 45.* & regulam generalem firmat, docens, in negotiis, in quibus ex eorum natura, attento communi cursu alii testes haberi non possunt, minus idoneos probare, & hoc casu dici delictum difficilis probationis, sicque occultum, ex aliis memorat *R. S. Calderò decis. 41. num. 1.*

3 Quapropter ex indiciis dubitatis constituentibus vnum indubitatum, iunctis aliis adminiculis, & probationibus, causa hæc decisa fuit, propter scripta *dicta decis. 27.*

ANTECEDENTIA.

4 Indicia antecedentia delictum hæc erant. Primum, inimicitia inter aggressores, & Isidrum Aubeo maiorem, proveniens ex eo: quia memoratus Isidrus Aubeo penes iudicem instabat punitionem sceleris per illos commissi, proiiciendo iactum instrumenti manualis adversus Isidrum Aubeo minorem 20. Maii 1687. ex

quibus vindictæ iuridicæ diligentis offensus, irati remanebant fontes; dicitur autem contracta inimicitia capitalis ex simili offensione, seu iactu, imò ex solis minis de occidendo. *Farin. de indic. & tortur. q. 49. & plurib. sequentib. qui eadem q. 49. num. 31. & 35. tenet,* inimicitiam capitalem nasci, non solum ex offensione propriæ personæ, sed etiam alterius, si ille alter offensus sit meus consanguineus, & proximus infra quartum gradum. Quibus adde nedum iniuriatum præsumi inimicum iniuriantis, sed etiã è contra, ac reciprocè. *Font. tom. 1. decis. 14. num. 23. quem sequitur R. S. Calderò decis. 38. num. 21. part. 1. citati per Conciol. resolut. crim. 1. verbo inimicitia num. 17.*

6 Inimicitia autem capitalis sola in delictis occultis, & difficilis probationis, absq; aliis adminiculis, sufficiens est ad torturam, maximè quando nullus alius imputatur de delicto. *Clar. in pract. §. fin. q. 21. vers. inimicitia urgēs in fine. Giurb. consil. 13. nu. 6. Carena de Offic. Sanct. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 93. Blanc. de indic. numer. 175. Schenard. consil. 19. num. 26. vol. 2. Riminald. iun. consil. 302. n. 8. 10. Decian. consil. 18. num. 300. Albad. consil. 32. num. 13. Conciol. resolut. crimin. 1. verbo inimicitia num.*

num. 6. qui intelligit sufficere hoc indicium ad torquendum leviter.

7

In aliis verò criminibus non occultis, sola inimicitia capitalis, absque adminiculis, indicium non præbet ad torturam. Bossi. *in pract. tit. de indic. num. 47.* Clar. *in pract. §. fin. q. 22. vers. inimicitia vrgēs.* The saur. *decis. 24. nu. 7.* Farin. *de indic. & tortur. q. 49. nu. 102.* Giurb. *consil. 13. num. 7.* Cyriac. *controv. 106. num. 70.* Carena *de Offic. Sanct. Inq. p. 3. tit. 10. n. 89. & seq.* qui sufficere debilia adminicula concludit, & cum eis Conciol. *resol. crim. 1. verbo inimicitia nu. 5.* concinunt Peguera *decis. 17. nu. 8.* Fachineus *lib. 9. controv. cap. 82.* Cevallos *com. contra com. q. 158.*

8

Secundum indicium oriebatur ex minis de occidendo patrem, & filium, iteratis per aliquos menses ante delictum, & eodem die, quo fuit perpetratum; & minas facere indicium ad torturam contra minantem, sequuto delicto in personam, contra quam fuerunt illata, Doctores profitentur. Bossius *in practica tit. de indic. num. 44.* addentes ad Bertazol *consil. 103. litt. B. vers. Ego verò lib. 1. vbi Giurb. consil. 91. nu. 9. & consil. 97. num. 2.* cum aliis adductis per Conciol. *resolut.*

crimin. 14. verbo indicium, qui rationem ex eo desumunt: quoniam voluntas cuiusque, non solum ex factis declaratur, sed etiam ex verbis; annexæ, quæ habentur *decis. 22. num. 64 vbi,* 9 quod cor imperat linguæ; & tritum aliter est, verba mentem exprimere. Riccius *part. 7. collectan. 2570.* Giurb. *consil. 51. num. 28.* Salgado *part. 4. de protect. cap. 3. à num. 47. & num. 50.*

Verum est, quod Doctores 10 regulam hanc declarant, ut habeat locum, quando delictum fuit sequutum incontinentis; secus autem, si sequatur ex intervallo: quia tunc minæ non sufficiunt ad torturam. Giurba ex aliis *consil. 91. num. 37.* vbi vult, delictum debere esse commissum, saltem intra mensem, & non ultra. Peguera *decis. 17. num. 11. vers. unde necessario requiritur.* Zanger *cap. 2. num. 44.* Carena *de Offic. Sanct. Inq. par. 3. §. 13. num. 96.* qui etiam postulant, quod minans sit solitus minas exequi; sed hæc circumstantia non est probanda, si aliud iungatur adminiculum; nam cum hoc solo sufficiunt ad torquendum. Menoch. *de presumptionib. lib. 1. q. 89. num. 62.* Farin. *de indic. & tortur. q. 50. num. 10.*

Accedit multiplicatio minarum, quæ in facto concurrebat, 11

bat,

bat, de enecando Isidro Au-
beo minore de mense Maii
1687. licet intus Sacrarium, seu
Custodiam, ubi asseruatur San-
ctissimum Eucharistiæ Sacra-
mentum, ipsum inuenirent,
aliæ minæ de mense Junii plu-
ries proiectæ aduersus patrem,
aliæ aduersus filium, aliæ die
necis; quænam vrgentiora sig-
na mali animi dignosci pote-
rant, quam iteratò rabidis im-
manis irascentis furoris moti-
bus declarare patri vitam adi-
mere velle, à quo filius acce-
perat, & filii vitam extingue-
re, vt pater bis enecaretur, tot,
tantisque eructatis mali animi
commonstrationibus, ex his
quæ de vi geminationis præ-
diximus *decis. 27.*

12 Tertium erat iudiciũ, fuisse
vifos armatos tres hosce delin-
quentes prope locum delicti
paulò ante ipsum commissum;
& hoc sufficere ad torturam,
tenuerunt Natta *consil. 422. nu.*
24. Honded. consil. 97. num. 23.
vol. 2. Borrel. consil. 45. num. 4.
26. Farin. q. 52. num. 133. 134. 137.
Anton. de Ball. tract. crim. lib. 1.
q. 19. numer. 4. Menoch. de præ-
sumptionib. lib. 1. q. 89. num. 100.
Grassett. de nece proditor. §. 29.
num. 226. in fine. Conciol. resol.
crim. 15. verbo iudicium ad tor-
turam, qui intelligunt concur-
rentibus adminiculis, vtpotè

mala fama, inimicitia, & simi-
libus; aliàs secus.

13 Quarto, quia fuerunt etiam
visi in alio loco vicino ad lo-
cum patrati maleficii, antequã
ad proximè expressum magis
immediatum pervenissent, de
quo iudicio diximus *decis. 27.*
num. 35.

14 Aderat etiam ante diem sce-
leris coadunatio cum armis eo-
rundem delinquentium; quam
prodere delicti præmeditatio-
nem docuerunt Casson. *de in-*
dic. tract. 3. cap. 7. Blanc. l. fin.
nu. 225. de questionib. Menoch.
de arbitrar. cas. 361. numer. 40.
Giurb. consil. 2. num. 41. Castillo
decis. 172. num. 11. vers. Tertia.
Farin. in praxi part. 4. q. 126. nu.
199. 200. & 201. & consil. 163.
num. 69. & 70. lib. 2. Regens
Cortiada decis. 98. n. 43. p. 2.

15 Addebatur mala qualitas
reorum, qui criminosi erant
reputati, facinorosi, & soliti de-
linquere: nam contra huius
qualitatis homines indicia plu-
rimum vrgent. Peguera *decis.*
73. num. 1. Farin. q. 89. num. 15. &
de furt. q. 176. num. 51. Regens
Cortiada d. decis. 98. numer. 44.
quia licet regulariter, vt quis
semel malus præsumatur vltè-
rius malus, debet id intelligi
in eodem genere mali, ex cita-
tis per Barbosa *axiomat. 142.*
num. 4. & per Peguer. decis. 17.

num.

numer. 13. Attamen tametsi in diverso genere fuerit, etiam præsumptionem facit, licet levio- rem, cum is, qui pravis moribus, & delinquendi consuetudine versatus, sit ad crimina, præsertim gravia pronus, alia æqualia, vel maiora non difficilè poterit patrare, ut per Doctores proximè citatos patet; mali enim mores difficulter eradicantur, teste Salustio in Cathilin. pag. 25. quib⁹ iunge, hos fontes de duabus ne- cibus gravatos, malam etiam qualitatem habere in eodem criminis genere.

COHÆRENTIA.

16 Cohærentia non inveniebantur indicia; solum enim extabant testes, qui delictum proditoriè accidisse explica- bant, & fontes non cognove- runt; in quo solliciti sint iudi- ces, ut testes recipiant super qualitate probanda, quamvis reos non declarent; quia ea semel demonstrata, per indi- cia possunt delinquentes pers- crutari, ut in hoc casu evenit; qualitas namque proditoris, vel animi deliberati, sicut que- cunque alia aggravans, per Fiscum est iustificanda: quia semper minus delictum est præ- sumendum. Caball. de homicid.

nu. 385. Castillo decis. 172. nu. 2. lib. 2. Giueb. consil. 2. numer. 12. 13. 14. & 15. Jul. Chartar. decis. 4. num. 1. & 2. Roxas decis. 338. num. 2. & 9. Matrills de indult. cap. 28. num. 20. & decis. 297. à num. 33. lib. 3. cum aliis adductis per Regentem Cortiada decis. 98. num. 29. & 30. part. 2. ubi ex his affirmat, homicidium in 17 dubio, non ex proposito, & animo deliberato, sed in rixa, casu, & improvise commissum indicari, & Fiscum teneri probare qualitatem animi delibe- rati; quæ est facti, & separata à delicto. Addo Guazzin. de- fens. 29. cap. 2. num. 10. vers. pri- ma itaque, ubi alios congerit concordantes, & plures facit illationes Vermigliol. consil. 34. num. 9. Cyriac. controv. 106. num. 24. Specell. decis. 168. num. 33. part. 2.

CONSEQUENTIA.

18 Consequentia sic ordina- bantur; visus fuerat territus post delictum alter ex reis per- contando, an esset securus in loco secreto, nempe in palea- rio, vulgò *pallissa*; de trepida- tione autem, & similibus sig- nis, quomodo scelestum osten- dant animum, scripsimus de- cis. 27. num. 47.

19 Ulterius, in eo loco abs-

Pppp con-

conditus hic reus permanfit per diem; exoritur autem indicium contra eum, qui se abscondit. Natta *consil.* 407. *num.* 10. Farin. *de furt.* q. 176. *nu.* 73. iunge quæ de latitatione differuimus *decif.* 27. *num.* 20. & arguebatur dolus istius aggressoris ex aliis: nam cum nocte diei sequentis ad facinus, mortuum fuisse Isidrum Aubeo ei fuisset nuntiatum, respondit, se velle illinc abire, & percontatus quò ire intendebat, declaravit eum expectare socios dicti maleficii, quos nominavit, non expresso tamen, quod illius sceleris rei essent, prout revera interfecit ad se cum illis associandum.

20 Confessiones extraiudiciales plenè probatæ, & geminatæ contra eundem reum extabant; & huiusmodi confessionem plusquam semiplenè probare, & sufficere ad acriter torquendum, non tamen ad condemnandum, firmant Farinac. q. 82. *num.* 13. Guazzin. *des. reor.* 32. *cap.* 33. Buccaron. *de different. inter iudic. civil. & criminal. different.* 35. *num.* 7. 8. vide tradita supra *d. decif.* 27. *num.* 43.

21 His adde, aliqua indicia adversus vnum ex sociis probata, contra alium etiam prodesse, sicut dicitur de fuga socii

criminis, quæ indicium facit contra consocium. R.S. Calderò *decif.* 43. *num.* 11. & *decif.* 45. *num.* 28. quæ procedunt præsertim in nostro casu, vbi principaliora indicia æquè contra omnes militant socios, & sic quamvis aliquod sit particulare contra vnum, totum, quod inspicere debet, vt *decif.* 22. vidimus, probatum delictum reddit, atque delinquentes: conveniunt enim huic casui conclusiones omnes à Doctoribus ponderatæ; nempe altera, quæ à doctissimo amico suo sibi relatam Farinacius profert, *de indic. & tortur.* q. 48. *numer.* 24. volens, quod fuga socii contra consocium in delicto individo præmat, utpotè in adulterio, stupro, & similibus, quæ actu, & potentia sunt individua, cum non possint ab vno solo committi, & huius generis est tractatus, cum pluralitatem præsupponat; altera etiã adaptatur assertio, nimirum, fugam socii indicium constitutere contra consocium, quando est adminiculata cum aliis indiciis. Honded. *consil.* 87. *num.* 148. *lib.* 2. Anton. de Bald. *tract. crimin. lib.* 1. q. 15. *num.* 24. Conciol. *resolut. crimin.* 3. *numer.* 5. *verbo socius criminis:* vnde indubitanter tenendū erit, quod quando vicissim colligantur gra-

- gravia indicia contra plures, & agitur de tractatu, vt hic, indicia peculiaria contra vnū, alium etiam afficiunt.
- 22 Confessio quoque extraiudicialis contra alium socium concurrebat, probata per duos testes contestes de loco, & tēpore, per quos demonstrata indicium facit ad torturam, & nō aliter. Carena *de Off. Sanct. Inquis. part. 3. tit. 10. numer. 63.* Vermigliol. *consil. 13. numer. 12.* & *consil. 33. numer. 1. & 2. & 18.* Cyriac. *controvers. 171. num. 25.* Paulus Rub. *de testam. q. 25. num. 83.* plures apud Conciol. *resol. 13. præcipuè num. 17.* *verbo confessio extraiudicialis,* addo Larrea *allegat. Fiscal. 48. num. 17. & seq. Jul. Chartar. decis. 60. num. 7. & decis. 62. nu. 10.*
- 23 Associatio dictorum delinquentium armatorum per aliquos menses post crimen admissum, sicut & ante ipsum, concurrebat; & in hac specie, vbi plures de participatione delicti adsunt indicia, ambigendum non erit intercessisse scienter, ac tractatum prode- re criminis, concatenatione facta delictorum, sicque doli indicium præstare. Farinac. *de consultorib. & mandatorib. q. 132. num. 33. & 37.* Decian. *in cap. 1. num. 66. de offic. delegat.*
- Cusson. *de indic. & tortur. tract. 3. nu. 3.* alii penes Conciol. *verbo associatio resolut. 2. num. 7. & 8. & licet Farin. consil. 219. num. 1. & seq. lib. 3. velit associationem non incontinenti, sed ex intervallo, non facere præsumptionem, aut indicium tractatus, & homicidii præmeditati; id tamen eo magis fatetur procedere Farin. quando associans non incedit armatus; quia verisimile est, quod si de associatione facienda tractasset cum socio, parassent ambo arma propter quæcunque pericula; atverò cum hic acerventur & alia indicia ad delictum inferentia, & associatio cum armis, ante & post delictum, quantumvis ex intervallo, efficaciter nocet talis coadunatio.*
- 24 Jungatur hisce non incongrua consideratio; si enim sola conversatio cum malis hominibus indicium adstruit delicti, iunctis adminiculis efficax ad torturam. Farin. *q. 52. num. 85. & q. 176. num. 52.* quia qualis quisque est talium consortio delectatur, vt cum Baldo, Gandino, Beluisio, Marsilio, Cravetta, Grammatico, Carreio, Paride de Puteo, probat Menoch. *lib. 1. præsumpt. 89. nu. 125.* sequitur Larrea *allegat. 66. num. 45.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 13. à num. 37.* Torres *lib. 5.*

Philosoph. moral. cap. 4. & 5. Robert. rer. iudicat. lib. 1. cap. 9. fol. 56. Seneca lib. 2. de benefic. cap. 14. & epist. 65. 123. Tacit. lib. 1. historie de Galva: multo ergo perniciosius erit, facinorosos convocatos, & armatos incedere, cum ex tot malis nō nisi plura mala enasci possint, & delictorum communio præcedentium ex hac societate subinferatur.

25 Ad omnia memorata indicia excludenda reorum patroni nervosè depugnarunt, defensorios articulos bis offerendo, & in his, quos demū protrulerunt, id primò allegarunt, nempe die 17. Augusti 1687. inter octavam, & nonam horas noctis (en tempus maleficii) quando exauditus fuit iactus instrumenti manualis in vico nuncupato de *Divendres* Villæ de Riudecanyes versus domū Isidri Aubeo textoris lini, extitisse Joannē N. & Raphaelē N. cœnando in domo Mariæ Annæ Marti, viduæ Michaelis, quam fovebat in prædicta Villa, ac in vico nominato *del Dillans.*

26 Alius articulus continebat, Joannē Savall antedictæ Villæ de Riudecanyes terque, quaterque dixisse permultis hominibus, Isidrum Aubeo maiorem, & Isidrum Aubeo mi-

norem per ipsum Joannem Savall solum cęsos fuisse, nullo alio cooperante.

Primus articulus erat de negativa coarctata loco, & tempore, & cum tenderet ad destruendum omninò offensivum processum, testes super illis ministrandi carceribus erant coniiciendi, ut vidimus *decis. 1. num. 35.* quare monitum fuit testi super prædicto articulo examinando, quod si deponere vellet, intus carceres se immitteret, prout fecit.

In testibus, quos appellamus 28 de coarctata, praxis inolevit, interrogatoria dari pro parte Fisci, ut antequam in defensionem deponant, super ipsis exscrutentur, de qua observantia testatur Calderò exemplaria producens *decis. 8. num. 13. part. 1.* & ego addo, iure probatum reperiri, suspectum dici testem, qui deponit pro enerando delicto plenè probato, & in illo speciale esse interrogari posse de qualitatibus extrinsecis, licet non videntur ad causam pertinentes. *cap. licet causam, & ibi Decius nu. 52. & seq. de probat. Boss. in tit. de opposit. contra test. num. 137. Petra de fideicommissi. quest. 12. num. 765. 1294. & seqq. vbi optimè declarat. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 8. & num. 905. Farinac.*

nac. q. 73. num. 31. & seqq. & q. 66. num. 24. & seqq. sequitur Jul. Chartar. decif. 28. num. 16. vbi, quod si talis testis suspectus, reperiatur falsus in vna ex his qualitatibus extrinsecis, in omnibus falsus reddatur.

29 Hisce suffultus fundamentis articulos præbui, quibus pro Fisco poposci, testes ministrandos super præmisso articulo de coarctata, antequam reciperentur, interrogari.

Primò, vt declararent, qua hora pervenerant Joannes N. & Raphael N. domum Mariæ Annæ Marti, viduæ, an adhuc illucente die, vel obscurata.

30 Secundò, vt dicerent, quam cognitionem, & confidentiam dicti rei habebant cum prælibata Maria Anna Marti ad cœnandum intra ipsius larem, scientne dictam Marti præviam de adventu eorum comparasse notitiam.

31 Tertiò sciscitari à testibus, num rei longam moram fecerint in eadem domo, ante, & post cœnam, cum expressione temporis detentionis, & horæ, qua illuc se contulerunt.

32 Quartò per eos explicari, an simul, an separatim rei secesserint.

33 Quintò, si prænominati fontes, quando egressi fuerunt, quò se cōferebant aperuerunt.

Denuò, numquid causam sciebant, ob quam iidem rei non obdormierunt relata nocte domi Mariæ Annæ Marti.

35 Super tertio interrogatorio testis dolus discoopertus mansit, dum dixit, se nescire qua hora rei ad domum pervenerant Mariæ Annæ Marti, & dumtaxat scire, quod quoties fuit auditus iactus, ex quo remansit occisus Isidrus Aubeo maior dicta die 17. Augusti in Villa de Riudecanyes, præfati rei incontinenti abscesserunt è domo dictæ Mariæ Annæ Marti.

36 Rursus, super memorato articulo primo deposuit eum esse verum, ratione reddita: quia, testis aderat in domo Mariæ Annæ Marti die, & hora maleficii, scilicet inter octavam, & nonam horas noctis.

37 Putabant reorum defensores totum Fisci processum hac probatione subvertisse; sed ego opposui, alterum ex inquisitis sua depositione iudiciali fol. 89. in processu super interrogat. 8. fassum fuisse, ambos reos cœnasse in domo Mariæ Annæ Marti, & post cœnam à prædicta Villa abfuisse, & hoc evenisse circa septimam horam pomeridianam, parum plus, vel minus.

38 Testis, cœnantes reos deposuit

fuit hora sceleris in domo Mariæ Annæ Marti, sicque inter octavam, & nonam horas noctis, & tunc à Villa de Riudecanyes exiisse; Reus, cœnasse, & discessisse ab eadem domo hora septima post meridiem fatetur; voluit testis cœnantes post cœnam reos, & præsentes post absentiam, sicque notoriæ sunt contrarietates inter testis depositionem, & confessionem rei; certa autem est conclusio, quod quando testes contradicunt confessioni partis, nō solum non concordantur, sed tanquam falsi nihil probant, cum magis credatur confessioni partis, quam testium depositionibus. Ant. de Butr. Abbas, Felin. & Imola in cap. cum tu de testib. Ursil. ad Afflict. decis. 365. num. 5. 6. & per totum, vbi monet, cautum defensorē causæ debere cum veritate se reddere conformem cum depositione principalis in criminalibus, & ab eo capere defensiones faciendas pro inquisito, seu querelato; aliàs si fuisset discordia inter dictum principalis, & testes, quia principalis diceret vnum, & testes aliud, concordia non esset locus, etiam ad effectum evitandi falsitatem, & decisum tradit Ursilius per Regiam Cameram summarie de mense Decem-

bris 1564. in causa cuiusdam iuvenis de domo de Anchora, substituti Portulari in Civitate Salerni. Actuarius Antonio Sequilante; cōfirmat Jul. Chartar. d. decis. 28. num. 13. ex Capuraquen. decis. 283. num. 6. & 7. part. 3. vbi, quod eo casu testes dicuntur falsi.

Falsitas ergo huius testis, 39
non latens remansit, sed manifesta, extabat ille in carceribus, alter ex Regiis Senatoribus, nullique inferior, dubium movit, intendens causam huius falsitatis prius debuisse terminari, quam reorum principalium, ex his quæ scripsit Regens Cortiada decis. 88. num. 62. part. 2. vbi tradit iunctis tribus Aulis die 1. Decembris 1633. fuisse propositum dubiū, an pendente iudicio criminali, in quo agitur de puniendo homicidio proditorio, à quo non datur causa supplicationis, si incidenter in eodem iudicio incidit causa falsorum testium, à qua admittitur supplicatio, & contra quos Fiscus agit per modum accusationis, petendo testes tanquam falsos puniri, sit prius ius dicendum super causa principali homicidii, vel super causa incidenti falsorum testium, vel an sit supersedendum in causa homicidii, donec cognoscatur de causa falsitatis fal-

falsorum testium, tanquam prejudicialis ad causam principalem homicidii; vel, in causa minuendarum litium, possit super utraque simul pronuntari. Et fuisse conclusum adfert, quod prius defineretur, & declararetur causa falsitatis contra testes. Confert Calderò *decis. 21. num. 1. part. 1.* vbi, quod confessio partis prævalet testiū depositionibus, & accuratius *part. 2. in additionib. ad dictam decis. 21.* licet ad alium finem, tenens adversus confessionem seriosè emissam, nec testes admitti debere, ex Burato *decis. 877. num. 7.* & si examinati, & admissi essent, eis fidem non dandam, perinde ac si admissi non fuissent, cum Cyriac. *contro. 89. num. 17.* Michael. *de positionib. cap. 38. num. 3.* Meli. *observat. 9. nu. 102. & 103.* Vela *dissert. 38. num. 77.* vbi nullam meliorem declarationē firmat, quam quæ provenit ex eodem fonte; expressim, ac punctim Salgado *in labyrinth. creditor. part. 3. cap. 11. num. 31.* affirmans, quod contra propriam assertionem, & confessionem nulla potest admitti probatio, quia inter principalem, & testes nō datur concordia. Anton. Gabriel *in communib. opin. tit. de testib. conclus. 4. num. 75.* qui multos refert Alexand. Ludo-

vis. *decis. 357. num. 3.* & ibi Oliver. Beltramin. *num. 7.* nonnulli apud Ludovisum Post. *in tract. de manutenen. observ. 19. num. 136. cum seqq.* idem Alexand. Ludovis. *decis. 435. nu. 14.* Surd. *consil. 6. num. 2.* nisi manifestissimè de errore doceatur. Gutierrez *practic. lib. 1. q. 100. num. 6. ex l. error Cod. de iur. & fact. ignorant. l. unic. Cod. de confess.*

Litteraliter doctrinam nostri ⁴⁰ Regentis proposui, quia sic exigit intentum; legūtur enim in proximè expressa conclusione ea verba, & contra quos *Fiscus agit per modum accusationis*: eo quia certa est assertio, quod licet accusatio falsi in causa criminali faciat supersedere in eadem causa, nihilominus de consuetudine, gratia minuendarum litium, in utraque causa simul proceditur, simul recipiuntur probationes, simulque super utraque pronuntiat, præsertim quando opponitur per viam exceptionis, quicquid sit si per modum accusationis proponatur; ita ex Angelo, Afflictis, Ioanne de Anania, Claro, Farinac. *in praxi q. 100. num. 91. & seq.* & antea *numer. 89.* veritatem esse dicit, quod in principali causa pronuntiat expressè; in incidenti verò tacitè, cum pronun-

nuntiatio expressa in causa principali, in necessariam consequentiam dirimat quaestionem causae incidentis; conferunt tradita supra *decis. 27. nu. 72.*

41 Et hanc exceptionem falsitatis esse incidentem in causa, non posseque separari à quaestione principali, defendit Ramon *consil. 89. num. 5.* ubi propterea tenet, ab ea parte sententiae, qua super falsitate declaratur, non posse supplicari, si interdicta sit supplicatio à puncto principaliter discusso, & comprobat ex Ancharan. *consil. 417. numer. 5.* Tusch. *verbo sententiae num. 17. conclus. 172.* ac ornat cum Fontan. *de pact. claus. 4. glos. 18. par. 4. num. 121.* quo notes velim ad decorem excussorū *dec. 8. n. 57.* Jūge quae de exceptione falsitatis praediximus *decis. 15. à n. 8.* & quae extensè attulit Tondut. *de praesent. part. 2. cap. 54.*

42 Proinde non obstabat potior ratio, quae pro praecognoscenda causa falsitatis testis antequam contra reos principales expediretur iudicium, adducebatur; nimirum ex hac reorum expeditione inconueniens evidens emanaturum; quoniam postquam illi ultimū passi essent supplicium, si examinata causa falsitatis testis ap-

pareret immunem ab ea esse, validum illius reddebarur testimonium, & per consequens efficax inquisitorum defensio post eorum patibulum, & irreparabile damnum, luctuosa, & inutilis. Responsio nō se offert difficilis: nam Fiscus non cogitur accusationem instituere contra testem, sufficit enim ei testis fidem infringere, ut poenam reus luat, & ideò non viget periculum proximè consideratum, & quotidie videmus testem sibi contrarium argui, ideoque falsum. Rolland. *consil. 72. nu. 30. 31. lib. 1.* Menchac. *vsus frequent. lib. 1. cap. 33. num. 25.* Mascard. *conclus. 1361. num. 2. 3.* Brun. à Sole *in loc. legalib. verbo testis.* Farin. *q. 66. à n. 56.* Cyriac. *controv. 250. numer. 30.* Noguierol. *allegat. 25. num. 82. & allegat. 26. num. 76.* & tamen de falsitate principaliter non accusari: tunc namque testis 43 contrarius hac poena plectitur, quando dolo inexcusabili circa substantialia negotii falsum dixisse, apparet, ut nuper citati Doctores exposuerunt. Plures enim sunt excusationes à crimine falsi. Ricc. *par. 5. collect. 1830.* Valençuel. *consil. 24.* Menoch *de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 20.* per quos etiam calcebis, aliud esse testimonium alicuius everti, quia non verum,

44 & aliud de falso testem teneri.
 Quamobrem adhuc reorum non diffinita causa, testis, nempe mulier sexagenaria, morbo laborans, fuit tradita idoneæ manuleutæ arrestata per totam præsentem Civitatem sub pœna centum librarum, conclusione facta 20. Augusti 1688. illa pluries apprecante. Reliqua de hac materia *decis.* 32. comperies, cuius peculiarior erit illius investigatio. Cunctanter in pœnis agendum, ut præterita *decis.* num. 11. præiecitimus.

45 Circa secundum articulum num. 26. exaratum, ubi habetur per alium fuisse exculpato reos istos, parum torquebat deductio; quandoquidem explorati est iuris, quod exculpato facta ad favorem alterius, quod non intervenerit in delicto commisso, vel quod, non Titius, sed ipse commisit delictum, uti suspecta de subornatione, & extraiudicialis, ac facta sine iuramento, nõ est attendenda, nec prodest inquisito, prout sub his verbis affirmat Conciol. *resol. crim.* 3. *verbo exculpatio num.* 1. ex Foller. *in pract. vers. & si confitebantur in 2. p. 3. part. princ. num.* 9. & *in 3. part. numer.* 116.

Claud. ad Bertazol. *consil.* 246. *litt.* A. Mascard. *de probationib. conclus.* 1135. num. 4. & num. 15. lib. 3. Farin. *de indic. & tortur.* q. 43. num. 23. Anton. de Ball. *tract. crimin. lib.* 1. q. 10. num. 56. Ad huius materiæ illustrationem perelegans est Virgilii proclamatio *Æneidos lib.* 9. ubi loquens de milite in Euryalum sæviente, sic canit.

*Ivat in Euryalum tunc verò
 exterritus amens
 Conclamat Nisus, nec se celare
 tenebris.*

*Amplius, aut tantum potuit
 perferre dolorem*

*Me, me adsum qui feci, in me
 convertite ferrum*

*O Rutuli, mea fraus omnis, nihil
 iste nec ausus*

*Nec potuit (Cælum hoc, &
 conscia sydera testor)*

*Tantum infælicem nimium dilexit
 amicum.*

Egregium, peregrinum amicitia testimonium.

De exculpatione autem socii criminis existentis in articulo mortis, seu in patibulo, exonerando eum, quem iudicialiter culpaverat, qualiter inspiciatur, copiosè Calderò *decis.* 14. à num. 69. cum pluribus Jul. Chartar. *decis.* 27. à num. 9.

EPIGRAPHE.

De testium repetitione, an defectus depositionum possint emendari postquam pro parte reorum de eis fuerit oppositum. Nunquid primo, vel potius secundo dicto stari debeat, si ambo cum iuramento sint prolata, & quid si cum tortura testimonia ferantur, ubi de reis damnatis ad mortem, qui torquentur in caput sociorum, investigatio non infructuosa ad nonnullas conclusiones ab scribentibus stabilitas sub veriori sensu practicandas. Interpretantur *Cap. 13. Curiar. anni 1599. Clement. 2. de testib. Cap. fraternitatis 17. de testib. cum aliis iuribus.*

NUCLEUS.

- 1 Dubium disceptandum, & numer. 2.
- 3 Fideiussores admittuntur ad purgationem mora, dummodo eam purgent in continenti re integra, hoc est antequam adversarius non sit factus deterior.
- 4 Non potest mora purgari, si de defectu sit oppositum, sed vide à num. 20.
- 5 Mora purgari nequit ad usum fatice, si de lapsu termini, & deficientia depositi fuerit oppositum.
- 6 Detentus arresto moram purgat, si non efficiatur deteriorius ius partis, sed puniatur contemptus iudicis hac in re.
- 7 Integra res, vel non, quando dicatur.
- 8 De purgatione mora generalia remissive.
- 9 Illatio ex superioribus depromitur.
- 10 Inducta ad unum finem, non debent operari effectum contrarium, sed vide num. 29.
- 11 Favore alicuius introductum, in eius odium non debet retorqueri.
- 12 In causis Criminalibus Fisco non sunt edenda instrumenta, quibus de delicto edentis constet. Limita in criminibus, adulterii, fraudata annonae, laesa Maiestatis, similibus, vel atrocioribus, & num. 30.
- 13 Membrorum suorum nemo est dominus.
- 14 Vigilantibus, & non dormientibus iura subveniunt.

Re-

- 15 Regula dictans publicatis attestacionibus testes produci non posse, haud tollit, quod si post perfectum examen appareat depositio testis ambigua, vel defectuosa, possit iterum testis recipi.
- 16 Assertio concludens testes repeti non posse in criminabilibus publicatis attestacionibus, obtinet quando adest instantia partis, non verò si ex officio procedatur. Extante instantia, si defectus accidat culpa iudicis, repetitioni est locus, secus si culpa partis.
- 17 Limita etiam, ut testis possit repeti ad reddendam rationem sui dicti, vel si dolus iudicis, aut negligentia comperiat.
- 18 Negligentia iudicis in examinando praesumitur, & habetur testis pro non bene examinato, si plenè non evacuat substantia.
- 19 Reperuntur testes ne delicta remaneant impunita.
- 20 In iudice non vadit timor subornationis, cum pro eo praesumatur.
- 21 Iudex in his, in quibus publica versatur utilitas supplere ex officio potest.
- 22 Elaborare debet iudex ad veritatem inveniendam.
- 21 Testes cogniti esse debent.
- 22 Interpretatur Cap. 13. Curia. anni 1599. cum Senatus decisione.
- 23 Alia interpretatio eiusdem cap. 13.
- 24 Illatio ad superiora.
- 25 Decisio dubii propositi.
- 26 Generalis oppositio articulantis non prodest.
- 27 Articuli reprobatorii cum clausula dicant testes &c. reiiciuntur.
- 28 Ex equitate aliquando Senatus post oppositos defectus específicos emendari non curavit, non autem iure, aut Doctoribus exigentibus, ubi quando rigor iuris praeserendus.
- 29 Quando indubia ad unum finem habent tacitè inclusum alium, possunt etiam odium annexum operari.
- 30 Arma possunt sumi de domo rei ob criminum immanitatem.
- 31 Ex duabus depositionibus testis, prima est attendenda.
- 32 Limita, si secunda depositio sit verosimilior quia tunc ei est standum, tametsi regulariter testis varius non probet, sed nota tunc non dici integrum.
- 33 Testimonium ultimum in tormentis latum potius est

- primo etiam iudiciali extra torturam.
- 34 Quando testis interrogatur de se, & aliis, quoad alios attenditur primum dictum sine tortura, & non secundum factum in tortura.
- Guazzini distinctio in subiecta materia adducitur.
- 35 Revocatio quamvis in tortura, in facto proprio praesumitur facta in sui exonerationem.
- 36 Alia declaratio refertur, ut tunc attendatur secundum dictum factum in tortura, quando aliquibus iuvaretur coniecturis, & praesumptionibus.
- 37 Auctoris observatio respectu depositionum emanatarum à reis, si torqueantur in caput sociorum. De confitente in tortura, & postea confessionem ratificatam revocante.
- 38 Testis à iudice interrogatus de propria infamia, seu turpitudine, respondere non tenetur, nec cogi potest, nec periurus fit negando.
- 39 Reus interrogatus de facto, ut testis, ex hac confessione puniri potest cum Senatu.
- 40 Diffamatus in specie de delicto, ut testis nequit examinari.
- 41 Receptus in testem, si culpa obnoxius reperiat, ut reus potest examinari.
- 42 Criminosus regulariter in testem admitti non debet.
- 43 Examinatus ut reus, si postea condemnetur ad mortem, & torturam in caput sociorum, ut testis recipitur.
- 44 Testis expromens secundam depositionem primae contrariam, debet evocare causas suae correctionis.
- 45 Iudicis partes testis sumere non debet, ubi de famam deponente, qui eam non probat per verba iuris.
- 46 Nulliter fabricato processu, non legitur testibus prima depositio.
- 47 Eo casu, quando repetuntur ex integro interrogantur, & ibi de protestatione, quae eis conceditur.
- 48 Ad primum examen quando possint testes se referre remissivè.
- 49 Quamvis testis in prima depositione dixerit, quod audivit, & in secunda se vidisse asserat, non ideò erit varius, ubi quando sub verbo visus reliqui sensus cadant.

D E C I S I O XXXI.

IN causa Iudri N. de qua alloquuti fuim⁹ *decis. 26. num. 55.* inveni, quando Fiscus Advocati munus assumpsit, reu⁹ de delicto enormi imputatum, publicatum processum, articulos defensorios datos, ac testes super eis receptos; curavi rem ex integro introspicere, & reperi inquisitione imperfectam, eo quia testes non reddebant precisam rationem scientiæ, vt concludenter probata remaneret negativa, super quibus requisitis non immoror, quia plene, ac optimè ab aliis leguntur exscripta; emendare studii hos, & alios defectus, eosdem testes prius receptos repetendo, qua impleta diligentia, noviter auctitata publicari petii, & super eis terminum reo concedi ad se defendendum, prout præfixus fuit.

2 Defensores articulo 8. ex oblati pro parte capti 6. Junii 1687. opposuerunt, pro parte Fiscus non potuisse repeti, seu recenseri tales testes; quia eorum defectibus per reum in primis articulis actum, & obiectum fuerat, & sic res non erat

integra, aliter sequeretur, quod si Fiscus Procurator postquam pro parte rei aliqui sunt deducti defectus, eos posset sanare, idem reus se defendere intendens, ansam præberet, & Fiscum adverteret, ac incitaret, vt vehementiora tela contra ipsum vibraret, processum fortius instruendo, quæ omnia ius non patitur; quoniam multa re non integra sunt prohibita, quæ aliter licerent. exemplum habemus in Cathalonia respectu fideiussorum; qui admittuntur ad purgationem moræ, dummodò eam purgent incontinenti sequendo æquitatem canonicam, iuxta quam admittitur purgatio moræ re integra, hoc est, antequam adversarius non sit damnum passus propter moram. *Canc. var. part. 2. cap. 5. num. 136. & seqq.* vbi vult, quod tametsi adversarius sit damnum passus, soluto ei interesse, admittitur purgatio moræ; & *num. 141.* notat, quod si de non depositione salarii intra tempora Constitutionum sit oppositum, non potest mora purgari.

Similiter tradit Cancer decisum à nostro Senatu, quod licet domino directo volenti vti fatica intra triginta dies deponere pretium, & moram purgare, vt firmaverat *lib. 2. resol.*

Solicap. 1. num. 303. cum seqq. sed fallere dicit, si de eo fuerit oppositum, & decisionem de hoc refert *variar. lib. 1. cap. 11. num. 59. & lib. 3. cap. 2. num. 24. & 25.*

6 - In terminis detenti arresto, quod possit moram purgare in continente, dummodo ius pariter deterius factum non sit, defendit Ramon *conf. 43. num. 8. & seq.* & pro hac opinione stat Carterius *in prax. Crimin. 2. tract. de indic. & tortur, §. Tertium iudicium num. 20.* Farin. *in prax. q. 30. num. 77.* inquit, quod reverso capto non condemnaret fideiussorem de tuto carcere in integram poenam in promissione contentam; quia rigurosa videretur executio extante reversione inquisiti, & nullo damno Fisci, & contra illum, qui iudicem contemnendo contravenit temerariae promissioni poenali, procedi debet, ne sua temeritas remaneat impunita, sed temperanda executio, & reducenda ad minorem summam; quia qui fugit, & revertitur, mitius punitur, sicut etiam excusatur, si breviter redeat. Giurb. *conf. 33.*

7 At quando dicatur res integra, vel non, declarat Guzman *de eviltion. q. 3. num. 33. & seq.* concludens, tunc dici rem integram, quando aliquid actum

non est, sed quando aliquid factum sit, rem dici non integram. Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 21. num. 6. com. 1.* in iudiciis rem dici integram ante litem contestatam, in negotiis antequam fiant preparamenta ad negotium promovendum, ex Thoma Cerola *in prax. Episcopala lib. 1. verby res. in tou. 631151313*

8 - Generaliter autem de purgatione morae, Covarruv. *lib. 3. var. cap. 17. num. 4.* Nogueroi *alleg. 6. Gutierr. conf. 33.* Barbof. *rot. 45. & in cap. 6. num. 3. de elect.* Ricc. *part. 1. collectan. 145. & part. 6. collect. 2456.* Cyriac. *contr. 158. & 239.* ex nostratib⁹ Fontanella *decis. 404. num. 30.* Ripoll *ad Praxim Civil. Peguera rubr. 9. num. 60.* vbi nos.

9 Igitur cum pro parte inquisiti de defectibus testium fuisset oppositum, non potuit rem non integra, in tam grave imputati damnum mora purgari nova receptione, seu repetitione praedicta sanando.

10 Rursus, quia inducta ad unum finem, non debent operari effectum contrarium. *l. legata inutiliter ff. de legat. l. nulla ratio ff. eod.* Andreol *controv. 60. num. 12.* quod aperte sequeretur, si reus suis defensionibus occasionem praerberet, ac ansam contrarios testes adiiciendi, seu

seu explicandi.

- 11 His concinit, favore alicuius introductum, in eius odium non debere retorqueri. *l. nulla iuris ratio* 24. ff. *de regul. iur.* plenè Barbof. *axiomat.* 96. num. 1. & specialius iactatur, non esse sumenda arma de domo rei; quapropter in causis criminalibus, Fisco non sunt edenda instrumenta, scripturæ, & libri, ex quibus delictum contra edentem constat, nec ad id compelli potest tales libros habens. *l. Divi Fratres* ff. *de iur. Fisci.* Abbas, Angel. Alexand. Purpurat. Fulvius Pacianus, Peregrinus, Franciscus Alfarus, Farinacius, Buccaronius citati per Pareia *de instr. edition. tit. 5. ref. 3. num. 52.* qui limitat *num. 57. & seq.* in criminibus, adulterii, fraudatæ annonæ, læsæ Maiestatis, & similibus, de quibus, & atrocioribus agitur *in l. 1. & ibi Gl. f. Cod. de question.* in his enim criminibus, ob eorum immanitatem, reus, etiam Fisco cogi potest ad editionē præstādā.
- 12 Acciperentur apertè arma de domo rei, si ex eius defensionibus sumerentur, quod permitti non debet, ne quis membrorum suorum dominus fiat, spreta *l. liber homo* ff. *ad leg. Aquil.* de qua pulchri casus apud Ann. *observ.* 15. Gram-

matic. *decis.* 33. Jaffred. *dec.* 90. Coler. *Rot. German.* 184. Maynard. *decis.* 27. *lib. 3.* Ricc. *p. 3. collectan.* 578. defenderet enim se reus, vt se offenderet.

14 Pariter prædictis concordat commune proloquium, vigilantibus iura subvenire, non dormientibus. Barbof. *in cap. 10. num. 8. de consuetud.* & rursus *axiomate* 227. vbi textus, & Doctores cumulat.

15 Substantificus erat articulus iste, à quo rei vita dependebat: nam si valida repetitio dicenda veniret, mortem subiturus erat; sin autem invalidā assereremus, extraordinariam pœnam merebatur. Pro validitate repetitionis certavi his fundamentis, siquidem, licet regula sit, publicatis attestacionibus testes produci non posse, tam in prima, quam in secunda instantia, ob timorem subornationis. *Clem. 2. de testib.* DD. *in Cap. Fraternitatis* 17. *de testib. & attestacionib.* Authen. *At qui semel* cum ibi notatis *Cod. de probat.* atq; si post perfectum examē appareat depositio testis ambigua, vel defectuosa, potest iterum testis repeti. DD. *in cap. per tuas* 48. *de testib.* sex DD. allegati per Calderò *decis.* 7. *num. 59. par. 1.* addo Buccaron. *diff.* 178. *num. 11.* vbi loquitur post publicatas

tas attestationses, & quando proceditur ex officio, & non ad instantiam partis, qui est casus noster. *Theaur. dec. 262. num. 3. in fin. Canc. var. part. 1. cap. 20. num. 43. ad institutum Gutier. lib. 1. pract. q. 70. nu. 5.*

16 Ulterius, regula generalis, dictans testes repeti non posse in criminalibus publicatis attestationsibus, obtinet, quando adest instantia partis, ut proximè enumerati DD. firmarunt, aliud censentes, si ex officio procedatur; & adhuc quando pars instat, intrat distinctio: aut enim obscuritas depositionis culpa iudicis examinantis processit, & tunc ad declarandam dictam depositionem, potest idem iudex testem qui obscurè deposuit repetere; aut culpa partis obscuritas fuit causata, veluti si fuisset obscurum articulum, eo casu testis non repetitur, etiam officio iudicis. *Farin. de testib. q. 66. num. 267. & num. 276.* limitat etiam prædictam regulam, ut non vigeat in testibus, qui examinati sui dicti rationem non reddiderunt; quia ad effectum, ut illam reddant, possunt etiã facta publicatione attestationsũ repeti; cõcordat *Riccus p. 4. collect. 1741. necnon p. 5. collect. 4791.* præterea *Farinacius num. 280.* vult, fallere eandem conclusio-

nem, quoties testes super capitulis in actis datis non fuerunt benè examinati, & interrogati, dolo, aut negligentia iudicis examinantis, & interrogantis; nam tunc ad finem ut perfectè examinentur, possunt etiam ad instantiam partis repeti post publicatas attestationses; & *nu. 17 282.* docet testem non benè examinatum præsumi iudicis dolo, & negligentia: videndus *Valenz. Velazq. consil. 165.*

Itidem *Farin. n. 289.* limitat præfatam assertionem, quando testis etiam interrogatus, plenè non evacuat substantialia; tunc enim habetur pro non benè examinato, & propterea potest repeti, etiam ad instantiã partis, non aliter, ac si nõ fuisset interrogatus super illo capitulo. Istæ autem limitationes omnes præsentì hypothesi accomodantur; placent mihi rationes quas expendit *Buccaronius* in hac materia: Earũ prior est favore Reipublicæ, nè delicta remaneant impunita, de qua nos supra *decis. 1. num. 25.* *18*
 Secunda, quia in iudice non cadit timor subornationis, & ei semper sunt publicatæ attestationses, iuxta *Innocent. & alios in Cap. cum clamor de testib.* quibus annectitur, quod pro iudice, & eius factò, & bonitate præsumi debet. *Gomez lib.*

lib. 3. var. cap. 13. numer. 3. & 6. Riccius par. 5. collectan. 1915. & cap. 7. collectan. 2719. Bovadilla lib. 5. polit. cap. 1. à num. 199. Sorlozan. tom. 2. de iur. Ind. lib. 2. cap. 7. à num. 30. & lib. 4. cap. 8. num. 17. & lib. 3. Politic. cap. 8. fol. 301. vers. *T aunique*, & lib. 5. cap. 10. fol. 840. vers. *Pero*. Barbof. in cap. 23. numer. 6. de elect. Narbon. in l. 31. glos. 16. num. 2. tit. 7. lib. 1. recopil. Menoch. lib. 2. presump. 67. & seq. qui casus fallentiales recitant, & habetur supra decis. 28. nu. 32. Senator Xammar de offic. iud. part. 1. q. 1. nu. 84. & passim in eodem opere.

19 Tertia erit ratio, quia in his, in quibus versatur publica utilitas, iudex quandoctunq; supplere potest ex officio. l. quos prohibet ff. de postuland. & generaliter quam potestatem supplendi habeat, edifferunt Gomez lib. 3. var. cap. 13. numer. 22. Garcia de nobilit. glos. 1. §. 1. nu. 64. Parcía tit. 6. de edition. res. 3. num. 92. Xammar de offic. iud. 20 par. 1. q. 9. à num. 129. & modis omnibus debet laborare ad inveniendam veritatem, ut in Auth. de Tabellion. in princ. & ibi glos. l. 1. §. fin. ff. de questionib. præcipitur enim illi, quod secundum veritatem iudicet, & ea inspecta. Barbof. in l. 75. §. Marcellus num. 57. de iudic.

Valenz. cons. 163. & 165. Marquez lib. 1. de gubernat. cap. 20. fol. 120. Vela diss. 42. à num. 75. Peregrin. de iudic. num. 94.

21 Confirmantur omnia supra dicta; quia cap. 13. curiar. anni 1599. statuitur, quod testes debent esse cogniti per iudicem, vel per hominem bonæ famæ, & opinionis, & idcirco solet fieri mentio per Notariū, quod N. testis sit cognitus per N. Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 2. numer. 5. & de iure communi scripsit Farin. de testib. quest. 71. num. 36. Buccaron. de different. inter iud. civil. & crimin. different. 100. num. 9. Sed hæc intel- 22 liguntur parte opponente, & nihilominus si opponatur, Fiscalis potest probare esse cognitum, vel quia est persona insignis, vel quia habitat in loco, ubi personæ regulariter sunt cognitæ, & hoc casu eius fides non diminuitur, licet per Notarium nō sit continuatum esse cognitum; ita 18. Septembris 1654. in Reg. Concilio, insequendo aliam deliberationē.

23 Et quia incidit interpretatio dicti cap. 13. non omittam hic, licet aliquatenus huius enucleationis alienum, ut deserviat pro adductis decis. 29. & decis. 1. eadem itaque die 18. Septembris, sentierunt omnes de Senatu, quod non obstante

memorato *Cap. 13.* potest iudex interrogare testem absque iuramento; & si quod narrat non est de substantia negotii, non tenetur id facere continuare; si autem est in defensam, obstringitur; sed non antequam iuramentum sit receptum. Hasce duas annotationes accepi ex libro resol. crim. Nob. Reg. D. Jacobi Mir, viri summi nominis, ac non labilis memoriae propter eximias, quibus poluit doctrinam, & auctoritatem; & observabilis est iste intellectus, cum *Cap. 13.* loquatur sub hoc sermone latinè sic sonante; *Et quod Notarii, qui recipient offensam, debeant continuare, & scribere omnia, que testes dicant, tam in offensam, quam in defensam verbo ad verbum, ut ipsi expriment, sub pœna privationis officiorum, & quod punientur uti falsarii, & quod aliter testes nequeant compelli ad subscribendum, nec subscribi faciendum suas depositiones, &c.*

24 En oppositionem factam de defectu testis, Notarii, seu iudicis culpa, & incuria, & tamè datum locum Fisco ad veritatem investigandam, eamque palam eliciendam.

25 Quibus considerationibus perpensis, haberi debere plenam rationem de dictis testiù

in secundo examine, fuit per dominos in prædicta causa determinatum, quin obstant ex adverso ponderata: nam Fisco res semper dicitur integra veritatis favore, cum ea attentata, ius rei non sit factum deterius, quo casu integram rem appellat Ramon qui supra *conf. 43. num. 9.*

26 Ultra quod in præhabito casu non fuerat per Advocatum in specie oppositum de defectibus testium, sed generaliter dicendo eos non probare: generalis autem loquutio, multis casibus non proficit proferenti. Escobar 2. part. de purit. q. 4. art. 4. §. 2. à nu. 1. Carleval. de iudic. tit. 1. disp. 2. num. 1049. in fin. Salgado 2. par. de protect. cap. 8. à num. 21. & 25. & cap. 10. num. 35. Cyriac. contr. 153. Castillo lib. 4. contr. cap. 41. Vela dissert. 6. num. 20. & 24. dissert. 49. num. 94.

27 Aliter sequeretur, quod ex obiectione generali, deducendo probatam non remanere Fiscus intentionem per testes ministratos, eorum nova examinatio remaneret interdicta, quod absurdum omninò foret, nec vllus somniavit, punctim Fontan. decis. 374. num. 7. par. 2. ubi refert Senatus decisionem, qua repulit articulos reprobatos testium adversæ partis, nam

nam post articulatam quod bene visum fuerat contra testes posita erant illa verba *dicant testes &c.* resoluit siquidem Senatus talia verba esse generalia, & incerta, & in articulis, seu positionibus causarum civilium debere scribi verba certa, & specifica, & propterea illa *dicant testes* deleri iussit, in quibus terminis idem servat nostrum Regiū Criminale Cōcilium, & vellem utique observari in generalibus obiectionibus, quibus passim Advocati abutuntur, vel propter deciam invigilandi super individualibus obiectionibus, vel quia in specie non adsunt.

28 Vidi non semel, ex æquitate attendisse dominos, nè post oppositos defectus específicos per Advocatos reorum, emendarentur, instante Fisco, quamvis nec DD. nec ius hæc æquitatē præscribant; sed quādo vigor disciplinæ publicæ postulat, rigor scriptus est sequendus, qui in foro iudiciali præfertur æquitati non scriptæ. l. 1. Cod. de legib. l. placuit Cod. de iudic. Decius, Abbas, Felinus cum aliis cumulatim à perdoctissimo Domino Joanne Valero Cartusiano de different. inter utrumque forum different. 4. verbo iudicium; cum æquitas non debeat esse cerebrina. Escalon

lib. 2. gazophilac. 2. par. cap. 11. §. 2. num. 3. Solorzano lib. 3. polit. cap. 8. fol. 304. vers. Pero. Garcia de expens. cap. 1. n. 28. Escobar. 2. p. de purit. q. 4. art. 4. à n. 40. Gotofred. in l. 5. de servis exportad.

Nec obturbant brocardica: 29 non primum, quod inducta ad vnum finem, effectum contrarium haud operentur; neque aliud, quod inducta favore alicuius, in eius odium non retorqueantur; nam quando inductum ad vnum finem habet tacite inclusum alium, inducta in favorem possunt etiā odium annexū operari. Andreol. contro. 60. numer. 33. ex Bald. in l. quod favore num. 10. de legib. l. oratione de excusat. Dec. conf. 362. nu. 8. in fin. quare cum defensiones sint inventæ pro tuendo reo cum veritate, simul etiā trahunt, quod si per defensores obnubiletur, diverberentur probationes contrariæ adversus obiecta per reum. Alias limitationes tradit Barbosa axidm. 96. etiam applicabiles, quas opus non est recensere.

Reliqua quæ dicuntur de non accipiendis armis de domo rei, dissoluta relinquuntur ex immanitate criminis de quo peragebamus, & quia ex simili testium repetitione à veritatis examine, testium perfecta indagatione defensio depro-

mitur, & non à reis.

31 Potest tamen evenire, vt reus in secunda depositione, contrarium eius, quod in prima dixerat, deponat: in hac specie disquirunt scribentes, cui ex istis depositionibus sit standum, & priorem attendi debere propugnant Riccius p. 3. *collectan.* 569. & par. 7. *collect.* 3086. Valenzuel. *conf.* 163. n. 11. & seq. Vela *dissert.* 38. num. 74. Cyriac. *contr.* 250. quod procedit etiam si ambæ depositiones sint iudiciales, quia non est in potestate testis tollere ius quæsitum ei, ad cuius favorem primo responderat. Menoch. *cas.* 108. à num. 9. Clar. q. 53. num. 15. Guazzin *def.* 19. cap. 16. num. 1. alios congerit eruditissimus D. Franciscus Ybañez de Faria ad Covarruv. *var. res. lib.* 2. cap. 13. num. 88.

32 Limitationes huius assertio- nis varias prælibati Doctores tradunt, & inter eas, secundæ depositioni volunt standum esse, si sit verosimiliter, & cedant hæc in confirmationem eorum, quæ de verisimilitudine reseravimus *decis.* 28. num. 1. nulla enim maior efficacia esse potest verisimilitudinis, quam priorem depositionem iuratum secundæ postponere iuramento emissæ, cum plures non levioris notæ Doctores tenuerint,

huic testi sic vario nullam esse fidem præstandam, quos præter nuper enarratos conglomerat Calderò *decis.* 44. nu. 23. p. 1. qui tamen *decis.* 61. num. 29. p. 2. hoc nostrum sectatur placitum data verisimilitudine: veruntamen non obliviscaris, quod etiam si priori depositioni, cui secunda est contraria, sit deferendum, eius fides minuitur per posteriorem, vt Farinac. & Clar. desuper laudati exponunt.

33 Aliqua tamen sunt in hac materia declaranda, in quibus Doctorum ingenia torquentur, & meo sensu non sat clarè se expediunt; nam uniformiter statuunt, testimonium vltimum in tormentis latum, potius esse primo, etiam iudiciali, extra torturam. Clar. Farin. Guazz. Ant. Gabr. Alciat. Trentacinq. Cavalcan. laudati per Faria vbi supr.

34 Sublimitant autem Doctores hanc limitationem (& in hoc cadit obscuritas) quando testis interrogatur de se, & aliis; quia quoad alios attenditur primum dictum sine tortura, & non secundum factum in tortura. Cravett. *conf.* 6. nu. 45. Cephal. *conf.* 233. num. 50. Farin. *in prax.* q. 66. num. 181. vbi alii, & restatur de communi Bursat. *conf.* 201. num. 66. vol. 2. cum aliis

- aliis compilatis per Guazzin
defens. 19. cap. 16. numer. 12. qui
numer. 14. conciliat contrarias
opiniones, distinguens, quod
si testis deponat de facto pro-
prio, & sic de ipso, & de facto
suo fateatur, tunc non erit ins-
piciendum secundum dictū fa-
ctum in tortura, sed primum,
35 reddens rationem; quoniam
revocatio quamvis in tortura
in facto proprio, præsumitur
facta in sui exonerationem, si
verò vtrumque cum tortura
deposuit, neutri credetur.
- 36 Vtterius declarat, & forsan,
vt ait, melius, quod tunc isto
casu attendatur secundum di-
ctum factum in tortura, quan-
do aliquas haberet coniectu-
ras, præsumptiones, & admi-
nicula, prout fuisse dicit in ca-
su Vulpelli *resp. 104. nu. 3.* com-
probans ex Farinac. *de testib.*
q. 66. num. 183.
- 37 Sed omiserunt Authores isti
casum, in quo quis condemna-
tur ad torturam in caput socio-
rum, cuius omissionis causa
pluriès Advocatos errare vidi,
deducentes (vt plerumque ac-
cidit) reos primò negasse, dein-
de in tormentis falsos fuisse, &
socios explicasse, quapropter
opponerunt neutri depositio-
ni credendum esse, & saltim
stare deberi primæ ex supra-
dictis; sed advertant, quod hac

in contingentia non militat
ratio Guazzini, & sequacium,
scilicet, quod revocatio in fa-
cto proprio præsumitur facta
in sui exonerationem, nam sæ-
penumerò contingit contrariū,
quod reus in facto proprio ne-
gavit, & in necessarium con-
sequens complices, seu socios
non aperuit, deinde in tortu-
ra se, & socios delinquentes de-
tegit, sicque nullum exonerare
intendit, quo casu probat cer-
tè, & mille de hoc possent tra-
di exemplaria. Concinunt, que
elegantè exscripsit Valero *de*
different. inter vtrumque fo-
rum different. 2. verbo confessio
iudicialis, vbi defendit, in
vtroque foro certum esse, quod
confessus homicidiū metu tor-
mentorum, si confessio fuerit
extra tormenta ratificata, sus-
pendendus est, licet postea eam
revocaverit: loquitur enim ne-
cesse de eo, qui prius negave-
rat, nam tortura in confessum
non infertur, imò, neque in
convictum, vt suo loco mani-
festabitur.

Variè non dicitur tunc te- 38
stis, neque falsus, quia testis à
iudice interrogatus de propria
infamia, seu turpitudine, fateri
non tenetur. Escobar *de purit.*
par. 10. q. 11. §. 1. num. 20. & testis
ad detegendum proprium sce-
lus cogi non potest ad se exa-
mi-

minandum; multi, quos refert, & sequitur Zuffus *de legitim. process. crimin. q. 67. nu. 4.* & ante eum Guazzin *defens. 19. cap. 1. num. 18.* cum pluribus Conciol. *resol. crimin. 8. verbo Testium Miscellanea*, neq; enim tenetur se prodere veritatem respondendo, nec periurus fit eam negando, cum iuramentum ei in facto proprio non sit deferendum, ex aliis Calderò *decis. 44. à num. 29. par. 1.* sicque nec falsitas potest considerari, neq; varietas, quæ possit obesse, ut in exemplari adducto per R.S. Calderò perspicitur.

39 Valere tamen dixi *decis. 9. num. 17.* confessionem factam à reo vltro non adducto, & per iudicem interrogato; & nunc addo, reum de facto interrogatum ut testem, si fateatur crimen, ex hac confessione puniri posse. Calderò *decis. 7. num. 9.* & *decis. 20. n. 24. par. 1.* & in *addit. de mense Novembr. 1687.* in causa contra Josephum N. & alios delatos, quod grassati fuerunt in via publica, qua itur à Villa Olori ad Villam Sancti Laurentii de Sardas, in loco vocato *la collada de la balmeta*, circa horam quartam post meridiem, derobando à Joanne Cisternes, & Joanne Macià Francigenis, incolis præsentis Principatus, nonnullas duplas

auri, & monetam argenteam, quo in actu derobationis, fuit patratum homicidium in personam dicti Joannis Macià; in hoc itaque processu, fuit practicatum, quod R.S. Franciscus de Rius, & Bruniquer, seu Algutziriùs Regius, qui ei assistebat, alterum ex reis in testem accepit, & de eius depositione contra ipsum fatentem varia indicia delicti habita fuit ratio; verum est, quod tempore acceptæ depositionis, in incerto erat, an esset de delicto imputatus, licet captus requireretur, Scriba Famada.

40 Aliter enim, si aliquis de delicto sit diffamatus, interrogari non potest ut testis, ex rationibus supradictis, quibus non servatis corrueunt regulæ vulgariore praxis criminalis stabilientes, quod ut quis interrogetur ut reus, debent præcedere indicia, prout in 2. volum. latè firmabitur; nam si ille de delicto posset ut testis examinari, nulla esset necessitas ipsum ut reum interrogandi, sicque prætermissa diffamatione fieret reus solo testis nomine immutato, contra iuris principia suadentia, nõ tam verbis, quam menti legis esse inhærendum, sicut in omnibus rebus, præter ordinarios, Vela *dissert. 25. nu. 29.* Parcia *de instr. edit.*

edit. tit. 2. resol. 6. in spect. 1. num. 125. Castillo tom. 6. controv. cap. 181. nu. 7. Navar. tom. 2. in rubr. de iudic. à num. 71.

- 41 In his tamen nota, quod licet receptus in testem cum non desinat esse reus, si revera talis reperitur, possit deinde ut reus tractari, & examinari, cū præcedens depositio per eum facta, inserviat loco diffamationis. Calderò *decis. 20. num. 24. & in annot. num. 60.* Atverò è contra, semel examinatus ut reus, non potest pertransire in testem: quia cum regulariter criminofus non possit in testem recipi. Calderò *dec. 70. n. 17. p. 2.* cum plurimis, multò minus est locus in delato de eodem crimine, & iam uti tali examinato, ex proximè discussis, aliter plura sequerentur absurda.

- 43 Hæc tamen fallunt, quando quis fuit examinatus ut reus, & deinde cõdemnatur ad mortem, & torturam in caput sociorum (quam torturam usu non fuisse receptam in Aula Suprema Criminum Regiæ Domus, & Curiæ, refert Regens Mattheu *decis. 26. à nu. 30.*) quia tunc revera de reo in testem vertitur; ratio differentia patens est, quandoquidem tunc non exigitur à reo confessio propter se: quia tanquam cadaver torquetur, sed propter

socios suos, maiori quam antea vehementia, & securitate, ministerio torturæ, quæ varios purgat defectus, adducti per Concioi. *resol. crimin. 2. verbo focus criminis numer. 15.* & ita nihil mirum, quod testis illius depositio locū habeat; at quando examinatur ut reus in facto proprio, absque iuramento interrogatur, & cum illo uti testis quoad alios, & utrobique, & sibi, ac aliis potest nocumentum inferre, unde bene non intraret, quod in testem deinde cõverteretur nulla tortura adhibita, sicque absque spe maioris securitatis, atque utilitatis.

Ex prædictis facile addiscit, quod testis, qui secundam depositionem primæ contrariam expromit, debet causas eruere suæ correctionis, ut observant Doctores citati *nu. 32.* quapropter in casu super quo de anno 1672. Assessor Baiuli Loci de Vllestret cõsultatione interposuit ad Regium Concilium, circa testimonium cuiusdam mulieris, quæ in prima depositione dixit non cognovisse reum, in secunda eum cognovisse deposuit, & vidisse cum iactum instrumenti manualis exploserat, redditis rationibus, cur in prima depositione asseruerat non novisse, sicm-

nempè ob timorem, & sævitiam rei, qui tunc non aderat captus, & minabatur contra testes, ac solitus erat minas exequi, cum de his causis per alios testes constaret, respondimus testem præmissum probare.

45 Non tamen putes, quod testis debeat partes iudicis sumere, vt argumentatur Peregrinus de Lara in loco citato per Escobar *de purit.* q. 10. §. 2. num. 22. vbi disputans vtrum puritas, & nobilitas per famam, & communem reputationem probentur, & quomodo; fatetur, quod testes non debent iudicare, an sit fama, vel non, sed simpliciter, quod sciant exponere, secundum Bartol. in l. qui testamento §. fin. de testam. Decian. *cons.* 256. numer. 4. & 5. Bald. *cons.* 322. Præmittendum est in fin. vol. 4. Dec. *cons.* 448. num. 31. 32. Cravet. *cons.* 134. nu. 45. Emil. Verall. *decis.* 164. nu. 2. 3. Rot. *decis.* 107. num. 33. lib. 2. reddens rationem; quia idem est putare, ac ignorare l. qui fundum 7. §. servus 2. Pro empt. Verall. loco citato, Augustin. Barbof. *axiom.* 174. num. 27. & præmonuimus *decis.* 27. nu. 26. & testium est factum referre, iudiciumque iudicare. Cephal. *cons.* 104. numer. 26. Riminald. iun. *cons.* 810. num. 31. Rot. apud

Joan. Bapt. Coccinum *decis.* 422. num. 8. pag. mihi 564. Nos *dict.* *decis.* 27. num. 1. nam nec quia testis iudicet quod fama est, manebit fama probata, si deficient substantialia requisita. Mascard. *concl.* 749. num. 11. Jul. Capon. *discept.* 29. num. 76. vbi, quod testes de fama loquentes per verba iuris, non probant, ex Caball. *cas.* 180. num. 6. Quare hæc caveant testes, maximè dum secundas depositiones prorumpunt, in quæ incidunt aliquando loquaces, & nimis verbosi,

Nota similiter, quod si processus nulliter sit fabricatus, testes non sunt repetendi. Char- 46
tar. *de interrog. reis lib.* 3. cap. 3. num. 63. Sanctor. in *pract. regul.* fol. 38. §. penult. Ambros. *de mod. form. process. crimin.* lib. 3. cap. 1. num. 43. Corolian. *part.* 2. *cas.* 50. §. 6. Iul. Capon. *discept.* 6. numer. 7. quæ intelligas hoc modo, scilicet, quod non legitur testibus prima depositio, vt regulariter solet fieri. Menoch. *de arbitr. cas.* 109. num. 12. Fontanell. *decis.* 182. num. 13. Cod. Fabrian. *lib.* 4. *tit.* 15. *de testibus defn.* 47. Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 20. nu. 84. videndus Diana *tom.* 5. *tract.* 10. *res.* 40. & fuit, me interveniente, practicum per Subdelegatū Brevis Apostolici de anno 1684. in causa

sa cuiusdam Iosephi N. Diocesis Gerundæ, contra quem fuit per Regiam Curiam orditus processus, & quia postea fecit constare se esse beneficiatum, ad dictum Tribunal fuit remissus, in quo, recognitis primis depositionibus, & inspecto quod in secundis mentio fiebat de prioribus, easque lectas fuisse testibus, & prorsus ratificatas deponendo relative ad primum examen, fuit deliberatum ex integro noviter inquirendū esse, testes repetēdo corū depositionib⁹ noviter ad longū scriptis, & non, vt factum antea fuerat, se referendo ad nulliter receptas per iudicem secularem incapacem; & ita fuit executum, & testibus sic repetitis, lata postea sententia sub die 3. Decembr. 1688. condemnatus extitit dict⁹ reus Iosephus N. clericus Gerund. quod forma per sacros Canones statuta degradaretur verbaliter, & privaretur beneficiis quibuscumque per eum obtentis, & prævia degradatione verbali, ad servitium Regiarum triremium remigando per septennium. Scriba Salvatore Golorons. Delatus erat hic clericus, & beneficiatus de portu tormentorum manualium parvæ mensuræ, vulgò *pistol*, de quadam nece, de resi-

stentia facta Officiali Regio, & aliis delictis plenè non probatis, vltra tamen semiplenam probationem habentibus.

Idem observatur, quando quis recurrit post sententiam, & nullitates per iudicem primitivum commissæ agnoscuntur; nam tunc declaratur recursui locum esse, & quod ex integro inquireatur, vt per plura recursuum exemplaria *in compilatione practicali vol. 2. monstrabunt.*

Debent enim prius acta nul- 47
liter revocari radicitus, taliter quod nunquam alibi appareāt, & mox testes ex integro interrogantur, & si nisi lecta prima depositione deponere velint, mulctari possunt donec deponant, concessa tamen illis protestatione, quod si in primo examine appareat quodocunque aliter scriptum, ex nunc corrigunt suum dictum, referendo se ad primum tanquam verius, quia tunc melius de facto recordabantur. Fontan. vbi supra. Farin. *de testib. q. 66. à numer. 41.* vbi latè declarat, quando admittatur testis relativa responsio. Ripoll. ad Peguer. *rubr. 18. num. 59.*

Quæ protestatio fuit admiffa de anno 1670. in processu contra Ioannem N. aurificem, referente Nob. Hieronymo de

Magarola, tunc lud. R. C. Actuario Badia, testis erat Ioannes Maria Rodriguez servus.

48 Quando autem, & qualiter possint testes ad primum examen se referre, tradit latissime Farinac. *diēt. quest. 66. ex num. 39. cum pluribus seqq.* remissivè Pareia *de instr. edit. tit. 7. resol. 9. num. 4.* adde Menoch. *lib. 2. cas. 109.* Garcia *de nobilit. glos. 41.* Bovadill. *lib. 2. politic. cap. 21. num. 51.*

49 Unum tamen satis animadvertendum non relinquam, videlicet, quod licet testis de aliquo actu in prima depositione dixerit, quod audivit, in secunda se vidisse asserat, non propterea erit varius, ex traditis à Bald. *in tractat. de testib. part. 3. num. 23.* vbi notat, quod sub sensu corporeo visus, includitur etiam sensus auditus, cum verbum visus sit generale ad omnem corporis sensum, & ita testis volens probare verbalem iniuriam alicui illatam, sufficit, quod pro ratione scientiæ dicat, quia vidit, vel quia manibus tetigit, nam licet res tangibilis non esset, refertur ad sensum congruum subjectæ materiæ; quam doctrinam ad tollendum vitium variationis libenter amplecterer, sed non vi-

di in praxi disputatum, imò observari crevi, testes rationem reddere per vnum ex quinque sensibus rei, quæ narratur, congruum; juxta tradita per Scribentes *in cap. cum causam 37. de testib. l. non solum Cod. eod.* vt sunt Sicardus, Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andræas, Ancharanus, Felinus, & alij citati per Fermosin. *in diēt. cap. 37. num. 30. & 31.* ex Farinac. *de testib. quest. 68. num. 63. & quest. 70. à num. 127. vbi à num. 128.* ait, eam rationem debere non vtcumque reddi, sed per sensum aptum illi rei super qua testis deponit, & *num. seqq.* declarat, quomodo testis testificari debeat de re, quæ duplici sensu percipitur. Suam tamen sententiam Bald. comprobat loco Exodi, *cap. 20. ibi: Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti, ac pavore concussi, steterunt procul, dicentes Moyse: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur; & aliter dici solet, per intellectum vidi, vt habetur *cap. testes 3. quest. 9. & ibi glosa, & §. videamus de rei uxor act.**

EPIGRAPHÆ.

De testibus quoad examen. Nunquid lex, seu statutum actum prohibens, illum statim annullat, nulla clausula irritanti exstante. De concursu patris, & filii, soceri, ac generi, duorumque fratrum in eodem Tribunali, vel Senatu. De his, quæ à iure constituta sunt pro integritate examinis testium servanda. Iudicem, ac testem, vel etiam notarium in eadem causa esse non posse; in formatione processuum, omne omnino odium, ac fervorem, suspicionemque collusionis abesse debere; pro interpretatione *Constit. Perque per experientia 18. sub tit. de Notar. y Scrivans &c. in 1. volum. Constitut. l. non dubium 5. Cod. de legib. Cap. quæ contra 64. De regul. iur. in 6. aliorumque complurimum iurium.*

N U C L E U S.

1 *Const. 18. sub tit. de Notaris, y Scrivans &c. contextus.*

2 *Dubium super hac Constitutione ortum.*

3 *Actus nullus nullum producit effectum.*

4 *Questio indagatur, an lex actum prohibens, eo ipso illum irritet, pro interpretatione l. non dubium 5. Cod. de legibus.*

Affirmans sententia affertur quamvis lex apponat pœnam, si disponat prohibitive, secus si affirmative præcipiat.

5 *Lex prohibens, etiam simpliciter, intelligitur tacite apponere clausulã annullativam, sed vide n. 36.*

6 *Similis distinctio ubi lex loquitur per verba negati-*

va, & non per affirmantia, approbata à Collaterali Neapolitano Concilio.

7 *Contrariam amplectuntur opinionem Doctores hic laudati, & num. 24.*

8 *Exemplis variis hac conclusio illustrata, usque ad numer. 10.*

11 *Facta multa tenent, quæ ab initio fieri prohibentur.*

12 *Vbi prohibitio continet ius speciale, pœna facit cessare actus nullitatem, quæ pœna est.*

13 *Specialia derogant generalibus.*

14 *Constitutiones Cathalonie, quæ actus nullitatem intendunt, expressã clausulam irritantem continent.*

- Constit. vnic. tit. de pro-
 mesa de dot, remissivè.
- 15 Nullitas expressa in Const.
 1. tit. de menors de 25.
 anys, remissivè.
- 16 Clausula annullativa Const.
 21. tit. de Notar. & de ca
 remissivè.
- 17 Similis Constit. 23. Eodem
 tit.
- 18 Similes Constit. 2. tit. de Tu-
 dors, y Curadors, & Còst.
 43. Cur. anni 1599.
- 19 Similes Constit. 44. Curiar.
 anni 1599. Constit. Sta-
 tuim 9. tit. de excepcions,
 y reconvene. Constit. 1.
 tit. de sequestr. y empar.
 Const. 2. tit. de divers. ref-
 crits, y elongaments, us-
 que ad num. 22.
- 23 Decreti irritantis effectus
 remissivè.
- 24 Statutum non habens clausu-
 lam annullativam, sed so-
 lum imponens pœnam con-
 trafacienti, non irritare
 actum, maxime quando id
 quod agitur non erat sui
 natura prohibitum, tene-
 runt hic citati.
- 25 Actus factus contra statuti
 prohibitionem, est nullus
 in præiudicium agentis, nõ
 tertii, ubi de clerico ta-
 bellionatum exercente.
- 26 Const. Poc valdria, tit. de
 observ. Const. annullat
- aliqua contra Constitutio-
 nes acta, non autem que
 iunguntur.
- 27 Interpretationem passivam à
 iure communi recipiunt
 Constitutiones, præsertim
 illi conformes.
- 28 Pater, & filius, ac duo fra-
 tres de iure communi iudi-
 ces esse poterant in eodem
 Tribunali.
- 29 In Cathalonia, quid sit san-
 ctitum per Constit. statuim
 11. tit. de la elecc. dels
 Doctors de la Real Au-
 diencia. Constit. 55. Cu-
 riar. anni 1599.
- 30 In aliis Regnis prohibitio-
 nem non habentibus con-
 cursus non interdicitur
 patris, & filii, soceri,
 ac generi, & duorum fra-
 trum.
- 31 Talis prohibitio ob honesta-
 tem introducta fuit ad
 evitandas collusiones, &
 nè facile persone nimis
 coniuncta in unum con-
 veniant sensum, & ibi-
 dem de duobus fratribus
 non admittendis in Visi-
 tatores Generalis Catha-
 lonia, & de Cap. 1. novi
 ordinamenti Curiar. an-
 ni 1599.
- 32 Quando aliquid per legem ex
 honestate prohibetur factum
 tenet.

- 33 *Lis non dicitur propriè iudicium criminale, sed causa. Ex promissalibus legum, earum dispositio intelligitur.*
- 34 *Dispositio Leg. non dubium 5. Cod. de legib. specialis fuit, nec per alia Regna admisa, & patitur limitationes traditas.*
- 35 *Cap. quæ contra 64. de regul. iur. in 6. expositum.*
- 36 *Leges prohibitive clausulam continent irritantem tacitam, si à iure datur forma substantialis actui, & non aliter.*
- 37 *Quandoque per legem prohibetur substantia actus, & tamen non irritatur ex vitalis prohibitionis.*
- 38 *Regule ad cognoscendū quando lex prohibens actum eum irritet.*
- 39 *Epilogus rationum sententia negative, & Senatus resolutio.*
- 40 *An lex prohibens, si utatur verbo non possit, reddat actum non solum illicitum, sed etiam invalidum remissivè.*
- 41 *Honestatis causa, & ob suspicionem falsitatis plura circa testes inducenda.*
- 42 *Iudex, & testis nemo esse potest, & postquam desit esse iudex, eius testimonium admittendum cum obser-*
- vantiis Senatus, & nu. 43-44.*
- 45 *Ex nuper dictis illatio depromitur.*
- 46 *Iudex fungi non potest officio notarii cause coram se vertentis.*
- 47 *Testium iuramenta per Procuratorem prestari non possunt, & per transennam de aliis ad examen testium pertinentibus.*
- 48 *In carceres coniciuntur testes super negativa coartata loco, & tempore deponentes, ut securius puniri valeant.*
- 49 *Testibus deponentibus ad favorem rei, & pro non delicto; magis non creditur, quam deponentibus in favorem Fisci, si excessus sit magnus, secus si non sit considerabilis.*
- 50 *Plene Fisci probationi statuitur, quando illi est contrarius unus testis rei.*
- 51 *Caveant iudices, ne dum testes examinant, diviso populo in factiones, testes rarius contra aliam examinent, & in his, ac aliis ab odia, & fervore omnino abscedant.*
- 52 *Testis suspicio arbitrio religioso iudicis committitur.*



DECISIO XXXII.

I **A**D testium examen complurima sunt volutāda, primordialia relinquem⁹, quia exactè elaborata alibi reperiuntur; vt autem nonnulla nova, ac disputabilia producamus, referendus est tenor *Constit. Perque per experientia 18. sub tit. de Notariis, y Scrivans &c. in 1. volum. Constit. qui latine ita traducitur: Quoniam experientia docuit, magnum redundare damnū litigantibus, ex eo quod sint notarii processuum consanguinei valde coniuncti Iudicum, Relatorum, aut Assessorum eorundem processuum, statuimus, & ordinamus cum laudatione, & approbatione presentis Curia, neminem esse posse notarium processus, cuius avus, pater, filius, gener, frater, aut cognatus, vulgò Cunyat, Patruus, aut consobrinus, nostro sermone Coligermā, sit Iudex, Relator, Assessor, aut Advocatus cause, sub pœna amittendi salarium dicti processus, seu alterius pœna arbitrio Visitatoris reservata.*

2 Contra huius Constit. con-

textum, repertum extitit fuisse instructū processum causæ Isidri N. relatæ *decis. precedenti*: nam Actuarius illius fuerat Benedictus Blanch notarius Villæ Campirotundi, testes verò examinaverat Petrus Bläch frater Benedicti V.I.D. & Assesor tunc dictæ causæ, ideoque duo fratres concurrerunt, vnus iudex, alter verò notarius, & consequenter apertè violata fuerat prælibata Constitutio; vnde hauriri prætendebatur nullitas processus, ideoque de eo vllam non posse rationem haberi; siquidem ætus nullus, nullum producit effectum. *Salgad. de Reg. protest. par. 3. cap. 9. à num. 13. & par. 1. de retent. cap. 10. nu. 114. & 2. p. cap. 20. num. 32. Gonzal. in reg. 8. glos. 57. Valenzuel. cons. 32. Narbona in l. 10. glos. 5. num. 12. tit. 6. lib. 1. recopilat. Carleval. disp. 2. num. 879. tit. 1. & disp. 16. nu. 2. tit. 3. Vela disert. 40. numer. 55. Gomez ad l. 46. Tauri num. 36. Ricc. par. 3. collect. 623. & par. 6. collect. 2257. Robert. lib. 3. rer. iudicat. cap. 17. fol. 2257. Surd. decis. 289. Escobar de purit. 2. part. 9. 4. art. 4. §. 2. à numer. 32. pulchrè Cardinalis Otthobon. decis. 29. à num. 1.*

4 Ad determinationem propositi dubii, opus fuit examinare arduam illam practicabilem,

lè, ac quotidianā quæstionem, an lex aliquem actum prohibens, eo ipso illum irritet; indagatio hæc fuit in perfecto intellectu *l. non dubium 5. Cod. de legibus*, vbi Imperatores Theodosius, & Valentinianus statuerunt, ipso iure non valere quicquid fit contra legem, vel in eius fraudem, licet legislator prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factum est; qua lege permotus, inanem actum esse contra prohibitionem iuris celebratum, nulla clausula irritanti extante, defendit Andreol. *contro. v. 384. n. 8.* qui in hac persistit sententia, quamvis lex apponat pœnam, si dispositio legis procedit prohibitive sub pœna, quia tunc agendo contra prohibitionem pœnalem, utrumque committi vult, & prohibitionem, & pœnam, aliud sentiens quando lex disponit affirmative, ordinando aliquid fieri sub pœna: nam eo casu ordine non servato, committi pœnam tenet, sed non nullitatem, & hæc concludit in terminis alienationis factæ à tutore rei immobilis minoris ante confectum inventarium, quam irritam reddi depugnat contra Bartolum, Ludovisium, Seraphinum, Capellam Tho-

losanam, Salicetum, Cumanum, & Morlinum ibidem allegatos, firmat quoque Salgad. *de supp. ad Sanctif. 2. part. cap. 17. num. 20.* asserens legem prohibentem etiam simpliciter, intelligi tacite apponere clausulam annullativam, & cum dicta opinione pertransit Barbos. *in collebian. ad d. leg. non dubium.*

Hanc controversiam suscipit Reg. Sanfelice. *decis. 390. lib. 3. tot. & numer. 9.* post relatas diversas opiniones, Collaterale Conciliū sensisse narrat, prout *numer. precedenti* tradidimus, nempe, quod vbi lex, statutum, seu Pragmatica loquitur per verba negativa, tunc absque clausula annullativa irritatur actus, sed si loquitur per verba affirmativa, tunc nisi legatur clausula irritans, subsistit actus contra prohibitionem factus, & huius distinctionis Authorem agnoscit Bartol. *in d. l. non dubium Cod. de legib. & ibidem Jasson. Salicet. in l. fin. cum l. precedenti Cod. de sent. ex brevitat. recitad.* & eandem assertionem locum habere affirmat etiam adiecta pœna, si adsint verba prohibitiva, seu negativa; plures laudat in præcitata decis. Sanfelicii eius Adductor, inter quos numerandi Giurbaad *consuet. Messan. cap. 4. glos.*

5

6

glos. 5. numer. 2. Tort. ad statuta Pap. rub. 3. numer. 26. & seq. Conf. Marc. conf. 1. numer. 108. vol. 1. Novar. de gravam. vassal. tom. 2. gravam. 113. num. 6. Caravit. in rit. Mag. Cur. 44. num. 6. Nec omitto de iure Canonico statutum inveniri in Cap. qua contra 64. de reg. iur. in 6. quæ contra ius fiunt, debere utique pro infectis haberi.

7 Contrariam tamen sententiam tutantur plures referendi *num. 24. necnon Sanchez, Portel, Bordonus, Pellizarius, Leandrus, Garcia, Palaus, Peyrinis, Vecchius collaudari per Diana part. 10. tract. 12. res. 6. vers. sed his minimè refragantibus, disceptantem, an lex prohibens aliquem actum reddat illum non solum invalidum, sed etiam illicitum, ubi firmiter propugnat esse validam professionem emissam contra prohibitionem iuris absque ullo decreto irritanti. Fundamenta huius sententiæ sunt: quia non adiecta clausula irritanti, adest tantum simplex prohibitio, quæ potestatem non tollit, sed illius usum, & exercitium, & distincti sunt legis effectus; prohibitio actus, eiusque annullatio, cum aliud sit vetare actum, & aliud eundem efficere invalidum, & unum necessario non infert aliud; exemplis*

illustrat Diana, veluti in eo, qui vovit castitatem, & matrimonium postea contrahit, is contra legem facit, sed valide.

9 Idem accidit in professione novitiæ, quam prohibet ius anteaquam moneatur Episcopus pro examine libertatis, facta tamen prætermisso examine Episcopi, subsistit, si aliàs non fuit impedimentum dirimens; simile exemplum expendit de novitiis, qui recipiuntur ante 18. annum, expleto tamen 16. cõtra Constitutionum prohibitiones.

10 Simile in Parocho neglecta Episcopi prohibitionem aliquos desponsante, & in Regulari sui superioris non servata interdictione confessiones audiente. Gesta contra has prohibitiones, male acta dicuntur, sed non inutiliter, sicut matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum penitus erant inhibita, detestata, & omni exaggeratione expulsa, semel tamen celebrata robore non carebant. Hæc Diana plurimum confirmata edocuit.

11 Videndus Barbof. *axiomate* 93. *num. 30. enodans regulam facta multa tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, ibidemque variè exemplificat, & signanter de milite, & muliere, nam licet non possint esse procuratores, si tamen admittantur,*

tur, valet processus, ex Bartol. q. 1. Lucane Civitat. numer. 12. *vers.* è contra; probè Bonacina de excommunicat. disput. 2. q. 2. punct. 3. §. 1. num. 1. inquirens, an excommunicatus validè recipiat Sacramenta.

12 In nostro casu res clarior videtur propter pœnam per Constitutionem impositam; siquidem vbi prohibitio continet ius speciale, pœna facit cessare actus nullitatem, quæ pœna est. Cynus in l. non dubium Cod. de legib. l. Senatus ff. de contr. empt. hinc inquit Bald. in eadem l. non dubium, quod quando nullitas actus verè pœna est, & lex vltèrius processit specialem imponendo pœnam, tunc contractus valebit; quia pœna specialis impedit pœnam generalem, cum tritum aliter sit, specialia generalibus derogare. Barbof. in cap. 1. num. 1. & à num. 3. de rescript. & ibid. à num. 8. in 6. tom. Solorzano lib. 3. politic. cap. 9. fol. 307. *vers.* Començando.

14 Propterea Cõstitutiones nostre, dum actum annullant intendentes, clausulam apposuerunt irritantem, ut videre est in Constit. vnic. tit. de promessa de dot. &c. qua disponitur, chartam factam in præiudicium hæreditamenti, & donationis celebratorum tempore

nuptiarum, nullam esse, sub clausulæ sequentis contextu, ibi: *Aytal carta sia nulla, cassa, è irrita ipso iure, è fe à ella en iudici, d fora iuy en alguna manera no sia hauda, &c.* de qua Constitutione Canc. var. 1. cap. 8. num. 59. ad 64. & part. 3. cap. 2. num. 210. ad 229. & cap. 15. num. 245. Fontan. de pact. nuptial. clau. 4. glos. 1. num. 71. ad 84. p. 1. & claus. 7. glos. 3. par. 12. à nu. 57. ad 72. & tom. 2. decis. 581. tota post Mieres tom. 1. coll. 6. pag. 330. iunge Molina de rit. nupt. lib. 1. comparat. 19. num. 67. cum seqq. Ramon. conf. 82. à num. 9.

15 Constit. 1. tit. de menors de 25. anys annullantur contractus minorum sub sacris paternis existentium, hoc sermone: *No puga fer alguns contractes obligatoris, y si de fet los feya, no sen puga fer iuyz & Constit. 2. eod. tit. & que ningunas scripturas publicas, è privadas que firmassen per aquells, tingan valor, ni effeete, ni fassan fe en iuy, ni fora iuy, suspenent en asbo la authoritat als Notaris,* de his latè Nos decis. 19. adde ibi cumulatis, Molina de rit. nupt. lib. 1. comparat. 19. num. 38. cum seqq. *ut cui cupila loy*

16 Disponitur Constit. Perquant 25. tit. de notaris, y scriuans, nullum posse scribere processus originales causarum

Reg. Audientiarum, aut Curiarum Regalium Rossilionis, & Ceritanarum, qui non habeat auctoritatem Regiam, & examinatus non sit per Cancellarium, & Regentem Regiam Cancellariam, sub decreto nullitatis, ibi: *Altrament los actes sian nullos: Plau à sa Magestat.*

17 Statuitur *Constit.* Perquant 23. *cod. tit.* nullum, vti substitutum notarii, nisi domesticum, & cum artis sufficienti cognitione, aut peritia, aut tantum ad firmas absentium accipiendas, cum speciali commissione ei attributa ad hunc effectum, recipere posse instrumenta, sub eorum nullitate, ita: *Sots pena de nullitats de tals actes, dels quals no sen pugabaver raho en judici.*

18 Cavetur *Constit.* 2. *A tolre, tit. de Tudors, y Curadors &c.* minores 20. annis existentes sub potestate tutorum, aut curatorum, non posse, nisi cum interventu, & consensu trium personarum eis proximiorum per agnationem, aut cognationem, seu trium amicorum in illorum defectum, donare, remittere, aut absolvere bona, vel aliqua iura sua tutori, aut curatori, sive pro eis interpositæ personæ, sub nullitatis decreto, sic: *Ay tal donacio, è remissio, è absolucio, en tant quant*

la dita remissio, è absolucio sãpia donacio, è la carta de quens fet a sien nullas, è irritas ipso iure &c. de his Mier. 10. 1. collat. 6. pag. 315. tit. de donat. min. 20. ann. Canc. var. part. 1. cap. 7. num. 142. & cap. 8. à num. 26. & par. 2. cap. 6. à num. 179. & part. 3. cap. 1. à num. 90.

Constitut. 43. *Curiar.* anni 1599. agit de obligationibus notariorum circa cognoscendas personas, pro quibus conficiunt instrumenta, prout erimus *decis.* 11. num. 53. & decretum nullitatis continetur in secus agendis, ibi: *Que los actes que seran rebuts, sens guardar la solenitat en la present Constitucio contenguda, sian de ningun effecte, y valor.*

19 Duos alios testes adhibendos esse in stipulatione instrumentorum, quæ recipiuntur per substitutos Tabellionum, ultra ipsos substitutos, habetur *Const.* 44. *Curiar.* anni 1599. & nullitas ita exprimitur: *T que los actes rebuts en altra manera, no fassan se alguna.*

20 *Constitut.* 3. *tit. de excepcions, y reconuencions,* & decretum irritans hoc modo promittitur: *Sian hagudas la evocacio, y inhibicio per no fetas, è no se pugaser*

- fer mes iuy per causa alguna &c. exponunt Fontan. de pact. clau. 4. glos. 11. num. 65. Similis Constit. Statuim 5. eod. tit. tradit Cancer var. part. 3. cap. 18. à num. 68. ad 95.
- 21 De termino intra quē causæ emparæ sunt finiendæ, peragitur Constit. 1. tit. de sequestr. y empar. & termino elapso subnectitur: *Altrament tal forma sia haguda per nulla, è extingta, declarant Cancer var. 2. cap. 4. num. 15. Ripoll in Ordin. iudic. Cur. Vicar. Barcin. rubr. 3. numer. 6.*
- 22 Moratorix, guidatica, emparæ, & superfedimenta in favorem debitorum censualium, & violariorum, reprobantur Constit. 2. tit. de divers. rescripts, y elongaments, & aliter facta annullantur, ibi: *Sian hauss per revocats, è per revocadas aixi que no hajen valor, provt invenies apud Franc. Ferrer in Constit. hac nostra 3. evidentiali à num. 75. Cancer part. 3. cap. 7. num. 245.*
- 23 Aliquas ex his Constitutionibus perdoctè complectitur R. S. de Vilaplana de Brachio Militari cap. 3. num. 290. apud quem, & alios, super adductis iuribus allegatos, reperies effectus magnos decreti irritantis, quib⁹ connecte Covarruv. pract. cap. 9. num. 7. Ricc. par. 4. collectan. 787. 1302. & 2144. Marefcot. lib. 2. var. cap. 38. Gutierrez. lib. 3. pract. q. 15. num. 3. Gonzales in reg. glos. 67. à n. 11. Salgado part. 3. de protect. cap. 10. à num. 61. & 84. & part. 2. de retent. cap. 17. num. 30. Vrtigoyti part. 1. Pastoral. clau. 15. Giurb. ad consuet. cap. 7. glos. 10 num. 8.
- 24 Quare statutum non habes clausulam annullativam, sed solum imponens poenam contrafacienti, non irritare actum, sed tantum punire contraventionem, tenuerunt Buratt. decis. 688. numer. 12. & 13. tom. 3. Cavaller. decis. 7. num. 4. Fenz. ad statut. Urbis cap. 49. num. 11. & terminanter, quod actus à lege, vel statuto prohibitus cum poena nullus non sit, nisi lex ulterius procedat actum annullando, fatentur Surd. conf. 360. num. 46. lib. 3. Trentacinq. var. res. lib. 1. tit. de legib. & Constit. res. 1. Ponte conf. 5. num. 84. conf. 81. vol. 1. Grat. decis. 167. num. 16. & plures alii, quos refert, & sequitur Amato res. for. 66. num. 22. p. 2. longè de materia tractans Farin. in fragment. par. 2. lit. L. nu. 195. post Vantium in tract. de nullitat. rubr. quot, & quibus modis nullit. in iudic. proponat. num. 54. Franciscum Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 28. n. 19.

Joann. Salas *in eod. tract. de legib. q. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 8. numer. 27. vers. quidam dicunt.* Alderan. Mascard. *de general. statut. interpret. conclus. 9. num. 38. & 39.* quæ maximè amplectenda erunt, iuxta Doctores, quando id quod agitur, non erat sui natura prohibitum, vt hic, velut infra demonstrabitur.

25 Ulterius ex aliis probat Farin. qui supra *num. 202.* quod actus factus contra legis, seu statuti prohibitionem, est nullus in præiudicium agentis, nõ autem in præiudicium tertii, exemplum expromens, de clericis in sacris constitutis, quibus prohibitum est tabellionis officium exercere. *Cap. Sicut te, extra ne clerici, vel monachi, & tamen, si exerceant, instrumentum ab eis confectum validum crit, quia est in utilitatem tertii.* Ioannes Salas *in tract. de legib. quest. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 8. num. 21. in princ. latè Alderan. Mascard. de general. statutor. interp. conclus. 9. num. 41.* vbi de materia istius declarationis. Reg. Cortiada *latè par. 3. decis. 176. num. 45.*

26 Neque officeret *Const. Povaldria II. vulgò dicta de la observansa, sub tit. de observar Constit. quæ nullitatis decre-*

tum expressit actis cõtra Constitutiones Cathalonix: quia respondetur eam loqui de literis, provisionibus, mandatis, seu commissionibus, sicq; ad alia extendi non debet.

Insuper dicta Constit. vti 27 conformis iuri communi annullanti gesta contra dispositionem legis, interpretationem passivam ab illo debet recipere. Fontan. *de pact. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 2. num. 68. & glos. 11. num. 33. & decis. 498. n. 16. 17.* Mieres *coll. 2. cap. 28. num. 6. in Curia Petri II. Barcin. Ferrer super Constit. hac nostra evident. 3. num. 78. & tempor. 1. nu. 51. Oliba de action. par. 1. lib. 3. cap. 4. num. 20. Cancer p. 3. cap. 16. num. 144. Mascard. de statut. interpret. concl. 2. nu. 71. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 11. glos. 5. num. 5. Ramon. conf. 3. nu. 86.* vbi plures recitat Constitutiones nostras iuri communi consonas, & post eos Reg. Cortiada *decis. 34. nu. 34.* adde Gutierrez *lib. 3. practicar. quest. 20. num. 5. Salgad. par. 1. de prosect. cap. 1. preclud. 5. num. 227. Parcia tit. 6. de edit. res. 3. num. 149.*

Et consequenter limitatio- 28 nes omnes ad *d. l. non dubium Cod. de legib. perpensæ, nostris Constitutionibus essent aptandæ, præsertim si inspiciatur Constitutionem, de qua agimus,*

mus, esse correctoriam iuris Romanorum, quo pater, & filius, ac duo fratres iudices esse poterant in eodem Tribunali, quia causas non iudicabant vti privatæ personæ, sed vti publicæ *l. 5. §. 6. quod cuiusque univers. nom. l. 3. §. si quis vers. sed ipse Celsus ff. de condict. cau. dat. Caput. de regim. Reipub. cap. 12. à num. 1. Altamiran. de filiis official. lib. 3. cap. 10. num. 18. Sanfelix. decis. 77. cum relatis per Reg. Cortiada decis. 23. num. 17. & seq. qui limitat, extante lege speciali, vel consuetudine perpetua prohibente.*

29 In Cathalonia, donec fuit lata *Const. statum 11. tit. de la eleccio dels Doctores de la Real Audiencia*, iudicare similiter poterant in eodem Tribunali, pater, & filius, socer, ac gener, & postea per *Const. 55. cur. anni 1599.* cautum fuit, ne in eadem Aula concurrerent duo Doctores Reg. Audient. qui coniuncti essent vsque ad secundum gradum consanguinitatis, vel affinitatis. Super dicto *cap. 55. disquirir Cancer var. part. 3. cap. 8. num. 71.* an comprehendat Cancellarium, & Regentem, itaut ex nominatis in prælibata Constitutione possit alter esse Cancellarius, vel Regens, alter verò Doctor

Reg. Audientia, & de duobus fratribus loquitur Fontan. *decis. 367. num. 15. tom. 2.*

In Regnis autem, in quibus non adsunt hæc statuta, non interdicitur concursus patris, ac filii, soceri, & generi, aut duorum fratrum eundem Senatium formantium. Thoro *in supplement. decis. verbo Pater*, copiosè Altamiran. *de filiis officialium lib. 3. cap. 10. à num. 23.* Matthæu *de regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 4. §. 8. num. 23.*

31 Vbi autem talis prohibitio viget, ex honestate introducitur, ad evitandas collusiones, & ne facilè duo fratres, vel aliæ personæ nimis coniunctæ in vnum convenirent sensum, sicut Doctores nuper laudati affirmant, & Regio diplomate expedito 28. Augusti 1665. sua Regia Maiestas his de causis iussit, non immitti in possessionem officii Nobilem Josephum Falcò, qui in Visitatorem Generalis Cathalonie fuerat extractus, post extractionem Nobilis Joannis Baptiste Falcò fratris sui ad idem munus, ne duo fratres in illo Tribunali iuri dicendo præessent, quæ resolutio etiam fundabatur *in cap. 1. novi ordinamèti cur. anni 1599.* quo fuit stabilitum, easdem exceptiones opponi posse ad-

adversus Visitatores, quæ in Deputatorum extractionibus observantur; in istorum autem Consistorio pater, & filius, duoque fratres à sedendo simul arcentur.

32 Quando aliquid autem per legem ex honestate prohibetur, factum tenet, vt Farinac. *in fragment.* & alii citati *num.* 24. concordant, & consequenter, cum propter honestatem Constitutio prælibata emanaverit, non debet annullari adversus eam factum, sed poenæ impositæ locus fit per supradicta.

33 Præterea observa in proœmio *Constit. nostræ* 18. sermonem fieri de litigantibus; lis autem dicitur civilis dissensio, & non criminalis propriè loquendo, cum ea dicatur causa *l. 1. ff. de testib. l. litis nomen ff. de verb. sig. sic.* Buccaron. *de diff. inter iud. civil. & crimin. diff.* 163. vulgatum est autem, ex præfationibus, sive proœmiis legum, earum dispositionem intelligi, vt prænotavimus *decis. 4. num. 78.*

34 Pro labefactandis argumentis quibus contraria sententia fulcitur, annoto, non vrgere memoratam *leg. non dubium* 5, quia ea patitur limitationes supra expressas, & in omni casu posset procedere ob specia-

lem illam Imperialem Constitutionem, quæ ad alia Regna non fuit translata.

35 Minus obest regula iuris, constituens facta contra ius pro infectis haberi, nam hæc diffinitio intelligenda est de his, quæ fiunt contra ius, dans formam substantialem actui. Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 5. num. 4. ad quartum*, secus quando colligitur solum modum, vt rectè fiat, præscribi; sequitur Diana *dicto tract. 12. resol. 6. vers. ad secundum argumentum*, qui etiam advertit prædictam regulam multas intelligentias admittere, iuxta glossam ibidem. Suarez *lib. 5. de legib. cap. 29. num. 5.*

36 Per hæc dissolvitur obiectio affirmantium legem prohibitivam includere tacitam clausulam irritantem; nam hæc procederent, quando à iure daretur forma substantifica actui, aliter secus; ultra quod, vis clausulæ, seu decreti irritantis, quando expressè ea ponitur, dignoscitur, & non si virtualiter sit imbibita, vt ex Doctoribus *num. 23.* allegatis excerpitur.

37 Quinimò docet Diana *d. tractat. 12. res. 6. vers. Ad quartum* refellens Anguianum cum Arriaga *in Cur. Theolog. tom. 4. disputat. 23. sect. 4. num. 4.* ali-

quan-

quando per legem prohiberi substantiam actus, & tamen non irritari ex vi talis prohibitionis, prout observaverat Suarez *de legib. lib. 5. cap. 25. nu. 11.* concinunt Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 78.* Bordon. *in tract. de profess. regular. cap. 3. q. 15.*

38 Denique ad cognoscendū quando lex prohibens actum illum irritet, regulas adfert Vasquez *disput. 164. cap. 3.* sed eas deficere ostendit Suarez, qui supra *lib. 5. cap. 27.* & istius regulas etiam fallere demonstrat Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 5. difficult. 3.* melius ergo alii sentiunt colligi, num lex, quæ prohibet, irritet actum, ex consuetudine, ex communi intelligentia ita legem explicante, vel si lex impediat omnem effectum talis actus, aut iuxta multorum placitum, si statutum apponit aliam poenam, quia tunc nullitas cessat. Præposit. *in p. 2. D. Thoma q. 95. disput. 3. num. 53.* sequitur Diana *loco sepe citato vers. Sed si aliquis.*

39 Quamobrem cum Cathalonix Constitutionum stylus fuerit clausulam annexere irritantem, dum actum nullum reddi voluerunt, & in *Constit. 18.* poena sit adiecta adversus contrafacientes, quos punire

voluerunt legislatores, non damnum tertio, nec Fisco inferre, neque intenderunt formam substantialem præscribere, divellendo duorum fratrum consortium, & quia causas criminales non expresserunt, ex his, aliisque rationibus supra ponderatis, resolutum fuit per Senatum, processum supra libatum, esto prohibitum dicere possemus, factum tamen tenere, atque probare.

40 Premit tempus hoc claudendi volumen, ne nimis prolixum fieret, qua de causa questionem tam arduam, & difficilem arctius quam desiderabam perstrinxi, & illam prætermitto nostræ Constitutionis non minus peculiarem; an lex prohibens, si utatur verbo *non possit*, reddat actum non solum illicitum, sed etiam invalidum, de qua præter superius congestos, Gomez *in cap. ut animarum §. statuto num. 24. de constitut. in 6.* Cevallos *commun. contra comm. q. 404. num. 5.* Sanchez *de matrim. lib. 6. disput. 38. num. 20.* & *in summa tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 38.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 10. num. 2.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. q. 41. num. 31.* Rebell. *de obligat. institut. lib. 1. q. 6. num. 42.* cum aliis productis per Diana *par. 10. tract. 12. ref. 7.* colluctatio au-

tem ista distinctionibus supra traditis diffinienda erit.

41 Honestatis causa, ut prae-
muni *num. 31.* & ad tollendas sub-
ornationes, ac seductiones,
nostrum ius, duos fratres, alte-
rum iudicem, alterum nota-
rium dimovere voluit. Alia
quoque plura ob suspicionem
falsitatis iura praevenierunt, quae
hic brevius, quam optabam,
compilabo.

42 Iudicem, ac testem nemi-
nem esse posse, etiam leges
praeclamarunt. *cap. dilecto 40.*
de testibus. cap. statutum 2. q. 6.
tum quia non potest fungi du-
plici officio iudicandi, & testi-
ficandi, tum propter praesump-
ta affectione. *Farinac. de testib.*
q. 60. ex num. 89. *Capell. Tho-*
los. quest. 142. num. 2. Hierony-
mus Portoles ad Molin. *verbo*
Iudex num. 15. *Cur. Philippi 1.*
p. 1. §. 17. num. 11. *Caldas Perey-*
ra quest. forens. lib. 1. quest. 9. nu.
15. *Barbos. cum alijs in colle-*
ctan. ad dict. cap. 40. de testib. nu.
3. *Xammar de offic. iud. p. 3. q.*
5. num. 25. qui omnes assentiun-
tur, iudicem, sive ordinarium,
sive delegatum, removendum
esse a iudicando, & aliam sub-
rogandum, si necesse sit, quod
talis iudex testimonium perhi-
beat; & etiam notant, quod
si iudex testimonium ferat su-
per eo, ex quo nec laus; nec

turpitudine adscribi potest, prop-
ter gestum, vel omissum, iu-
dicis testimonium admittetur.

Haec practicavimus in causa 43
contra Damianum N. notariu
publicum Gerundae, & ibidem
habitatore, cuius erat rela-
tor Magnus, & promeritus
Senator Hyacinthus Bertran I.
R. C. nam cum ad destruenda 83
ea, quae in defensionem dedu-
cta fuerunt, obtulisset suppli-
cationem, & super ipsa dictus
Relator esset ministrandus in
testem, causa fuit commissa
Magnifico Francisco de Soto-
mayor I. R. C. in cuius posse,
praevia licentia Excell. Dni Pro-
regis, testimonium memoratus
Bertran protulit, Scriba Iust.

44 In defensionem Michaelis
N. Civitatis Minorisae, praee-
dente similiter licentia Excel-
lentiss. Domini Don Ludovici
Dias de Aux, & Armendaris
Proregis huius Principatus, &
Episcopi Coelonen, vidi rela-
tionem factam 27. Julij 1628.
per Magnificum Antonium Vi-
nyola I. R. C. sequendo asser-
tiones traditas supra *decis. 29.*
num. 17. de teste per scripturam,
seu relationem a se exscriptam
recipiendo.

45 Ex his patet quam vera sint
quae *decis. 7. num. 59.* reseravi-
mus, testes scilicet deponere
non posse super articulis iuris,
quia

quia per has depositiones, iudicis, & testis confunderentur officia, quæ ratio ultra alibi adductas intentum aperit.

46 Huc etiam pertinet, iudicem fungi non posse officio notarij causæ coram se vertentis, de quo articulo Ioannes Ant. de Nigro *in caput Reg. Neapolit.* 280. & fuit dictum. Felin. *in cap. quoniam contra num. 54. de probation.* Vivius *decis. 48. num. 5.* Capiblanco *de Baronib. Pragmat. 8. nu. 175.* Masrills *de magistrat. lib. 4. cap. 17. num. 175.* Bovadilla *in Politic. lib. 3. cap. 13. num. 48.* Hermosilla *in l. 9. glos. 16. num. 5. tit. 4. p. 5.* Carleval. *de iudic. tit. 1. disput. 21.* Xammar *de offic. iudic. par. 3. q. 5. nu. 16.* Regens Matthæus *de re criminali. contr. 76. num. 70.* qui in causis gravissimis aliud vidisse testatur, reliqui verò Doctores nonnullas afferunt limitationes.

47 Circumspectè in testium criminalium examine procedendum; vnde per Iudicem recipiendi sunt, nec commissio facienda notario, nec eorum iuramentum per procuratorem præstari potest. Fermosinus *in cap. cum quidam de iureiurando q. 2. num. 25.* ex Villalobos, Bonacina, Covarruv. quod speciale est in testibus, ob maturitatem in eorum receptione

attendendam, cum alia iuramenta per procuratorem valeant expediri; subscribere illi tenentur, ac ratificare; cognitos esse oportet, & multis solemnitatibus servatis recipi, quæ omnia latius recensere proposueram, sed quia præcedentibus decisionibus attingi, & recentiores cumulatè ista complectuntur, ne longius hæc traheretur decisio, quam status typorum patitur, valdè et si invitus relinquo.

Non omittam tamen, quæ 48 *decis. 13. num. 17. & decis. 30. à num. 42.* promisi de negativa coarctata loco, & tempore; testes super ea deponentes in carceres esse coniiciendos ob falsitatis suspicionem expeditæ est praxis, idque sic servatur, non solum ad purgandam falsitatis suspicionem, sed etiã, quia si carcerem subeant, Fisci Procurator inspicit, an attentis probationibus suis de falsitate testis evidenter appareat, vel aliter de ea constare facit, utpote probando in alio loco fuisse testem, quam in eo, in quo deponit adstitisse, & falsitate eruta debitè plectitur; in quo regulam illam observa, 49 quod testibus deponentibus ad favorem rei, & pro non delicto, magis non creditur, quàm deponentibus in favorem Fis-

ci, si excessus sit magnus, se-
cus si non sit considerabilis.
Abbas, Crotus, Gabriel, Fa-
rinacius citati per Conciolum
verbo testis quoad dicta resol.
18. num. 2. hæc tamen notabili-
ter limitat Juliv. Chartar. de-
50 *cis.* 28. n. 25. & sequenti, quan-
do vnicus testis rei est contra-
rius pleniori probationi Fiscii,
& aceusatoris, confirmans ex
Bossio *in tit. de opposit. contra*
test. num. 72. & in tit. de con-
uict. num. 61. & seq. quia tunc
vberiori probationi statuit; op-
timè Regens Sanfelix. *lib. 2.*
decis. 163. num. 4. docens testi
deponenti contra Fiscum, etiã
à Fisco producto, non stari, si
reliqui testes maiores numero
contrarium dicant, & ita de-
cisum refert *numer. 6.* & antea
sensisse Rotam Rom. *divers.*
par. 3. lib. 3. decis. 592. n. 2. vers.
concl. ab omnibus fuit. Hon-
ded. *consil. 84. lib. 2.* Bartius de-
cis. 156. q. ult. num. 16.

51 Pro integritate, quam sem-
per præoculis habere debent
iudices, custodienda, caveant,
ne dum testes examinant, di-
viso populo in factiones ini-
micorum, vnos contra alios in
testes recipiant, in quo peccat
illi, qui vni factioni contra
aliam, ad eam persequendam
salvum cõductum concedunt,
cum inde remedium non nas-

catur, sed damnum; ista enim
personarum acceptio, etiã
prætextu necessitatis, vel quod
alia non suppetant remedia ad
vitanda delicta, delictorum in-
centivum, & seminarium pro-
sternit Innocent IV. *in Cap. 1.*
de sent. & re iudic. in 6. ibi:
Caveant iudices, & prudentes
attendant, vt in causarum pro-
cessibus nihil vindicet odium,
vel fervor vsurpet &c. do-
ctè, & orthodoxo zelo Excel.
Vicecane. Crespi *obs. 79. nu. 10.*
copiosè Simanchas *de Republ.*
lib. 6. cap. 12. Reg. Tapia *lib. 2.*
iur. Reg. in tit. de official. Const.
num. 33. Michael Vulcar. *de re-*
gim. mundi p. 4. q. 2. nu. 12. Muta
in Cap. Regni Sicil. tom. 1. &
concinunt textus *in Cap. præci-*
pimus. Cap. studendum. Cap. dis-
sidentes 90. distinct. Felin. in
cap. 1. num. 3. de tregua, & pac.
Novar. de gravamin. vassall.
tom. 1. gravam. 238. & seq. qui
euncti invehunt in Barones,
qui vassallis divisus in partitas,
& factiones, vni favent, & in-
herent, cum incumbere om-
ninò debeant ad inimicitias,
& seditiones subditorum ex-
tinguendas.

His adde, testis suspiciõnẽ 52
arbitrio iudicis prudenti, re-
gulato, ac religioso committi,
vt ex aliis desumit Fermosin.
in Cap. cum causam 37. de testib.

q. 2. num. 32. & repete, quæ de arbitrio iudicis in fide testium concessimus decif. 26. num. 43.

& aliis in enucleationibus persæpè.

EPIGRAPHE.

Assertionem Principis an probentur delicta ad effectum puniendi. Subscriptio quando noceat subscribenti, & an is censeatur scripturam subscriptam approbasse. Subscribens in schedula vacua, nunquid sibi præiudicet. Famuli Proregis à quo iudice sint iudicandi, & cuius sit fori illius Secretarius, si belli fruatur stipendio.

NUCLEVS.

1 Factum.

2 De Secretarii honore, & dignitate remissivè.

3 Delicti in presenti causa perquisiti substantia.

4 Processus instructio, & nu. 5.

6 Principis assertioni est standum, sed vide num. 12. & seqq.

7 Afferenti Principi aliquem esse puniendum, & sibi constare de delicto, non est obediendum, si de notorietate iniustitiæ appareat, secus verò in dubio, sed vide num. 14.

8 Unicus testis quandoque probat.

9 Assertio Locumtenentis sue Maiestatis probat.

10 Proregibus non censetur concessum, quod arduum, & insolitum sit, & solitum

reservari Principibus, vti concernens ius sue superioritatis.

11 Tertio præiudicare Princeps non præsumitur sine iusta causa.

12 Quando Princeps non potest aliquid facere sine causa, non statur sue assertioni.

13 Creditur Principi attestanti de fidelitate Civitatis, non verò si asserat suum subditum esse rebellem, quia tunc præsumitur circumventus.

14 Non probat Principis assertio, si de scelere sibi liquere testatur, sed distingue vt hic.

15 Communis contra communem hæc controversia à nonnullis appellatur.

16 Standum est Principis assertio.

- tioni in cöcernentibus publicum gubernium, nõ constituto de contrario, & verosimilia asserendo.
- 17 *Subscribens, omnia contenta in scriptura approbat.*
- 18 *Vt scriptura probet, alterutrum sufficit, scilicet, quod vel propria manu, vel proprio expresso nomine quis scribat, licet non adsit subscriptio, vel quod ea extet.*
- 19 *Quando subscribens allegat se chirographum antea nõ legisse, subscribenti non nocet sua subscriptio.*
- 20 *Lecta, vel cognito quando scriptura presumatur, & num. 21. 22.*
- 23 *Nullam ex distinctionibus approbationem scriptura excludentibus, casui accommodabilem esse ostenditur.*
- 24 *Subscribens in schedula vacua sibi non praiudicat.*
- 25 *In viro summè occupato, non presumitur omnia, que subscripsit, legisse.*
- 26 *Doctores memorantur, qui conclusioni adducta num. 25. assentiuntur.*
- 27 *Probationes in criminalibus concludentes esse debent, & luce meridiana clariores.*
- 28 *Mera negativa probatur per assertionem testis de facto proprio, tametsi non coarctetur loco, & tempore, & quando deponit de eo, quod verisimile est sibi esse notum.*
- 29 *Dictio dumtaxat est taxativa, & alia excludit.*
- 30 *Testium offensionalium dicta referuntur.*
- 31 *Negativa vaga est improbabilis.*
- 32 *Testes deponentes super negativa coarctata loco, & tempore, restringi debent ad tempus breve.*
- 33 *Alterius testis depositio in verisimilis demonstratur.*
- 34 *Senatus iudicium.*
- 35 *Secretarius Proregis ad Auditorem generalem Exercitus remissus.*
- 36 *Famuli Proregis ab Auditore Exercitus iudicantur.*
- 37 *Eiusdem fori sunt continui Proregis, non tamen eius Secretarius, ac alii.*
- 38 *Notarii, scriptores, & scriuarii Magistri militum, non gaudent privilegio fori militaris, nisi reperiatur in loco hostili, vel in procinctu, vel si essent stipendiati.*
- 39 *Stipendiati, in subiecta materia, iuxta aliquos dicuntur, qui stipendium percipiunt, & se exercent in*

armorum usu, vel sunt prompti pro Regni, & Regis defensione, sed Regium Concilium has circumstantias non desideravit in casu.



DECISIO XXXIII.



NOLVBILITATE fortunæ, de qua omnigena litterarū segete plurimum ornate scripsit Solorzano *embl.* 58. sub lemmate *Regum calor quomodo suscipiendus*, & *embl.* 59. lemmate inscripto *Nolite confidere in Principibus*, & post eum Garau *maxima* 13. *tom.* 2. inconstantiam sui syderis expertus fuit Secretarius principalis Excellentissimi Domini Proregis Don Francisci Fernandez de Cordova, Folch de Cardona, & Aragon, Ducis de Sessa, Soma, & Baena, Comitis de Cabra, Magnatis inclyti, recti, pii, magnisque animi dotibus decorati. Is namque Secretarius, de culmine, ad infimum gratiæ sui Principis statum devenit, carceribusque mancipatus fuit, imputatus, quod oneris sui legalitati defecit; eius officii honores, & dignitatem pertractant Bova-

dill. *lib.* 3. *polit.* *cap.* 14. *num.* 43. Narbona *ad l.* 82. *glos.* 5. *nu.* 27. & 28. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopil.* Escalon. *lib.* 1. *gazophilac.* *cap.* 43. *num.* 1. Covarruv. *pract.* *cap.* 19. *num.* 7. Larrea *alleg.* 51. qui loquuntur de Secretario Regis, & pœnam ponunt, si falsum fecerit, vel secretum prodierit.

Delictum huius Secretarii in eo sistere ferebatur, quod traditis ipsi variis subscriptionibus Domini Ducis, vulgò *firmar en blanco la cedula, y llenarla de spues*, ad effectum ut falvos cōductus, sive *passaports* expediret, ipse in alios vsus cōvertit, licentias ad extractionem granorum elargiendo cōtra prohibitionem, & mentem Proregis.

Instruct⁹ fuit processus productione proclamatum extractionem granorum prohibentium, licentiarū post illa emisarum, & aliis adminiculis, Secretarii magnam fiduciam à Dño Duce concreditam eruentib⁹; accedebat his assertio eiusdem præcellsi Ducis sub die 11. Martii 1672. Regio Concilio transmissa, qua attestatus fuit, quas licentias concesserat per suum Secretariam.

Præter licentias, quas in assertione Princeps narravit, plures aliæ datæ, ab ipsoque subscrip-

scriptæ reperiebantur; quare his stantibus, in dubitationem venit, quam probationem Principis assertio faceret ad punitionem Secretarii.

- 6 Principis assertioni standum esse pluries apud scribentes decantatur. Don Petrus Quesada Pilo *contr. for. cap. 17. numer. 39.* vbi sermonem facit in terminis consuetudinis. Fermosin. *ad cap. 1. de caus. possess. & proprietat. q. 8. num. 3.* vbi tractat de Principe afferente causam habuisse ad omittendam citationem. Salgado *de supplicat. ad Sanct. p. 2. cap. 33. num. 52.* Pareia *de instrument. edit. tom. 2. tit. 7. resol. 9. à numer. 36. ad 60.* Castillo *de tert. tom. 7. cap. 6. num. 8. vers. in terminis,* maxime si motu proprio asserat, itidem Salgad. *de Reg. protect. par. 1. cap. 1. num. 27.* Fermosin. *in rubr. de rescript. q. 1. à nu. 20.* & *in Cap. cum à nobis 23. q. 2.* Latro *consult. 47. à nu. 66.* Barbos. *de iur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 2. num. 198.* qui admitti nolunt probationem in contrarium. Suelves *conf. 50. num. 31. lib. 2. refertissimè Reg. Cortiada decis. 3. num. 54. part. 1. & in allegatione edita de anno 1670. pro Patronatu Regio à nu. 134.* addo Nicol. Genua *de Enun. tiat. verb. lib. 2. q. 2. num. 1.* & aliis, & *q. 5. à num. 1.* Fajardo

alleg. fiscal. par. 1. q. 15. à num. 9. eruditissimum Cardin. Petrum Otthobono, multò post. hæc scripta, Pontificiam totius Ecclesiæ Sedem provectè, ac foelicissimè moderantem *dec. 122. num. 4. & 5.* vbi firmat, assertioni Papæ stari, si de facto proprio, & de actu coram se gesto testetur, probans *ex Clement. unic. de probat. Oltrado conf. 258. num. 6.* Federic. de Senis *conf. 117. num. 2.* & aliis.

7 In specie causæ criminalis, Principis assertioni, & iussioni iubentis aliquem puniri ob delictum, de quo sibi constet, licet vbi constat illam assertionem, & iussionem esse notoriè iniustam, non sit standum, nec obediendum; tamen in dubio parendum esse, & pro eius iustificatione præsumendum, docet Solorzano *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. num. 94.* & seq. id tenens in casu, quo de notorieta te iniustitiæ non paret, cum Felino, Gandino, Curtio Seniore, Cagnolo, Thoma Granamatico, Montalvo, Abbate, Bosio, Mascardo, aliisque.

8 Siquis idem pluries agitatum fuit, an vnus testis probet, si maxime sit dignitatis. Covarruv. *in cap. 33. practic. num. 3.* Valenziael. *conf. 58. num. 1.* Guzman *de evict. q. 9. & 14.* Vela *dissert.*

disert. 38. numer. 78. maximè si deponat de facto proprio. *Me-roch. de arbitr. lib. 2. conf. 99.* *Velasco consult. 73* & licet crebrior opinio sit, stari non debere vnus dicto, etsi cum iuramento prolato; nonnulli tamen casus per hos Doctores referuntur, quibus plena fides perhibetur: quanto minus ergo ambigendum erit de Principis assertione, vt ex proximè citatis Doctoribus quoque depromitur.

9 Quæ pariter procedunt in Locumt. Generali suæ Maiestatis in hoc Principatu, vt ex *Valenzuela, Quesada Pilo, Vico,* tenet *Reg. Cortiada in memorata allegatione pro Patron. Reg. numer. 137.* addo *Cancer 3. p. cap. 3. num. 61.* vbi æquiparat assertionem Regis, ac sui Locumtenentis.

10 Nota tamen, quod Doctores præcitati frequentius loquuntur de Principe, & parumper de Proregibus, quibus non concessum ipso iure censetur omne id, quod arduum, & insolitum sit, & quod solet reservari Regibus, & Principibus, vti concernens ius suæ superioritatis; quia hoc nunquam comprehenditur in mandatis iurisdictionis, etsi summè ampla, & generalia sint. *l. faminam Cod. de offic. eius, &c.*

Covarruv. lib. vnic. tit. 4. pract. num. 6. *Natta conf. 649. & 661. col. 4.* *Surd. conf. 610. ex num. 18. lib. 2. & conf. 5. lib. 1. num. 75. & seq.* *Solorzano in politic. lib. 5. cap. 13. pag. 874. vers. Pero en esto;* Insolitum autem, & satis arduum pro parte rei proclamabatur, similibus assertionibus iuari Proregum, ad criminum ultionem.

Ratio ab scribentibus eructatur; quoniam Princeps sine iusta causa tertio præiudicare non præsumitur, à cuius ore omne mendacium abhorret. *Cassiodor. lib. 4. var. cap. 27.* addentes ad *Molin. lib. 1. de primogen. cap. 8. num. 32.* plerisque acervatis, & in his etiam quæ contra ius disponit, iusta causa præsumitur. *Cevall. com. 9. 529.* *Barbos. vot. 126.*

Quibus non refragantibus, contraria sententia in proposito themate est præferenda: nam certius firmatur, quod quando Princeps non potest aliquid facere sine causa, non statuerit suæ assertioni, vt cum tertio vult præiudicium inferre. *Cancer var. 3. cap. 3. num. 75.* *Capyc. Latro decis. 190. num. 27.*

Quapropter *Quesada Pilo contr. dict. cap. 17. num. 42. & 43.* asseverat fidelitatem alicuius Civitatis probari assertionem Principis, non verò iniun-

gi fidem ei attestanti suum subditum esse rebellem; quia tunc ille præsumitur circumventus ex aliqua falsa relatione, qua instigatum, & non ex proprio motu fuisse impulsus credendum erit; idem antea voluerunt Grammatic. *decis. 15. num. 11. & 13.* Joseph. Oldrad. *de rescript. prælud. 5. num. 24.*

14 Unde non probare assertionem Principis, quando testatur sibi liquere de nonnullo scelere, punctim tenuit Capyc. *Latro decis. 190. num. 24.* latissimè hanc materiam examinat Farin. *de testib. q. 63. cap. 3.* vbi postquam constituit assertioni, seu testimonio Principis, sive fiat in scriptis, sive per litteras, plenè credi debere, eoque magis si emanet super facto proprio, imò & partim super facto alieno, & idem obtinere in narratione facti alieni coram se gesti, vbi variis ornat exemplis; deinde *num. 179.* recedit ab opinione tenentium assertioni Principis standum esse, si assereret sibi constare de notorio, & inexcusabili delicto; namque ponderat semper vrgere vtilitatem Principis, si in sua assertione de eius agatur interesse, & commodo.

15 Hæc ita Doctores disputant scisi in vota contraria; communem contra communem faten-

tur Cevallos *com. contra comm. q. 529.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 10.* Barbosa *in Cap. cum à nobis 28. num. 4. de testib. & in Clem. unic. nu. 7. de probat.* Bovadill. *in polit. lib. 5. cap. 5. num. 11.* & alii congesti per Vicecancell. Crespi *obs. 1. num. 57.*

16 Sed iuxta eiusdem Domini Vicecæcellarii sensum vbi proximè *num. 58.* non egemus totam hanc quæstionem dirimere: nam ibidem existimat standum esse assertioni Principis in concernentibus publicum gubernium, non constituto de contrario, & verosimilia asserendo, ideoque vt diiudicemus, an in casu contrarium appareat, indagandum venit, num ex subscriptione, quæ in licentiis præstitis reperiebatur, totum delictum exclusum remanserit, sicque assertionis Proregis vires fuerint ademptæ. 17 Regula est, subscribentem, omnia contenta in scriptura approbare. *l. emptor. §. Lucius ff. de pact. l. si ita stipulatus §. Chrysogon. ff. de verbor. oblig. & ibi Bartol. Angel. Jasson. Fulgos. Castrensi. Alexand. Afflict. decis. 104. num. 3.* Cravett. *conf. 73. nu. 40.* Medicis *in tract. de invent. cap. 7. nu. 57.* Caccia-lup. *de transact. q. 102. num. 15.* Tiber. Decian. *resp. 29. num. 30. vol. 2.* Anton. Gabriel *comm. concl.*

concl. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 1. & seq. Mascard. de prob. concl. 1347. per tot. ubi probat subscribentem censeri verè scribere, & perinde haberi, ac si totam scripturam conscripsisset. Cephal. conf. 272. numer. 85. Cacheran. in decis. Pedemont. 36. num. 3. Rebuff. in tract. de Chyrograph. & litt. recognit. tom. 1. Constitut. in præfat. num. 50. Ruin. conf. 22. num. 4. vol. 4. Burlatt. conf. 241. num. 2. & cōf. 39. num. 24. vol. 1. Petr. Surd. decis. 137. num. 3.

18 - Alterutrum enim sufficit ut scriptura noceat, & probet, scilicet, quod vel propria manu, vel proprio expresso nomine quis scribat, licet non subscribat, vel quod subscriptio tantum adfit, & aliena manu superior scriptura sit exsculpta. Polydor. Ripa observat. 190. nu. 2. & 3. Nicol. Genua de script. privat. lib. 1. q. 3. aliàs 4. principal. numer. 128. Gayto de credit. cap. 2. tit. 8. num. 2622. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 114. numer. 4. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 66. num. 2. Cancer var. part. 1. cap. 22. num. 26. vers. quod tamen fallit. Vela dissert. 23. à num. 18. Salgado de supp. ad Sanctis. p. 2. cap. 30. §. 1. à num. 15. cum innumeris textibus, & Doctoribus Gutierr. pract. lib. 1. q. 124. numer. 2.

19 Controvertunt autem scribentes, quid iuris sit, quando is, qui subscripsit, allegat se chyrographum antea non legisse; hoc casu subscribenti nō nocere, convenit commune Doctorum placitum, qui tamē affirmant, in dubio minimè præsumendum esse quemquam scripturam subscripsisse, absq; prævia chyrographi lectione, imò id à deducente liquido probari debere. Bartol. in l. 1. §. si quis neget nu. 11. ff. quemadmodum testam. aperiant. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 1. §. 5. n. 7. vers. sed neque erit audiendus. Cancer var. lib. 1. cap. 22. num. 3. largè Vela dissert. 25. num. 37.

20 Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 66. num. 23. variè distinguit, & inter alia observat, quod si in subscriptione nihil fuit dictum, & testes attestantur solum, quod subscribens coram ipsis non legit, sed quod secum detulit in domum, seu cubiculum, & quod statim reversus est, tunc non præsumi scripturam lectam, vel cognitam, ita referens ex Imola, sed ipse sentit multum tribuendum in hac re iudicis arbitrio, considerata scripturæ qualitate, loci distantia, temporis brevitate, & similibus.

21 Alio casu, quando non constat

Xxxx stat

- stat subscribentem vidisse scripturam, eamque legisse, nec etiā constat, quod apud se haberit, si sit vir solers, & cautus in re domestica, legisse præsumitur, & scivisse in ea descripta; secus si sit vir negligens, & parum cautus, iuxta opinionem Felini in Cap. quoniam contra num. 48. vers. limita sexto ad fin. de probat. Marsil. in rubr. Cod. de probat. num. 315. Ruin. conf. 193. num. 1. & 6. lib. 2. Paris. conf. 77. num. 26. & conf. 88. num. 34. lib. 3.
- 22 Hanc tamen sententiā nonnulli amplexi fuerunt concurrente aliqua alia coniectura, cuiusmodi sunt, si probaretur, ante subscriptionem creditorem debitori dixisse vt scriberet super vno contractu, & subscriptio appareret super alio; vel si maxima est coniunctio inter eos, & vnus de alio valdè confidit, sicut accidit inter socios; aut si dies ex alia manu scripta appareat, vel atramenti diversitas in ea adsit, vel corrasa scriptura comperiatur. Has coniecturas ex aliis hausit Menoch. de præsumpt. dict. lib. 3. præsumpt. 66. à num. 30.
- 23 Nulla ex his distinctionib⁹ casui nostro accomodatur ad inquisiti damnum, cum vlla non concurreret coniectura ex proximè expressis, neque ap-

plicabiles erant antea deductæ, quia de circumstantiis ibidem explicatis neutiquam liquebat.

Maiores intrabat dubitatio; 24 quia litteræ expeditæ supponebantur traditæ Secretario vacuæ, vulgò firmas en blanco, & indubium est, quod subscribēs in schedula vacua sibi non præiudicat, eo quod non vidit, nec legit, nec fuit informatus de his, quæ in ea scribuntur, & ita non probat talis scriptura contra scribentem. Paul. Castrens. in l. si ita stipulatus §. Chryso-gonus num. 2. ff. de verb. oblig. Jas. ibid. num. 13. Felin. in Cap. quoniam contra num. 48. de probat. Roderic. Soares in l. post rem iudicatam ampliat 2. in fin. Azevedo in l. 15. num. 9. tit. 21. lib. 4. recopilat. Rebuff. in tit. de Chyrograph. & schedul. recog. in præfat. num. 101. cum duobus seqq. Gonzal. in reg. 8. de alternat. glos. 60. num. 17. & seq. Salgado de supplic. ad Sanctis. 2. part. cap. 6. num. 38. & num. 41. 25 ponderat, quod cum Summus Pontifex tot sit occupationibus implicitus, non est credendum, nec præsumendum se legisse, & cognovisse tenorem tantarum commissionum simul ad se latorum pro apponendo annulo, in eoque præsumi ignorantiam; & alleganti noti-

tiam

tiam incumbere onus probandi, depromens ex Mascardo *de probation. concl.* 1349. à *num.* 19. qua tamen doctrina ductus, nō putes litteras Pontificias facile infringi posse.

26 Adstipulantur eidem conclusioni Vela *differt.* 25. à *n.* 36. cum Ant. Maceraten. *var. res. lib. 2. resol. 4. num. 7.* Gayto *de credit. cap. 2. tit. 8. numer. 2627.* aliquod adducit R. S. Tristany *decis.* 63. *num.* 9. vbi Senatus decisionem adfert.

27 Sed non officere hucusque dicta per Secretarium opponebatur; quia non constabat licentias, quas erat impetitus contra ordinem expediisse, fuisse in papyro vacuo expeditas; nullus enim testis identitatem scripturarum concludere poterat, neque præsens erat in illarum subscriptione, quare haberi nequebat necessaria probatio, ex vulgato principio; quod probationes in criminalibus ad effectum condemnandi reum requiruntur, non solum concludentes, sed etiam luce meridiana clariores, ut plerisque allegatis adducit Conciol. *res. crim.* 3. *tot. verbo probatio*, alios aggerat Ayllon ad Gomez *var. tom. 3. cap. 12. num.* 25.

28 Quinimò nec Princeps ipse assererat illas licentias in spe-

cie contra ordinem suum elargitas, fuisse subscriptas schedula vacua, sed tantum affirmabat quas dederat, alias de eius mandato concessas non fuisse, neutiquam explicando; sicque non procedebat regula, quod mera negativa probetur per assertionem testis de facto proprio, tametsi non coarctetur loco, & tempore, per tradita à Paciano *de probat. lib. 1. cap.* 48. Farin. *de testib. q. 65. nu.* 229. vbi de teste, qui deponit de eo, quod verisimile est sibi esse notum, quia tunc sufficit, quod dicat se fuisse præsentem, & non vidisse fieri, absq; eo, quod addat, nec poterat fieri quin ipse testis vidisset, & *conf.* 65. *num.* 24. & *conf.* 151. *num.* 18. Andreol. *contr.* 345. *num.* 3.

Neq; Princeps asseruit dumtaxat licentias, de quibus mentionem fecit dedisse, si enim vocula *dumtaxat* usus fuisset, per eam, uti taxativam, alias licentias utiq; exclusisset. Barbof. *in tract. de diction. dict.* 97. à *princip.* cum infinitis, & talis dictio concludit negationem in aliis. Cardinal. *in Clement. 1. de sequestr. poss. & fruct. & in Cap. contingit.* uti etiam Felin. *de fid. instrument.* Bartol. *in l. si quis §. cum Titio ff. de adim. legat.* Cenedo *in singul.* 18. *nu.* 3. Decian. *conf.* 29. *nu.* 45. Marius

Giurb. *conf.* 59. *à nu.* 24. & *seq.*
& *conf.* 89. *num.* 6. Salgado *de*
supplic. ad Sanctiss. 2. *par.* cap.
17. *à num.* 17.

30 Non magis contra inquisi-
tum robur sumebant probatio-
nes ex testibus deponentibus,
quod salvi conductus sibi dati
fuerant pro viatoribus, & quod
nusquam solitum fuerat, simi-
les litteras pro licentiis extra-
ctionis granorū deservire; rur-
sus neque impressas soluisse da-
ri, sed manuscriptas, negati-
vam ita coarctando, videlicet,
quod si licentiæ aliter expedi-
tæ fuissent, sciissent ipsi.

31 Nam præterquam negati-
va in his testibus contenta, est
ex illis, quæ per rerum natu-
ram directò probari non pos-
sunt. *cap.* 11. & 12. ubi Cuiac.
de probat. Barbol. *in cap.* 5. *n.* 4.
de probat. & *cap.* 23. *num.* 8. *de*
elect. Hæmosill. *in l.* 9. *glis.* 3.
num. 9. *tit.* 1. *par.* 5. *pag.* 97. Ricc.
par. 4. *collectan.* 1057. & *part.* 7.
collectan. 3100. & dicatur talis
negativa vaga, quæ est impro-
babilis, iuxta latè laudatos per
Conciol. *verb. negativa ref.* 11.

32 Adhuc attendendi non es-
sent tales testes in terminis ne-
gativæ coarctatæ loco, & tēpo-
re; quia ea debet restringi ad tē-
pus breve iudicis arbitrio iu-
dicandum, aliàs testes de illa
deponentes, non solum nō pro-

bant, sed imò videntur suspe-
cti de falsò; non enim est vero-
simile, quod testes per tam lō-
gum tempus possint negativam
concludere. Farin. Curtius iu-
nior, Tuschus, Baldus, Barbo-
sa citati per Conciol. *ref. crim.*
3. *verbo negativa.* Et convin-
citur hæc inverisimilitudo, eo
quia testes asserunt supradicta,
ex quo in Secretaria soliti erāt
residere, sed non inde inferitur,
quod cuncta scirent, quæ per
Secretarium ex officio fiebant,
cum ei incumbat secretum cu-
stodire, iuxta DD. *nu.* 1. *relatos.*

33 Eundem defectum patieba-
tur depositio alterius testis, qui
declarabat se vidisse pluriès
subscribere Proregem salvos-
conductus impressos papyro
vacuo, & quod memoratus
Prorex affirmabat se velle,
quod pro viatoribus distribue-
rētur, & se scire addebat, quod
licentiæ expeditæ pro extra-
ctione granorum manuscriptæ
præstabantur, & non impressæ,
nam si aliter fuissent datæ, ip-
se scivisset, quia in ea versa-
batur Secretaria. Vidit ne te-
stis iste omnes salvos condu-
ctus? & omni tempore, quo
subscripsit Prorex inibi existe-
bat? & omnia sciebat, quæ per
Secretarium fiebant in mune-
re? hæc itaque nec probata di-
ci poterant, nec veritati valdè
consona. Qua-

- 34 Quapropter cum de individua subscriptione Proregis in licentiis constaret, nec traditas esse vacuas in specie liqueret, neque Principis assertio alias non fuisse datas licentias præter à se expressas declararet; proculdubio remanebat in occurrenti facto, assertionem prælibatam non probare Fisci intentionem ad pœnam infligendam.
- 35 Die 7. Aprilis 1673. Dominus Prorex in scriptis notitiam dedit Regio Concilio de suæ Maiestatis decreto, sub die 21. Martii eiusdem anni edito, quod declaravit, processum contra Secretarium formatum, non fuisse instructum in Consistorio competenti; quippè cum esset Secretarius Capitanei Generalis, & Officialis belli, stipendio fruens, cognitio suarum personarum, & rerum, ad Auditorem Generalem Exercitus pertinebat, cui causam, & processum remitti extitit iniunctum; & ita conclusione facto verbo facta 16. Aprilis 1673. fuit inquisitus ille ad suum Ordinarium remissus, referente R. S. de Calderò Tertiæ Aulæ Doctore, pro R. S. de Magarola iurisperito J. R. C. Scriba Badia.
- 36 Regia resolutio iuri valdè conformis fuit, quatenus ad hoc, ut Secretarius fori privilegio gauderet, stipendiarii qualitatem attendit; quia tamen si famuli Proregis iudicentur ab Auditore Exercitus, & non possint carcerari ab aliis Officialibus, nisi in flagrante crimine reperiantur, vel si periculum sit in mora, vel si data sit prius notitia Maiordomo Proregis, ut ex Pragmatica Neapolitana refert Scialoya de for. competent. cap. 19. num. 10. & scitum sit, quod omnes famuli Proregis gaudeant omnibus privilegiis militaribus. l. 1. Cod. de silentiar. lib. 12. Reg. Rovit. dist. Pragmat. 16. num. 17. de militib. Scialoya qui proximè, ubi advertit, quod si famuli Proregis sunt in eorum Patria, & delinquent, puniuntur ab Ordinariis locorum, nisi à Prorege licentiam habuerint pro certo tēpore. l. 1. vbi Paul. de Castro, & alii, Cod. in quib. caus. militant. for. præscript. vbi non poss.
- Et licet etiam continui Proregis iudicentur in criminalibus per iudicem militare iuxta dictam Pragmaticam Neapolitanam: Cæterum Officiales deservientes in Regio Palatio apud Proregem, hoc est pro Secretario, pro Scriba Rationis, quamvis circa descriptionem militum versentur, non comprehenduntur appellatione

ne militaris stipendii, vt fuisse
decisum per Collaterale Con-
cilium testatur Reg. Capyc.
Galeota *in respons. fiscal. 1. in*
dissertat. num. 86. & ex eo Tho-
ro *in supplement. compend. de-*
cis. pag. 455. verbo officiales, se-
quitur Scialoya supra lauda-
38 tus, latè Don Sebastian Cor-
riada *en el discurso sobre la iu-*
risdicion del Capitan General
q. 22. num. 4. quo loci abundè
probat, notarios, scriptores, &
scriniarios Magistri militum,
non gaudere privilegio fori mi-
litaris, nisi reperiantur in loco
hostili, & in procinctu pericu-
lorum, sive expeditione mili-
tari, vel essent stipendiarii, pro

quo vltimo *allegat gloss. in l.*
scriniarios Cod. de testam. mi-
lit. sed idem Don Sebastian, de 39
Cortiada vult stipendiarios in
subiecta materia, & ad effectum
fruendi fori privilegio, illos
esse tantum, qui stipendium
percipiunt, & se exercent in ar-
morum vsu, vel prompti ad-
sunt pro Regis, & Regni de-
fensione, & quindecim Docto-
rum autoritate, ac vltra, suam
declarationem roborat; verun-
tamen, vt vidisti, Dominus Rex
in Secretario Proregis satis esse
voluit ad forum militarè, quod
stipendiatus foret, & Senatus
noster in eodem fuit sensu, ex
rationibus *num. 35. expressis.*

E P I G R A P H E.

Communia, & contraria de testibus, & ibi in quibus conveniant
testium examina; de differentiis inter testes, qui in offensam
ministrantur, & eos, qui in defensam recipiuntur, tam respec-
tù examinis illorum, quam quoad fidem ipsis præstandam.
Magis credi testi quandoque in offensam, quam in defensio-
nem deponenti. Extante suspicione falsitatis in teste, eum
repelli; & ob solam affectionem, ipsius fidem minui, vbi de
coniuge, qui in favorem coniugis deponit. De socio criminis,
reo in causa, à testimonio arcendo, ad interpretationem *L. om-*
nibus Cod. de testib. l. nullus ff. eodem, aliorumque iurium.

N U C L E U S.

I Testes quoad examen, & fidē
eis præstandam, in aliqui-
bus conveniunt, in aliis

differunt, respectu recep-
tionis illorum in offen-
sam, & in defensam; om-
nes

- nes tamen non turmatim, sed sigillatim sunt recipiendi.
- 2 Limita, extante consuetudine examinandi testes insimul, ut servatur de peritis.
- 3 Defensiones favorabiliores sūt causa Fisci, & ad eas probandum admittuntur testes inhabiles.
- 4 Intellige, ut testes examinati pro defensione rei, si sint inhabiles, non probēt plenē, sed faciunt indicium secundum qualitatem inhabilitatis arbitrio iudicis ad minuendam pœnam.
- 5 Uxor pro marito, & è contra, possunt in defensionem testificari.
- 6 In offensam non cogitur testificari mulier contra virū, nisi quando veritas aliter haberi non potest.
- 7 Mulier contra virum integer est testis, non verò in defensionem, propter eius affectionem.
- 8 Socius criminis in delictis exceptis facit indicium ad torturam, si concurrant adminicula; non quia cogatur deponere super infamia sua, & socii, ut testis, sed quoniam interrogatur ut reus, vel cum tortura in caput sociorum deponit.
- 9 Quæstio investigatur, an socius pro socio in defensionem produci possit.
- Æqualitas in iudiciis servanda, & non minus cōcedendum est reo, quam Fisco.
- 10 In causa sua testis nemo admittitur.
- 11 Limita in persona bone fame, quæ pluries deposuit in factō proprio cum veritate. 2. si deponens testis de factō proprio nullum habeat interesse. 3. si non agatur de exoneratione testis, & num. 12. 13. ubi, quod non probet tractans de se exonerando.
- 14 Rursus limita in causis levibus, vel stante magnitudine persone; nam tunc cum alio teste sufficientem facit probationem.
- 15 Testes de Vniversitate in causa illius, an sint testes idonei.
- 16 Indagatio de qua num. 9. in fortioribus terminis procedit; nimirum, quando socius, qui in testem ministratur, in eodem processu reperitur culpabilis ut reus.
- 17 Amor proprii commodi magnam generat falsitatis suspicionem.
- 18 Actor, & reus nemo esse valet,

- let, neque actio, & passio
in eodem subiecto con-
currere.
- Contraria simul esse non pos-
sunt, & idèd neque veri-
ficari valet in eadem per-
sona, quod testis sit, ac
reus.
- 19 Accusatoris, & testis officio
nullus fungi potest.
- 20 Iuramentum non licet petere
ab aliquo, quem timetur
falsum iuraturum, sed
nonnulli tenent contra-
rium, dummodò non ad-
sit intentio periurii, & ex
iusta causa exigatur.
- 21 In nostro Regio Concilio, reis
non defertur iuramentum
in factò proprio, & an
illi teneantur, de eo legi-
timè interrogati, verita-
tem dicere in criminali-
bus.
- 22 Eadem ratio que periurum
non facit socium de sua
infamia, & socii interro-
gatum, suadet falsum de-
positurum pro socio.
- 23 Inductus socius per socium in
testem non est admitten-
dus ob præsumptam affe-
ctionem, etsi ad deponen-
dum ministratus aggra-
tiatus fuerit, vel puni-
tus.
- 24 Socius carceratus, examinatur
à iudice ex officio, si se
culpando socios exculpat,
utique admittitur eius
probatio, quia tunc cessat
affectio.
- 25 Exculpatione socii prodest so-
cio, si se culpando illum
exculpat; non verò si in-
ducatur à socio pro eius
exculpatione, nec tale te-
stimonium tunc debet ad-
mitti.
- 26 Quando socius tractat de se
exonerando, non attendi-
tur exculpatione, etiam si
fiat in tortura.
- 27 Secundum dictum attenditur
in tortura, si reus in ea se
culpaverit; quoad socios
verò inspicitur primum
dictum ex officio emana-
tum, & non ad inductio-
nem socii, ubi ratio.
- 28 Inductio socii efficit, ut con-
socii testimonium suspen-
dum reddatur, & repelli
debeat.
- 29 Decisio Senatus.
- 30 Motivorum epilogus.
- 31 Argumenta contraria dissol-
vuntur.
- 32 Advocatus in testem non ad-
mittitur pro suo cliente.
- 33 Admittitur verò cõtra clien-
tulum eius adversario in-
stante; quia tunc cessat
præsumptio corrupti testis.
- 34 Advocatus potest deponere
contra clientem, que scit
vt

vt testis, non autem secreta illius ratione officii sibi nota revelare.

35 Limita regulam, vt Advocatus non arceatur à testimonio pro suo cliente, tribus concurrentibus, de quibus hic, vel si veritas aliter sciri non potest, & num.

36.

37 Discrimina narrantur inter examen testium in offensam, & in defensam deponentium.

38 Testis incontinenti dictum suum poterit corrigere.

39 Redditur ratio, cur formata fuerit peculiaris ista decisio.



DECISIO XXXIV.

CONVENIUNT in pluribus, & in aliquibus discordant testes, qui in offensam, & qui in defensam recipiuntur. Vtrique sigillatim singuli, non turmatim plures sunt recipiendi. Bossius in pract. tit. de opposit. contr. test. num. 88. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 29. per tot. Carena de offic. Sanct. Inq. par. 3. tit. 7. num. 62. & alii allegati per Conciol. res. crim. 3. verbo Testes quoad examen, qui-

bus addo Solorzano de iur. Indiar. to. 2. li. 1. c. 27. n. 59. & lib. 2. politic. cap. 28. fol. 235. vers. lo qual, & sequent. rationem perhibent hi Doctores; quia iste modus examinandi testes perturbam, præbet modum falsitatis committendis, quia vnus alium instruit; falsitates autem, tam in defensionibus, quam in offensoriis testibus, sunt vitandæ, ex adductis decis. 9. num. 46.

A quibus, & aliis Doctoribus per Conciolum allegatis, limitatur prædicta conclusio, vt non habeat locum, vbi viget consuetudo in contrarium examinandi testes insimul, & turmatim; quæ observatur apud nos in peritis, qui in relatione fienda concurrunt, vt cõsulto apud eos negotio perfectius, ac certius adstruatur.

Defensiones favorabiliores esse diximus prædicta decis. 9. causa Fiscii, & inter alios effectus istius favoris, ille solet communiter expendi, quod ad probandam defensionem admittantur etiam testes inhabiles. Grammat. decis. 24. nu. 16. Bossius in pract. tit. de indic. num. 15. Clar. in pract. §. fin. q. 24. vers. Item scias. Honded. conf. 87. num. 36. lib. 2. Farinac. conf. 39. nu. 16. Guazzin def. 29. c. 3. n. 8. vers. licet cū plurib. seqq.

Yyyy Hæc

- 4 Hæc tamen sunt intelligenda ita, quod testes inhabiles, etiam examinati pro defensione rei non probent plenè, sed faciant indicium secundum qualitatem inhabilitatis, & negotii arbitrio iudicis, & ad hoc ut mitior pena imponatur. *Clar. in pract. q. 24. nu. 20. vers. Item scias. Mascard. de probat. concl. 905. & 1359. videndi Menoch. de arbitr. cas. 587. Tusch. litt. T. concl. 209. ex num. 25.*
- 5 Aded prædicta vera sunt, ut vxor pro marito, & è contra, possint in defensionem testificari. *Jass. in l. sed et si quis 4. num. 5. ff. si quis caution. Gabriel com. concl. de testibus concl. 16. num. 8. Mascard. de probat. concl. 1420. num. 14. Bertazol conf. 33. nu. 23. lib. 1. refert, & sequitur Farin. q. 54. num. 228. & conf. 172. num. 19. lib. 2. & fuit admessa vxor pro defensione viri per nostrum Regium Concilium in causa de qua meminimus *decis. 9. nu. 58.**
- 6 In offensam verò, mulier contra virum non cogitur testificari, propter reverentiam, quam debet viro, & quia ambo sunt vna caro. *Gigas. Ant. Gomez, Mascard. Farinac. & Carena citati per Conciol. cum aliis resol. crim. 7. verbo testis quoad personas num. 1. qui limitant, quando veritas aliter haberi non potest;*

quia tunc vxor compellitur ad se examinandum contra virum. *Scaccia de iudic. lib. 2. c. 10. n. 91.*

Differentia tamen notoria in his consideratur: nam si mulier in offensam deponat, integer testis erit, non verò in defensionem, & ratio est evidens; quoniam quando in defensionem deponit, viget suspicio magnæ affectionis, quæ inter coniuges intercedit, & fidem mulieris in favorem viri minuit. *l. etiam 2. & ibi glos. Cynac alii scribentes Cod. de testib. Grammatic. decis. 45. num. 13. & decis. 73. num. 19. Gabriel com. concl. de testib. concl. 16. num. 1. & seq. Mascard. de probat. concl. 1420. num. 1. & seq. lib. 3. Farin. de testib. q. 54. num. 216. & seq. Carena de offic. Sanct. Inquis. part. 3. tit. 5. num. 17. quæ ratio non militat, quando in offensam testificatur, & ita non semel vidi deposuisse vxores contra viros citatas, & examinatas in casibus à iure permissis, & pro idoneis testibus habitas fuisse per Senatum; pro quo discrimine revocanda sunt in memoriam, quæ sæpissimè attulimus de verisimilitudine in testibus attendenda. *decis. 28. numer. 1. & intentum iuvando perpendimus decis. 26. num. 42. in fin. & his concinunt infra num. 32. subnectenda de testimonio Advocati.**

Idem

8 Idem accidit in socio criminis; is namque in delictis exceptis indicium facit ad torturam, si concurrant adminicula. *Clar. in pract. §. fin. quæst. 21. vers. sed quid in criminibus exceptis. Decian. consil. 18. num. 64 & seq. lib. 1. Honded. cons. 100. num. 4. lib. 1. & cons. 93. num. 37. lib. 2. Farin. de indic. & tortur. q. 93. num. 145. addo Diana to. 5. traët. 11. resol. 7. & seq. Cyriac. contr. 488. Matthæu de re crim. contr. 2. à numer. 32. Jul. Capon. discept. tom. 3. disc. 137. Carena de offic. Sanct. Inquis. p. 3. tit. 10. num. 37. vbi varia ponunt adminicula, de quo passim exemplaria occurrunt in Regio Cōcilio, non quia socius cogatur contra socium testis esse simpliciter, ex his quæ diximus decis. 31. num. 38. de non compellendo teste ad respondendum super propria infamia, seu turpitudine; annexæ autē sunt turpitudines sociorum, sicque contra alium deponendo suam quoque detegeret infamiam, sed quia vt reus quoad se, & testis respectu aliorum recipitur, & vel tunc deponit, se, & socium culpando, vel in tortura in caput sociorum declarat, vt præmonuimus d. dec. 31. n. 43. & infra reassumemus à num. 22.*

9 Inquiri autem oportet ex professo, dum hucusque bre-

viter, sed cum claritate prouimus, an socius criminis in defensionem socii produci possit. Videbatur affirmativè respondendum; quia æqualitas in iudiciis est servanda, vt firmavimus supra decis. 13. num. 6. enuntiavimus autem num. precedenti, socium criminis contra socium recipi posse; multò ergo melius id in favorem socii prædicandum erit.

Quinimò defensionis causa, vt præcimus num. 3. longè favorabilior est causa Fisci; igitur sicut Fisco permittitur socium contra socium ministrare, hoc ipsum concedendum erit reo.

Contraria tamen sententia sequenda omninò est, quia testis in sua causa nemo admittitur. *Cap. 6. 12. 22. 24. 39. 44. 51. de testib. caus. 3. q. 5. caus. 14. q. 2. l. omnibus Cod. de testib. l. nullus ff. eodem Covarruv. pract. cap. 18. num. 4. Gomez lib. 3. var. cap. 9. num. 1. Barbof. in cap. 5. num. 5. vbi etiam Vargas de probat. Riccius par. 3. collect. 55. & p. 4. collect. 1147. Tiraquell. in tit. res inter alios acta, vers. hæc limitatio, & seqq. Sanchez lib. 6. consil. cap. 5. dub. 18. Farin. in prax. tom. 2. de testib. q. 60.*

Huius verò regulæ varias limitationes coniunxit Riccius par. 4. collect. 1147. ad interpre-

rationem *l. omnibus Cod. de testib.* primò in persona bonæ conditionis, & famæ, quæ pluries deposuit in factò proprio, & semper reperta fuit in ea veritas, quam intelligentiam etiã probavit *Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neapolit. 133.*

12 Alia limitatio est, ut testis de factò proprio admittatur in negotio, in quo nullum interesse habet. *Farin. decis. 354.* ubi loquitur de teste mediato- re venditionis, qui tamen ex victoria causæ nullum commodum, vel incommodum reportare potest, & hæc limitatio est valde rationi consona; quia ut prædiximus *decisione antecedenti* testis in factò proprio magis probat, quando de eius non agitur interesse.

13 Tertia limitatio traditur in casu, quo non inquiritur de exoneratione testis, nam tunc depositio in factò proprio admittitur. *Riccus qui sup. par. 4. collect. 1147.* sicut è contra, non probat, qui de se exonorando pertractat. *Farin. d. q. 60. nu. 18. Thoro lib. 1. vot. 17. num. 25. & lib. 2. vot. 7. nu. 11. Prat. respons. 2. num. 102. & respons. 15. nu. 66. Censal. decis. Rot. Lucens. 29. num. 27. Giurb. consil. 64. nu. 2.*
11 *Noguerol allegat. 26. num. 64. & post eos Maiorana in Oproprax. crimin. cap. 6. num. 87. & dicetur infra n. 26.*

14 Magis propriam autem limitationem proponit Sanchez loco citato, excipiens aliquos casus, in quibus admittitur aliquis in causa propria; scilicet quando tales circumstantiæ concurrunt, ut esse causam propriam non minuat notabiliter probabilitatem testimonii, vel propter levitatem causæ, vel propter magnitudinem personæ, & perhibet exemplum in homine magnæ virtutis mutante pecunias; nam posse, opinatur, talem testem cum alio legitimo facere sufficientem probationem de mutuo: & hæc est vera indagatio nostra; non enim quærimus tantum testes de factò proprio, sed de causa propria; in qua scilicet versatur interesse testimonium proferentis.

15 Non immoror in aliis limitationibus referendis, quas præallegati Doctores examinant, neque in perscrutando tempus tero, an in causa communitatis, incolæ illius, testes sint idonei, de qua re *Bovadilla lib. 3. politic. cap. 8. à nu. 96. Riccius par. 5. collect. 1859. Noguerol allegat. 26. Escobar de purit. q. 11. §. 1. à num. 37. part. 1. Menoch. lib. 2. de arbitr. cas. 100. Giurb. de feud. §. 2. glos. 13. nu. 74. Jul. Capon. tom. 1. discip. 55. Nos ad Peguer. pract. civil.*

vil. rubr. 20. numer. 29.

16 Adhuc in fortioribus terminis nostra sistit quaestio; non enim solum tractamus de socio propter interesse, quod habet in causa examinando, vel removendo, sed indaginē disquirimus, quoties iudicium criminale pendet contra ambos socios, & non posse admitti tunc socium in defensionem socii firmiter propugno.

17 Qua in disputatione, circa discutendam magis genuinam rationem meus versabitur conatus; aliqui eam generaliter praebent, quoniam amor proprii commodi generat magnā falsitatis suspicionem, & hanc ponderat Sanchez *tom. 2. consil. moral. lib. 6. cap. 5. dub. 18.* quibus adde, quae supra *decis. 4. num. 138.* disseruimus, obeccari homines quando agitur de interesse proprio.

18 Aliam rationem intento nostro magis peculiarem perpendit Farin. iam citatus *quaest. 60. num. 2.* ob quam, testē in causa propria, nedum non probare, sed neque examinari debere tueretur, scilicet, quia actor, & reus nemo esse valet, cū actio, & passio in eodem subiecto concurrere non possint, nam nemo sibi imperare potest. *l. penult. ff. de recept. arbitr. Xamar de offic. iud. par. 1. q. 14. nu. 6.*

at si quis testis in causa propria admitteretur, ageret, & obediret, cum testes recipi curaret, quae iudiciario ordini sunt dissentanea, & idem procedit quando quis est reus, adfuit enim in iudicio actor, reus, & testis, & duo ministeria ex his in vno subiecto nequeunt reperiri; nam contrarietatem etiam induceret, quod quis, & rei, & testis munere fungeretur, respectu sui in defensionem interveniens, quippè seipsum in testem ministrando, videretur alius, & idem, quae inter se pugnant; at contraria simul esse non possunt. Riccius *par. 7. collectan. 2638. & 2806.* Rojas *de incopatibilit. part. 1. cap. 1. & cap. 4. num. 44.*

19 Utraque ratione egemus ad nostrum institutum, propter hanc ultimam rationem, accusatoris, & testis officio nemo fungi potest. Vulpell. *conf. 94. num. 4. 5.* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 73. num. 2.* Mascard. *de probat. concl. 26. nu. 1. lib. 1. & concl. 1357. Cytiacon. 486. num. 10. & sequent.*

20 Primum verò desuper propositum fundamentum fulcitur alia ratione; quoniam non licet petere iuramentum ab aliquo, quando iuste timeo illum falsum iuraturum, provt ex Divo Thoma docet Sylvius

*in 2.2. q.98. art.4. concl.2. red-
dens rationem, quia veritas per
eiusmodi iuramentum exer-
titur, vel obscuratur; quare
hanc opinionem sequuti fuere
Ricardus, Turrecremata, & alii
citati per Suarez tom.2. de Re-
lig. lib.3. de iurament. cap.15. nu.
10. Sotus de iust. lib.8. quæst.2.
art. 14. Vazquez opusc. de scan-
dal. quæst.43. art.8. Basil. Pont.
de matrim. lib.3. cap. 18. §. 8.
num.57. licet ab hac opinione
recedat cum Suarez Dianaresf.
moral. p.5. tit.7. ref.9. dummo-
dò iuramentum non petatur,
vt reus falsum iuret, & adsit
iusta causa illud petendi, velu-
ti necessitas aliqua, aut utili-
tas.*

²¹ Qua ratione morum nostrū
Concilium Regium, iuramen-
tum reis non defert in facto
proprio, sed vti testibus quoad
alios, & ita evitatur quæstio,
an reus legitimè interrogatus,
teneatur veritatem dicere in
causis criminalibus, in qua af-
firmativè respondent Peguera
in prax. crimin. cap.12. §.5. n.14.
Farin. q.37. nu.176. Paz *in prax.*
tom.1. par.5. cap.3. §.4. ex num.8.
videndi autem citati pro con-
traria sententia per Sayro *in*
clau. Reg. lib.12. cap.16. num.1.
Lessius *de iust. & iur. lib.2. cap.*
31. dub.1. num.12. Bonacin. *tom.2.*
disp.10. q.3. punct.2. num.6. late

Sanchez in consil. moralib. 2. p.
lib.6. cap.3. dub.29. & in summa
lib.3. cap.7.

²² Si enim, vt præmisimus su-
pra num. 8. reus interrogatus
de propria infamia, seu turpi-
tudine, respondeat non tene-
tur, nec cogi potest, nec peri-
urus fit negando; nullo modo
erit recipiendum illius dictum,
per quod obligationi iuramen-
ti non obstringitur; & si ille co-
gi non potest ex hac ratione, ne
se prodat ad testificandum, ex
eadem causa, ne veritatem obū-
bret admittendus non erit in
testem; eadem enim ratio, quæ
periurum ipsum non facit, ne-
gando crimen commune inter
se, & socium, suadet etiam, vt
quidquid deponeret in favo-
rem socii, protinus à veritate
alienum esset.

²³ Confirmat hæc Farinac. *de*
indic. & tortur. q.43. numer.12.
vbi concludit, quod si inquisi-
tus de aliquo delicto à pluri-
bus commissio, vellet ad sui fa-
vorem inducere in testem vnū,
vel plures ex illis, qui suppo-
nantur in rixa intervenisse, ad
hoc vt deponerent inquisitum
in ea rixa non intervenisse, non
debere tales testes recipi, quod
posse evenire considerat, quan-
do de eo delicto socii criminis
fuerunt aggratiati, vel si con-
demnati pœnam solverint; hæc

ita-

itaque in specie, non esse recipiendos in testes firmiter putat. & si recipiantur, eis credi non debere propter præsumptam affectionem.

24 Agnoscit differentiam Farinac. inter casum proximè expressum, & cum quo illi reperiuntur carcerati, & à iudice in fortis Curia examinantur pro eruenda veritate, & de se confessi, negant alios intervenisse; namque asserit, quod tunc non sunt testes induiti, sed uti rei ex iudicis officio, vel accusatoris instantiam examinati, & eo casu, si reus fateatur sine tortura de se, alios exculpando, utique est dicendum, quod charitas, & affectio non est causa inculpationis suæ, & exculpationis alterius, sed veritatis vis, ac evidentia; magis enim affectio erga se ipsum esset pro exculpatione, quam erga aliū; cuius argumenti efficacia non minus procedit, si in tortura confessio de se, & exculpatio de aliis profereretur.

25 Ad hunc sensum perduxit Farinac. foedere distinctionis, conciliando Doctores affirmantes exculpationem socii criminis socio prodesse, prout tenuerunt Mascard. *de probat. concl.* 1135. num. 4. & num. 15. lib. 3. Osasch. *de indic. & tortur.* §. *oblatum iudic.* num. 19. Guazzin

defens. 33. cap. 14. nu. 11. *vers. imò si ipsi,* & alii cumulati à Conciol. *res. crim.* 2. num. 1. *verbo exculpatio socii criminis,* ut vera sint hæc, quando ille se culpando, socium exculpat; contraria autem opinio Menochii, & aliorum congestorum per Farinacium, & Conciolum ubi proximè, volentium socio exculpanti socium non esse credendum, nec admittendum eius testimonium, procedat, quando inducitur in testem per socium ad eius defensionem.

Duo ergo ex his inferas; 26 prius scilicet exculpationem non attendi, neque prodesse, cum quis tractat de se exonerando, ut etiam in simili advertimus *decis.* 31. num. 34. de teste qui deponit de facto proprio extra torturam, fatendo de se, & sociis, & in tortura utrosque, se, & alios exculpat; nocet enim ei primum dictum quo ad se, quia talis revocatio fuit emissa in sui exonerationem, & tunc prima depositio utrique est damnosa.

Si verò extra tormenta non 27 se culpaverit, neque socios suos, & in tortura, tam suum, quam alienum delictum prodierit, quoad se creditur secundæ depositioni, cum in ea non se exoneraverit; quoad socios verò attenditur primum dictum, cum talis exculpatio

fa-

facta fuerit ex officio, non minitrato socio per socium ad sui defensionem, & cum factum iudicis omninò intercedat, cessat prorsus timor subornationis, vt *decis.* 31. percurrimus.

28 Subinferes secundo, quod induci in testem socium à socio efficit, vt eius testimonium repelli debeat; quia tunc consideratur affectio in socio propter prædictam inductionem; non enim tunc militat ratio, quæ in alio casu concipitur, cessante inductione socii rei, vt tunc præsumatur alter socius veritatem dicturus se culpando, quo præcipuo fundamento, & non aliter ipsi fides tribuitur; imò exculpaturum testem falso socium sua affectione, coniecturatur.

29 Iste casus disputandus venit in Regio Criminali Concilio, in causa Hyacinthi N. impetiti de nece animo deliberato patrata; obtulit enim hic reus articulos 15. Julii 1688. & in eis deduxit, provocatum graviter fuisse ab interfecto, ac in testem ministrare intendit Joannem Raphaelem N. & cum cum non recipi enixè elaborassem, fuit in Regio Concilio punctum maturè discussum, & conclusum die 17. memorati mensis Julii, quod dictus Joannes Raphael N. non admitteretur,

neque reciperetur in testem super prælibatis articulis, ea ratione; quia in processu contradictum Hyacinthum N. formato, reperiebatur vt socius criminis diffamatus de eodem delicto, de quo prædictus Hyacinthus erat imputatus, & ambo rei existebant capti in Regiis carceribus præsentis Civitatis ob prædictum crimen, sicque deponeret dictus Joannes Raphael N. in sui exonerationem, & in causa propria, si eius testimonium admitteretur, & præberetur ansa ad periurium committendum. Relator R.S. de Rius & Bruniquer. Scriba Famada.

Vides omnes rationes supra adductas à Senatu approbatas; nimirum nimiam affectionem in causa, contrarietatem, quod in eodem iudicio quis testis sit atque reus, periculum periurii, agere testem de se exonorando, & à socio inductum nullam probationem facturum, imò suspitione falsitatis excludi.

Quibus ita constitutis, non obstant, quæ supra *num.* 9. de æqualitate in iudiciis servanda, & favore defensionum præferendo annectimus; nam socium criminis ad exculpandum socium admitti non negamus, eiusque exculpationem prodesse socio, cessante tamen

periculo subornationis, & suspitione falsitatis, prout Doctores allati *nu. 24. & 25.* examinant, & in nostro casu res clarior est propter incompatibilitatem testis, & rei, ut præ-nuntiavimus, quapropter rectè fuit reiectus testis, qui examinatus non prodesset, ex his, quæ stabilivimus *decis. 27. nu. 67.*

32 Nec novum est, quod testis non admittatur in defensam alicuius, benè verò cōtra eum, veluti de Advocato fusè dilucidat Fontan. *decis. 189. tota*, vbi docet, quod clientulo non permittitur ministrare pro se suum Advocatum in testem, ea ratione adducta ab Imperatore *in l. fin. in fin. Cod. de Assessorib.* ibi: *Ne affectionis suæ, vel advectionis memor, incorrupti iudicis non possit nomen præferre.*

33 Potest verò ab adversario Advocatus perhiberi in testem contra eius clientulum, quia respectu adversarii talis clientis nulla consideratur affectio, nec concurrat præsumptio corrupti testis, & idè cessat prohibitio. Fontanella *dict. decis. 189. num. 4.* Ann. Robert. *rer. iudicat. lib. 2. cap. 19. circa fin. vers. quod autem.* Caball. *res. crimin. cas. 159. tom. 1.* Guid. Pap. *decis. 45.* Mastrills *decis. 151. num. 40.*

Castillo *decis. 92.* Giurb. *decis. 95.* Surdus *decis. 190.* qui varias suorum Senatum decisiones suggerunt, & Fontan. *d. decis. 189. num. 7.* à nostro etiam Senatu decisum tradit, addo de materia Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 5. nu. 25.* Pareia *de instrum. edit. tit. 6. resol. 3. à num. 15.* Ricc. *p. 1. collect. 232. & part. 6. collect. 2225.*

Limitant tamen hæc præallegati Doctores, ut Advocatus contra suum clientulum possit testificari, quæ sciet, ut testis, non autem secreta ei aperta ratione sui officii pandere, cui distinctioni quoque annuit Xammar *de offic. iud. par. 2. q. 4. num. 52.* qui sublimitat in casibus privilegiatis per eum alibi expressis.

34 Regulam autem principalem de arcendis Advocatis à ferendis testimoniis pro clientibus suis, limitant Farinac. *de testib. q. 60. num. 194.* Costa *de remed. subsid. remed. 70. num. 5.* Carena *resol. 52. num. 4. vers. non obstante*, & aliqui ex præcitatatis Doctores ita, scilicet quod admittendi sint Advocati in testes pro cliente tribus cōcurrentibus, videlicet, quod Advocati sint bonæ vocis, & famæ, ditiores partibus, & quod tractetur de modica summa; his namque verificatis præ-

Zzzz sump-

sumptio affectionis eliditur, per quam repellendi advocati essent.

36 Noscas denique cum Farin. à numer. 188. ex aliis firmanti, quod ubi veritas aliter probari non potest, in subsidium, Advocati testimonium recipitur pro suo cliente; sufficit tamen casum proposuisse ad institutum, in quo testis ad defensam repellitur, admittitur tamen, ac probat in offensam.

37 Alia sunt discrimina etiam circa examen; quia testes in offensam cognitos esse annotatur per Actuarium causæ in principio depositionis, ipsique subscribunt, veluti *decis.* 31. observavimus: Hæc tamen solemnitates testibus in defensam deponentibus remissæ sunt, ut reorum magis favor dignoscat; solum enim testibus depositiones leguntur coram Relatore, ut omnia legaliùs, & rectiùs agantur, nihilque detrahatur, vel addatur defensionis rei, lecta tota depositione testi, eoque in ipsa perseverante:

38 Hæc ita servantur, quia

testi in continentidictum suum, corrigere permittitur, eisque adhibetur fides, quæ ultimo deposuerit. Sanchez *de matrimon. lib. 2. disput. 45. num. 6.* Gregor. Lopez *in l. 30. glos. 2. tit. 16. part. 3.* Cyriac. *controv. 250. num. 32.* Buccaron. *de different. inter iudic. civil. & crimin. diff. 88. num. 7. & diff. 98. num. 18.* Bossius *in praxi tit. de public. process. num. 28.* Didac. Perez *in l. 1. glos. 13. tit. 4. lib. 3. ordinament.* Farinac. *de testib. quest. 66. num. 227.* qui hanc materiam arbitrariam relinquunt iudici; is enim spectare tenetur, an verosimilis sit correctio, an testis potuerit partem alloqui, an talis sit persona, ut suspicari non possit, quod pecunia fuerit corrupta.

Alia relinquo per antiquos, 39 & modernos accuratè peracta; solum enim mens fuit nonnulla indigentia claritate producere, quæ hic exposui, quamvis in antecedenti decisione intexenda spondissem *decis.* 28. *num. 30.* quippè duabus decisionibus lucidius rem perlustrandam putavi.

EPIGRAPHE.

De probationibus homicidii voluntarii, & de his, quæ ad animum deliberatum ex intervallo præcedentem flagitium desiderantur; quænam calor iracundiæ ad proditionem à nece dimovendam iure præscribatur. Pleræque coniecturæ præmeditationis cumulantur, ante facinus, in eo, & postea emergentes, ubi de armorum præparatione, associatione, affectatione loci eremi, perquisitione occisi, provocatione verborum, securitate efficta, rixæ deficientia, & conatu, interfecti indefensione, qualitate iactus, ac vulnerum, & aliis; necnon de aliquibus coniecturis sedatum prævium consilium dissuadentibus. De cognitione semiplena, ac plenè deliberata, deque virtuali deliberatione, ad detectionem doli, ac culpæ, homicidii omninò voluntarii, aut aliquatenus, & ad alia genera necium, aliosque fines, de quibus in nucleo, reservationes.

N U C L E V S.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Casus usque ad num. 3.</p> <p>4 Auctoris animus, & iudicium circa genus homicidii propositi.</p> <p>5 Iustus dolor, homicidium non dolo commissum, facit, idest prorsus absque ulla causa excusabili, sed ex fervessentia ira, qua magna debet esse, & nu. 10.</p> <p>6 Arbitrio iudicis relinquitur iudicare, qua ira mentis alienationem inducat, & quando calore illius facta, absque intentione agentis gesta dicantur, remissivè & num. 61.</p> | <p>7 Rixa in casu intervenisse censebatur propter contentionem ortam inter aggressum, & aggressores.</p> <p>8 Contrarium eruclatur ex facti circumstantiis.</p> <p>9 Proditorium homicidium censetur, quando nulla interveniente provocatione rixæ, securè quis occidit, nihil tale præcaventem, aut se defendere valentem, amicitie, vel inimicitie causa neutiquam considerata. Ira iusta nò compatitur cum levitate causa.</p> <p>10 Calore iracundiæ commissum</p> |
|---|--|

- homicidium, simplex dicitur, & dolosum, utpote animo occidendi ex improviso orto sequutum; sed non animo deliberato ex intervallo interveniente.
- 11 Voluntarium homicidium absque causa precedente, id est ira, vel provocatione perpetratur.
- 12 Dolo executioni deducitur homicidium voluntarium, sed nullis circumstantiis ipsam minuentibus, seu aggravantibus; & qualiter homicidia appensata, voluntaria, & rixosa deliberationem, & animum occidendi exigant.
- 13 Argumētum à sufficienti partium numeratione approbatum; vide num. 62.
- 14 Animus delicta distinguit, & dolus in dubio homicida tribuitur.
- 15 Ratio traditur, cur Senatus in casu coniecturas animi deliberati perquisierit.
- 16 Armorum preparatio animi deliberati est argumētum.
- 17 Invadens pugione armatum aliis armis à premeditatione non fit immunis.
- 18 Associatio, tametsi duorum tantum sit, deliberatum animum demonstrat.
- 19 Ut hoc indicium elidatur, solitam fuisse associationem per reum est probandum.
- 20 In eremo si sita sit domus patris delicti, occultum facinus dicitur, exurgitque animi deliberati coniectura.
- 21 Locus publicus pro animi deliberati exclusione à nonnullis expenditur.
- 22 Ab aliis pro coniectura inclusiva affertur; sed rationibus pro utraque parte examinatis, loci deserti affectatio indicium prebet.
- 23 Perquirere occisum, seu eius iter, animum deliberatum indicat.
- 24 De argumento à maiori parte rationis, seu per comprehensionem, & non in vim extensionis.
- 25 Provocans verbis iniuriosis alium, premeditatum animum ostendit.
- 26 Previdens periculum, & securitatem pallians, ac promittens, prævium, ac prævium detegit consilium, firmaturque coniectura malè postea sequuto effectu, ubi de artificiosa cautela, & simulationibus, & nu. 27.
- 28 Deficiente vera rixa, cedes animo deliberato inflicta presumitur.
- 29 Rixa procurata, seu affectata, coniecturam inducit animi

- mi deliberati.
- 30 *Vinctum, & inermem occidere premeditatione eruit.*
- 31 *Coniicitur deliberatio ex iactu à tergo.*
- 32 *Depromitur etiam si vulnera sint lethalia.*
- 33 *Verba que contra vulneratum prorumpuntur ad eum extinguendum tendentia, appensatum scelus evincunt.*
- 34 *Infertur queque ex mendaciis in substantialibus, associatione reorum post maleficio, fuga insultantis in continenti post delictum, & num. 35. 36.*
- 37 *Non est immorandum in disquirendo quot sufficiant coniectura, ut animus deliberatus probetur, sed inspicere debet earum vicissitudinaria colligatio, ut mens convincatur.*
- 38 *Prima coniectura refertur animi deliberati exclusiva.*
- 39 *Defensio amici, socii, & domini, si reperiantur constituti in periculo vite, à iure permittitur, sicut occidere illorum aggressorem, dummodo non excedatur moderamen inculpate tutelæ.*
- 40 *Contra eum qui obviare potuit delicto, & neglexit,*
- indiciu oritur, & banus animus è cõtra in eo conicitur, qui scelus evitare conatur.*
- 41 *Diligentia facti in specie presentis effecta, & dolo plene notantur.*
- 42 *Secunda coniectura exclusiva traditur, & dissolvitur.*
- 43 *Si maleficio tempore diurno contingat, presumpcio intrat animum deliberatum submovens.*
- 44 *Idem dicas si vigent bona fama inquisiti.*
- 45 *Alie coniectura reo favorabiles recitantur, earumque debilitas promitur.*
- 46 *Confirmans Regia sententia enarratur.*
- 47 *De cognitione semiplena, seu semideliberata, & plene deliberata, & ibidem de differentiis advertentiæ.*
- 48 *Virtualis deliberatio, & voluntariu interpretativu.*
- 49 *Peccatum ex ignorantia, vel inadvertentiâ supponit advertentiâ quoad obligationem in causa.*
- 50 *Voluntarium proprie dictum, aliud est perfectum, aliud imperfectum.*
- 51 *Culpa dividitur in theologicam, & iuridicam, & ista quadruplex est, latissima, latior, levis, & levissima.*

- 52 Dolus iuridicus potest contingere cum peccato mortali, & quoad que cum veniali; illud autem non committitur nisi cum plena advertentia.
- 53 Culpa levis, & levissima iuridica potest aliquando esse peccatum mortale.
- 54 Obligatio restituendi ob lesionem accidit ex sola culpa levi, vel levissima iuridica.
- 55 Stante advertentia tantum semiplena, etiamsi materia gravissima sit, solum venialiter peccatur.
- 56 Illatio ex predictis, non esse incompatibilia dari dolum iuridicum absque peccato mortali, & ita non cum plena advertentia, & illud interdum incurri ex sola culpa levi, seu levissima.
- 57 Notarius puniri non potest absque omni dolo, nec sine culpa cuiusque doli egena.
- 58 Cap. 1. de homicid. distinct. 50. Concil. Trident. de reformat. sess. 14. cap. 7. enodatur, ubi quando contrahatur irregularitas ex homicidio iniusto directè voluntario.
- 59 In nuper expressam irregularitatem iuxta aliquorum opinionem, incurrit is, qui inopinatè in rixa repentina hominem occidit.
- 60 Quamvis subito ira suboritur, potest quis liberè, spontaneè, & voluntariè mortem alterius velle, si ab alio invasus non esset, sed solum vi, aut alia iniuria provocatus.
- 61 Ira que levis sit arbitrio iudicis relinquatur.
- 62 Casuale homicidium duplex, unum omninò involuntarium, & aliud mixtum ex voluntario, & involuntario.
- 63 Excedens moderamen inculpatæ tutelæ, cum dolo, & ex proposito, videlicet id advertens, fit irregularis; secus si præter intentionem, & per accidens id contingat.
- 64 Conclusiones inferendæ; voluntariè quandoque delinqui in nece rixa præcedente commissa, & in casuali; nonnunquã partim voluntarium seclus reperiri, sicut in excedente moderamen inculpatæ tutelæ, dolum.
- 65 Doctores de percussione emanante ex instinctu naturali, questiones ex professo non tractantes, hand sunt attendendi.
- 66 An Magistratus ius dicentes

ex sola ignorantia, & ci-
tra dolum, vel latam cul-
pam dolum trahentem syn-
dicari valeant remissivè.

67 Regii Senatores, qualiter
exēpti sint à foro ordian-
riorum, & Proregis, ac su-
bici, privativè ad quos-
cūque, Domino nostro Re-
gis deque constantia pro
veritatis elucidatione ab
illis servanda, & nu. 68.
usque ad finem.



DECISIO XXXV.

HYACINTHVS N.
aliàs Merla tegula-
rius, vulgò Rafoler,
in Villa Callidarū
de Mōteboyino ac-
cola, de nece delatus fuit per
eum vna cum alio perpetrata
iactu instrumenti manualis lō-
gioris mensuræ, vulgò *xispa*
llarga, die 26. Februar. 1688,
circa horam septimā ante me-
ridiem extra, & propè portam
clausuræ, vulgò *Barri* domus,
seu mansi *Palau*, siti in termi-
no de Sentmenat, in personam
Ioannis Pallola Mōroses Fran-
cigenæ habitatoris dictæ do-
mus, seu mansi.

2 De hac causa loquuti fuimus
ad aliud propositum præcedē-

ti decisione; testes offensivi ita
casum narrabant: viderunt il-
li venientes aggressores è Lo-
co de Sentmenat Hyacintham
N. & eius socium Raphaclem
Ioannem N. ambos armatos
sclopetis antedictæ longioris
mensuræ, eosque dispexerunt
pervenisse propè portam clau-
suræ prædictæ domus, seu man-
si *Palau*, & ibi inventis duo-
bus hominibus, cum eis col-
loquuti fuerunt, & inter alia
sciscitavit Hyacinthus, an Ioan-
nes esset intus domum *Palau*,
& responsum fuit adesse, &
cum amplius curaret, vt al-
ter ex memoratis hominibus
eum exire instaret, recusantem
audivit, eoquia vocatus à Hy-
acinto compareret utique illes
tunc Hyacinthus instrumen-
tum ignearium in medio bra-
chii apposuit, & accesserunt
præmissi aggressores magis ad
portam clausuræ prælibatæ do-
mus, seu mansi vbi moram fe-
cerunt, & socius Hyacinti,
Ioannem Pallola Monroses vo-
cavit vt egrederetur, eum ne
timeret monens, Ioannes res-
pondit, se pavorem non habe-
re, & paulò post egressus fuit
extra atrium prædictæ domus,
etiam instrumentum manuale
longioris mensuræ deferens, ad
ianuam clausuræ supra expres-
si mansi pervenit, & paulatim
man-

mansit in limine illius; ipso ibi existente, & adstantibus Hyacintho, atque socio extra ianuam, Ioannes ad Hyacinthum, & socium profectus fuit, & statim atque ad eos proximus advenit, Hyacinthus in Ioannem prorupit: scelestus, quis te docuit sudores meos vendere? quare tegulas vendidisti! Ioannes respondit, quia suæ erant, & illicò idem Ioannes parieti adhæsit ad latus portæ clausuræ, sive *Barri*, taliter quod tunc aggressus, aggressoresve extra clausuram præhabitæ domus reperiebantur, & statim Hyacinthus dixit Ioanni: Fræcigena, vulgò *Gavaig*, quomodo te ponis? & illicò post hæc prolata verba, per duos, vel tres gressus retrocedendo, paravit instrumentum igniferum, vulgò *algà las barras à la escopeta*, quod manibus gestabat, & mox socius Hyacinthi vna ex suis manibus brachium accepit Ioanni, illud scilicet quo instrumentum longioris mensuræ deferebat versus cælum aspiciens, & colluctantib⁹ ambobus, Ioanne scilicet cum socio Hyacinthi vt ab eo evaderet, tunc Hyacinthus sollicitè studebat instrumentum suum versus Ioannem dirigere, socius autem corpus suum erga arma Hyacinthi obiciebat,

abscondèdo ita Ioannem, eum tamen semper in eadem habèdo detentione brachii armati, & alia manu arma, seu instrumentum Hyacinthi divertebat, eum suadens ne proiiceret, sed ille à tergo contra Ioannem explosit, detento semper Ioanne per Raphaelem Ioannem socium.

Vulneratus remansit ex ianua aggressus semper vinctus, & in terram præcidit, Ioanne Raphaelè ipsum sustinente, donec iaceret, & iterum Hyacinthus actibus aliquibus monstravit se velle aliud instrumentum accipere, & in ea verba prorupit: tace, tace, te expedire consummabo, vulgò *calla*, *calla*, *jo te acabarè de enllestir*, & fugam cum armis arripuit. Deinde dominus domus cum armis ab ea exivit, & adversus Ioannem Raphaelè irruit, instrumentum longioris mensuræ explodendo, & Raphael Ioannes similiter aliud instrumentum explodere tentavit, sed non potuit, & postea fugit, & se cum Hyacintho associavit.

Hæc prolixius, quam optarem, recitavi; quia necessaria omnia erunt pro nostri argumenti perfecta investigatione, præsupponendo testes negativam concludenter deposuisse, scilicet prædicta, & non alia

evenisse, nam si alia dicta, aut acta fuissent audissent, & vidissent ipsi, nec aliter esse potuisset, cum parum distantes ab aggressoribus adessent, iuxta quas facti circumstantias, respectu Ioannis Raphaelis, cum culpa non carere, nec a delicto omnino esse immunem Domini censebant; nam licet pluries declarasset ne Hyacinthus offenderet Ioannem, latere autem in eo dolum suspicabatur, cum detentum brachio armato semper habuerat aggressum, & sic devinctus fuerit interfectus; quæ suspiciones robor sumebat ex associatione aggressorum cum armis ante, & post delictum, sicque in detentione Ioannis, prolatione verborum ad eius incolumitatem tendentium, & aliis ab illo peractis, artificiosa cautela, & simulationes subodorabantur, iuxta enucleanda *decis. 46.* & veritas certius desumenda sperabatur ex depositione Hyacinthi in tortura ei vti cadaveri infligenda, si eius causa poena ordinaria Senatui terminanda videretur.

4 Quo verò ad Hyacinthum, cuius generis homicidium istud dici deberet, fuit disquisitum. Meo iudicio, voluissim non fatigari animos Dominorum in recensendis coniecturis animi

deliberatis, quando reus non fuit ab Ecclesia extractus, & sic non est disputandus articulus immunitatis, qua solum privantur homicidæ proditorii, vel animo deliberato delinquentes, extraditis *decis. 12.* & Doctoribus ibi laudatis; sed excuti solum intendebam, an istud homicidium fuerit rixatum, aut voluntarium; nam ad quem finem coniecturas illas discutimus, si alio medio, nempe supposito homicidio voluntario, & omnino doloso, minori adhibito labore, breviorique via ad ultimum supplicium potest perveniri?

Rixosum primitus antedictum homicidium videbatur; quoniam quoties aliquis calore iracundiæ, vel provocatus ab alio occidit, tale homicidium causa ex re nata, & in rixa commissum dicitur; iustus enim dolor homicidium non dolo commissum facit, idest prorsus absque vlla causa excusabili, sed ex fervescencia iræ. Sesse *decis. 104.* vbi vult iram debere esse maximam, & ex iusta causa proveniente, ut dolus omnimodus non consideretur, & poena temperetur; confirmat Cortiada *dec. 98. 168.* vbi homicidium in rixa patrari ostendit, quando illud præcessit aliqua rixa, aut verbalis, aut rea-

lis inter occidentem, & occisum, ex Bossio, Farinacio, Vermigliolos & num. 69. notat cum Maltrill, Menoch. Peguera, Giurba, Farinacio, Castill. Thesauro rixam debere esse
 6 magnam, quæ mentis alienationem inducat, aliàs secus, id relinquì concludens arbitrio iudicis, concinunt Valenzuel. *conf.* 142. à nu. 1. Barbof. *in cap.* 29. num. 3. *de elect.* Escobar *de purit. part.* 2. q. 3. à nu. 15. Navar. *in cap. divorcium* nu. 14. *de penitent. distinct.* 1. & *in cap. si quis iratus ead. distinct.* Ayllon ad Gomez *lib.* 2. *cap.* 14 nu. 29. *vers.* *Contractus*, apud quos invenies, qualiter iracundiæ calore facta, absq; intentione agētis gesta dicantur, & ei non noceant; quamvis enim hoc genus maleficii dolosum dicatur, vt subsequenti decisione libabitur, non tamen idè est quia gravior sit in eo dolus, sed quia omninò non deficit. *ob*
 7 Facto, & verbis intereesse rixam in casu, non videbatur dubitandum; facto: nam occisus armatus exiit, & domus, seu mansi parietem magis properavit; verbis, cum se non timere assereret, regulas eius esse affirmans, quas aggressor suas asseveraverat, sicq; discordia inter ambos patebat, rixaque verbalis, atque realis

intervenerat; quasi enim in lite, & contentione constituti dicebantur, sicque in odio, ac ira, ad tradita per Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 15. *numer.* 74. Vrccol. *de transact.* ferè in toto tractatu.

8 Sed revera rixa in hoc casu non fuit agnita; nam Ioannes nihil protulit, aut egit, quod ad iram iustam, vel magnam potuerit aggressores provocare, vt ex facti serie dignoscitur, imò semper fuit provocatus.

9 At nisi rixosum dicatur prædictum homicidium, dolosumve simplex, & minoris malitiæ, quam sit ex nulla causa rationabili præcedenti permortum, alterius generis existimari non posse iudicabatur; non enim proditorium credi valet; nam proditorium homicidium censetur, quando nulla interveniente provocatione rixæ, securè quis occidit, nihil tale præcaventem, aut se defendere valentem; amicitia, vel inimicitia causa minimè considerata. Peguera, Regens Cortiada, & alii allegati per R. S. Calderò *decis.* 38. *numer.* 25. qui idem esse firmat, si adesset causa levis, ob quam occisus non teneretur se præcavere, & hoc ipsum tenuerat *decis.* 39. *nu.* 17. quibus adde Reg. Matthæu *de*

ve crimin. contr. 29. num. 51. vbi homicidium insidiosum, volēs generaliter proditorium explicare, illud appellat, quod fit securē extra certamen, pugnam, vel rixam, scilicet extra iram iustam, quæ cum levitate causæ non cōpatitur. Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 8. cas. 319. num. 34. & de præsumpt. lib. 1. q. 14. num. 21. & lib. 5. præsumpt. 3. num. 117. Thesaur. decis. 178. Barz. decis. 142. numer. 10. post Cagnol. & Decium in l. quidquid calore ff. de reg. iur. vbi multi, Tiraquel. in tract. de pœn. temperand. caus. 1. Latissimè, & differtissimè: in casu autem nostro, Ioannes se præcavere potuit, cum armati adessent, & ipse, & adversarii sui, seque ille apposuisset gestu, & modo quibus evitare damnum potuit sibi imminens, & ex verbis contra se prolatis facilè coniecturabile.

10 Videamus an voluntarium sit scelus præmemoratum evulgandum; nam per calorem iracundiæ dicitur simplex, & dolosum homicidium, quia animo occidendi fuit sequutum, sed non animo deliberato ex intervallo interveniente, imò deliberatione ex improvise orta in rixa, vel calore iracundiæ. Clar. in §. homicid. num. 7. vers. Dolosum autem. Farin. in prax.

part. 4. q. 126. num. 6. cum aliis allegatis per Reg. Cortiada decis. 92. numer. 13. & seq. iunctis adductis per eum num. 5. vbi simplex homicidiū constituit, quod sine qualitate animi deliberati committitur.

Voluntarium autem homicidium illud est, quod absque causa præcedente perpetratur, idest provocatione, vel ira. Far. conf. 2. num. 19. & q. 126. num. 3. cum seq. Peguer. decis. 14. nu. 5. Caball. de homicid. numer. 115. Giurb. conf. 63. num. 1. & 2. & conf. 83. num. 16. & 17. Mattheu de regim. Reg. Val. tom. 2. cap. 8. §. 8. numer. 40. Reg. Cortiada decis. 92. num. 26. vbi exemplaria adfert, quibus homicidæ voluntarii pœna mortis puniti fuerunt.

12 Explicatiùs ergo me gerendo in hac re, homicidium voluntarium illud esse præfero, quod nullis circumstantiis minuentibus, vel aggravantibus dolum, cum ipso fuit executum; non minuentibus, quippe nulla causa antecessit iræ, vel provocationis; non aggravantibus, quoniam præmeditatio, aut deliberatio animi nõ prævit, neque in incautum fuit patratum, sicque in terminis simplicis homicidii remanet, & non qualificati prodicione, aut animi deliberatio-

ne, prout ex Doctōribus proximè citatis, sed non ita clarè excerpitur. Unde tria ista homicidia deliberationē, & animum occidendi exigunt, sed diversimodè; appensatum, ex intervallo, sedato consilio, & ante facinus (& hic est propriè animus deliberatus interficiēdi); voluntarium, in actu occisionis nulla præcedente causa; rixosum, ortum ex improvise in rixa, vel calore iracundiæ.

13 His ita constitutis, quæ vberius sequenti decisione declarabuntur, dubium non erit, voluntarium homicidium de quo agimus esse agnoscendum, idque sufficienti partium enumeratione innotescit, quod argumentum in iure est valdè approbatum, ex innumeris allegatis per Barbof. *in argum. loco 108.* non enim in rixa commissum dici hoc homicidium poterat, ex firmatis *num. 8.* neque casu, vel culpa, cum de animo occidendi satis liqueret propter ponderata: igitur necesse in voluntarium, huiusmodi facinus cadit, quin sit opus coniecturas animi deliberati quærere ad poenam ordinariam irrogandam.

14 Rursus nihil vulgariùs est, quam animum delicta determinare, & distinguere. Bovadill. *in politic. lib. 4. cap. 5. nu. 14.*

de animo occidendi apertè patet in specie prælibata, cum liquet data opera fuisse patrum scelus, quod sufficit vt de animo satis appareat, allegati per Reg. Mathæu *de re crim. controv. 33. num. 13.* & satis de hoc animo constat, nihilo probato quod dolum excludat, cum homicidium in dubio, nisi contrarium demōstretur, dolo præsumatur cōmissū. Carrer. *in pract. tract. 3. de homicid. & assassin. §. homicid. autem species num. 83. & seq.* Boss. *in tit. de homicid. num. 44.* Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 71. ex num. 1. & conclus. 864. num. 30. & seq.* Bayard. *ad Clar. §. homicid. num. 13.* Cevallos *q. 580. ex numer. 4.* Gutierrez *in auth. Sacramenta puberum num. 63. in fin.* Farin. *q. 126. num. 103.* Menoch. *de arbitrar. cas. 361. lib. 5. præsumpt. 40. tot.* Molin. *de iust. tom. 4. disp. 3. num. 4.*

Consequens est igitur, quod cum in casu nulla causa subesset dolum excludens, iram, aut provocationem inducens, fateri cogamur homicidiū prædictum voluntarium dici debere, nec coniecturæ erant investigandæ, vt deliberatū commonstraretur; sed cum contra duos reos ageretur, & exquireretur inter eos tractatus, cōiecturas voluerunt Domini exseru-

serutari, ad homicidium commissum animo deliberato ex intervallo, & præviè demonstrandum, ad id attendentes, quod præmonuimus *decis. 12. num. 14.* nempè eisdem coniecturis inferri tractatum, quibus animus deliberatus, & præmeditatus elicitur: erunt ergo sequentes.

ANTECEDENTES.

16 Præparatio armorum: nã ambo aggressores armati accesserunt ad locum delicti, hæc enim præparatio animo delinquendi præsumitur facta. *Blanc. de indic. num. 67. Cæpol. criminal. consil. 18. num. 7. Herculan. de caut. de non offend. cap. 30. n. 18. Bertazol. crimin. conf. 27. nu. 18. Giurb. conf. 13. num. 8.* qui non tractat de acutente, vel poliente arma, sed ea extra hos casus malum animum prodere tenet *Farin. q. 52. num. 163.* quipè ex similibus præparamentis equorum, pecuniæ, seu alterius rei, vel instrumenti ad delinquendum inferentis, constituto de occisore, conicitur, quod ex proposito, & deliberatè occiderit.

17 Nec refert Ioannem etiam adfuisse armatum, & ita in illo coniecturari quoque posse animum deliberatum, sicut in ag-

gressoribus. Respõdetur enim, cum delinquentes essent duo, & aggressus solus, ac impeditus remanserit, neutiquam illis prodesse præcautionem Ioannis, qua uti non poterat, & se cum illa muniisse, potius defensionem potuisse respicere, quàm offendèdi animù, quemadmodum ponderatum fuit in casu *Bonden. colluct. 46. nu. 97.* vbi is, qui invasit solo pugione habentem ensem, & gladium, existentibus in illius societate pluribus aliis militibus similiter armatis, non fuit à præmeditatione excusatus.

18 Secunda: associatio, & coadunatio horum delinquètiùm ante facinus, quæ est separata ab antecedenti consistenti in præparatione armorum; potest enim illa stare abque vlla associatione, siquidem hæc de per se deliberatum animum arguit. *Reg. Cortiada cum aliis decis. 98. num. 43.* vbi esse indicium animi deliberati, nisi casu tales personæ supervenerint, & probat *Cavalcan. de brach. Reg. part. 4. nu. 186. circa fin. Giurb. conf. 2. num. 48. & seq.* qui de associatione duorum tantum agit. *Merend. conf. 36. num. 16. Vullpell. conf. 96. & conf. 115.*

19 Replicabat reus, Ioannem Raphaellem tunc esse famulum conductitium, seu laboratorè do-

domus suæ, idque probationibus constitit, vnde promere conabatur, indicium facere nõ posse eius associationem, cum illi qui in eadem degunt domo quasi socii reputentur; quæ liberè dicta videbantur, eo quia soluisse Hyacinthum cum prædicto famulo suo incedere, non fuerat ostensum, & sic non procedit argumentum à solitis, quod in alio discussit Farinac. q. 103. num. 160. & generaliter affert Barbosa in loc. & argum. communib. loc. 102.

20 Tertia coniectura ex loco delicti desumebatur: fuit enim commissum propè mansum Palau in eremo situm; tunc autè facinus occultum dicitur, sicut patratum in loco campestri, domo, aut aliis similibus. Conciol. ref. crimin. 11. verbo delictum num. 1. Menoch. de arbitr. cas. 116. lib. 2. & in tract. de præsumpt. q. 58. lib. 1. recale tradita decis. 30. num. 2. & affectatè illa quærantur loca, ne de crimine postea constet; ex quibus animi deliberatio facilè trahitur, vt de insidiosis homicidis dicitur, qui plerunque occulta loca affectant, vt securiùs maleficia perpetrentur. Ferrer 3. p. observant. cap. 238. num. 15. vbi aggredi solere tales delinquentes de loco occulto observat, & in hoc casu clande-

stinatas consideratur, quam arguere dolum decis. 11. num. 34. firmavimus; siquidem quæ qualitercunque occultè geruntur, eò sunt turpiora, si delinquendo operentur. Aristotel. lib. 7. de morib. ad Nicomach. cap. 7. & lib. 6. Endemior. cap. 6. Roxas de heret. 1. p. ex num. 72. Ribadeney. de virtutib. Princip. lib. 2. cap. 2. Carleval de iudic. tit. 1. disp. 3. numer. 6. Quo- 21
niam, quemadmodum ponderant multi pro exclusione præmeditationis locum publicum, inter quos numerandi Bertazol conf. 85. nu. 16. lib. 1. Bursat. conf. 272. num. 14. Farin. conf. 61 num. 11. & in praxi tit. de homicid. q. 126. numer. 165. Vermigl. conf. 89. num. 6. relati per Bonden. colluct. 46. num. 101. ita è contra, si locus sit desertus, & eremus appensatè electus, creditur ad opportunitatem necis.

Et quamvis Bonden. proxime 22
citatus dict. colluct. 46. nu. 64. teneat ex loco publico coniecturam inferri deliberationis: Attamen Doctores ab eo allegati ex eo, id volunt, quia non est præsumendum aliquem sine magna causa, & præmeditatione in loco publico voluisse delinquere, cum multi adessent, qui possent occidendum defendere, & impedire ne occideretur; sed nihilominus

hęc

hæc cõiectura exclusiva deliberationis traditur à prælibatis scribentibus, & aliis adductis per Reg. Cortiad. d. dec. 98. n. 91. & vrget valde, homicidam id mente præuenturum, quo securius poterit, ac absque testibus malum suum propositum consequi.

23 Quarta coniectura est, perquisitio occisi statim atque de-
venerunt aggressores propè mãm
sum *Palau*; nam homines illie
reptos interrogavit Hyacin-
thus, scirent ne in ea demo-
loannem Pallola extare, & po-
stea cum vocari per socium ver-
sute fecit; quippè, qui studio-
sus est in perquirendo iter oc-
cisi, præsumitur deliberatè oc-
cidisse. Menoch. Farin. Giurb.
laudati per Reg. Cortiad. dict.
decis. 98. num. 48. quæ doctrina
applicari necesse debet nostre
speciei; quia ad idem tendunt
scire iter occisi, vel perquire-
re occisum, cum propter eum
iter suum exscrutetur; & sic
intrat regula, propter vnum-
quodque tale, & illud magis,
24 de qua passim philosophi; &
procedit argumentum à maio-
ritate rationis, de quo allegati
à Barbof. loc. 68. cum in hoc
casu non sit nostra ratiocina-
tio extensio, sed comprehen-
sio, & maior, seu melior inda-
gatio veritatis, efficaciusque

argumentum ad illius intelli-
gentiam, ad tradita decis. 12.
nu. 66. Solorzan. de iur. Indiar.
lib. 2. cap. 18. à nu. 36. tom. 2. post
Decian. conf. 6. num. 20. vol. 1.
Cephal. conf. 358. num. 45. Surd.
conf. 383. nu. 14. Prætis conf. 163.
num. 6. lib. 1. Peregrin. conf. 103.
num. 17. vol. 1. Bonden. colluct.
16. num. 48. & colluct. 20. num.
31.

25 Quinta, prolatio verborum
iniuriam non modicam occisi
continentium illicè postquam
ad ipsum properavit Hyacin-
thus, sub eo contemptu, & de-
decore alloquendo: *Scelestè, quis
te docuit sudores meos vendere?*
vt in narratione facti expres-
simus; is autem, qui verbis in-
iuriosis, superbis, ac inurbanis
alium laceffit, provocator dici-
tur. Craveta conf. 119. num. 12.
Vulpell. conf. 86. num. 6. Rimin.
iun. conf. 359. num. 31. lib. 4. Fa-
rin. de homicid. q. 125. num. 511.
Guazzin de pac. part. 1. q. 44.
num. 25. & post eos Conciol.
resol. crim. 2. verb. *Provocatio*
num. 5. & seq. vbi in provocan-
te malitiam considerari, ex aliis
probat, & rursus verbo *Rixa*
resol. 2. num. 1. quapropter ex
prolatione prædictorum ver-
borum, nedum malignitas, &
provocatio prorumpentis in-
fertur, sed etiam præmedita-
tio. Marfilius, Grammaticus,
Bossius,

Bossius, Matthæu, Giurba citati per Reg. Cortiada *dist. decis. 98. num. 37.*

26 Sexta: securitas palliata, & malè sequutus effectus, dùm Ioannes Raphael socius Hyacinthi Ioannem vocavit, quod egrederetur, formidinem depelleret admonens, præcedente Hyacinthi cautela, vt alter ex circumstantibus miserū vocaret Ioannem, subsequutis deinde socii simulationib⁹ pro incolumitate ipsius Ioannis arma Hyacinthi deflectendo, sed brachio detento Ioannis, vt hypothesis nostra demonstrat; nō enim potest evadere præcedentem doli præsumptionem, qui cum prævideret periculum, securitatem palliavit, atque promisit. Vitalitius, ac Carrerius citati per Menoch. *lib. 1. præsumpt. 89. num. 114.* & post eos Larrea *alleg. 66. num. 50.* maxime sequuto contrario effectur
27 nam quando finis est malus, eius præordinatio præsumitur dolosa. *l. si quis adulterii Cod. de adulter.* ornatè Farin. *quest. 89. num. 100.* quibus adiungitur simulatio ex prædictis suborta. De hac cōiectura diximus *dec. 27. nu. 45.* & ad idem conducit intentū artificiosa cautela, qua ad securam vltionem consequendam, iuxta proximè discussa, vsi fuerunt aggressores;

de ista coniectura Reg. Matth. *de re crimin. controu. 29. nu. 32.*

COHÆRENTES.

Prima: cessatio, seu deficiē- 28
tia rixæ; nulla enim verè in hac nece intervenit tempore homicidii, vel paulò ante, vt ex facti delineatione perspicitur; quapropter animo deliberato, & ex proposito patrata præsumitur. Menochius, Mascardus, Iul. Chartarius, Caball. Giurb. Mastrills laudati per Reg. Cortiada *dist. decis. 98. num. 40.* qui ex aliis quoque observat, vulnerantem, seu occidentem sine causa, nō solum appensatè vulnerasse, seu occidisse censeris, sed etiam per assassinum; annecte his, quæ de homicidio voluntario exposuimus *num. 11.* siquidem in cede voluntaria dolus adest, inestq; præsumptio animi deliberati. R. S. Calderò *decis. 39. num. 16. & 17. part. 1.*

Nec prodesse poterat reis 29
rixa per eos procurata; nam præterquam generale est, affectata non proficere. Carleval *de iudic. tit. 1. disp. 2. numer. 559.* Salgad. *part. 1. labyrinth. cap. 44. num. 197.* Diana *tom. 2. tract. 5. res. 54.* talis rixa affectata animi deliberati præsumptionem inducit, veluti si quis quærat color, cum sæpè qui intendit

dit occidere rixam affectet, & malus animus occasione quærat, & vt solet vulgò iactari, hostem fingat occasione captata, seu offensæ figmento, plures cumulati per Reg. Cortiad. d. decis. 98. numer. 65. sequitur Calderò decis. 38. num. 28. part. 1 sicque secunda coniectura inducitur.

30 Tertia sit, flagitium fuisse inflictum in Ioannem, tormentum manuale, atque brachiū ipsius arctando, ac detinendo, sicque quasi in vincitum, & inermem. Matthæu de regim. Reg. Valent. cap. 8. §. 8. num. 79.

31 Quarta: iactus à tergo. Reg. Cortiada d. decis. 98. ex Menoch. Mastrills, Caball. Giurb. concinit R. S. Calderò decis. 38. num. 7. part. 1.

32 Quinta: quia vulnera illata lethum indefectibiliter inferebant. Caball. de omn. gener. homicid. num. 293. Alba conf. 472. Pacian. conf. 12. numer. 19. 20. Doctores in Cap. significasti lo segon de homicid. Cortiad. decis. 98. num. 54. part. 2. & post eum Calderò decis. 38. num. 8. agens de vulneribus iniectis sclopetto parvæ mensuræ.

CONSEQUENTES.

33 Prima decerpitur ex verbis geminatè prolatis in vulnera-

tum: *tace, tace, ego te expedire concludam*, vulgò *calla, calla, jo te acabare de enllestir*, per quæ denotatur animus ulterius vulnerandi, & ita sedatum prævium consilium occidendi arguitur, per tradita decis. 12. num. 11. iunctis cumulatis ad intentum per Cortiada dict. dec. 98. num. 55. & his quæ de vi geminationis conscripsi decis. 27. num. 43. & decis. 30. num. 20.

34 Secunda: ex mendaciis circa substantialia, quæ rei continet depositio iudicialis, ad stabilita decis. 12. num. 7.

35 Tertia succedit, associatio reorum post maleficium, de ista vide decis. 30. num. 23.

36 Quarta, fuga insultantis incontinenti post delictum, allegati per Reg. Matthæu de re crimin. contr. 20. num. 29. ex quibus tamen solū hanc præsumptionem cōprobat Farin. quest. 126. num. 206. ex eisdem depromit R. S. Calderò decis. 38. n. 10. addito Bonden. colluct. 46. num. 62. qui terminanter loquitur.

Hucusque adductæ coniecturæ animam deliberatū suadebant, nec insudandum erit in disquirendo quot sufficientes, nam ad cognoscendum indiciorum efficaciam, regulam præiecimus decis. 22. numer. 97. & passim, firmantes attendi aptimè debere illarum vicissi-

tudinariam colligationem, ferriem, & ordinem, nam si hisce perpensis mens convincatur, nihil aliud erit quærendum, ut in nostro casu evenit; videamus tamen quomodo urgeant coniecturæ animum deliberatum dissuadentes.

- 38 Prima coniectura animi deliberati exclusiva elici inde intendebatur, quippè Raphael Ioannes socius obsistere voluit Hyacintho cum his, quæ prorupit, ac gessit in defensionem Ioannis, vnde inter eos nullum præcessisse tractatum existimare debemus, alioquin magis socium iuasset, quam aggressum: nam defensio socii, amici, & domini si reperiantur constituti in vitæ discrimine, permissa est à iure, & licet socio, amico, vicino, & famulo, seu vassallo illorum aggressorem interficere. *Plaça in epit. delictor. lib. 1. cap. 28. numer. 28. Farin. de homicid. q. 125. nu. 290. & seq. Medic. de casib. fortuit. part. 1. quest. 8. Addentes ad Farin. conf. 2. litt. D. lib. 1. Guazz. def. 27. cap. 4. num. 19. vers. Imò etiam, qui limitant dummodò, non excedatur moderamen inculpatæ tutelæ, quippè si excessus adsit, extraordinariè punitur. Ayllon ad Gomez lib. 3. cap. 3. num. 22. plurimos suggerens: coniecturandum ergo po-*

tius erat adiuvamen daturum Raphaellem Ioannem Hyacintho, si de interficiendo Ioanne actum inter eos fuisset, quæ contrarium executurum, præfertim affectata rixa, semel excitata, cum tunc sub velamine defensionis excusatus mansisset.

Augetur: quoniam sicut in 40
dicium oritur contra eum, qui
obviare potuit delicto, & ne-
glexit. *Farin. in prax. q. 51. ex
num. 7. & q. 24. ex numer. 234.
Larrea alleg. 65. ex num. 32 & 43.
& alleg. 66. ex num. 9. iunctis
traditis per Gigas de crim. les.
Maiestat. lib. 2. tit. qui accusari
poss. q. 20. in princ. Plaza in epit.
delictor. cap. 20. num. 17. Navar.
in cap. inter verba 11. q. 3. con-
clus. 6. Guttierrez Canon. lib. 1.
q. 11. Morla in empir. tit. 2. q. 3.
num. 43. Barbosa in collectan.
ad Cap. Sicut dignum, de homi-
cid. ex num. 18. alios cumulat
Conciol. res. crimin. 7. verb.
Defensio; ita bonus animus, &
sic tractatus exclusio in eo de-
bet considerari, qui studium
adhibuit in scelere evitando,
propter rationes ab eisdem Do-
ctoribus proximè laudatis per-
pensas.*

Sed hæc coniectura divelli 41
tur ex his quæ præmonuimus
suprà num. 26. vbi diligentias
socii pro tutela Ioannis simula-
tas,

- tas, ac efficitas, ideoque maiori dolo plenas, excusimus.
- 42 Secunda coniectura deduci prætendebatur ex verbis, quæ aggressû, & aggressorē cõtēdētes erupisse liquet, pōderādo in simul actiones occisi, quas provocatorias ad iram fuisse inducebatur. Sed huic coniecturæ satisfacies ex enucleatis *dict. num. 26.*
- 43 Tertia ex tempore sumebatur, quia mane, dieque elucēte scelus contigit, prout expresserunt Iul. Chartarius *dec. 95. num. 30.* Roxas *decis. 338. nu. 6.* & post eos Cortiada *sepè citata decis. 98. num. 92.*
- 44 Quarta: bona fama reorum, cum non liqueat de aliis criminibus esse imputatos; de hac pertractavimus *decis. 12. num. 26.*
- 45 Aliquas alias coniecturas circumferre potuissent rei, utpotè, quia inermis non extabat interemptus necis tempore, non constabat de inimicitia, neque aliqua occidendi causas sed quoniam istæ coniecturæ ex his, quæ supra enuntiavimus, & ex firmatis *decis. 12. num. 26.* fuerunt dissolutæ, & arctatum, ac dū armis adiuvari non poterat, enecatam aggressum supra demonstravimus, nō est cur in his tempus coneramus; nec solæ coniecturæ bonæ famæ, & qualitatis, ac temporis diurni, cum tot aliis coluctare possunt animi deliberati inclusivis.
- Propterea Regia primitiva 46 sententia, in cuius prolatione discordia adfuerunt vota, vnanimi Dominorum assensu confirmata prodiit in gradu supplicationis, referēte R.S. Francisco de Portell, Regia sententia lata 12. Octobris 1688.
- Si ex Theologis confirma- 47 re velis statuta in hac decisione, adi Salmanticenses *Dis. calceatos in cursu Theolog. moral. tom. 4. tract. 13. de peccatis disp. 10. dub. 4. §. 1. num. 136.* vbi distinguunt cum pluribus aliis, inter cognitionem semiplenā, seu semideliberatam, & plenè deliberatam, & ibidem de advertentia cum iudicio inconstanti, & infirmo, & de ea, quæ discernit cum pleno, & firmo iudicio, nec non etiam de vir- 48 tuali deliberatione, & *nu. 144.* de voluntario interpretativo, & *num. 145.* peccatum ex ignorantia, vel inadvertentia, non 49 excludere à toto processu intellectus omnem advertentiam formalem, sed respectu huius, vel illius actus in se ipsa, præsupponendo semper advertentiam quoad obligationem in causa, scilicet in illo quod fuit causa ignorantia.

- 50 Apud eosdem reperies *tom.3. tract.10. disp.1. dub.2.* Voluntarium proprie dictum dividi in perfectum, & imperfectum, & *tom.3. tract.13. cap.1. punct.2. §.1.*
- 51 *n.9.* Culpam aliam esse Theologicam, aliam iuridicam, & istam dividi in latissimam, quæ est dolus verus, latiore, quæ est dolus præsumptus, latam, levem, & levissimam.
- 52 Ex quibus etiam elicitur, dolum iuridicum non solum dari posse cum peccato mortali, sed etiam aliquando contingere cum veniali; nam quantumvis aliquod obiectum sit malum etiam grave, & licet sit directè, expressè, & positive volitum ab aliquo (quo pacto dolus adest) nõ peccatur mortaliter, nisi adsit plrna advertentia ex parte intellectus proponentis tale obiectum voluntati; & rursus ratiocinantur Salmanticenses *tract.13. de restit. ca.1. punct.2. §.2.* vbi supponunt, culpam dolum requirentem reperiri absque plena advertentia.
- 53 Ulterius, culpam levem, & levissimam iuridicam, posse quædam esse peccatum mortale, evidens fit in casu quo quis obligatur sub mortali ad restitutionem, non ex re accepta, sed ex iniusta læsione. Azor *3. p. lib.9. cap.8.* Sanchez *in summ.* *lib.2. cap.23. nu.160.* Sotus *lib.4. q.7. art.2.* Navarr. *de restitut. cap.1. num.48.* & quod accidat talis obligatio restituendi ob læsionem ex sola culpa levi, vel levissima iuridica, Salmanticenses laudati *§.2. à num.20. ad 25.* Soto *lib.4. de iustit. quest.7. art.2.* Lessius *lib.2. de iustit. cap.7. dub.6. num.27.* & *cap.3. dub.7. nu.55.* Petrus Navarr. *de restit. lib.2. cap.1. num.41.* Villalobos *de restit. tract.10. difficult.4. num.12.* & colligitur ex D.Th. *2.2. q.62. art.2. ad 4.*
- Et nihilominus indubia est conclusio, quod stante advertentia tatum semiplena, etiam si materia gravissima sit, nequit malitia transcendere peccatum veniale, provt Salmanticenses firmant ex D. Thoma, Alensi, Div. Bonaventura, Enriquez, Adriano, Div. Antonino, Angesto, Almino, Silvestre, Petro Soto, Gregorio, Martinez, Vazquio, Arauxo, Montefinos, Medina, Alvarez, Caietano, Victoria, & Thoma Sanchez.
- En quomodo admissa, & nõ noviter cogitata sit differentia inter advertentiam perfectam, & imperfectam, ad distinctionem doli, & culpæ, & qualiter non sint incompatibilia dari dolum iuridicum cum solo peccato veniali, & sic non eum ple-

plena advertentia, indeq; non valere argumentum, quod facile nonnullos decipere posset, volentes inferre doli inexistentiam, eo quia non adsit peccatum mortale; quod etiam patet in casu, quo datur dolus cum læsione proxima in materia levi; expressim Bonacina *de contract. disp. 3. q. 1. punct. 2. §. 3. n. 7.* Reginald. *lib. 25. num. 125.* Molina *disp. 252. num. 18.* Azor *3. p. lib. 4. cap. 21. q. 8.* Sicut etiam evenit è converso, ex sola culpa levi, seu levissima legali peccatum quandoque mortale incurri, ad quod etiam sufficere reseravimus voluntarium interpretativum, ortum habens ex advertentia obligationis in causa.

57 Prædictis etiam non obsunt, quæ *decis. 11. num. 57.* statuimus; scilicet, notarium quamvis dolo carentem, & culpa puniri posse saltem pœna extraordinaria; quia ea intelligi debent de dolo perfecto, & completo, ac de culpa talem dolum deposcente, non verò si omnis dolus absit etiam imperfectus, ut per Doctores ibidem citatos comperies.

58 His consonant, quæ Doctores tradunt de irregularitate incurrenda ex homicidio iniusto directè voluntario, ad interpretationem *Cap. 1. de homi-*

cid. & distinct. 50. per multa capita, Concil. Trident. de reformat. sess. 14. cap. 7. in qua re *Corne. tract. 5. de irregularitat. disput. dub. 1.* Aviles *7. p. disp. 6. sess. 2. dub. 1.* Palaus *disput. 6. punct. 15. §. 1. num. 1.* Suarez *disp. 44. sect. 3. num. 25.* vnum ex duobus requirunt, ut talis incurratur irregularitas; nempe, vel quod committatur per directam expressam, & spontaneam voluntatem occidendi, vel quod causa directè intendatur ad eum cum morte inseparabiliter cōiuncta, ut impossibile sit velle illam, & non velle mortem, ut si vulnus lethale infligatur, vel si venenum porrigatur, aut aliud quid simile inferatur, quia tunc practicè mors volita est, nō solum in causa, sed etiam in se ipsa.

Et adhuc ibi fortioribus terminis sentierunt, irregularitatis homicidii voluntarii contrahere eam, qui subito, & inopinatè in rixa repentina hominem occidit. *Diana part. 2. tract. 15. resol. 19.* *Corne. tract. 5. disp. 1. dub. 1. q. 1.* Ioan. à Sanct. Tho. *2. 2. q. 64. disp. 19. art. 1. ante 1. conclus.* Villalobos *tract. 2. difficult. 18. num. 2.* Suarez, Molina, Palaus citati per Salmantigenes *Discalceatos in cursu Theolog. moral. tom. 2. tract. 10. de censur. cap. 8. punct. 1. num. 5.* (licet eam

60 eam sententiam non amplectā-
tur) ratione reddita; quoniam
quamvis subito ira suborta sit,
potest quis liberè, & volunta-
riè, ac spontaneè mortem al-
terius velle, si ab alio invasus
non esset, sed solum vel vi, aut
alia iniuria provocatus, idè-
que tunc voluntarius homici-
da dici debet.

61 Hinc ira levis, & provoca-
tio qualis sit, relinquitur arbi-
trio iudicis. *Thesaur. decis. 78.*
num. 6. & num. 5. tenet, quod si
quis sit leviter provocatus pœ-
na ordinaria punitur. *Maioran.*
in opopraxi lib. 2. cap. 4. num. 48.
& iis laudatis *Calderò part. 2.*
in addit. ad prim. part. decis. 38.
num. 17. vbi sequendum non
esse monet *R. S. Tristany decis.*
27. num. 17.

62 *Dicto autem tract. punct. 3.*
Salmanticenses duplex homi-
cidiū casuale perpendunt, vnū
quando nec directè, nec indi-
rectè voluntas occisionem in-
tendit, & tunc cum omni culpa
careat, immunis evadit ab ir-
regularitate; aliud datur casua-
le homicidiū mixtū ex volūta-
rio, & involūtario, & est de mē-
te *Covarruv. in Clem. si furio-
sus de homicid. 2. part. §. 4. nu. 3.*
& 4.

63 Respectu verò excedentis
moderamen inculpatæ tutelæ,
Henriquez lib. 14. cap. 10. nu. 3.

Gibalin. cap. 4. de irregularit.
q. 3. consecr. 3. difficult. 13. *Bar-*
bosa, Grassis, Farinacius, quos
refert, & sequitur *Leander tr.*
2. disp. 12. q. 33. tenent, quod si
ex dolo, & proposito excedat,
scilicet advertens se prætergre-
di moderamen, tunc fit irregu-
laris, non verò si per accidens,
& præter intentionem, cum so-
lum vulnerare vellet, & erran-
te manu inculpabiliter occide-
rit.

Reperis ergo voluntarium 64
scelus in nece fervescente ira-
cundia commissa, & etiā par-
tim voluntarium posse accide-
re, in casuali vides, & non mi-
nus valere excedi moderamen
inculpatæ tutelæ cum dolo, &
sine eo, non puniri, quæ cun-
cta nostras supra stabilitas cō-
probant conclusiones; nec ab
iis discedit *Pasqualigius quest.*
moral. 22. numer. 4. citatus per
Calderò decis. 65. num. 34. dum
dixit, quod si aggressus pugno,
baculo, quem manibus tene-
bat, percutiat, illa percussio
emanat ex instinctu naturali
defensionis absque delibera-
tione, & sic absque peccato
mortali, quod sufficientem re-
quirit deliberationem.

Omitto alios scribentes de 65
hac quæstione nimis generali-
ter, & parum distinctè tractan-
tes, & quasi per transennam,
qui-

quibus non est standum. Ro-
vito *conf.* 21. *num.* 1. & *decis.* 20.
num. 11. Prato *resp.* *crim.* 33. *nu.*
25. & *resp.* 37. *num.* 23. Rubens
de validitat. legal. cap. 56. *num.*
69. Galeot. *resp.* 13. *num.* 46.

66 Hic posset disputari quæstio
illa latè controversa, an Ma-
gistratus iudicantes, ex sola ig-
norantia, & citra dolum, vel
latam culpam dolum includē-
tem, syndicari valeant, de qua
latè Calderò *decis.* 94. *part.* 2.
& nos in secundo volumine.

67 Solum hic nō præmittimus,
ca quæ præmisimus *decis.* 26.
nu. 24. de Regiis Senatoribus,
asserentes ex Reg. Cortiada,
eos rātum subiici Domino Re-
gi, seu eius Locumtenenti Ge-
nerali, nedum in criminalibus,
sed etiam in civilibus, ita in-
telligi debere, quoad causas
criminales, vt procedant in de-
lictis extra officium, vt homi-
cidii, aut alterius generis, nam
eo casu licet Proregi informa-
tionem capere, & sub fideiuf-
fore habere extra carceralem
custodiam, donec Domino Re-
gi notitiam dederit, & ipsius
iussu receperit, provt expli-
cat Reg. Tapia *decis.* 3. *num.* 14.
& *seq.* & *num.* 149. citatus per
Reg. Cortiada *decis.* 10. *nu.* 123.
& postea per Calderò *decis.* 89.
num. 13. *part.* 2. qui etiam facul-
tatem tribuit Proregibus pro-

cedendi contra Doctores Re-
giæ Audientiæ, ipsos à ministe-
rio suspendendo, si tractaretur
de causa gravi, & scandalosa,
vel periculum esset in mora, vt-
potè si de corruptela laboraret
Minister, cuius probatio pericu-
lo esset pereundi, si procrastina-
retur, nam tunc teneret in-
formatio ad effectum remit-
tendi ad Dominum Regē, qui
iuxta negotii qualitatem, an
pleniùs probari debeat decer-
nit, vel aliud agendum.

Extra autem hos casus, ad- 68
versus Regios Conciliarios ne-
quit vlllo modo Prorex quid-
quàm agere, quoniam sunt
exempti à foro ordinariorum,
& Proregis, & Dominus Rex
in criminalibus de eis cognos-
cit, vel mandatum speciale ab
ipso habens, taliter quod
Prorex absque speciali com-
missione suæ Maiestatis, non
potest contra illos procedere,
processus fulminare, inquire-
re, nec in vincula conicere, &
si de facto id fecerit, irritum,
& inane ipso iure redditur, nec
potest per suam Maiestatem re-
validari, neque prorogabilis
est in Proregem huiusmodi iu-
risdictio, quemadmodum ultra
relatos adfert Reg. Sanfelice,
decis. 62. in satis ardua, & sin-
gulari specie. Bovadilla *in Po-*
litica lib. 1. *cap.* 12. *nu.* 60. & *seq.*

Matthæu de regim. Reg. Valent. tom. 1. cap. 2. §. 2. num. 46. & seq. Solorzano de iur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 4. à num. 73. & in politic. lib. 5. cap. 4. vers. Septimo ni en esto fol. 785. Carleval de iudic. disp. 2. num. 1112. & 1233. Capiblanç. Pragmat. 8. de Baronib. p. 1. n. 107. Thoro in supplement. verbo Prorex an possit fol. 509. novissimè Reg. Cortiad. tom. 4. decis. 224. numer. 26. notans, quod observata in Regio Concilio Cathalonie contra Doctorem Michaellem N. olim Regium Senatorem fuerunt de facto, & assertioni nuper ad stabilitate contestes addit Cerdan in veriloquio cap. 1. §. 2. in princ. Aponte de potest. Prorex. tit. 1. num. 2. & §. 4. num. 6. Capiblanç. de Baronib. part. 1. Pragmat. 8. numer. 154. & seq. Scialoya de for. competent. cap. 33. numer. 114. & seq. Thoro in compend. decis. part. 3. sect. 2. verbo Prorex fol. 355. eruditissimum Don Petrum de Frasso de Reg. Patron. Indiar. tom. 1. cap. 26. à num. 32.

Quæ magna cum ratione constituta agnoscuntur; nam ut ex Doctoribus allegatis elucet, & aliter liquet, nisi independentes à Proregum iurisdictione Regii Conciliarii reservarentur, vexari variè possent, si aliquando contra Pro-

regum dictamen suum aperirent, & videndo pro veritate loqui à Locumtenente Generali averso animo audirentur; constat autem illis præcipi, ut si quid aliquando, etiam contra mentem Principis sentirent, non turbato animo proferant, sed liberè, alacriter, ac prudenter, iuxta decretum memorabile inclyti Philippi IV. de quo meminimus decis. 1. nu. 95. & testatur Solorzano emblem. 49. num. 13. & ad litteram transcribit in epistola nuncupatoria, inquit fuisse exhortationem piam, gravem, & sapientem; aded ut calamum sumpserit ad eam extollendam, iustisque encomiis, & commentariis ornandam.

Quæ similiter iuvantur ad-⁶⁹ ductis decis. 21. num. 45. ubi ex Quesada Pilo, invenimus iudices, qui ad faciem Principis clarè, ac sanctè votum præbere extimescunt; licet enim sacræ, & humanæ litteræ exemplis scateant veritatis ab indignis Principibus punitæ, & exosæ, ut latissimè memorat Solorzan. dict. emblem. 49. num. 19. Semper tamen pro illius defensione constanter, & intrepidè invigilandū esse propugnat; & nu. 54. Artiani in disert. epist. lib. 1. cap. 11. notabilia verba intexit. Hic cum ad eum

Imperator Vespasianus dixisset, ne ad Senatum amplius veniret. Penes te est, respondit, ne me Senatorem patiaris, quamdiu autem me loco non moves, est in Curiam mihi veniendum. Age, at ingressus taceto, ait Imperator. Ne me roga, & tacebo. At est mihi rogandum. Et mihi dicendum, quod putavero rectum.

Verum si dixeris, occidam te. Quando ego dixi me immortalem esse? Tu tuum facies, ego meum, tuum est occidere, meum mori non tremementem, tuum relegare, meum exire non tristem.

Reliqua ad materiam istius decisionis cernentia, in sequenti subiiciuntur.

EPIGRAPHÆ.

Abſque dolo, & latiori, ſeu latiffima culpa, nec delictum exiſtere, nec pœnam corporalem irrogari nervosè defenditur. Quoties ultiones temperantur, dolo minori commiſſa facinora dici, non abſque vlllo prorsus. De homicidiis voluntario, & rixoso, qualiter vnumquodque ex eis dolum contineat, & quomodo ex intervallo adſit animus occidendi in appenſato, in rixoso autem repentinus, & ex provocatione cauſatus. De caſuali, & culpoſo, pro eis, & pro quocunque alio citra latioreſ culpam punitionem corporalem non imponi. De violante muros Civitatis, qualiter in ipſo gravior, vel levior dolus comperiatur, & quomodo in tranſeunte ad hoſtes, vt mitius, vel acrius plectantur. Regulæ inſtituuntur, quibus probationum ſuſcepta materia præclarius innotescit, quid in quolibet facinore, ad eius vindictam, probandum ſit, in medium producendo.

N U C L E V S.

- 1 Dolus ubi non adest, ibi non est delictum, nec pœna, & vide à num. 8.
- 2 Facinus dicitur dolo non commissum quoties minuitur pœna, idest minori dolo, non absque vlllo prorsus, sed ex causis, seu qualitatibus mitigantibus ultionem, & dolum.
- 3 Voluntarius homicida dolo omninò delinquit, cū nulla impellente causa id agat. Voluntas coacta imperfecta dignoscitur.
- 4 Homicida in rixa non est in turpi, seu pleno dolo, Cccce prop-

- propter impetum iræ, que liberam voluntatem non relinquit.
- 5 Dolosum nihilominus appellatur scelus in rixa contingens distinctius loquendo, potius quam deliberatum, quia istud non est simplex, sed cum qualitate maioris doli, voluntariū similiter peiorem dolū inter homicidia simplicia, & melioris intellectū gratia rixosum sub nomine dolosi venit, quod minus discretè loquendo tria ista maleficia sortiuntur.
- Animus simplex, & animus deliberatus occidendi differunt.
- 6 Dolo carent culposa, & casualia homicidia.
- Iratus est in dolo, sed non plene, sicut neque in plenitudine intellectus.
- 7 Culposum homicidium contingit, cum quis non dolosè, nec animo occidendi, sed inadvertenter alium interficit.
- Punitur pro modo culpæ pœna pecuniaria, vel exilii, aut relocationis per quinquennium, & aliquando trirremium ad tempus.
- 8 Corporaliter nemo punitur, nisi dolus interveniat.
- 9 Culpa proveniens ex versu-

- tia, seu malitia comparatur dolo, etiam in criminalibus, diciturq; latior, seu latissima, & punitur extraordinariè, etiã corporaliter, vide num. 26.
- 10 Levi culpa delinquens non plebitur criminaliter, si civiliter possit coerceri.
- Non habens in axe luit in corpore.
- 11 Dolus maior, & dolus minor fecernendi pro acerbandis, vel minuendis pœnis, & ex his conclusio firma desumitur.
- 12 Muros Civitatis Romana violans capitali pœna punitur, si autem transcendat muros alterius Urbis, extra ordinè animadvertitur.
- Intellige, si dolo non faciat, sed ex alia causa, secus si dolosè, & ob contemptum legis, animo muris violandi, nulla causa interveniente, utpotè tempore bellis quia tunc infligeretur pœna mortis, & eadem posset locum obtinere concurrētibus delictis diversa speciei.
- 13 Dolo omnino non caret transcendens muros sed levior concipitur, si causa excusans interveniat.
- 14 Casus in Reg. Cōcilio perabl^o.

- 15 *Delinquens ex causa amoris, non est puniendus pœna ordinaria, sed alia mitiori iudicis arbitrio.*
- 16 *Contractus furiosi, & amore capti equiparantur.*
- 17 *Ebrius punitur ob culpam, quam se inebriando commisit, & in ea dolus includitur.*
- 18 *Dolus sufficiens ad subeundam pœnam benigniorem in delinquente ex causa amoris comperitur.*
- 19 *Senatus in hac re arbitrium, & deliberatio.*
- 20 *Transfuga, & permanens cum hostibus, non se gerendo hostiliter, neque auxilium præbendo, nõ committit crimen læsæ Maiestatis regulariter ex defectu doli, & levius plebitur, sed vide à num. 28. & 31*
- 21 *In crimine læsæ Maiestatis dolus exigitur, & in transfuga, ut in hoc scelus incurrat, sed non desinit dolus adesse, licet minor, si absq; præmissis animo extra casus numeri præcedentis quis ad hostes se conferat.*
- 22 *In delictis sufficit dolus in genere, nec requiritur in specie, & satis reperitur in eo, qui contra imperan-*
- eis præceptum ad hostes transit.*
- 23 *Iuxta gradus doli, erit, & pœnarum modus, & veluti de culparum generibus edocetur.*
- 24 *Conclusio tenentium cessante dolo pœnam esse minuendam, intelligi ita debet, ut mitior pœna minorem dolum arguat, sed nõ eius exclusionem.*
- 25 *Commentariensis levis, aut levissima culpa punienda, & quare.*
Delicta nonnulla corrigenda ex culpa lata.
- 26 *Principi ex non delicto delictum facere licet, & pœnas augere, quamvis foris sint præscriptæ, stante iusta causa, & dissolutam culpam uti delictum punire illi non interdicitur.*
- 27 *Senatus deciso.*
- 28 *Epistolas ab hostibus deferre absque Principis licentia perniciosum, ubi ad quid epistolæ sint inventæ.*
- 29 *Dolus conicitur in transeunte ad hostes, propter nimiam in ipsis fiduciam.*
- 30 *Indicia doli in casu proposito recensentur, nẽpè mendacia rei, affectatio eius absconditas tradentis epistolas.*
- 31 *Plenam probationem tortura*

- an evacuet adhibita protestatione. Negant aliqui. Affirmant alii in enormissimis, etiam ad pœnam ordinariam infligendam. Nonnulli distinguunt, volentes quoad pœnam extraordinariam torturam non purgare plenam probationem, bene verò quoad ordinariam; & quid in Cathalonia.
- 32 Tortus super aliis qualitatibus delicti, & ut habeatur fautores plecti potest, ubi de specialitate in crimine lese Maiestatis.
- 33 Illatio ex supradictis.
- 34 Licentia, quod antea nõ erat permissum, licitum reddit, & quando tacita sufficiat ad delictum excludendum.
- 35 Exulati, seu confinati, si redeant ad locum vetitum propter amorem, timorem inimicorum, vel ad visitandum parentes, aut ex qualibet alia necessitate, excusantur.
- 36 Litteræ ab hostibus, vel ad eos missæ, ut ad crimen lese Maiestatis referantur quidquã in damnum Principis debent continere.
- 37 Non solum à malo, sed etiam ab eius suspitione abstinendum.
- 38 Indulgetur ad ditionem Regis inimici transeantibus pro negotiis privatis quãdoque, sed nulla securitas in his est Vassallis, & ne talia audeant admonentur.
- 39 Doctores afferuntur, qui dolum aliquando constituerunt homicidium rixosum, quandoque verò culposum, & num. 40.
- 41 Declarantur qualiter accipi debeant quoad pœnæ impositionem, cuius respectu magis culpa, aut casus, quam dolo occidit in rixa perpenditur; sed non quia in eo cesset omninò dolo.
- 42 Ante rixam nullus in hoc delinquente est dolo, cum deficiat qualitas deliberationis, quæ reperitur in homicidio appensato.
- 43 Post rixam, & ante necem, non omninò est homicida in dolo propter provocationem precedentem, sicq; casui, & culpæ, magis quam dolo facinus tribuitur.
- 44 In cade voluntaria, licet nõ extet dolo premeditationis, & animi occidendi ex intervallo, existit tamen talis, quem nulla cau-

causa etiam repentina excusat.

45 In delinquente iracundia calore, sicut non deficit omnino animus occisionis, dum ad actum necis devenit, ita nec deest prorsus dolus, qui tamen abest in culpato, & casuali homicidiis.

46 Conclusio, qua firmatur nusquam puniri homicidium rixosum pœna corporali absque ullo prorsus dolo, vel latiori culpa dolum imbibente, & si tales sint circumstantiæ, quæ dolum, & latiore culpam excludant, tunc vindicta corporalis non imponitur.

47 Transfuga ordinaria ultione animæ adversus.



DECISIO XXXVI.

I **S**APISSIME in hoc opere enūtiavimus, absque dolo nullū esse delictum, & præcipuè decis. 2. numer. 74. 77. & 83. videmus tamen pluriès circūferri, fontes à pœnæ gravitate excusari, quia absque dolo deliquerunt: cum autem pœna, etiam mitior, crimen præferat, & crimen dolum

præsupponat, non videtur cōpatibilia reos à dolo excludere, & nihilominus ipsos plecti, ex his quæ latè enodavimus decis. 4. à nu. 3. & expressit Barbof. axiomat. 76. num. 6. docens dolum esse delictum, & è contra, & dolus vbi nō adest, ibi nō esse delictum pœna dignum, ex Menoch. conf. 28. n. 13. Novar. de gravamin. prælud. 11. num. 3. lib. 2. vt autem hæc soliditate percipiantur, aliquæ sunt stabiliendæ propositiones utilitatem, vt speramus, inducturæ.

Exploratiùs nihil est, absq; 2 dolo, nec delictum, nec pœnā inveniri; atverò dantur causæ à iure approbatæ dolum minuentes, quæ licet ipsum omnino non dimoveant, videntur tamen tam exclusivæ malitiæ, vt remaneat diminuta doli probatio, sicque tunc non dicatur dolo plene probato quis deliquisse, sed ex causis, seu qualitibus dolum minorantibus. Conciol. res. crim. 12. verb. Delictum num. 5. in fin. atque ita non irrogatur ea pœna, quæ applicaretur, si causæ dolum, vel eius plenam probationem removentes non concurrerēt; sunt enim causæ illæ doli gradus debilitantes, & ad temperandam pœnam proficientes, & ita dicitur facinus dolo non com-

commisum, intelligendo, non absolutè, sed de quo plenè constet, vel saltem concipiendo levem fuisse dolum.

3 Exemplum habes in homicidiis doloso, & voluntario, de quibus 35. *decis.* edifferebamus; voluntarius homicida dicitur dolo enecare, quia nulla subest causa, quæ eius dolum, & malitiam valeat aliquatenus abscondere, aut pravitatem obumbrare, seu excusationē præbere; voluntariè enim fieri dicitur, quod nulla causa cogente fit. *Theaur. quest. forens.* 51. nu. 13. lib. 1. *Tusch. litt. V. concl.* 280. num. 3. & *concl.* 281. num. 7. cum aliis allegatis per Giurb. *conf.* 85. num. 15. & per Salgad. *de retent.* 2. part. cap. 17. à nu. 53. qui voluntatem coactam, imperfectam voluntatem esse firman: quamobrem nulla extãte compulsione, neque causa impellente, omnimoda voluntas erit, dolum in delinquendo apertum trahens.

4 Quæ, respectu homicidii in rixa evenientis non procedunt, cum iræ impetu emanaverit, & non libera voluntate, ut præmissa decisione vidimus, nam mentis alienatio minorem dolum constituit, efficitque ut non plenè de dolo teneatur, saltim gravi, sicque pœnæ ordinariæ doli non subiaceat reus, licet

in dolo sit non completo, & turpi, ex defectu prorsus malignæ voluntatis.

At, si hæc ita sunt, videtur male, dolosum hæc homicidiū, per nos fuisse cognominatum *decis. antecedenti num.* 10. nam cum in totali, seu pessimo dolo hunc delinquentem non consideremus, nec plenè de illo constare, propter iram, dolosum censebatur non esse annotandum, imò hoc nomen voluntariæ neci tribuendum; atverò hæc non officiunt re maturè inspecta, quia tria ista homicidia dolosa nuncupantur aliquando, voluntarium, deliberatum, & rixosum; de voluntario sub dolosi nomine loquitur Reg. Cortiad. *decis.* 92. num. 28. Dicitur etiam dolosum, si prævia ex intervallo animi deliberatione sequatur. *Farinac. q.* 126. num. 3. sed distinctius loquendo, tunc non solum est dolosum, sed qualificatum, id est cum qualitate animi deliberati; dolosum autem simplex, si discretè sermonē instituamus, est calore iracundiæ, & præcedente provocatione commissum, & ita explicarunt ante *Farinacium*, *Boss. in tit. de homicid. numer.* 53. *Clar. in pract. s. homicid. vers. Ex proposito;* quapropter magis quam dolosum est facinus ex proposito
ema-

emanatum, & sic etiam sunt accipiendi Iul. Clar. Villagur, Carrascus, Menochius, & alii allegati per Reg. Cortiad. *d. decis. 92. num. 13.* unde differentia evidens perpenditur inter animum simplicem, & animū deliberatum occidendi, ut post alios declarat Calderò *dec. 39. num. 9.*

6. Dolosum autē simplex idēdō solet appellari rixa patratum maleficiū, ut fecernatur à voluntario, quod est in maiori dolo, & à casuali, ac culposo, quæ dolo carent; sicut enim ut prælibavimus *decis. 4. num. 33.* Stellionatus crimen committitur, quoties dolo quid factum est, ita speciali nomine non designato, homicidii dolosi vocabulo placuit vocari in rixa commissum, cum ab eo non absit omnis dolus, & animo interficiendi repentina deliberatione fuerit exequutum; non enim iram propriā potest quis absque iudice vindicare, ex longè traditis *decis. 5. num. 21.* quia non perturbatur per iracundiā omninō mens, sed dicitur tunc homo non esse in plenitudine intellectus, & sic non in dolo pleno, & completo. *Grammat. cons. 56. numer. 17.* Bellonus *de his quæ sunt incontinenti cap. 8. num. 1. & seq.* Giurb. *cons. 17. numer. 14.* Vermigliol. *cons. 26.*

num. 8. Merlin. Pignatell. *contror. forens. lib. 1. cap. 66. nu. 16. & sequent.*

Atverò adhuc non quiescit 7 animus; nam in homicidio culposo dolus intervenire non videtur, ut latissimè declarat Farinac. qui supra *q. 126. à nu. 37.* Molina *de iustit. tom. 4. disp. 21. ex num. 1.* Barbof. *in collectam. cap. de cetero de homicidio. Carter. in præf. 3. tract. de homicid. & assassin. §. decimo quarto. excusat.* Menoch. *de arbitrar. cas. 324. num. 1. & 12.* Plaça *in epitom. delict. lib. 1. cap. 10. ex nu. 5.* Azeved. *rubr. tit. 23. lib. 8. recopilat. ex num. 16.* alii allegati per Reg. Cortiad. *dec. 92. num. 11.* qui culposum homicidium illud definiunt, quando quis non dolosè, nec animo occidendi, sed inadvertenter alium interficit, & propterea non ordinaria, sed extraordinaria ultione illum delinquentem puniendū esse conveniunt, scilicet pœna pecuniaria, vel exilii, aut relegationis per quinquennium pro modo culpæ, & aliquando pœna tritemium ad tempus, quam pœnam fuisse impositam in causa de facto occurrente anno 1557. refert Clar. *lib. 5. receptar. sententiar. §. homicidium num. 3.* Qua autem ratione puniri quis 8 possit ob solam culpam, non

extante dolo, haud video, cum
 ut numer. 1. proposuimus, nun-
 quam possit aliquis puniri cor-
 poraliter, nisi dolus interve-
 niat, & probant Bartol. in l. 1.
 §. 1. num. 1. ff. si quis testam. lib.
 esse iuss. fuer. aded ut non suf-
 ficiat lata culpa, & hanc com-
 munem opinionem dicit Jass.
 in l. in actionib. num. 23. & 26.
 ff. de in litt. iur. Ioann. Blanc.
 in pract. crimin. n. 137. Sylvestr.
 in summ. verbo Pena q. 16. &
 verbo Culpa vers. Decimo qua-
 ritur. Bernard. Diaz reg. 540.
 Grat. resp. 132. vol. 1. Grammat.
 vot. 211. num. 15. Hypolit. in l.
 unius §. cognituram ff. de qua-
 sitionibus. Maranta in spec. Ad-
 vocat. 4. part. distinct. 60. Aven-
 daño de exeq. mand. 2. p. nu. 22.
 col. 5. Avilez in Cap. Pratorum
 cap. 48. glos. 1. num. 3. Gutier. in
 auth. Sacramenta puberum nu.
 62. Cod. si ad vers. vendit. Curt.
 iun. in l. fin. numer. 9. ff. quod
 quisque iur. Menchac. lib. 2.
 controuv. illustr. cap. 96. numer.
 32.

9 Respectu latae culpae, non
 caret fundamento assertio pœ-
 nam extraordinariam, etiã cor-
 poralem imponentium, quan-
 do illa provenit ex versutia, seu
 malitia; quia tunc æquiparatur
 dolo, adhuc in criminalibus,
 & propriè dicitur latior, seu
 latissima culpa; quando verò

culpa ex ignavia, & quo casu
 ex malignitate censeatur pro-
 venisse, exposuerunt Cagnol.
 in l. contractus num. 6. 7. 9. vers.
 Verius tamen videtur ff. de reg.
 iur. Farin. in tit. de pœv. tem-
 per. q. 87. inspect. 1. nu. 60. vers.
 Limita decimo, & q. 88. n. 68.
 & 69. & ita intellexit Bucca-
 ron. de different. inter iud. ci-
 vil. & crimin. diff. 124. num. 9.

Attamen culpa levi delin- 10
 quens, non coarctetur crimina-
 liter, si civiliter possit puniri,
 ut quia factum concernat rem
 familiarem, sive damnum, aut
 interesse privatum pecunia esti-
 mabile; tunc enim intrat civi-
 lis districtio ad resarcionem
 damni; si verò non agatur de
 damno ad commodum parti-
 culare, eo casu, iuxta gradū cul-
 pæ ultio criminalis locum sibi
 vindicat, quia tunc non dicitur
 criminalis pœna, sed sub-
 sidiaria civilis, sicut fertur,
 quod non habens in ære luit
 in corpore, cum pluribus Reg.
 Cortiada decis. 26. num. 94. qui-
 bus adde Bovadilla lib. 3. Poli-
 tic. cap. 8. num. 214. Greg. Lop.
 in l. 4. glos. 3. & seq. tit. 22. par. 3.
 Segur. 2. part. director. cap. 10.
 num. 2. & cap. 11. nu. 16. Carley.
 de indic. tit. 1. disp. 16. Robert.
 lib. 2. rer. iudicat. cap. 15. Reg.
 Mattheu de re crimin. contr. 57.
 num. 20. & contr. 21. num. 29. &

30. sic distinguunt Abbas *in cap. 2. num. 6. vers. Vnde pro concordia de constit. Boss. in pract. criminal. vers. Culpa dicitur versus finem.* Farin. *in tit. de pœn. temperand. q. 87. inspect. 2. nu. 78.* Buccaron. *diff. 125. tota,* ubi ex his infert ad legem Aquiliam, quam esse actionem civilem firmat.
- 11 Denique de hac materia videndus longè Farinac. *q. 87. inspect. 1.* exactè discutiēs, quomodo dolus requiratur in delictis, & quando culpa lata dolo æquiparetur, & optimè idē Farinac. *d. q. 87. num. 69.* distinguit inter dolum maiorem, & minorem, advertens istum mitius puniri; sufficiet tamen pro nostro instituto probasse homicidium non plecti absque dolo, vel latiori culpa in criminali iudicio pœna corporali.
- 12 Alia perquiramus exempla; primum sit de eo, qui muros civitatis violat, is capite est puniendus. *l. fin. ff. de rer. divis. §. sancta quoque Instit. eod. quæ* tamen pœna de Civitate Romana fuit à Doctõribus declarata; nam qui muros alterius vrbis transcendit, extraordinaria pœna, arbitrio iudicis, tantum tenetur. Boer. *dec. 232. num. 1. & 3.* iudicatum fuisse refert per Senatum Burdegalensem Menoch. *de arbitrar. lib. 2.*
- centur. 5. cas. 483. numer. 3. & 6.* Ioan. Baptista de Rosset. *inter consil. Alexandri de Nevo conf. 93. num. 4.* Cornicus *conf. 33. n. 4. post vers. Et consuetudo.* Clar. pluribus relatis *in pract. crim. q. 68. num. 29. vers. Muros Civitatis.* Magon. *decis. Lucen. 90. num. 14. vers. Tamen quia.* Farin. *q. 20. num. 152. vers. Limita quintò,* Bovadilla *in politic. lib. 4. cap. 1. num. 23.* Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 37. tot.* Caball. *resol. crim. cas. 100. qui num. 6.* tunc pœnæ extraordinariæ locum esse vult concurrentibus duobus, vno, quod hoc non fiat dolo, & animo ipsos muros violandi, sed ex alia causa, videlicet, vt quis evaderet è manibus satellitum, & multò magis si ex causa licita, veluti vt bannitum, quem ex statuto occidere licebat, insequeretur, & interficeret. Nell. *in tract. de bannit. 2. part. temp. 2. q. 13.* Farin. & Menoch. supra citati; alterum verò, quod non fiat tēpore belli, sed pacis, pro quo allegantur, Boer. Farinac. Clarus, Magonius, his concurrentibus pœnam extraordinariam subit reus; sed dato contēptu legis, animo muros violandi, id patraretur dolo, & ex mera voluntate, nulla causa interveniente, & sic durius veniret coercendus, tempore sci-

licet belli, pœna mortis, & idem si alia concurrerent delicta diversæ speciei, licet simul commissa, & ad eundem finem tendentia, quia tunc attenda gravitate circumstantiarum augeri posset pœna vsq; ad mortem. Caball. qui prox. *dist. cas. 100. num. 11. & 15.*

13 Intellige autem hæc, ut dolus non absit ab hoc delicto, cum contraveniendo legi fuerit commissum, & dolo agit, qui legi prohibenti aliquod fieri, non obtemperat, si in delicti pœnam lex id statuatur, ex discussis supra *decis. 4. num. 31. 34. & 35. text. expressus in l. non potest 159. ff. de reg. iur. ibi: Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit, vbi Decius. Barbosa axiom. 76. num. 2. vbi in faciente rem prohibitam à lege, semper præsumi dolum, & malum animum, ex l. 1. Cod. de siccar. Paris. *conf. 52. n. 33. & conf. 78. n. 16. Mascard. de probation. conclus. 495. nu. 4. & concl. 531. num. 50. & 102. Farin. q. 18. num. 71. & q. 89. n. 77. & 78.* Sed est dolus minor, seu levior, quia dantur causæ à dolo excusantes, iuxta enodata supra *num. 2.* aliter si omnino absque dolo delictum illud admissum assereremus, nulli pœnæ reus subesset, etiã extraordinariæ.*

De hoc crimine delatus fuit 14 in Regio Cõcilio Hieronymus N. nauta, qui die 3. Jun. 1688. post clausas iam portas Civitatis, hora decima noctis, antenna quæsitâ, menia ascendit præsentis Civitatis Barcinonæ iuxta portam Sancti Danielis, vbi apprehensus fuit.

In defensionem probavit se 15 sponsalia contraxisse cum domicella, cum illaque prædicta die cœnare promississe, & præter intentionem remansisse in litore maris, & cum ingredi voluisset per portam, clausam reperisse: quare deduxit nondolo, sed amoris sponsæ suæ causa facinus illud commisisse, quapropter locus fiebat regulæ, delinquentem ex causa, & impetu amoris, non esse puniendum pœna ordinaria delicti, sed alia mitiori iudicis arbitrio, ex comparatione quam amor ad furorem habet, & summa difficultate illum intra debitos limites cohibendi. Tiraquel. *de pœn. temperand. caus. 4. numer. 1. & seq. Clar. in pract. §. fin. q. 60. vers. Et est amor. Peguer. decis. 7. num. 18. & seq. Menoch. de arbitrar. cas. 328. numer. 1. & seq. Farin. de pœn. temperand. q. 98. num. 80. Giurba *conf. 47. nu. 8. & seq. Carena de offic. Sanct. Inquisit. part. 3. tit. 9. numer. 50.**

- 15 *Et seq. Novar. de elect. for. sect. 2. cap. 35. per tot. Conciol. ref. crimin. 12. verb. Delictum nu. 1. Bovadill. lib. 5. politic. cap. 3. nu. 121. Gomez in l. 50. Tauri n. 64. Riccius part. 7. collectan. 2706. Robert. lib. 1. rer. iudic. cap. 2. itidem Ricc. part. 5. collect. 1843. Et p. 6. collect. 2117.*
- 16 Quapropter nonnulli sentierunt, contractum factum ab amore capto, eundem effectum habere, ac si à furioso factus esset. Anton. Gomez lib. 2. var. cap. 14. nu. 29. vers. Contractum, de quo videndi Farinae. Menchaca, Simanchas, Petr. Greg. citati per Ayllon ibidem.
- 17 Diximus autem dec. 18. n. 6. ebrium puniri, non ob dolum, sed ob culpam, quam se inebriando commisit, & hoc casu culpa dolo comparatur, cum prævideri potuerit, iuxta firmata dicta decis. 18. num. 13. vel dic eo casu atrocitatem inspicere, ob quam etiam bruta puniuntur, ut indignam facti memoriam refricent, aliisque timorem iniuciant, ut decis. 17. num. 24. probavimus.
- 18 His verò non indigemus, ut amantes delicta committentes extra ordinem puniri defendamus, dolo ab illis non omninò discedente; siquidem amoris impetu est ille delinquens à mente alienatus, & concinit

tunc assertio, quod vitium coniunctum vitio nò excludit dolum, ex suprà exaratis d. decis. 18. num. 39. ad effectum scilicet evitandi omnem pœnam, sed ut minorem subeat; quare verum est dicere, quod in delinquente ex causa amoris, non concurrit dolo, quem exposcunt Doctores allati numer. 12. benè verò, qui satis sit ad aliam pœnam arbitrariam adhibendam; sicut enim ira, ut prenottavimus suprà num. 6. in pleno dolo non relinquit iratum, sed in minori, ita etiam amor omnem malitiam non adimit, & ad puniendum humanius inducit.

Quibus consideratis, noster 19 Regius Senatus benignè hunc reum respexit, admittendo ei pactum voluntarium bannimenti ab hac Civitate Barcin. & eius Vicaria lata per triennium, Regia conclusione suscepta sub die 3. Septemb. 1688. referente Reg. S. de Vilaplana, Actuario Riembau; nota tamè tempus pacis tunc durare,

Diximus decis. 24. numer. 4. 20 dato dolo in transfugere attentante, de crimine læsæ Maiestatis in primo capite teneri, illo verò cessante, levissimè coerceri; quæ vera sunt, nedum quando delictum hoc attentatur, sed etiam si fuerit con-

Dddd 2 sum.

summatum; nam si dolus ab-
sit, crimen læsæ Maiestatis non
incurritur, & mitius reus pu-
nitur. Oldrad. *conf.* 43. *vers.*
Circa sextum, vbi quod si quis
fuit visus permanere cum ho-
stibus, non tamen in damnum
Principis, vtpotè non arman-
do, nec pugnando, nec aliter
ipsis auxilium præbendo, non
dicitur committere crimen læ-
sæ Maiestatis, quia dolo tunc
intelligitur caruisse, sequitur
Grammatic. *decis.* 13. n. 6. nam
per transitum ad hostes tunc
demum læsæ Maiestatis quis
pœnam luit, quoties hostilia
opera contra Principem exer-
cet. Foller. *in præct. crim.* *ver-*
bo item quod commisit crimen
lesæ Maiestatis num. 30. *fol. mibi*
228. qui tractat de conversa-
te cum hostibus sine dolo, &
absque vsu armorum, propter
sua particularia negotia. Al-
ciat. *conf.* 467. *num.* 1. *vers.* *Ter-*
tio respondeo. Rolland. *conf.* 1.
nu. 104. & 108. *lib.* 3. *Grammat.*
conf. 13. *num.* 34. & 60. vbi de eo,
qui cum inimicis degit pro re-
medio, & tutamine suæ salu-
tis. Clar. *in prax. §. fin.* q. 68. *nu.*
42. *vers.* *Transfuga punitur*, &
ibi Baiard. *num.* 119. vbi, quod
vt quis propriè dicatur trāsfu-
ga, requiritur malus animus,
& prodendi consilium; sed cir-
ca hæc vide annectenda infra à
n. 28. & 31.

Sed tamen, tametsi fateamur ²¹
absque dolo neminem consti-
tui reum crimine læsæ Maie-
statis, cum in eo dolus requira-
tur, sicut in quocunque alio
scelere. Gigas *de crimin. lesæ*
Maiestat. committen. q. 67. Fol-
ler. *in præct. crimin. in fragm.*
de crim. lesæ. Maieft. numer. 64.
Cephal. *conf.* 75. *nu.* 7. 14. 15. 23.
lib. 1. & cum his Farinac. q. 87.
num. 20. Nihilominus semper
affirmandum erit, dolum inesse
in transfuga, quando pœna
etiam extraordinaria irroga-
tur, sicut asserimus de quocum-
que alio delinquente, vt tunc
non deficiat omninò dolus, sed
gravitas illius, velut ex Docto-
ribus suprâ citatis depromitur
dolum semper requiri, vt deli-
ctum constituatur, & aliquan-
do, vti qualitatem aggravan-
tem crimen, sicut in hac spe-
cie accidit; nam si pugnando,
vel hostilia opera agendo quis
delinquit, dolus tunc facit
transire maleficium in crimen
læsæ Maiestatis, accedente qua-
litate illa malignitatem aggra-
vante, sed non desinit adesse
dolus, si absque his circumstan-
tiis facinus evenit; nam & aliq-
minores ad læsæ Maiestatis ge-
nus, delictum istud valent pro-
trahere, vt *ex num.* 28. proba-
bitur.

Hoc est quod iactari solet, ²²
in-

in delictis sufficere dolum in genere, nec requiri in specie. Plaza in epitom. delictor. lib. 1. cap. 27. post num. 1. Bald. in l. si quis non dicam rapere numer. 9. Cod. de Episcop. & Cleric. Tiraquel. alios allegans de pæn. temper. caus. 14. numer. 3. in fin. nam dolum evidens inferitur, ex his que geruntur contra imperantis præceptum constituere volentis delictum, & ita in ore est scribentium, quod non obediens illi, sub cuius est imperio, habetur ut transfuga, & hostis. Bartol. in l. omnes populi, n. 23. ff. de iust. & iur. Sfortia de restit. in integ. q. 7. num. 18. Decian. lib. 7. tract. crim. cap. 14. nu. 15. Caball. res. crim. cas. 294. numer. 217. qui bene advertit, transfugas deficere, quia ab his quorum sub imperio sunt, deficiunt, & in hostium numerum se conferunt. Et ratio est evidens; nam is, qui transit in imperium inimici, periculo se subiicit illius iussionibus obediendi contra suum Principem, & in delictis atrocissimis punitionem meretur ad actum proximum devenire, ut firman-
Doctores allegati decis. 21. nu. 66. præterquam ex hac communicatione cum hostibus plura damna sequi possunt, quæ pœnali iudicio sunt vitanda, ex his quæ scripsimus decis. 4. & nu. 9.

de puniendis rebus ob solum malum exemplum.

Claræ enim sunt prohibi-²³ tiones Principum, quæ tempore belli interdunt ad hostes transitum, pœnis gravibus inobedientibus impositis, quas & graviores incurrunt, qui cum maiori dolo prohibitionem transgrediuntur, minores qui cum leviori, levissimas qui cum modico, iuxta gradus illius, prout considerantur in culpa, quæ in latiore, latam, levem, & levissimam dividitur, iuxta collaudatos supra num. 8. non autem licebit pœnam aliquam absque vilo dolo infligere.

Quo intellectu donandus²⁴ est Farin. q. 87. num. 2. dū scripsit, cessante dolo, pœnam omnino esse minuendam, & mitius agendum cum eo, ut concludamus, pœnam mitiorē, minorem dolum arguere, sed non omnem eius immunitatem, aut exclusionem: alioquin certa non esset conclusio supra num. 9. stabilita, docens culpam non puniri in criminalibus, eam scilicet quæ dolo non æquiparatur, nec tunc locum esse adhuc pœnæ extraordinariæ; nam si sine dolo posset hæc pœna infligi, necesse puniretur culpa, sicque evidenter relinquitur, aut transfugam plecti non posse vlla pœna, si in eo cesset
om-

omnis dolus, aut si puniatur, aliquem in ipso dolum esse cō-
 25 perendum. *Sanè vno casu, etsi crimina-
 liter agatur de levi, & levissima
 culpa, ea animadvertitur, vt
 accidit in Commētariense, seu
 custode carcerum, qui propter
 dictas culpas arbitrio iudicis
 venit plectendus pœna priva-
 tionis officii, vel alia leviori;
 sed ista est singularis disposi-
 tio legum, quam publica salus
 postulavit, ne impunita delicta
 manerent ob reorum fugas,
 huicq; pœnæ se alligavit. Cu-
 stos munus custodiæ suscipien-
 do, prout expendunt textus,
 & Doctores adducti *decis. 8.
 num. 16.* alia etiam exempla re-
 censet Farin. *d. q. 87. numer. 42.*
 de delictis in omittendo con-
 sistentibus, quibus culpa lata
 æquiparatur dolo, & ita puniū-
 tur pœna corporali iuxta fa-
 26 cti, & culpæ qualitatem dolo
 accedentem; quemadmodum
 enim licet Principi ex non de-
 licto delictum facere, & pœnas
 augere. Calic. *in Margarita
 Fisci 8. dub. nu. 11.* Vico *ad leg.
 Sardin. tom. 2. tit. 30. cap. 10. n. 7.*
 & *per tot.* Maltrills *decis. 145.*
 Ant. Fab. *in Cod. lib. 9. tit. 26.*
*ne sine iussu Principis liceat con-
 fise. defm. 2.* Surd. *conf. 25. lib. 5.*
 Franch. *decis. 434.* vbi Luca.
 Roland. *conf. 21. lib. 4.* Reg.*

Cortiad. *decis. 71. num. 17. p. 2.*
 R. S. Calderò *decis. 1. numer. 24.*
 & stante iusta causa potest pœ-
 nas augere quin foris contra-
 fiat, ex latè discussis *decis. 22.*
 Vicecancell. Crespi *observ. 4.
 num. 280.* ita etiam Principi li-
 cebit dissolutam culpam ad do-
 lum potrigere, ipsam vti deli-
 ctum verum puniendo, ad tra-
 dita per Calderò *decis. 94. à
 num. 27. p. 2.*
 Hęc omnia comprobavit 27
 Senatus in causa contra Ioan-
 nem N. mulionem maris Bar-
 cinonę habitatorem, delatum,
 & inculpatum, quod non du-
 bitavit se conferre ad Villam
 Perpiniati, & alia loca inimi-
 corum suæ Maiestatis, & ex eis
 iterum venire ad præsentem
 Civitatem Barcinonæ absque
 licentia tunc Excellentissimi
 Locumtenentis Generalis, lit-
 terasque ab inimicis suę Maie-
 statis ad præsentem Principa-
 tum deferre, & alia crimina
 perpetravit, qui ad relationem
 egregii Pauli Puig tertię Au-
 læ Doctoris, propter Relatoris
 absentiam, Regia sententia la-
 ta 22. Martii 1653. fuit condem-
 natus ad servitium Regiarū tri-
 remium remigando ad trien-
 nium, in actis Oriol.
 Is reus neque pugnavit, ne- 28
 que auxiliū hostibus præbuit,
 & sic non concurrebant in co-
 cau-

causæ supra expressse dolum magnum arguentes, fuit tamen dicta pœna ipsi inflicta, quia transivit absque licentia ad loca ditionis Regis inimici, epistolasq; detulit à personis vnius Regni ad alterius Regni incollas directas; & hoc medium per epistolas communicandi vassallos Regios cum subditis Regni inimici, damnosum est, cum per illud sciri possint Regni arcana, quæri secreta per scribentem ab illo, cui epistola mittitur; ex eo enim epistola inventa fuit, vt absentes presentes fierent. Turpyli. apud D. Hieronym. *epist.* 42. D. Ambros. *ad Sabinum*, Cicero *lib. 1. epist. ad Curiouem*, qui vsum epistolarum introductum fuisse notat, vt certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset, latè Solorzano *de iur. Indiar. lib. 1. cap. 12. num. 5. tom. 2.*

29 Vttenius nimia fiducia se conferendi ad hostes, & cum eis per aliquos dies moram agendi, dolum inferebat; siquidem ad illos perveniens reus, & aperiens se Regis inimici subditum, timere tenebatur vt pro exploratore caperetur, & sic cum securitatem habere visus fuerit, indicium doli in eo considera-

tur. Oldrad. *conf.* 13. *incipient. cum questio ad fin.* Bald. *conf.* 180. Aretin. *conf.* 9. *col. 2. Specul. ad tit. de presumpt.* Abbas *in cap. 3. de probat.* Zilet. *tom. 2. consil. crimin. 54. num. 30.* Brunon. *de Sole in consil. crimin. num. 18.* Larrea *alleg. 66. nu. 57. part. 1.*

30 Constat etiam in processu, epistolam fuisse summo conatu ei iniunctam, plenè liquebat affectasse reum epistolas in abscondito tradere, eas valdè cautè, & involutas adduxisse sua confessione extraiudiciali declaraverat, licet non plenè probata, negavit epistolarum traditionem, de qua erat vno teste imputatus cum admniculis; mendacium autem, ac cautela, qualiter faciunt doli indicium, diximus *decis. 27. num. 46. & 52.* ac de abscondente se loquimur *decis. 30. num. 19.* de latebras querente *dec. 20. n. 20.* & per allegatos dictis in locis deprehendes, qualiter ex occultatione doli argumentum sumatur; hæc autem occultatio non solum attendenda venit ad doli presumptionem, quando adest in persona, sed & quoque respectu rerum, cum equè militet clandestinitas, de qua agitur *decis. 11. num. 34.* & punctim de occultatione rerum tra-

cta-

etabitur *decis.* 40. in iudiciis consequentibus verbo *Occultatio*, & verbo *Visus exire*.

31 Sua confessione iudiciali asseveravit hic reus, se apud hostes per aliquos dies permanfisse, cum circumstantia, quod illuc profectus fuerat pro matre sua visitanda, & vestibus, ac supellecibilibus propriis recipiendis; quare prædicta confessione, & iudicio doli coniunctis, delictum illius non solum punibile extitit iudicatum, sed etiam ante sententiam prædictam, uti impetitus de crimine læsæ Maieftatis in primo capite, quaestionibus fuit suppositus memoratus Ioannes sine præiudicio confessatorum, & probatorum, sed tantum ad habendam ulteriozem veritatē super aliis delicti qualitatibus, & eruendos socios, participes, fautores, & receptatores, & hoc modo de præmissis interrogatus in tortura vicit, per quam tamen non evasit pœnam, non quia plenè probatus esset transitus, quo casu plenæ probationis, multi tenuerunt, torturam probata non evacuare, imò posse delinquentem condemnari; latissimè Villalobos in *suis communib. verb. Torqueri num.* 118. Reg. Mattheu de *re crimin. contr.* 26. qui *numer.* 31. in enormissimis vult adhibita

protestatione condemnationē ferri posse ad pœnam ordinariam. Boer. *decis.* 163. *numer.* 23. Carrer. *in præct. in secund. tract. de indic. §. viso igitur de indic. num.* 31. Covarruv. *in præct. cap.* 23. *numer.* 5. Scaccia de *re iudic. glos.* 14. *q.* 21. *ex num.* 11. & alii relati, & sequuti per Cevallos *q.* 375. Paz *in prax. tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. *§.* 12. *ex num.* 5. nam præterquam torturam in casu legitimæ probationis inferri communiter Doctores improbant, quicquid sit de hac sententia, quam amplectitur Farin. *q.* 40. *num.* 11. ubi firmat, quod tortura purgat plenas probationes quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariã, que tunc potest esse corporalis, & trirremium; non fuisset illata tamen tortura in ista specie contra dictum reum, qui confessus fuit transitum, & ex hac confessione plena de ipso oriebaturo probatio, neque in Cathalonia posset admitti prædicta opinio, cum in illa reus, qui negativè perstitit in tortura, censeatur purgasse indicia, quasi puram veritatem dixisset, ut notat Calderò *decis.* 14. *num.* 8. ex Peguera, qui tamen casum plenæ probationis non attingit; verum est, quod in eadem ratio videtur militare,

32 Solum ergo, tamen si de transitu illo, & permanentia, ac commercio cum hostibus constaret, fuit delinquens punitus, quia torturam tantum sustinuerat super aliis qualitatibus delicti, & ut haberentur fautores, quibus casibus tortus plecti optimè potest. Farin. d. q. 40. numer. 17. & 18. si iudicis adsit prælibata protestatio, & facto contrario postea non appareat super maleficio interrogatione sequuta, prout punctim observat R. S. Calderò decis. 14. n. 13. qui num. 14. & 15. exemplaria adducit specialia in crimine læsæ Maiestatis, quibus illata fuit tortura reis, probatis in suo robore remanentibus, etiã circa idem delictum.

33 Probatum ergo ex supraddictis relinquitur, transfugam dolo delinquere ex solo transitu ad hostes absque Principis licentia, nam aliæ circumstantiæ, quæ ad constituendum Ioannem reum criminis læsæ Maiestatis fuerunt expensæ, non eorũ debant, ut defectus doli suppleretur, sed ut maior in eo dolus argui posset; principalis enim inscriptio delicti ex transitu absque licentia fuit formata, & reditu ad hanc Provinciam, & meritò: quia hæc duo delinquentem constituisent, cum is, qui aliquid absque licentia

facere nequit, & illam nõ impetrat, in dolo sit; licentia enim est gratia, seu facultas concessa alicui, per quam sibi licet, quod prius non licebat. Cap. si causas & Cap. Christiano 33. q. 4. & patet ex positis in summa causa 14. q. 1. lul. Capon. dissect. 13. ubi disputat, quando ad excusandum ab actu licentiam requirente, & ut cesset delictum, sufficiat præsumpta, seu tacita, vel requiratur expressa: nam qualiter in dolo esse desinere potuit, qui renuit licentiam petere, quoniam si id non fecit, quia consequi non confidit, contravenire Principis iussui voluit; si autem ex aliis causis, ne notum faceret animum suum, fraus in eo præsumitur ex occultatione mentis, intentique in corde habitæ, iuxta tradita supra.

Planè videtur principalem dolum ex defectu licentiæ fuisse decerptum, nam epistola, quam detulit Ioannes ex Villa Perpiniani, nihil continebat status negotia concernens, & ex defensionibus resultabat, antequam se transfugisset reus ad inimicos, clamasse matrem suam, eius vestes, & suppellectilia asportasse ad prædictam Villam, & se ad eam accedere velle, ut illas recuperaret, matremque videret.

35 Quapropter duplici iuvabatur excusatione, nimirum ex causa visitandi matrem, & recuperandi bona sua, exemplo exulati, seu confinati, qui si redeat ad locum vetitum propter amorem, timorem inimicorum, vel ad visitandum parentes valde infirmatos, excusatur. Giurb. *conf.* 47. num. 8. & *seq.* & *conf.* 81. à 11. 12. Novar. *de gravam. vassall. gravam.* 74. lib. 2. vbi tenet, quamlibet necessitatem prodesse, & Paul. Castrensi. in *l. filiusfam.* num. 9. ff. *de procurat.* cum necessitas voluntatis libitum excludat. Bellam. *conf.* 6. num. 10. Gail. *conf.* 28. num. 11. Tusch. *conclus.* 21. nu. 19. litt. N. sequuntur Præses Sanfelicius *decis.* 256. num. 2. & *seq.* Zuffus *ad constit.* Barbat. num. 173. & *seq.* cum aliis laudatis per Conciol. *res. crim. univ. verb. Confinatus*, vbi inter alias causas votum exprimit, & in additione materiam latius explicat. Urgebat autem necessitas huius reo ne bona sua perderet.

36 Vterius, ex quo epistola per reum tradita, de qua constitit, aperte contra statum nihil continebat, & ita à crimine læsæ Maiestatis videbatur immunis, quia ut illud incurratur, opus erit mittantur ad hostes litteræ, quibus legatur quicquam

in damnum Principis, & concurrere dolum in eius præiudicium, veluti animo hostis iuvandi, secus si de negotiis privatis agatur. *Grammat. decis.* 6. nu. 2. Farin. *in prax.* q. 113. num. 25. & 26. & apertius n. 27. ex Barbaro *conf.* 70. nu. 30. ante medium, Gigas *de crim. læsæ Maiestatis lib. 1. rubr. qual. & à quib. crim. læsæ Maiest. committ.* q. 20. in princ. Boss. *in tit. de crim. læsæ Maiest.* nu. 12. Foller. *in pract.* verbo *Item quod commisit crimen læsæ Maiest.* nu. 1. Baiard. *ad Clar. in §. læsæ Maiest.* num. 2. vers. *Nono si quis Mynfinger. resp.* 44. sub num. 2. & adhuc Farin. respectu recipientis litteras differentiam considerat, & concludit, quod is crimen læsæ Maiestatis non committat, nisi contra securitatem Principis aliqua in eis fuerint expressa, & ipse non revelaverit.

Ita pro reo, & contra cum poterat decertari, sed salubre est consilium Hieronymi Gigas *diit.* q. 20. in princ. vers. *Hoc sanè intelligo,* & num. 49 & *seq.* vbi admonet, non dubitare ad hostes nuntium, seu litteras mitti; quia non solum à malo, sed etiam à mali suspicionem abstinere debemus, que procedunt etiam in litteras deferentes; quapropter examina-

eis facti circumstantiis, nempe transitu ad hostes absq; licentia Principis, redituque ab eis cum epistolis hostium, illorum erga reum mutuam fiduciam arguentibus, dolum sufficientem ad crimen læsæ Maiestatis censuerunt Domini, & nõ esse probatas, aut sufficienter causas excusationis, meruisseque Ioannem extra ordinem pœna supra expressa affici. Caveant vassalli ergo ab hoc transitu ad hostes, quia non obtenta licentia, semper sufficiens erit ad pœnam extraordinariam irrogandam, propter doli qualitatem inde emergentem, licet non indistinctè ad crimen læsæ Maiestatis constituendũ, & ita nunquã erit pœna absq; dolo, qui est scopus noster, nec dolo esse desinet, quamvis maior versutia non adsit, damni scilicet contra Principem.

38 Verum est, quod pluries vidi reis indulgeri, qui manifestè ob contractus particulares ad hostes se contulerunt absq; vlla suspitione statui præiudiciali; sed nulla de his securitas haberi potest, cum Principi sit arbitrium ex nimio abusu, vel aliis circumstantiis, prohibitione extante, pœnam aliquã applicare, iuxta facti, personæ, temporisque qualitates.

His sic enodatis, declarandi sunt plures Doctores, qui primò dolum constituerunt homicidium in rixa eveniens, deinde verò culposum voluerunt, inter quos est Farinac. q. 126. num. 6. ibi: *Homicidium dolum rursus distinguitur; quia aliud est simplex non deliberatum, aut premeditatum, nisi tempore commissi homicidii, ut puta quando in rixa, & impetu ira committitur, &c.* Deinde n. 47. quærit, an homicidium in rixa commissum dicatur culposum, an verò potius dolum, & sic an pro eo imponi possit pœna mortis, an verò alia mitior; pro vtraque parte tradit sententias, & num. 49. suam stabilit sententiam, asserens duo concurrere debere ut pœna mortis infligatur, nempe, quod occidens habuerit animum interficiendi, & fuerit provocator, his autem non concurrentibus, homicidium in rixa patratum culposum remanere concludit; in Cathalonia autem nusquã pro hoc crimine mortis pœna irrogatur, ut ex Rege Cortiada nuper leges.

Regis Cortiada loco citato nempe d. decif. 92. numer. 14. dolum similiter homicidium tradit, quando deliberatio hominem occidendi ex improviso tempore commissi homici-

dii, non ex intervallo ortum habuit, veluti si in rixa, vel calore iracundiæ committatur; sed postea *num. 29.* sic scribit: *Secus si homicidium patretur precedente provocatione, licet illa sufficiens non sit ad occidendum: nam tunc, quia culpa adest, & non dolus, punitur homicida pœna extraordinaria.*

40 Huic etiam opinioni subscripserunt Alberic. *in l. 1. §. Divus in fin. ff. ad leg. Cornel. de siccar.* Menoch. *de arbitrar. cas. 362. num. 4. & 11.* Peguer. *decis. 14. num. 15.* Crispol. *cas. militar. 34. in fin.* Paul. Rub. *de validitat. legal. cap. 38. lo primer per tot.* citati per Conciol. *res. crim. 2. num. 2. verbo Homicidium*, per quos firmatur, homicidium in rixa commissum, etiam propter inconsultum rixæ colorem, casu potius, quàm dolo, nedum culpa evenisse dicendum esse.

41 Omnes tamen isti Doctores respiciunt ad pœnæ diminutionem, pro qua culpam, aut casum magis considerant, quàm dolum, sed non quia omninò cesset, nam revera invenitur in provocato, cum is dolosè, & animo occidendi delinquat, licet nò appensatè. Grammatic. *decis. 5. num. 28.* Alexand. *conf. 76. sub num. 1.* Tiraq. *de pœn. temperand. caus. 1. num. 8.* Boss.

in tit. de homicid. sub num. 91. iste tamè provocati dolus causatus dicitur à deteriori dolo provocantis, & ita levior, quapropter mitius punitur. Farin. *quæst. 91. n. 8.*

42 Tripliciter ergo potest attendi homicidium fixosum, scilicet ante rixam, ante necem, & in necem: Ante rixam nullus in delinquente dolus valet considerari, cum deficiat qualitas deliberationis, quæ in homicidio appellato reperitur, indeque homicidium istud simplex est, deliberatum verò qualificatum, ut perspexisti.

43 Ante necem, post rixam tamen, non omninò dolus homicidæ versatur, quia illà præcedit provocatio, & magis videtur delinquens impelli ex iræ calore, quam ex voluntate occidendi, sicque casui orto ex iracundia, & culpe eam non moderandi tribui poterit delictum, magis quam consilio interficiendi, quippè nisi lacessitus fuisset delinquens facinus non cogitasset, & ita nò ex animo præcedenti dicitur reus criminis, sed ex his quæ ipsum occisi facti permoverunt.

44 Quapropter talis cædes voluntaria non appellatur, quia voluntas non immediatè ad occisionem respexit, sed ad vindictam, iram emovendam, &

in-

iniuriam propulsandam, quod secus est in nece voluntaria, nam licet in ea non extet dolus præmeditationis, & animi occidendi ex intervallo, existit tamen talis, quem nulla causa præcessit excusans facinus pro pœna diminuenda.

45 Veruntamen inspecto actu necis, sicuti non deficit in illo delinquente omninò animus occisionis, ita nec deest prorsus dolus, aliter confunderentur cum rixoso casualia, & culpa homicidia, in quibus dolus, & animus occidendi prorsus cessant, vt præter cumulos *numer. 7.* tenuerunt plures apud Conciol. *resol. crimin. 3. & 4. verbo Homicidium.*

46 Indefectibiliter igitur defendenda erunt duo: primum, nunquam contingere posse homicidium in rixa commissum puniri pœna corporali absque vilo prorsus dolo, vel latiori culpa dolum continente, ex his quæ enervavimus *num. 18.* Secundum, quod si aliquando extra omnem dolum, & latiore culpam, propter circumstantias interveniètes, hoc facinus consideretur, vindicta quoque corporalis tunc nõ erit imponenda.

Hæc omnia plenius confir- 47 mata relinquimus decisione præcedenti: vt autem pœnam impositam transfugæ cognitam habeas in comprobationem adductorum supra à *num. 27.* audias conclusionem susceptam in Regio Criminali Cathalonix Concilio 4. Decembris 1699. contra Isidrum N. laboratorẽ Parochiæ Sactæ Lucix de Puigmal, Baronix Sancti Ioannis Abbatiarum, Diocesis Viced. delatum, & inculpatũ de crimine læsæ Maiestatis in primo capite; eo quod de mense Aprilis dicti anni 1699. transfugit vnã cum aliis à Parochia Sancti Ioannis, in qua habitabat, ad partes inimicorum suæ Maiestatis, & quod adversus suam Regiam Maiestatem arma accipere non dubitavit Regi Franciæ inserviẽdo, & simul cum Francigenis militando, & cum eis præsentem Principatum invadendo, qui referente R. S. Francisco de Sotomayor fuit declaratus reus mortis, & condemnatus ad furcas, toruram in caput sociorum, & ad honorum confiscationem.

EPIGRAPHE.

De probationibus, quibus tumultus demonstratur, eius auctores declarantur, ubi de poena illorum quando contra privatam coacervantur. Plura de seditionibus in diversis Regionibus, multiplicibus de causis accensis, ipsarum damna, scandala, & latentes calliditates discooperiuntur. Subditorum, quando contra Principem vergunt, obligatio propalatur. Civilis, politica, atque canonica dissertatio.

NUCLEVS.


- 1 Operis progressus qualiter intexebatur.
- 2 Totius nostri Principatus fidelitas, seditione, de qua hic, per nonnullos flagitiosos homines mota, magis enituit.
- 3 Quaecunque malesticia in seditione delitescunt, & quasi in hydra uno extincto capite alia exurgunt, ubi de illius detestabilitate.
- 4 Multitudo semel adunata modum non servat.
- Peritus in arte non debet mori, nec torqueri, secus autem si sit seditiosus, vel damnosus Reipublica.
- 5 Quando seditio contra Principem excitatur, expressè est favendum Principi, & ibi de improbantur dubii, & solitarii. Divi Matthaei locus cap. 12. & qui non

- est mecum, contra me est, & alii similes enodantur.
- 6 Ex divisione complura exurgunt daena, & an oporteat Administros unius esse dictaminis, & nu. 7. ubi de unitate Regis, & Regni, & de nocumentis subortis regnantibus gemellis Regibus.
- 8 De pluribus seditionibus in omnibus ferè Regnis commotis, & quibus de causis, remissivè.
- 9 Ad seditionis probationem quae requirantur.
- 10 Seditionis author quis per testes monstratur, si ei reliqui obediant, ubi quod caput ceteris mèbris praest
- 11 Modi alii quibus author seditionis aliquis probatur.
- 12 In bello iusto, & sapienti plu-

- plura sunt officia effulgentia.
- 13 Dux, & Magister principalissimus, alique subalterna potestatis viri in bello denominantur.
- 14 Tumultuoso in pralio adest quandoque unus auctor, interdum duces plures connumerantur.
- 15 Processum tumultus instruens curare debet, ut testis, mortuus, & alii positivos cuiusque ex seditiosis distinguat.
- 16 Per verba, & clamores seditiosis auctores ostenduntur.
- 17 De Neapolitana populari seditioe commota de anno 1647. vectigalia obtestantur.
- 18 Alia Panormi eodem anno suscitata. Alia levi ab initio permota, & deinde valde accensanum. 19.
- 20 Seditiosi quandoque contra Magistratus clamant, & populo non raro sunt exosiores recti, ac iusti.
- 21 Seditiones varia referuntur specie plebis tuenda elate, & contra milites. Vigilantia gubernantium commendatur, ne remotiora sciant, & proximiora ignorent.
- 22 Commentitius est amar, quæ sub Regis velatur commodo, intus tamen odio movetur vindicta.
- Seditiosi sicut piscatores anguillarum sunt, qui non nisi in turbido flatu vivere, aut dari possunt.
- 23 Eloquentia in ore seditiosi gladius est in manu furiscentis.
- 24 Rempublicam gubernantes placidi subditis esse debent, sed ad aras usque, & nu.
- 25.
- 26 Mala non sunt facienda, ut inde eveniant bona, & sic siue iusta sit causa tumultus, siue iniusta, puniendi sunt auctores.
- Importuna petitiones damnause.
- 27 Humiliter apprecati Reges vassallorum, & vectigalium levamen intuentur.
- 28 Vassallis oppressis Reges succurrunt.
- 29 Seditio mota contra privatam vitam puniatur, si inexcogitate, & ex accidenti fuerit orta; si autem precedente tractatu, & consulto, acrius placitur; sed si contra Principem dirigatur, indistincta pena criminis laesæ Maiestatis in primo capite coercetur auctor.

- 30 Tumultus in dubio, non casu, sed dolo convocatus censetur.
- 31 Si seditio paulatim augeatur, & diu perseverat auctores in ea excrescenda, vti consulto permanentes puniuntur, licet casuale fuerit primordium.
Actus geminatus plusquam simplex operatur.
- 32 Quoties in tumultu contra privatum exurgente damna eveniunt, morte puniuntur. auctores si autem nulla concomitentur nocumenta, arbitrariè animadvertuntur, & aliquando ultimo supplicio.
- 33 Senatus decisio.
- 34 Messorum, qui sparsim aderant in diversis locis, deinde collectorum prava natura.
- 35 Praconia ad reprimendos messorum insultus edi solita. Vexillum in tumultu deferens auctor efficitur.
- 36 Coadunatio quid operetur remissivè.
- 37 Turbulenta acclamations admodum perniciose, etiam ad rogatus.
- 38 Vera libertas, qua à legibus regulatur, & qualiter illa seditiosi abutantur.
- 39 Seditiosi se subiicientes sub tyrannide versantur.

- 40 Segetes recolligi, scindique impediens graviter delinquit.
- 41 Nihil infelicitius, aut eremius, quam dominum, aut imperare debentem iussa à subdito suo capere.
- 42 Politica vita agi nequit, nisi quis precipiat, quisve obediat secernatur.
- 43 Ratio assignatur in casu relato num. 28. cur de crimine lese Maiestatis in primo capite reus non fuerit imputatus.
- 44 Seditiosis a seculis benigniores suslinent penas, cum Senatus decisionibus.



DECISIO XXXVII.

DECREVERAM I
volumen hoc tribus peractis indagacionibus absolvere; discussurus in prima, ad poenam extraordinariam imponendam, an ultra semipleenam, vltior probatio exigatur; deinceps curans disquirere, quæ probationes desiderentur ad plectendam Officialium iustitiæ versutiam, inquisitorum de necibus in reos per illos captos, vel capiendos patratas, & quando ordinaria vltiones
vel

vel extra ordinem vindicentur. Denique de potestatis economica, politicae praeminentiis absque probationibus, & prorsus extrajudicialiter exercendis, & qualiter illis Principi, & inferioribus uti liceat, quibusve remediis iustitiae, gravatos se sentiētib' oporteat subvenire, vel alia via consulere.

2 Atverò quia novae supervenerunt causae, operae pretium duxi praemissas tractationes secundo volumini reservare, & posteritatem fraudatam notitiis non relinquere heroicè gestorum per principalia Consistoria, gremia, Magistratus, vrbes, ac villas, & loca huius Domino nostro Regi, ac potentissimo Monarchae obsequentissimi Principatus, cōtra nonnullos seditiosos homines, qui eius quietem subtrahere petulanti animo, ausuque stolido machinarunt, ruinam potius suam, quam alienam tentatam molientes, quorum facinoribus gloriosior, quae se obiecit, universalis Principatus fidelitas permansit, & propter ardentissimi sui amoris argumenta eruta, Regalis munificentiae epistolas, & suum excelsum amorem, & gratitudinem in tam firmos vassallos commonstrantes, honoresque varios memorandos *decis. 39.* pro-

meruit Ovidii sententia probata *elegia 4.*

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Antequam autem ad describē³ di tumultus enarrationem perveniamus (quam sequenti decisione perducemus) de seditionis foeditate, in authores probationibus struēdis, deque ipsorum animadversionibus alloquamur: tempus non absumo, in seditionis diffinitione tradēda, de qua Follerius, Azevedo, Farin, cumulati per Regentem Cortiada *decis. 104. à num. 3.* addo Mastrill. *de indult. cap. 37.* Petr. Greg. *syntag. iur. part. 3. lib. 35. cap. 6. à numer. 1.* Cuiac. & Donell. *ad tit. Cod. de seditiosis*, solum detestabile illud scelus congrua explicatione non posse pandi proferam; semel enim exardescente tumultu, crimina adeò excrescunt, ut finis eorum nullus adsit, vllum non est malum, quod tūc haud immincat, equi Troiani hieroglyphicum, multiplex monstrum, ubi nec quot capita, nec quot pedes, nec quot aliae sint partes discernitur, obstrusum, teterrimum cahos claritatis, rationisve expers; multa Regens Don Raphael de Vilosa *dissert. 6. §. 6. à*

Essff num.

num. 56. irrepunt facilè irreverentię in sacras ædes, in Regē, in Magistratus, in honestarum mulierum pudicitias, plagia, furta, incendia, clades, cædes, & quæcunque alia maleficia, quasi in eo omnia comprehensa delitescant, & uti in hydra, vno extincto capite, alia exurgunt non minora; multitudo siquidem mota modum non servat, ut prædiximus *decif. 5. num. 22.* odio seditionum reus in aliqua arte, vel professione insignis, qui aliter torqueri nõ potest, si periculum sit, ut moriatur, aut inutilis fiat: nihilominus, si in hoc crimen inciderit, & quæstionibus subiicitur, & punitur, ne magis Reipublicæ noceret, quam proficeret, provt vtrumque probat Farin. *quest. 98. num. 139. & nu. 71.* qui ampliat ad latrocinia, & alia similia, latè Faria ad Covarruv. *lib. 2. cap. 9. num. 68.* O infelix tempus, in quo hæc calamitas deploratur! Ferræ ætatis verum symbolum, iuxta Ovidium *lib. 1. metam.*

*Protin' irrupit vena peioris
in ævum*

*Omne nefas, fugere pudor,
verumque, fidesque.*

*In quorum subiere locum
fraudesque, dolique,*

Obstinato quãdoquidem animo permoventur seditiosi ex

minus secura fide, insana mente, pleniori odio, impuro consilio, & interiori accusati (de authoribus est sermo) consciëntia, maiorem Principi adimunt victoriam, quæ in pietate sistit, ut inferius notum redditur.

Apud proximè citatos Doctores adinvenies, seditionem à dissentione civium, vel multitudinis dici, cum concordia, & consensus alicuius multitudinis in varia scinditur, & præcipuè Petr. Gregor. qui supra *syntag. iur. part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 25.* ubi enixè defendit, si factio, vel tumultus adversus Principem insurgat, improbari debere aliquem esse solitarium, & non tueri partes Principis, & prodicionem dicit nõ sectari ope, vel consilio, vel auxilio, asserens quod qui non favet expressè suo Principi, proditor manifestus est, ut potè metu, ut opinatur, maioris potestatis, & interim claudicando sperans exitum belli, ut fortiori se coniungat, ad quæ iuvatur 3. Reg. cap. 18. ibi: *Ufquequò claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum;* & amplius tenet, non tam odere Deum impium ex professo, qui potest respicere, quantum hos, qui nec bonis, nec malis adhærent, sed du-

dubii sunt; & confirmat vltorius ex trito proverbio Apocalipsis cap. 3. *Utinam frigidus eses, aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo;* & ex locis Job cap. 36. *Simulatores, & callidi provocant iram Dei,* Ecclesiast. cap. 6. *Si possides amicum, in tentatione posside eum,* Matthæi cap. 12. *Qui non est mecum, contra me est,* & Lucæ cap. 11. *Et qui non colligit mecum, dispergit,* vbi Menoch. exponit, quod scripturarum scientiam profitentes primi pro Deo esse debent, & non minus peccare, quam is peccet, qui cum suo Rege adesse debeat, cui est obstrictus, illum tamen deserit eo tempore, quo illi potissimum servire debuisset. Alios accomodabiles sensus accumulât Chrysos. Theophyl. Maldonat. Burgens. Cardin. Hugo, Tirin. Chrysoptom. in caten. aur. D. Thom. Estius, Hessell. Lyran. & B. Albert. Mag. Optimè Larrea *alleg. fiscal. 65. num. 11.*

6 Ex divisione namque complura damna promanant. Ioan. Bodin. *lib. 4. de Republica ca. 5.* vbi opiniones dimicantes, an expediat officiales tam bellicos, quàm politicos esse inter se discordes, vel conformes, distinctionis foedere conciliat,

quicquid de Agislao Lacedæmonum Rege, ex Plutarcho in Lyfandrum retulerit Bodinus, vt authoritati Lyfandri detraheret, sententias omnes illius solitū fuisse revocare; de Alexandro Magno cum Artaxilla Indiarū Rege ingeniosam generositatis palestram scribit, & Regem Tulium Ostiliū Mecrosafeto, Albanæ dictatori consuevisse dicere dissidia civilia bono publico esse vtilia, cum ad maius Reipublicæ beneficium respicerent. Idcirco Cato Censorinus, sapiens cognominatus, inter famulos iurgia disseminabat, & officiales suos, vt eorum detegeret tractatus, & alios quinquaginties accusavit, ac accusatus fuit quadraginties, & ex inimicis (quando omnes Ministri sunt ex bonis) meliorem fructum colligi posse ponderat, si de bono ad optimum adire nos cogant, non solum vt nos æquent, sed vt illis præcedamus, quod inter Ministros malos convenientius esse arguit; & Lycurgum legem tulisse ait, vt legati duo inimici mitterentur, vt vnus alterius actiones attenderet. Alia suppetit Jul. Cæsar *commentar. 5. lib. 6.* sic Romanus Senatus ad Consulatum promovit Claudium Neronem, ardētem, ac dexterum,

associavit tamen Livium, prudentem, ac maturum, qui licet summè inter se pugnantes, erāt tamen maxima virtute præditi, & fœlicissimè gubernarunt.

7 Sed tamen adde eundē Ioan- nem Bodin. *de Republ. lib. 4. cap. 7.* vbi exagitat, an Principem in dissentionibus civilib⁹ deceat alteram ex factionibus protegere, & nunquid subditus cōpellatur vnam, aut aliam sequi; & *fol. 382.* defendit enixè, cogere Principes debere subditos suos potentes, vt super iurgiis inter eos suscitatis arbitros eligant, stragesq; multas sequutas enumerat Regum, qui in alteram ex partibus declinarunt; cumulatissimè Bovadilla *in Politic. lib. 3. cap. 9. 20. 1.* vbi de factiosis adulatoribus, detrectatoribus, & hypocritis, qui sub specie zeli gubernio præfectos ad suos inimicos vexandos inducunt: sic tenuit Petr. Greg. concludens plura in Gallia sibi tunc suppetere miserrima exempla, dum de religione certabatur, & quidam tertium genus constituebant, & omnipotentiam exorat divinam, vt gregem ad vnitatem laceratam reducat, & religiosè profecto, ac prudenter: agnoscere enim tenentur schismatici isti civiles Rempub- licam ad discordias, & sedi-

tionones trahentes, quod vnus debet esse Rex, vna lex, vnus grex, nec grex sine Rege, nec Rex absque grege; vnivocantur namq; Regium seruitium, & vassallorum commodum, vt enarrat Chronicon Reg Ioan. I. Castellæ *cap. 4.* qui cum suaderetur ad vassallorum gravamen, iratus respondit: *No me aconsejeis tal, que lo que es bien de mis vassallos, es de mi ser- vicio, y lo demás, mas es daño mio, que de ellos;* concordat Justin. *in l. vnic. Cod. de caduc. tollend.* lepidè Joannes Oven. *lib. 3. epigrammat. 36.*

Lex sine Rege, velut lumen sine sole fuisset,

Rex sine lege, velut sol sine luce foret,

Grex Regem primò legit, Rex cum grege legem

Condidit, hinc legem Rex regit, atque gregem.

Vbi nostras acutissimus Poëta Don Franciscus de la Torre: quapropter scitè affirmant plures ex scribentibus, gemellis Regibus imperantibus innumera insurrexisse damna, ac seditiones. Roxas *de incompatibilit. part. 2. cap. 5. à num. 46. ex cap. in apibus 4. 7. quaest. 1.* Petr. Greg. Tholosan. *de Republ. lib. 28. cap. vnic. de interit. Regnor. per division. Principatu.* Carranza *de part. cap. 6. sect. 1.*

de edito ex seſto ventre num. 11. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 624. num. 2. Perez de Lara in compend. vit. homin. cap. 12. à numer. 32. D. Ioseph. Vela tom. 1. dissert. 4. à num. 19. ad 50. adversus Tiraquel. de primog. q. 17. num. 20. & 35. Molin. de primog. lib. 3. cap. 1. à num. 22.

8 De seditione concitata regnandi cupiditate plures edisserunt. De mutuis odiis, & seditionibus Gracchorum, tum ob mulieres, tum ob prædam post obtentâ victoriam cōtra Troianos, Dicitur. Cretens. lib. 1. & 6 belli Troian. Romanis id ipsū accidisse postquam nihil quod domarent superesset, & non minus Thyrrænis, atque Gallis diversis temporibus pro divisione prædæ, author est Polyb. lib. 2. histor. De ea, quæ per populum Equitium fuit admora carceres convellendo, & eximendo captum, Valer. Max. lib. 2. cap. 2. De illa suborta ex matrimoniis plebeorum, & patriciorum duce Cornelio Tribuno plebis, Flor. in 2. epit. 25. Div. August. de Civitate Dei cap. 17. hæc obitur tetigi, ut noscas, quot mūdi partibus tumultus evenerint, & hunc licet asperrimum, non novum censeas, ut inferius quoque perlustrabitur. Novar. in observ. sacro-profanis lib. 10. cap. 16. nu.

21. tenet cum aliis, divitias curis gravidas esse, & tumultus amare; simile argumentū, & ad scopum notabile sumpsit Bofch tit. de honors de Cathalunya §. 3. vers. No han faltat pag. 41.

Ad probandam seditionem, 9 quæ requirantur inquiramus. Regens Cortiada d. decis. 104. num. 13. respondet ex Azevedo lib. 1. num. 39. tit. 15. lib. 8. recopilat. quod testes debent exprimere coadunationem factam fuisse cū decē personis ad vim inferendam, seu malum finem inducendum. Dixi ad malum finem, quia si ad bonum finem homines congregentur, seditio non committitur, latè Pechius de aqueduct. lib. 1. cap. 4. q. 6. à num. 49.

Authorem autem, seu con- 10 citatorem seditionis demonstrare possunt testes multipliciter; veluti si quis maximam authoritatem habere videatur inter seditiosos, adeò ut illi reliqui obediant; tunc enim dicitur is caput coadunationis, exemplo capitis corporis humani, quod omnibus aliis membris præest. Cap. recolentes de statu Monachor. Mieres de Maiorat. 2. p. q. 5. numer. 48. & part. 1. q. 10. num. 125. Tiraq. in l. si unquam Cod. de revocand. donat. num. 192. Ojeda de

de benefic. incompatib. 2. p. cap. 3. num. 3. prosequitur Salgado in labyrint. creditor. prima parte cap. 4. num. 23.

II Similiter si aliquis plurimū inter commotos cognominari affectet, illos vocans, instruens, suadens, incitans, & disponens modum, quo pravum suum finem ad effectum perducere valeant, aut alia agens per quæ efferecentior eius affectio ad crimen dignoscatur; pluribus enim actib⁹ positivis scelestior animus elicitur, & vt author seditionis reus iuxta illorum qualitatem punitur.

12 Sicut enim in bello sapienter suscepto plura sunt officia, quib⁹ militaris disciplina exercetur, & vnumquodque ex illis suis potitur prærogativis, ac ministeriis, vt ordinatim cuncta consilio prudenti gerantur, de quibus comminiscuntur Petrus Gregor. *syntag. iur. 2. part. lib. 19. cap. 18.* Alana *de re militar. lib. 3. fol. 150. pag. 1. & seqq.* Vegetius, Ælianus, Cataneus, Londoño adducti per Bovadilla *in politic. lib. 4. cap. 2. nu. 33.* Evia Bolaños *lib. 3. commerc. naval. cap. 3. & 9.* Salzedo *in Theatro honor. glos. 43.* qui de belli maritimi officialib⁹ scripserunt. Solorzan. *lib. 5. politic. cap. 18. fol. 924. vers. Pero, & seqq.* vbi inter plures duces,

quis præferatur, debeatque alteri cedere.

Adfuntque in ea mobili Re- 13
publica Dux, & Magister principalissimus, aliique subalter-
næ authoritatis viri, quorum præscriptæ potestati ceteri ob-
temperant. Covarruv. *lib. 4. var. cap. 3.* Vigel. *lib. 3. iur. ci-
vil. cap. 19.* Solorzan. *lib. 5. Po-
litic. cap. 18. fol. 918.* Salzedo *in
Theatro honor. glos. 41.*

Ita in hoc inessrenato prælio, 14
tumultuosissq; gentium cohortibus, nonnunquam primarios duos, aut plures inuenies au-
thores, quibus omnes obse-
cundant, interdum vnum, in-
terdum ipsis distributis in clas-
ses, cuiusque duces comperies,
sicq; ceteris imperâtes commo-
tores principales notabis; do-
ctè Petrus Gregor, *syntag. iur. part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 3.* vbi edocet, in hoc crimine, non secus, ac in aliis considerari, & res, & personas, & modum, seu actionem; in personis perpendi vult inter alia, an vnus, vel plures sint authores seditionis; punctim in quo differat seditio à bello, rixa, & schismate Regens Cortiada *d. decis. 104. num. 4.*

Quare in distinguendis 15
vniuscuiusque singularib⁹ ma-
litiæ, ac immanioris versutiæ
motibus, processus instructio,

& testium expressiones versari debent, vt iuxta specificè gestorum qualitatem, & divisionem, quinam principaliores, quinam verò minus præcipui sint discernatur, vt pro gradibus maximi, maioris, minorisque doli vindictæ imponantur.

16 Quemadmodum actus peioris calliditatis, tumultus, ac concitationis authores ostendunt, pariter verba, clamores, & vociferationes diriores inter seditiosos delinquentem efficiunt, authorisque supplicio dānāt; quia acclamationes istæ multum perturbant civitatem, & magna gignunt scandala. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 7. num. 21. Luc. de Penna in rub. Cod. de pub. lictitia lib. 11. Capyc. decis. 130. num. 3. 4. in addit. exemplificāt DD. quando quis proclamat in populo collecta multitudine, ruina, ruina. Deci. consil. 556. num. 7. interdum arma, arma, vel vivat talis, aut moriatur talis. Decian. dict. lib. 7. cap. 7. num. 11. & cap. 19. à num. 8. Farin. in praxi part. 4. quest. 113. à num. 135. Regens Cortiada dict. decis. 104. num. 12.

17 Non semel elatas voces contra tributa seditiosi extollunt, vt retulit Iosephus Riccius in rerum Italicar. sui temporis nar-

rationibus, narrat. 24. de Neapolitana populari seditione, quam in mortalium oculis cerebrosa fortuna introduxit, nonis Iulii anni 1647. Tribunitiam potentiam ultimæ sortis despiciatissimo nebuloni submitbens, Thomæ Aniello vocato, vulgò contracto nomine Masianello, qui coactò ingenti de plebea fæce adolescentum, iuvenumque agmine, compositisque militari more tumultuantibus ordinibus, suscepto vexillo antesignanus effectus, minacibus, horrendisque clamoribus vectigalia aboleri obtestatib⁹, totius celeberrimæ, atq; nobilissimæ Civitatis Neapolis imperium, quietem, & statum accensit, rexit, obnubilavit, ac per longum interval- lum potestatem servavit arrip- tam, tot inde sequutis procacibus ferocientium animorum, impudentibusque insolentiis, atque excidiis per memoratum Riccium fusè descriptis. Prosequitur Solorzan. emblem. 82. num. 21.

Eodem anno 1647. popula- 18 rem aliam consternationē Pannormi exēstuisse, idem Riccius tradidit nar. 24. quæ primū ex clamorosis querimoniis super tritici immodico pretio ortum habuit, postera die concito iterum tumultu quæstus ira pror-

prorrupti fuerunt, foras *uesti-
galia, tributa, pensiones.*

19 Procopius *lib. 1. de bello Per-
sico*, & Zonat. *in Iustiniano* re-
citant gravissimas motas fuisse
seditiones ex levi initio, præ-
tendentibus scilicet factioni-
bus in publicis ludis colores
viridem, & cæruleum, quæ de-
risæ dum inceperant, progres-
sæ in contemptum Magistra-
tuum, incendia, & plusquam
triginta mille hominum cædes
causarunt. Aliam ex leviuscùlo
quidem exordio Siracusæ fla-
grasse refert Aristot. *in Politic.*

20 Infremunt quandoque sedi-
tiosi in Magistratus, & ple-
runque audaciam prætexunt
sub Regalis amoris exuberan-
tia, se Regem adamare voci-
tantes, abhorrere autem suos
consiliarios, contra quos, ad-
vertas velim, non semel acci-
dere Senatores iustiores, & Re-
gium magis zelantes servitiû,
suique muneris adimplemen-
tum, populo exosiores esse, ut
pluribus probat Solorzan. *de
iur. Indiar. lib. 4. cap. 8. num. 24.
20. 2. nec minus altè Bovadill.
in Politic. lib. 1. cap. 15. à num.
28.*

21 Sic graves fuere seditiones,
quas Tribunitia commovit po-
testas, specie plebis tuendæ, re
autem dominationem sibi assu-
mens, auram populi, ac favo-

rem captans, ut fuere Graccha-
næ, Apulianæ, & Drusianæ,
sicut prodierunt Tiber. Grac-
chus, Flor. Plin. *cap. 64. de vir.
Illustrib.* Plutarch. *in vit. Grac-
thorum lib. 60. & 61.* Appian.
in 1. bellor. civil. Seditio, & Ro-
mæ alia contra publicanos, &
milites quos illi secum in exi-
genda pecunia habebant, an-
no post urbem conditam 716.
Dio. *lib. 48. histor.* Ioan. Bo-
din *lib. 4. de Repub. cap. 7.* no-
tans singulariter Ministros plu-
rimum pervigilare debere in
conspirationibus speculandis;
quia sæpius Principes supremi
minus audiunt ex rebus, quæ
eos proximius attingunt, &
multoties accidere de coniura-
tionibus actis contra Princi-
pes, exteros commoveri, &
orditas in suis Regnis ignora-
re, ut confirmat Plutarch. *in
Calopida* de Lacedemonibus.
Sciebat Maximus Carolus V.
quæcunque in Gallia excogi-
tabantur, & nihilominus late-
bat cum conspiratio, quæ per
Germanos de anno 1552. ma-
chinabatur, & factiones Am-
boesæ, quas decem mille pa-
trocinabantur homines, pri-
mus nuntiavit Cardinalis Gra-
nuella, & cum publicæ essent
in Germania, Britannica, &
Italia, in Gallia tamen ignora-
bantur.

Sic-

22 Sicque commentitius, falsusque est ardor, qui sub Regis velatur commodo, intus tamen sanguinolento movetur incentivo. Larrea *alleg. fiscal.* 66. num. 51. peroptimè Petrus Gregor. *syntag. iur. dict. par. 3. lib. 35. cap. 6. à numer. 13.* vbi ex Ammian. *li. 24.* docet, quod interdū, qui graviora quā ostentarent moliabantur, cum non possent facilè communi consensu populi cupiditati, & ambitioni satisfacere, ex professo factiones, & seditiones frequentes concitarunt; & ex Aristophane, ac Athenæo depromit, piscatores anguillarū istos imitari, qui non nisi in turbido flatu vivere, vel ditari possunt; vide congesta *decis. 22. à n. 66.* pulchrè Larrea *alleg. fiscal.* 66. num. 51. & seq. vbi quod seditiones solent colorari prætextu obedientiæ, & defensionis Regum, & Regiæ dignitatis illusionem esse cum verbis honorare, factis verò, ac inobedientia velle suppressere.

23 Propterea de elegantibus, sed falsis oratoribus, memorat Ioannes Bodin. *de Repub. lib. 4. cap. 7.* Regibus de Marruecos, qui erant de stirpe Iosephi, concionatorem sub religionis specie vsurpasse sceptrum, ac coronam, exercitu convocato centum viginti mille homi-

num, idemque contigisse in Regno Persiæ, & alia complura cumulat de turbulentis oratoribus, qui eloquentiam in ore seditiosi, gladium vocat in manu furescentis.

Memorat etiam plures esse 24 scelestissimos latrones, qui tempore pacis cum pœnas flagitiis suis pares imponi extimescunt perturbant statum Reipublicæ, vt ipsi arrogata occasione, vel magis grassentur, vel impuniti vivant; congruum est eos, qui Reipublicæ præsumunt, subditis gratos fieri, nec nimietate, aut asperitate ipsis aspernabiles, & odiosos reddi. Bovadill. *in politic. lib. 2. cap. 5.* Casiodor. *lib. 5. epist. 44.* Basil. Imperator *in monitionib. ad fr. lium cap. 51.* alii penes Solorz. *emblem. 60.* diximus *decis. 4. n. 89.*

Sed prius oportet Deo, at- 25 que Regi ipsius imagini in servire, quam aliis turpia expostulantibus complacere, vt proximè citati Doctores monent, punctim Bovadilla *in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 7. n. 27.*

Audiant inferiores in tri- 26 buta, in Consiliarios Principis excandescentes, & præoculis habeant, non esse facienda mala, vt inde eveniant bona: unde si vè iusta, si vè iniusta causa tumultus sit, ocyus authores

comprehendendos, & castigandos esse statuit Petr. Greg. *syntag. iur. part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 24.* proindeque non est in populum immittendus ignis, seditionem concitando (pessimum inter maleficia) ut aliquæ exurantur gubernii trabes, expressim Ioannes Bodin. *de Repub. lib. 4. cap. 7.* expendens non ex eo seditiones probas esse, quia aliquando salubres produxerunt effectus, sicut non ideo latrocinia, parricidia, & adulteria bona appellari possunt, licet Deus ea quandoque ad morum emendationem permisserit, & est commune axioma, de quo repetentes in *Cap. ex tuarum de forzilegiis. Cap. super eo de usur.* Barbosa *axiomat. 141. num. 3.*

Notanda apprimè sententia Cōcilii Cōstantiensis transcripta per Franciscum Pegna *ad directorium Inquisitor. p. 3. commentar. 92. litt. C.* ibi: *Fidem Catholicam sine qua impossibile est placere Deo, à falsis eiusdem fidei cultoribus, imò perversis impugnantibus, & per superbam curiositatem intendētib; plus sapere quam oportet, mundi gloriam cupientibus, &c.*

Argue in simili: nam perversi, ac perfidi seditiosi (qui Deo exosi sunt) falsæ fidei

sunt vassalli, imò maligni oppugnatores, superbi, nimis curiosi, ac improborum plausus affectantes; non est enim indulgendum clamorosis tumultuantis populi querelis, sicut aliter vulgò fertur de importunis petitionibus, quæ magnū afferunt nocumentum. Cattillo *controv. lib. 4. cap. 22. à num. 18. cum seqq.* Sanchez *de matrim. lib. 4. de consens. coact. disp. 3. cap. 4. fol. 720. & seq.* vide in-textenda infra, & adducta, *decis. 24. num. 20.*

Attendunt Reges humiliter ²⁷ apprecati vassallorum levamen, & tributis non onerant, nisi magna urgente causa. Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 1. cap. 4. nu. 120. tom. 2. & in emblem-matib. symbol. 82. & seqq.*

Itidem quoties vassallos à ²⁸ superioribus oppressos agnoscunt, solatii remedium adhibent, ut adnotavimus *decis. 1. num. 90.* quapropter submissis, ac deflexis precibus, non superbientibus iactationib; impetrare subditi gratias, ac sibi vitilia curent, audeant.

Annotant quoque Docto- ²⁹ res inter circumstantias principaliores seditionis, demonstrari debere illam consultò, & studiosè fuisse adunatā: nam si inexcogitatè, & ex accidenti congregari contingat, mi-

norem meretur ultionem. Regens Cortiada *decis. 104. n. 21.* qui loquitur in seditione non concitata contra Principem, sed contra alios; nam si adversus Principem fuerit excitata, tunc etiam si inexcogitatè, & incidenter contigerit, punitur author pœna criminis læsæ Maiestatis in primo capite, ut advertit idem Reg. Cortiada *d. decis. 104. num. 15.* ex Claro *§. fin. q. 68. num. 36.* Farinac. *in prax. part. 4. q. 113. numer. 199. in fin.* Thoro *in compen. decis. part. 1. verbo Seditiosi fol. 495.* alias acerbiores pœnas contra milites authores tumultus, suggerit Bovadilla *in Politic. lib. 4. cap. 2. num. 22.* vbi de differendo supplicio quando non expedit capere tumultuarios, vel periculi, aut scandali vitandi causa.

30 Quæ tamen ita intelligas, ut in dubio tumultus non casu, sed dolo convocatus censetur; nam casualiter aliquid fieri dicitur, cum inadvertenter ex inopinato eventu suscitatur, iuxta firmata *decis. 35.* at verò quando data opera quis ad quidquam scelestum patrandū progreditur, dolus verè adest, & non casus, ideoque nisi evidenter constet primo impetus calore aliquem exarsisse, & gentes congregasse,

dolus in ea conventicula, atque tumultu est coniciendus, videlicet dolus maior, nam ut *d. decis. 35.* explicuimus, non omninò dolus abest in delictis incontinenti perpetratis.

31 Ulterius, si repente commoto tumultu, quis illico non erumpit ad suam vindicandam iram, sed iterum, atque iterum hinc, illincque vocatis hominibus, seditionis corpus auget, & in eam plures coeunt, tunc nullus potest evidentior reperiri tractatus; licet casu inceperit illius seditionis primordium; quare principales, eo casu, debitis pœnis, & levioribus affectæ plectendi erant, prout probant tradenda *decis. 39. num. 13.* vbi convincitur delictum habens tractum successivum, non requirere probationem deliberationis, & consilii, quia tunc resultat notorium facti permanentis, de quo etiam loquimur *suprà decis. 21. num. 152.* ex principiis exploratis, quod actus geminatus plus operatur, quam simplex, *l. cum scimus §. 1. Cod. de agricol. & censit. Gregor. Lop. glus. 7. tit. 12. part. 5.* cum aliis cumulatis per Gomezium Bayo *in collectan. Alphabet. litt. A. cap. 1. num. 9.* iunctis his, quæ scripsimus *decis. 30. num. 20.* & concinnant quæ de geminatione vul-

nerum animum deliberatū inducente, confirmat Reg. Cortiada *decis. 98. num. 55.* & aliter esse puniendum, qui semel in tumultu, aliter, qui sæpius cōpertus sit, probat Petr. Greg. *syntag. iur. d. part. 3. lib. 35. cap. 6. numer. 19.* ex textu expresso Modestini in *l. famosi 7. ff. ad leg. Jul. Maiest.* quibus alludit Petrarch. *epist. 62.* ibi: *Improbè Neptunum accusat. qui iterum naufragium facit.* adde cum lata *decis. 21. num. 57.* q. nullum

32 Nostri instituti in his tribus posterioribus decisionib⁹ præcipuè erit, de illa seditione loqui, quæ in Principem, seu eius statum, ac Senatores machinatur probanda, & plectenda; sed ut utriusque poenas scias, agnoscas, quoties tumultus cōtra privatum suscitatur differentiam fieri, inter casum, quo simul cum seditione dāna contingunt, & illum, quo nulla cædes, robaria, sacco mana, aut similia eveniunt.

In prima specie morte puniuntur authores, in secunda autem seditionis author secundum aliquos morte animadvertitur, iuxta alios mitiori supplicio; veriori autē amplexa sententia arbitrariè coercetur, interdū relegatione, quandoq; deportatione, aliquoties leviori, nonnunquam ultimo

supplicio, iuxta circumstantias facti, loci, temporis, ac personarum. Reg. Cortiada *dicta decis. 104. num. 19.* ex *l. si quis aliquid §. fin. ff. de pæn.* Glof. verbo *Gravissimam* iuxta secundam opinionem ibi relatam in *l. 1. Cod. de sedit.* Cravetta *consil. 224. num. 1. 2.* & *San. fin. Boss. tit. de crim. lesa Maiest. nu. 17.* Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 7. nu. 20.* & *cap. 19. nu. 4.* Azeved. in *l. 1. num. 18. in fin.* & *num. 19. tit. 15. lib. 18. recopilat.* Baiard. ad Clar. *§. fin. q. 68. num. 109.* Gail *de pace publ. lib. 2. cap. 6. num. 33.* Menoch. *de arbitrar. iud. cas. 394. num. 92.* & *cas. 437 num. 4.* Iodoch. in *pract. crim. cap. 63. à num. 4.* Salicet. in *l. 1. Cod. de sedit.* Farin. in *praxi part. 4. q. 113. à num. 193. ad 198.* & *consil. 65. n. 130. lib. 1.* Thoro in *compen. decis. part. 1. verbo Saccomani fol. 491.* & *verbo Seditione fol. 495.* & eo casu intrat distinctio de qua supra; an seditio principaliter, studiose, & directè, an verò incidenter, & inconsultò concitata fuerit, adde Bovadilla in *Polit. lib. 4. cap. 2. num. 22.* vbi de poenis contra milites seditionum authores, & asseclas.

In Regio Criminali concilio 24. Feb. 1671. in facto Fisci Procurat. R. C. adversus, & contra Petrum N. agricolam

33
Loci

Loei de Borrada, Abbatatus Rivipulli delatum, & inculpatus, quod diebus 1. 2. Jun. 1670. in vico nuncupato de Iesus territorii Barcin. propè mœnia illius, caput, & concitatorem se fecit seditionis, extollendo, & afferendo vexillum ad tumultum concitandum, turbulentis acclamationibus coadunando messorum armatos tormentis manualibus, & aliis armis, prohibendo ne aliqui ex eis locarent operas ad segetes messendum, efficiendo per minas, & violenter, ut alii desisterent ab opere messendi segetes maturas, & à Ministris Regiis, ut liberarent quosdam captos, & detentos de eorum mandato à Regiis. carceribus, aliter minando omnia comburere, & signanter turrim, & domum cuiusdã Doctoris Regii Concilii, & sic plebem defendendo contra Superiorem Magistratum, resistendo cum armis, & minis illius mandatis, quietem, & publicam disciplinam Reipublicæ perturbando, qui referente Nobili Hieronymo de Magarola tunc I. R. C. fuit ad furcam condemnatus, Scriba Badia.

34 Sunt messorum maximè cohibendi, quia duo in illis concurrunt valdè periculosa; convocatur enim messium tempo-

re multitudo, quæ ut præmissimus num. 4. modum non servat; insuper tunc congeritur cumulus vagabundorum, qui plerunque sordidis ministeriis sunt addicti, quorum pravos mores descripsimus decis. 14. num. 22. iunctis his, quæ de maiorum consortio enucleavimus decis. 30. num. 24.

Quamobrem providè solet in Regio Criminali Cathalonix Concilio tempore messium interdici publicatis præconiis, messorum ingredi armatos tormentis manualibus igneariis hanc urbem Barcin. De messoribus nostri temporis censeri possunt, quæ de vindimiatoribus improbat Horat. satyr. 7.

Durus vindimiator, & invictus, cui sepe viator Cessisset magna compellens voce cucullum:

Plura apud Virgil. Georgicor. x. Perpende foediores circumstantias; afferebat his reus vexillum, ut agnoscas, quæ prænotavi supra num. 10. de his, qui quasi officia bellica exercentes seditiosum præparant certamè, ut authores constituentur: signifer enim in bello munus habet notabile. Bovadilla in Polit. lib. 4. cap. 2. numer. 33. tom. 2. ex Vegetio, Æliano, Girolamo, Caraneo, Londoño, & aliis.

Coadunabat messorum armatos

- tos tormentis manualibus: sub nocte, quæ de coadunatione scripsimus *decis. 30. num. 14.*
- 37 Turbulentis acelamationibus vociferabat; en, quæ de tumultuosis clamoribus ediferebam superius, plurimum in his facinoribus illæ nocent, sic miserrimum exclamat Quintilian. *lib. 12. cum iudicia clamoribus fremerent, concinnè Bovadilla in Politic. lib. 3. cap. 14. à num. 13. & etiam adrogatus damnantur. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 22. num. 17. Bovadilla in Politic. lib. 3. cap. 10. num. 18. singulariter Origines homil. 13. Supernum primò ergo omnium fatendum est, in quibusdam plus posse, & plus valere verba, quam corpora: Quia quod exercitus multarum gentium nequiret efficere, quod ferro, & armis non passet obtineri, hoc verbis efficitur, & non dico sanctis verbis, sed verbis quibusdam, quæ inter homines habentur, quæ quomodo nomen, nescio. Prosequitur Don Didacus del Castillo *de vestib. Aaronis §. 19. illat. 179. & seq.* vbi plurima pro ornatu *decis. 21.**
- 38 Prohibebat ne aliquis ex messoribus operas locaret ad segetes messendum, libertatem iste impediēbat aliis, qui dissoluta libertate vti volebat, vt ferè semper in similibus evenit concitationib⁹; oppressos enim se clamant hi, qui alios opprimere tentant, & à servitute redimi, qui alios in servitutem redigere curant, ignari quod vera libertas est, quæ legibus conformis accipitur, non quæ aliter arrogatur. Senecæ *epist. 96. fol. 152.* tenens eam ab honesto pendere, nec ultra progredi. Solorzan. *de iur. Indian. tom. 2. lib. 1. cap. 4. à numer. 120.* vbi libertatem subesse legis dispositioni.
- Sibi subiectos efficere intēdebat messorēs, & sub monopolio constitutos, ne operas suas pro arbitrio locarent, vt sic quasi sub tyrannide, & conducentes, & locatores versarentur, ex traditis à Solorz. *in Polit. Indian lib. 1. ca. 9. vers. El de la tirania pag. 41.* Bartol. *in tract. de tyrannide,* Petrus Gregor. *lib. 6. de Republic. cap. 18.* Bodin. *in method. histor. cap. 6.* Scaccia *de sentent. cap. 1. glos. 1. q. 1. nu. 243. & à nu. 250.* Marques *lib. 1. de Gubernat. cap. 8. fol. 38. & seq.*
- Segetes maturas minis, & violentiis ne scinderentur elaborabat. Prævum opus, quo Deo ingratus equidem monstrabatur; per totum annum agricola arua excolit, divinæ providentiæ sub spe constituta,

nunc imbres, nunc frigora, postea solis beneficentiã expectat, & quando fructum avido, & aperto ore sperat, improbus occurrit, vt tot impensũ sudores infructuosè deperdantur, iuxta ea, quæ in odium depopulantium agros constituta fuisse commemorat Reg. Cortiada *decis. 109. tota*, cui adde allegatos novissimè per Salmanticenses *in cursu Theolog. Moral. tom. 4. tract. 18. cap. 3. de privileg. §. 3. num. 99.*

41 Ministros Regios volebat captos à carceribus liberare; nihil perniciosius, aut enormius, quam iussa obtemperare debentem gubernanti iussiones designare; hi inobediẽtiæ propriè committunt crimẽ, quare inquit Eusebius: *Homines inobedientes sunt illi, qui cū iniuste vivant, aliis præesse volunt.*

42 Plebem defendebat contra superiorem Magistratum, resistens cum armis, & minis illius mandatis, quietem, & publicam disciplinam Reipublicæ obruendo; Quanta hic sũt malicia! subtrahebat subditos à vera superiorum obedientia, vt sic turbato Reipublicæ statu, nullo ordine omnia, sed maximo horrore confusa gererentur: patet enim non posse in Regionibus poli-

ticam vitam agi, si obediẽtiæ prætergrediantur fines, & nisi quis imperet, & qui obediat, & cui, secernatur, concinit Laurent. Iustinian. Patriar. *ca. 3. de obediẽtia in ligno vitæ: sicut sine fide non confiditur de victoria, ac sine Gubernatore nõ pervenitur ad portum, ita & absque obedientia imp. sibile est in huius vitæ pelago non periclitari, ita enim hominem facit triumphare, iunge expolita decis. 24. à num. 26.*

In hoc scelere læsæ Maie-
statis crimen commissum fuisse nemo non videt, & sequenti decis. clariùs perspicitur; sed Senatus iudicavit principaliter non contra Principem excitatam tunc seditionem, sed animo solo, vt cauponæ conservarentur messoribus, in quibus perplura patrabantur delicta, ac quæsito necessitatis annonæ colore, depulsa iam pridem verecundia, ad quæcunque turpia ineffrenata audacia proiiciebatur.

Ita de authore Senatus cen-
sura; de assessoribus autem benignius arbitrariè iudicatur. Reg. Cortiada *d. decis. 104. à nu. 22.* vbi varias nostri Regii Criminalis Cathalonix Concilii decisiones suppetit, & authores cumulat Salicerum, Honded. Decian. Azeved. Farin. locis

præallegatis. Addo, ita fuisse iudicatum in Regio C. Cathalonix Concilio 8. Aprilis 1669. contra Teresiam N. vxorem Benedicti N. Villæ Olexiæ, delatam, & inculpatam, quod in tumultu, quem multi homines, & mulieres fecerunt in ea contra Procuratorem generalem Abbatis, & Conventus Montis Serrati, & personam Officialis, qui dicebatur esse dicti Procuratoris generalis; eo quia dictus Officialis capere tentabat Paulum N. Iuratum ejusdem Villæ, in quo tumultu dictus Officialis fuit scelere interemptus iactibus tormentorum manualium, ipsa vociferavit *visca la Vila*, & alia verba protulit dictum tumultum augentia, & continuando, quæ rea fuit ex maiori parte Dominorum cõdemnata, quod banniretur à Baroniis, Villis, & Locis, quæ dicuntur esse iurisdictionis, Abbatix, & Conventus B. Mariæ de Monte Serrato, & à Vicariis latis Barcinonæ, & Villafranchæ Pœnitentiæ ad quinquenniũ, referente No-

bili Don Josepho de Ferrer, tunc I. R. C. Actuar. Famada.

Similis 24. Maii 1672. contra Ioannem N. Villæ de Ascò delatum, & inculpatum, quod post homicidium perpetratum in personam Pauli Jordà Villæ de Ascò in convocatione de *viasus* facta per Baiulum dictæ Villæ die 19. Maii 1671. hora sexta post meridiem, eundo per viam de *Plantapilas* vociferando vna cum aliis dixit, *ja sabem, que asço de haver fet tirar à Pau Jordà, es exit de casa del Comendador*, qui fuit condemnatus ad bannimentum à prædicta Villa, & termino per tempus vnus anni, referente Nobili Don Hieronymo de Magarola, Scriba Badiæ. Nota in his duabus conclusionibus fontes non fuisse imputatos, vti authores in seditionibus, & consequenter assecclas existimari debere, rametsi verba præexpressa protulerint, quæ præcise authores non constituunt, aliis non concurrentibus sequenti decisione examinandis.

EPIGRAPHÆ.

Flagitiosæ gentes, qua procacitate tumultum contra milites equestres concitarint, enarratur; qua firmitate Illustria, & Fidelissima Consistoria Deputationis Generalis Cathalonix, Civitatis Barcinonæ, & Brachii Militaris, ac aliæ Civitates, Villæ, & oppida, totiusve Principatus pravæ conspirationi se opposuerint, circumfertur. Crimen læsæ Maiestatis in seditione quando incurratur, quæve sint probanda stabilitur. De pœnis infligendis authoribus reis tumultus contra Principis statum, cum interpretatione *Cap. 2. Cur. anni 1599.*

N U C L E V S.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Institutum decisionis.</p> <p>2 Casus, & num. 3. usque ad 8.</p> <p>9 Mendacia ad quem finem seditiosi confingant.</p> <p>10 Illustris, ac Fidelissimi Consistorii Deputatorum Generalis Cathalonix edictum refertur, ut falsitates evanescerent, & mendacia cessarent.</p> <p>11 Veritatem obnubilatam aperire, & falsitatem evertere gloriosum.</p> <p>12 Ad amputandum tumultum cum circumstantiis, de quibus hic, licet pecunias Generalis expendere, & nu. 13. ad interpretationem <i>Cap. 2. Curiar. anni 1599. necnon Cap. 34. earundem Curiarum, & num. 14.</i></p> <p>15 Procacitas seditiosorum narratur.</p> | <p>16 Illustris, ac Fidelissimi Brachii Militaris zelus describitur.</p> <p>17 Pugna tumultuantium contra milites equestres adducitur, & horum moderata defensio.</p> <p>18 Victoria cum vassallorum strage tristis.</p> <p>19 Superbi debellandi, & parcendum submissis.</p> <p>20 Qualiter extinguere seditiones oporteat.</p> <p>21 Delinquens in exercitu, inibi velo levato, & pretermisissis Constitutionibus puniri potest.</p> <p>22 Author seditionis regulariter crimen læsæ Maiestatis committit.</p> <p>23 Turbationis publici status, aut damni Principis finis est iustificandus, ut ad cri-</p> |
|--|--|

Hhhhh men

men laesa Maiestatis tumultus referatur, & ita de dolo constare debet cum hac qualitate.

24 Dolus satis elicitur ex verbis, vel factis.

25 Exemplis res fit clarior.

26 Facinora aliquando ex opere operato resultant, quandoque ex opere operantis metiuntur.

27 Quoties turbatio status inducitur, in crimen laesa Maiestatis incidit, & quomodo turbetur.

Ad primum caput laesa Maiestatis quae pertineant.

28 Senatus decisio cum additamenti contra authorem seditionis prolata.

29 Spontaneum servitium Regi suo praestari, velle impedire detestabile.

30 Alia Senatus decisio absque additamenti contra seditionis authorem pronuntiata.

31 Voces tumultuosa, & cornuum stridores quomodo reprimendi.

32 De Senatus auctoritate in paenis ex causa augendis.

33 Tumultus concitator, si ultra alia enormia committat, qualiter plectatur, cum Senatu.

34 Domus quando demolienda.

35 Oppositio dotalis in bonis ma-

riti atrocissime delinquentis, an retardet demolitionem domus, quae receptaculum criminum fuit, & num. 36. cum Senatu.

In criminibus proceditur de similibus ad similia.

37 Fisco, & oppositioni dotali quomodo consulatur.

Quae tibi non nocent, & alteri profunt, facere debes.

38 Principis exercitui insidiari omni iure prohibetur, sicut hostibus auxiliari equis, aut armis, & inimicis denunciare exercitum contra ipsos venientem, ac quocumque ex his modis crimen laesa Maiestatis in primo capite committitur.

39 Haec omnia facinora in exarmante milites, & eorum equos detinente, cumulantur.

40 Inimici obsessos cum pactis honestis abire quandoque permittunt.

41 Arma, & equi a militibus vendi non possunt, neque in iudicatum capi.

Interpretatur Constit. I. tit. de execuc. de sentent.

42 Ultimum supplicium non irrogatur seditionis auctori, si ea tantum fuerit attentata; sed limita ut hic.

Senatus decisio.

43 *Concitatati contra exercitum Domini nostri Regis erāt omnes morte digni, sed aliqui mitius fuerūt puniti propter circumstantias, de quibus hic.*



DECISIO XXXVIII.

I **V**IBVS probationibus tumultus, eorūque authores edocentur, aperuimus; videamus nunc, quid sit probandum, ut hoc flagitium ad crimen læsæ Maiestatis in primo capite pertineat, & anteaquam legales statuamus sanctiones, casus enarretur à scelestis gentibus commissus, & per Principatum ardentissimo, ut assolet, affectu vindicatus.

2 Die 21. Novembris 1689. nonnulli populi vicinatus Barcinonæ, ea in parte qua fluvius Lupricatus tellurem irrigat, horridam, turpem, ac nefandam commolierunt seditionē adversus milites equestres exercitus Regii ibidem hospitatos, eos exarmādo, detinēdo, suosque violenter auferēdo equos, hæcque maleficia tam callidè extiterunt perpetrata, ut vobis, ac gestis, adunatis faci-

norosis hominibus, in quocunque ex turbulentis locis simul conspirantibus, militares societates ex improvise, inopinabili fato per vassallos, quos defendere paratæ erant, indefensæ, & inermes fuerint relictae.

Adstabat in Villa Sancti 3 Baudilii de Lupricato prædilectus frater meus Nobilis Iosephus de Amigant, & venis alentes seditiosi odium, quo contra Regii zelatores servitii conflagrabant, hanc in illum, sicut in nos omnes, hæreditariam abhorrentes qualitatem, captum obtruserunt, & cum casu eius filius Nobilis Franciscus Ignatius, ipsum visendi causa eandem Villam commigraret, à viatore monitus ut secederet, citius perrexit, se ibi futurum constanter proclamans, ubi pater laboriosam sustineret iacturam, *Æneæ* exemplo, qui inter Troiani inseparabilis incendii flammam, Anchisem patrem humeris suis ab igne præservare curans, vitam posthabuit suam, ut vitæ suæ eximeret progenitorem, ut bene perpendit Alciat. *emblem.* 194. ibique perpulchrè eius commentatores post Virgiliū *lib. 2. Æneid.* Similis casus, què valdè extollunt scribentes, legitur de Ioanne Blancha Burgen-

genſi honorato Perpiniani apud Boſch *tit. de honors de Cathalunya lib. 1. §. 5. verſ. A mes reſtan.*

4 Pericula perplura, & pater, & filius ſuſtulerunt, duplici vterque tormento afflictuſ, & proprio, & alterius correlativo, interverſoque meriti opimento, à proditoribus pro ſua fidelitate carcerati proditores conviciabantur (ideirco exclamat Iſai. 5. *Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum*) poſt paulò ſocios habuerunt in carcere Commiſſarios Generales duos, nimirum Don Ioan- nem de Colon, à nitidiſſimo ſanguine Ducum de Veraguas editum, & Don Iosephum de Salazar à Nobili deſcendētem ſtipite, ambos verò inviſti pe- catoris, necnon alios Duces, militesque equeſtres, in quib⁹ plagium pariter deſeviit. De- nati non fuerunt in flagitioſo- rum manibus carcerati iſti, di- vino protinus providente nu- mine, vt ex inferioribus quiſq; perfacilè eliciet.

Perlata ad aures Excellen- tiſſimi Domini Locumtenen- tis Generalis ſuæ Maiestatis notitia, illicò ad Conſiſtorium Conſiliariorum Barcinonen- ſis Civitatis ſua epiſtola per- venire ſtudit, ſe coactum in- nuens ad illas faciendas de-

monſtrationes, quaſ tales ex- poſcebant exceſſus, in defen- ſionem Regiarum cohortum, ſecuritatem exprimens, quam à Civitate conceptam fidebat, vt in illis concurreret, quæ Re- gio magis oppoterent obſe- quio.

Idem Deputatis Generalis 5 Cathalonix ſcripſit, & nō mi- nus Capitulo Sanctę Eccleſiæ Cathedralis, & tria hæc gre- mia, miſſis ad id gravibus de ſuis corporibus viris, ſuæ Ex- cellentiæ dolorem de novita- tibus cohortis, & firmitatem de bonis, vitisque omniū pro illis exterminandis expoſue- runt.

Ibāt præceſſi Capitanei Gene- 6 ralis ordines ad ſocietates per Principatum ſparſas nova nun- tiantes, & vt ſe ad Præſidia introducerent iubentes, Bar- cinonæ Civitas aliis etiã Vr- bibus, Villisque principaliori- bus nuntians, quæ exſurrexe- rant ſcelera, rogabat, & ad- hortabatur, vt ea omnia effi- cerent, quæ ambarum Maiesta- tum poſtularent leges, & de- linquentium adverſarētur mo- tibus.

Regiæ Cancellariæ diplo- 7 mate, trium aularum voto ef- formato, ſingulis populis, vt commotos expugnarēt iniun- gebatur; ſed illi etiã ab Vni-

versitatibus expetentes iuvenem, & epistolis, & armatorum classibus, rogatibus, minacibusque diligentis, cornibus, & tympanis numerum adaugere pro viribus certabant.

8 At ut decipere, ac circumvenire populos possent, illorumve incolas, mendacia plura, multasque falsitates, & verbo, & scriptis evolare curabant, infaulta pleraque proponentia, ut confusi illorum animi ad ignotum coirent certum; his ut occurreret Regium Criminale Concilium, post facta Regia praeconia, quibus principalissimi tumultus huiusce auctores, uti rei criminis laesa Maiestatis in primo capite evitari, eiicique ab omnium commercio praecipiebantur, & capi vivi, aut mortui premio indicto capientibus, aliud deinde edictum expediri iussit, quo peiora per sceleratos dispersa mendacia singulatim evulgabantur, & qualiter veritas in contrarium esset notum fiebat, ut omnibus patefieret, insimulque imperabatur, ne tam perniciosae voces ab ullo, aut proferri, aut defendi possent, sub poena incursus, ac participationis seditiosorum criminis.

9 Sunt mendacia, ut praediximus *decis. 21. & 22.* magni quidem praerudicij, sed in tumultibus

venenosius nutrimentum, quo alimoniam sumunt, conservantur, & excrescunt; prorumpunt namque exitiosa vassallis, ut concitari ardentius irruant, & pacati in iram concitentur, & ita tam magna confluat delinquentium propago, tam dira propagentur atrocitates, ut veniam desperantes fontes nihil non audeant enormitate plenum: haec figmenta effingere seditiosi coguntur, quia plerumque si quaeratur ab eis (ut in nostro casu evenit) qua de causa se extulerint, nihil nec coloratum, nec verum explicant, ut accidit in factionibus optimatum imperare studentium, quae scindunt populi animos, peregrinorum, inquilinorum, & indigenarum, atque infeminant civitatibus odia; ita ex Aristotele *lib. 5. part. 1. cap. 3.* glomerat Petr. Gregor. passim laudatus *d. part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 14.* ubi Cynadonem attulit detectum insidias instruxisse contra Agesilaum, & rempublicam Lacedaemoniorum, qui interrogatus, cur tantum facinus molitus esset, nihil aliud in ore habuit, quam voluisse nulli Lacedaemoni concedere, vel opibus, vel potentia, qui, & socii, manibus per terga revinctis per civitatem undique traducti, flagris caesi deperierunt.

Hec

10 Hæc perpendēs Illustre Deputatorum Consistorium, editi forma sub die 30. Novembris dicti anni, amore paterno ductum, commonuit, & in caput omnium devenire fecit, quæ prava intentio capitum commotionis, eorumque machinamenta falsò pertransire studebant, veritates explanando, suadendo denuò ne eis crederent, & ut indignum execrando, si populi etiam minores alimenta commotis præberent, ducibusq; seditionis obedirent suæ Maiestatis inimicis; & amplius extollendo, ut præ amoris in Regem, & Patriam vbertate, duo illa perversa capita per probiores zelotypas Iustitiæ traderentur, sicq; publicæ salutis, & gloriæ confunderetur.

11 O insigne, indebile, gloriosum opus! quid enim, aut magis conspicuum, aut consentaneum, quam veritatem opacitam patefacere, & falsitatem prædominantē supputare? longè Solorzan. *emblem.* 49. & profusius de *iur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 15.* ex D. Augustino, D. Bernardo, ac aliis.

12 Non solū hæc gessere Barcinonensis Civitas, & Deputatorū Consistorium, sed etiā descripta, eisq; manifestata vrgentia, qua noster labora-

bat exercitus, illa auries ter mille deserviit volūtariè, istud quingentum supra mille; neq; propter hanc necessitatis casu erogatam pecuniam, municipalia violata iura dici poterunt, ut expressit votum Assessorum Generalis Cathalonix prolatum 23. Novembris eiusdem anni 1689. (hi erant Ioannes Ioffreu civis honoratus Barcinonæ, scientiæ, ac experientiæ documentis, Regiique servitii, ac boni publici zelo fat notus, Assessor proprietarius, & Iosephus Thomas Rovira, non incelebris eraditionis in foro patronus, in illo verò munere subrogatus) quo declararunt, vergente prædicto tumultu, Illustre Consistorium fuisse in casu, quo tenebatur defendere exactiorem iurium Generalitatis, libertatem, & leges patriæ, ad idque posse, & debere expèdere pecunias Generalitatis, in vim facultatis sibi attributæ per *Cap. 2. Curiar. anni 1599.* quo cavetur, Deputatos, & Auditores Computorum non posse expendere, seu absumere pecunias Generalitatis, nisi pro exactiōe iurium illius, iurium, & libertatum terræ, adventu Regis, funerum actibus, emptionibus, & operibus necessariis, & non pro aliis casibus, quod etiam statu-

tuit

tuit *Cap. 34. Curiar. eiusdem anni 1599. videndus Reg. Sen. Tristany decis. 70. num. 19.*

14 Emissum fuit hoc votū præcedente supplicatione Nobilis Petri de Potau, Advocati Fiscalis Generalis Cathalonix, nunc Ecclesiæ Dertusæ dignissimi Camerarii, & Præpositi (in quo non invenies dumtaxat intellectum practicū, sed legalium etiam profunditatū, aliarumque litterarum ingeniosissimum ectypum, provt Barcinonensis profitetur Academia, nosterque quotidie agnoscit Senatus, nec loquor de ipsius in nostrum Regem ardore: nam omnes huius familiæ præscriptum istud habent longè à Maioribus suis derivatum.) In ea ergo petitione narratur scelus infandum, iniuria qua afficiebatur ex illo Catalana fidelitas. Epistolæ suæ Excellentix ponderatio, se promptum nuntiantis ad debellandum tumultuarios, & subveniri pecuniarum summa petentis. Exempla comminiscitur, quibus pecuniæ Generalitatis impensæ fuerunt, videlicet pro latronum expulsionem, pro factiosorum extinctionem, pro eiciendis è mari pyratis, pro locustarum everfione, & aliis casibus minoris vrgentiæ, quam ille seditionis esset. Quocir-

ca similiter impendi es Generalitatis ad sceleratos homines comprimendos, sicque damnum imminens Generalis vitandum fuit expostulatum, & recepta prius informatione, provisum.

Adveniebant hinc inde ad 15 primariam urbem militum societates incolumes, nonnullis tamen in locis non defuerunt temerarii aliqui ex seditiosis, qui in illis irruerunt, sed infeliciter: nam oppetierunt non pauci defensivis armis equitatum.

Militare Illustre Brachium, 16 annuente sua Excellentia, aulicis depositis vestibibus bellicis se accinxit, vt quò superiora iussa destinassent, eò equites agerent, proficiscerentur, provti Cassiodorus in alia specie observavit.

Ingruebat adhuc post sex 17 crepuscula tumultuantium rumor, & ausus ante vrbis conspectum, publica turbata quiete, vllarum rerum ad annonam pertinētium interdictione, aded vt nostri pervigilis Proregis cura, quæ medelæ potius, publicæque paci, quam austero remedio, & punitioni incumberebat, compulsæ fuerit, vt ad liberandum optimos à pessimorum tyrannide se se converteret, aliquibus transmissis, & equi-

equitantium, & pedestrium tur-
mis quasi hora diei nona, sub
præceptionibus Excellentissi-
morum Marchionum de Con-
flans, & de Villena, quorum
vnusquisque, prætermis-
sissimis fulgoribus tam illustrium familia-
rum, bellicæ disciplinæ emicat
intellectu, prudentiæ, atque
humanitatis iubare; primus
Gubernator Generalis armo-
rum, secundus militum eque-
strium Generalis, refertissimū
omnigeni litterarii orbis ga-
zophylacium.

18 Tempus quo gens bellicæ
egrediebatur, tormentū mar-
tiale æneum, vulgò *Artilleria*
deferens, præmonendi ani-
mū expromebat, & dislaqueā-
di potius tumultus, quam la-
queandi seditiosos; sed isti im-
petu, seu furore obcæcati gētes
sperarunt, in easque proiece-
rūt: O ò duræ cervicis homines,
cladem volētes quærere, omne
omninò secludēdo subterfugiū
coacta ergo militaris manus,
non ad stragem tetendit, sed
ad repulsam præliantium, ali-
quibus ex eis interemptis, aliis
captis; sic namq; cum vassallis
certandum est, quasi non con-
tenderetur, tristis enim, & omi-
nosa est victoria, quæ devictis
suis comparatur, in civilibus
quippe discordiis indubitanter
ab utraq; parte respublica de-

trimentum patitur, vt pulchrè
exposuit Cicero *lib. 4. familia-
rum epistolar. Marcello: Omnia
sunt misera in bellis civilibus,
sed miserius nihil, quam ipsa
victoria, quæ etiamsi ad melio-
res venit, tamen eos ipsos se-
rociores, impotentioresque red-
dit, vt etiamsi natura tales non
sint, tamen necessitate cogantur:
multa enim victori per quos
vincit etiam invito ferenda
sunt.*

19 His qui nostros excipere nō
recusarūt, nihil damni illatum
fuit, illos verò, qui tympano-
rum sonitu, cornuum stridore,
armorum strepitu opponi ausi
fuerunt, luere cogerunt tem-
pus iustitiæ, & militaris disci-
plinæ leges, iuxta illud Maro-
nis 6.

*Parcere subiectis, & debellare
superbos.*

Ornatè Solorzan. *emblem. 93.*
Don Sebastian Covarruv. *cent.*
*1. emblem. 99. sub lemmate satis
est prostrasse.*

20 Persistentibus hinc, illincq;
seditiosorum agminibus, per
equitantium societates fuerunt
ignitis armis eiecta, potius cle-
menter, quā interficiendi ani-
mo; sed quò paucorum malignitas
exarsit, tantò vniuersalis
Provinciæ amor effulsit: nam
civitates cunctæ, villæ, ac po-
puli præstantiores, quasi cra-
bun-

bundas, & periclitantes equestres societates conduxerunt, sustinuerunt, propugnarunt superstitibus non modicis, animique non levi intrepiditate.

Extincta post novē dies cessavit commotio; & quia DD. quos cogerit Regens Cortiada *dict. decis. 104. num. 30.* quomodo sint sedandæ seditiones inquirunt, & respondent mederi debere citò, tutò, & iucundè, aliàs enim serpunt sensim, & quod sanum est à republica vitiant, placuit addere Petrum Greg. sæpè citatum *part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 24.* qui exscribit, ante seditionem providentiam Magistratus requiri; in concitata, auctoritatem, & vindictam; in sopita discordiarum oblivionem; in prædicta, omnia hæc servata observabis, & captivi cœlicis prorsus auspiciis fuerunt liberati magna alacritate nostræ urbis, & magis foeliciter quam Atheniensis ille, qui solus inter patricos ab hostibus Areopagitis remeavit, & cum rediisset Athenas, à mulieribus, quæ de maritis suis eum percontabantur, invidentibus ipsum solum fuisse superstitem, acubus, fibulisque vestium suarum confixus, & interemptus fuit, ut enarrat ex aliis Petrus Greg. *syntagmat. iur. dict. part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 22.*

accedit Bôvadilla *in Politic. lib. 4. cap. 2. num. 21.* vbi remedium refert pro vitandis seditionibus militum, eos exercitiis belli habere occupatos, quia otium tumultos producit, exemplis optimè comprobans, adde Ioannem Bodino *de Repub. lib. 4. cap. 7.* consulentem, quod si seditiones per iusticiæ tramites mederi non possunt, Princeps vires suas adhibere debet ad authores propulsandos, & non expectare eos fortiores fieri, ut impossibile postea sit ipsis resisti; & etiam monet, quod si ingens sit coniuratorum numerus, & de omnibus non constet, evitare debet Princeps quæstiones, & tormenta, quia ex vno morte coercendo, centum extollentur cõsanguinei, & amici, qui ad vindictam commovebuntur, & ira testatur Tacit. *lib. 14. Tranquil. in Nerone* contigisse Neroni, qui cum plures conspirantes quæstionibus subiici iussisset, isti complices fecerunt fideliores Imperatoris amicos, quos etiam occidi præcepit, indeq; exorta fuit aperta commotio omnium Gubernatorum Provinciarum; quare ex Tacito depromit Bodin. *optimum remedium insidiarum est si non intelligantur; ita Carthaginienses practicasse, tradit Iuston lib. 12;*

& de Lacedæmonibus testatur Xenophon. *lib. 2. rer. Græcar.* confirmat Larrea *alleg. fiscal. 65. num. 2.* vbi quam celeriter seditionibus sit occurrendum.

21 Adductis captis ad Barcinonæ carceres, per iudiciales tramites de eorum causis fuit peractum, non iure belli, prout fieri nefas non erat, velo levato; scitum siquidem est, Capitaneum Generalem in his, quæ cōtra eius patrātur exercitum, & contra ibidem captos, procedere posse iuris non servatis solemnitatibus, absque processu, & causæ cognitione, neq; quoad ista legibus, aut constitutionibus subiici. Reg. Don Raphael de Vilosa *disert. 1. post tract. de fugitiv. ferè per totam, Solorz. in politic. lib. 5. cap. 18. vers. Si bien fol. 920.* Michael Ferrer *part. 3. observ. cap. 15. vers. Nec verum cum seq.* Regens Cortiada *decis. 38. nu. 47. & 48. part. 1.* Don Sebastianus de Cortiada *in discurs. de la iurisdit. del Cap. General q. 4. num. 13.*

22 Ut autem omnia circumspicius, ac benignius plecterentur causa cognita singula disponi fuit resolutum; quāobrē indagari evenit, an prædicti facinorosi læsæ Maiestatis crimē admiserint iuxta contra illos probata; in qua re præmitten-

dum erit, regulariter eum, qui seditionem commisit, illiuiq; authorem crimen læsæ Maiestatis perpetrare, *text. in l. 1. §. 1. ff. ad leg. Jul. Maiest. ibi: Quo armati homines ad seditionē concitentur.* Farin. *in prax. q. 113. numer. 179. ex gloss. in Clement. Pastoral. in princ. in figurat. casu. col. 2.* Alexand. *in addit ad Bartol. in l. 1. litt. H. ff. ad leg. Jul. Maiest.* qui loquitur de concitante populum contra Rempubicam. Angel. *ibid. num. 6. in fine.* Capyc. *decis. 130. num. 1. in fin.* Ioan. de Platca *in §. publica autem Instituta de publicis iudiciis col. 1. in prin. vers. Vel seditionem facit in populo.* Berber. *in præct. part. 1. rubr. 1. de crim. læsæ Maiest. Boss. in tit. de crim. læsæ Maiest. nu. 17. vers. Sed potuit,* qui tractat quoties seditio excitatur ad turbationem Provinciæ. Gigas *de crim. læsæ Maiest. lib. 1. rub. Qualiter, & à quibus crimen læsæ Maiest. committat. rub. 44. num. 1. 2.* Iodoch. *in præct. crim. cap. 62. rub. de crim. læsæ Maiest. num. 2. & cap. 63. rub. de seditios. num. 10. & seqq. vbi præsertim quando totus populus seditionem movet contra Principem.* Foller. *in præct. vers. Item quod commisit crimen læsæ Maiestat. num. 11.* Practica Montel. *p. 4. nn. 332. fol. 171.* Practica Corradi

di rubric. de læsa Maiest. nu. 2. vers. 8. Si homines ad seditionem concitentur fol. mihi 349. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 7. num. 16. in princ. & vers. Et de seditiosis, & rursus in alio vers. Et qui seditionem excitat. Maltrill. de indult. Gen. cap. 37. vbi quod seditionis author duo committit, crimen læsæ Maiestatis scilicet, & de vi publica, & cap. 19. nu. 25. Baiard. ad Clar. in §. læsa Maiestat. num. 2. vers. Sextò si quis convocet, & vers. 10. committitur. Mynsinger. respon. 44. n. 2. vers. Vel dolo malo effecerit, addo Petr. Gregor. syntagm. iur. part. 3. lib. 35. cap. 6. num. 1. vbi ad Maiestatis crimen pertinere tumultum, & seditionem in populo scribit, sive directè per se, sive per obliquum quis eam concitet.

23 Quapropter curet processus instructor, vt huius criminis qualitatem probatam habeat, eos actus iustificare, ex quibus turbationis publici status finis, seu damnum Principis inferatur: nã si id apertè ex gestis sequi valet, læsæ Maiestatis scelus patratum relinquitur; & sic intelliges, quæ Doctores proximè citati volūt vt hocce flagitium patratum dicatur, nempe debere constare de dolo, & malo zelo, nam si sine dolo

(intellige hæc verba si sine dolo, prout enodantur decis. 35. & 36.) committatur nõ intrat illud delictum, de his alia Bovadilla in Politic. lib. 4. cap. 2. n. 23.

700 Seditiosorum dolus com- 24 pertus manet, si ex verbis, vel factis convincatur; sunt enim verba mentis documenta, vt prædiximus decis. 30. numer. 9. & facta non minus quam verba animum declarant, vt præhabetur dicta decis. 30. num. 8. & præiecimus decis. 37. indeque si facta, vel verba in perniciem Principis, vel status vergant, crimen istud commissum erit; si autem sint æquivoca, in benigniorem partem debent interpretari, saltim ad ordinariam pœnam vitandam, vt tradimus decis. 21. num. 71.

700 Et vt hæc evidentius pa- 25 teant, pondero neminem inficias iturum, si quis se Ducem, vel Imperatorem effingat, aut aliquid facturum turpe iactet, dolo non carere.

700 Quædam enim facinora re- 26 gulantur ex opere operato, & re ipsa inspecta, vt inquiunt Jurisconsulti, vt in bonam, vel malam partem accipiantur; alia verò ex opere operantis, vel vt nostri loquuntur, ex qualitate personæ, sicut aiunt Theologi de gratia peragentes, quod causatur ex opere operantis,

quando effluit ex merito, seu dispositione illius, seu ex vi operationis, qua saltem de congruo operans meretur gratiā, siue meritum sit ex parte suscipientis gratiam, siue ex parte dantis Sacramentum, ita Gonet, & alii Theologi; causatur verò ex opere operato, videlicet ex operato à Christo Domino nostro, nempè passione virtualiter contenta in Sacramentis absque aliquo ordine ad meritum, seu dispositionem recipientis, aut ministrantis Sacramentum; sic Gonet, Nuño, & alii discipuli Angelici interpretis. Aliter explicant Suarez, Bonacina, Reginaldus, & alii, sed de his obiter.

27 In læsæ Maiestatis crimen incidi Doctores tenent, cum turbatur status Reipublicæ, vel Principis. Boss. *in tit. de crim. læsæ Maiest. num. 65.* ex Bartol. *consil. 71. colum. 8. vers. Capio alium articulum lib. 2.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 7. nu. 19. & cap. 19. nu. 20.* notans, quod seditiosi dicuntur turbare statum Reipublicæ, quia ut plurimum contendunt mutare leges, ordines, & Magistratus civitatum. Cephal. *consil. 76. nu. 1. & seqq.* declarans ex quibus inducatur status turbatio, & post eos Farinac. *in praxi*

q. 113. num. 184. adde quæ præstabilivimus *decis. præcedent. numer. 17. & decis. 21. & 22.* Pertinent hæc quidem ad primum caput huius delicti, ut evincitur ex constitutis *d. decis. 22.* & probat expressus textus *in l. 1. iuncta l. 2. ff. ad leg. Jul. Maiest.* nam postquam Vlpianus Maiestatis crimen definiat, quod adversus populum Romanum, vel eius securitatē committitur, deinde exemplificat eo teneri illum, cuius dolo malo consilium initum sit, vel si quis obsides iniussu Principis interciderit, aut aliter contra illum machinetur, casuum expositione interiecta, & demum *l. 2.* eos recenset, qui de Provincia, cum ipsis successū esset, non discesserunt, & aliis consimilibus facinoribus contextis concludit: *nam, & hoc capite primo læsæ Maiestatis enumeratur, præcedentia hoc complexu exempla connectendo.*

In nostro Regio Criminali 28 Concilio prolatae fuerunt decisiones sequentes. Prima 27. Octobris 1689. adversus Ioannem N. aliàs *lo Roig de Centellas*, agricolam Loci de *Sant Fost* Diceces. Barcin. delatum, & inculpatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite per eum commissio de mensibus
Apri-

Aprilis, Martii, Octobris anni 1689. in Villis Sancti Baudilii de Lupricato, & Villæfranchæ Pœnit. ac aliis Locis præsentis Principatus Cathalonie, incedendo per eam cum armis, minando contra illos, qui Regium servitium volūtariè præstare vellent, clamando quod domos eorum combureret, seditionis authorem se iteratis vicibus contra statum constituendo, adversus illos qui eum capere procurarunt, vociferando *visca la terra, muyran los traydors*, quo rumore in Villa Sancti Baudilii de Lupricato numerosus tumultus gentium ad effectum pervenit, eiusq; pravis diligentiss, voluntarium Regiū servitium, terrore incusso illud suadētib⁹, in Villa Villæfrachæ Pœnit. non fuit sequutum; qui referente perdocto Magnifico Hyacintho Bertran I. R. C. fuit declaratus reus mortis, & condemnatus, quod raptatus per terram duceretur ad locum supplicii, & iugularetur per collum, taliter quod naturaliter moreretur, & anima illicō ab eius corpore separaretur, & postea eius cadaver in frustra, seu partes scinderetur, & caput illius poneretur intus cavcam ferream in loco eminenti ante portam Sancti Antonii eiusdem Civitatis Barcinonæ,

& quod post latam sententiā, & ante illius realem executionem torqueretur in caput sciorum, ac fautorum dictorum criminum, & quod bona illius confiscarentur; Actuarius Famada.

Insolenter se gessit hic reus, 29 ex firmatis *decis. 23. numer. 14.* nam licet liberum, & voluntarium servitium sit, quod Regi ultra præcisas legum nostrarum sanctiones præstatur; non tamen ferendum est, vt his, qui spontè supererogatoria opera, seu sumptus pro suo Rege ferventissimè impendere intendunt, terror incutiatur; alioquin deterioris conditionis esset Rex subditis suis, & quidē pauperrimis: nam his liberum est dare, ac petere, quod neququam Regi liceret, clamant isti libertatem, quam in Rege nolunt, sed vassallum potius quærunt.

Quoties verò turpiora non 30 adsunt in hocce authore seditionis sola pœna imponitur, quam pro crimine læsæ Maiestatis in primo capite practitari adduximus in Cathalonia *decis. 22.* Ita nostrum Regium Criminale Concilium 23. Januarii 1690. contra Paulum N. aliās *lo Gaig* agricolam Loci *de Ayguafreda*, delatum, & inculpatū de crimine læsæ Maiestatis.

statis in primo capite per eum
cōmisso de mense Novēb. anni
1689. in Villis de *Ayguafre-
da, la Garriga, Granollers,* &
aliis Locis præsentis Princi-
patus Cathalonix, inceden-
do cum armis, & cornu, voci-
ferando *visca la terra, socorro
à Barcelona,* invitado, seu con-
citando populos contra exer-
citus Domini nostri Regis,
minando quod domos eorum
combureret; qui referēte Mag-
nifico Francisco de Sotomayor
I.R.C. consultissimo, fuit ad
furcæ supplicium damnatus, ad
tormenta in sociorum caput,
cum bonorum confiscatione;
in actis Maurici.

31 Quantum voces illæ *visca
la terra,* aut similes tumultuo-
sæ nocent, præicimus *dec. 37.*
& cornuum stridores qualiter
sint damnosi publicæ quieti,
ac tranquillitati, docuit expe-
rientia. Quapropter sub die 15.
Decembris 1689. nostrum Re-
gium Concilium præconia pu-
blicari iussit vtrumque prohi-
bentia contra eos qui scriptu-
ris, cum subscriptione, vel
absque ea, vel verbo populos
commoverent ad arma capiē-
dum, & seditiosos associan-
dum, vel vociferarent *visca la
terra, muyran los traydors,* præ-
cipiendo, quod caperentur vi-
vi, vel mortui, pœna imposta

Baiulis, & Officialibus negli-
gentibus, eos comprehendendi
sub eodem crimine læsæ
Maieſtatis in primo capite, ad-
iecto quoque in alio Capitu-
lo, quod nemo in posterum
auderet tympanis intonare, ni-
si cum expressa licentia Baiuli,
aut Officialium ad quos spe-
ctet, mortis pœna similiter
indicta; unde enarrat Ioannes
Bodin. *de Republ. lib. 4. cap. 7.*
ob seditiones fuisse in Provin-
cia Montis pesulani, vulgò
Monpelier sublata tympana, &
illis non uti Turcas, & Princi-
pes Orientis ob frequentiam
tumultuum.

32 Auget Supremus Senatus
pœnas causis vrgentibus, pro
ut animadvertimus *decif. 22. n.
102.*

33 Quando autē enormia plu-
ra in tumultus concitatores cō-
tra statum admiscuntur, ultra
pœnas *num. 28.* contentas, ad-
ditur, quod delinquentis do-
mus demoliat, & solo æque-
tur, sine spe reedificationis in
futurum, & area dirutæ domus
sale conspergatur. Prædictæ
pœnæ fuerunt inflictæ Regia
sententia lata 10. Decembris
1689. contra Dominicum N.
textorem lini Villæ Cardonæ,
habitorem Loci Sancti Feli-
cis de Lupricato Diœc. Bar-
cinonæ, delatum, & inculpa-
rum

tum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite per eum commissio de mense Novembris anni 1689. auferendo (vt caput) arma militibus equestribus exercitus Domini nostri Regis, qui in dicta Villa Sancti Felicis de Lupricato hospitati erant, acetiam hostiliter se gerendo cum armis tanquam caput seditionis, & tumultus, contra Regalem exercitum vociferando à carn, à carn, muyran traydors; Relator Magnificus R. S. Franciscus de Sotomayor, Actuarius Maurici.

34 Proscribi domum vbi conventicula facta fuerit, sancitum legitur *l. Conventiculam Cod. de Episcop. & Cleric. & de Flacco*, ac Saturnino seditiosis hominibus, quod eorum corporibus trucidatis, penates ab ipsis fundamentis eruti sint, testatur Valer. Max. *lib. 6. cap. 3.* Appian. *in 1. Bell. Concl.* notata digna sunt verba Francisci Pegna ad Eymericum sequenti decisione laudandum, *in director. Inquisitor. 3. part. commentar. 92. pag. 575. litt. D.* ibi: *Cum fida testium relatione, aut facti evidentia, vel propria confessione reorum nobis constiterit in tali domo, seu turri ipso Domino sciente, & dissimulante &c. & infra: Idcirco, vt lo-*

cus ille, qui fuit receptaculum, & latibulum hæreticorum sit in sordium, putredinumque receptionem, ob detestationem tanti criminis perpetuo deputatus &c vidend. Gratian. *discept. forens. cap. 179. tom. 1.* vbi exquisitum esse dicit demolitiones fieri in atrocissimis, exemplo blasphemæ, qui punitur simili poena, & in criminibus procedi de similibus ad similia, & plures domos in diversis Regnis dirutas connumerat, & *nu. 28.* infinita adesse exempla memorat. Massin. *de confisc. bon. q. 4.* Conciol. *ad statut. Eugub. lib. 5. rub. 37. num. 3.* & latius exponetur *decif. seq. num. 15.*

35 Domus siquidem diri authoris conventicularum conspirantium, tanquam spelunca pessimorum, & crimine affecta diruenda venit; & licet recepta sit distinctio apud nostros, inter creditores mariti, & hæredes ipsius, vt illi possint compellere viduam tenutariam ad præstandam patientiam vt bona mariti vendantur, ad hoc vt ei in suis dote, & sponsalitia satisfiat. Fontan. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. p. 8. à num. 1.* post Mieres *in Constit. hac nostra, tit. dissolt lo matrim. num. 58. 59.* Socarrats *in commentar. Petr. Albert. in cap. 51. defuncto in fin. pag. 243.* Peguer. *in Const. Item*

ne super laudem. vers. 8. Eminentem impero numer. 12. Canc. 1. part. var. cap. 9. num. 116. & 3. part. cap. 17. nu. 417. Despujol. ad Mieres in addit. ad Constit. hac nostra num. 94. & 108. tunc enim mulieris oppositio potius impellit, quam impedit executionem.

Ad instantiam autem hæredum cogi neutiquam posset mulier bona vendere, neque prædictam patientiam præstare, sed quærere si pecunias debent ut ipsi satisfaciant, velut Doctores præallegati firmant, etsi aliter velit Fontan. qui proxime *dist. claus. 7. glos. 3. par. 8. à n. 10.* contra cuius sententiam pluries declaravit Senatus.

Tametsi etiam obiiceretur, mortuo Antonio maiori, de donatione vniuersali pura, ac inter vivos quam diu ante delictum fecerat cum certis reservationibus alteri Antonio filio suo in capitulis nuptialibus causa matrimonii tunc contrahendi cum Maria N. ac quod in eisdem capitulis Antonius minor donauerat similiter vniuersaliter purè, & inter vivos filiis ex eo coniugio nascituris, sicque filia ex illis nuptiis procreata oppositione proprietaria, vidua Antonii defuncti tenuta suffulta, Maria Antonii iunioris (rei etiã criminis læ-

sæ Majestatis in primo capite) vxor adiuta vulgata Pragmatica Regis Jacobi I. quæ est prima sub titulo de bens dels condemnats in 2. vol. Constit. optionem mulieribus concedenti in bonis virorum oppressorũ creditorum mole, seu aliter inopia laborantium, cui non derogavit Constitut. 3. sub tit. de bens dels condemnats, quam enodavit Font. *decis. 476 num. 17. tom. 2.* hæ itaque omnes contra Fiscum pugnarent.

Nihilominus, ob tanti sceleris turpitudinem, oppositiones dotales non retardant demolitionem ad instantiam Fiscus hæredis delinquentis: sic die 6. Decembris 1689. in facto supplicationis oblatae per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curia, referente R. S. Francisco de Sotomayor, fuit provisum, quod mandaretur Proceribus Confratriarum magistrorũ domorum, & ligni fabrorum Civitatis Barcinonæ, quod facerent æstimationem domus Antonii N. maioris agricolæ Sancti Baudilii de Lupricato (principalissimi authoris, ac capitis vna cum alio conspirationis, de qua agimus, excitatae contra milites equestres) cuius ædes receptaculum erant, & fomes totius illius perversæ gentis, & facta æstimatione, simul fuit

fuit iniunctum procedi ad demolitionem; Actuarius Maurici: vide tradenda *decis.* 39. n. 13. & seq. Visum non fuit rationi consonum ob ius filiae Antonii junioris exemplo publico ex everfione tam scelestę domus provēturō pręiudiciū inferre.

37 Hoc medio, & Fisco, & oppositionib⁹ dotalibus fuit cautum; supererant enim alia bona non levis valoris, quibus dotibus non magnis facillē poterat satisfieri, & eligenda est via qua utrique parti consulatur (præsertim ubi bonum publicum viget, ut hic.) Fontan. qui supra *de pactis nupt. clau.* 7. *glos.* 3. *part.* 8. *num.* 12. per regulam, que tibi non nocent, & alteri profunt, facere debes, de qua vulgata *l.* 2. §. *item Varus ff. de aqua plu. arcend.* ibi: *Qui factus quidē mihi prodesse potest, ipsi verò nihil nociturus est, hæc equitas suggerit, et si iure deficiamus.* Fontan. *de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 8. *n.* 55.

38 Prænotavi *decis.* 22. gradus maioris, minorisque doli in crimine læsæ Maiestatis adhuc primum caput non egrediendo comperiri; nunc addo, foedissimum esse præsentancū tumultus contra milites, cum eorum exarmatione, detentioneque equorum; nam si omni iure prohibitum est hosti-

bus auxiliari, Principis exercitum in hostium insidias deducendo. Farin. *in praxi q.* 113. *num.* 19. & similiter inimicos adjuvare armis, telis, pecunia, equis, ut ibidem advertit Farinae. & inimicis denunciare exercitū cōtra ipsos veniētem. Farin. *d. q.* 113. *nu.* 25. & quocunque ex his modis crimen læsæ Maiestatis in primo capite acerbum committitur.

Quantò acerbius intra eandem speciem crimen erit, in quo omnes isti modi peiore malitia coagulantur; nam quænam efficacior via esse potest hostes instruendi, quam destruendo exercitum sui Principis? nec maior insidia inveniri valet, quam militares copias inermes detinere, nec urgentior occasio vocandi inimicos, quam cum concitatam Provinciam, & milites absque equis, & armis reperturos conspicient.

Sanè inimici, cum in Præsidio aliquo expugnato pactio-
nibus initis obessos abire annunt, armis quandoque non spoliant, aut equis conferunt; Gratian. *discept. forens. cap.* 801. *tom.* 5. Regens Don Raphael de Vilosa *post tract. de fugitiv. dissert.* 1. à *num.* 18.

Arma, equive à iure plurib⁹ potiuntur privilegiis, ut neque

à militibus vendi, neque in iudicatum capi possint. *Const. 1. tit. de execut. de sentent.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. p. 6. 3. num. 16. cum multis seqq.* Ignat. de Vilar. *in Sylv. respons. 16. cap. 1. Ripoll var. cap. ult. nu. 547. Et ad Peguer. in praxi civil. rub. 29. à num. 77. vbi defendit, in casibus magnæ publicæ utilitatis, res privilegias, etiam deficientibus aliis bonis, pignori non posse; superlativa autem est necessitas, quæ in armorum militarium conservatione versatur, ex qua Republicæ omnimoda pedit defensio: minus igitur à non dominis, & usum illorum non habentibus usurpari res illæ valent. Quare meritò, qui execrabilia memorata facinora perpetrarunt, severius quàm aliis in casibus puniti fuerunt.*

42 Limita tamen, ut pœna ultimi supplicii, ac aliæ contra authores tumultus ad crimen læsæ Maiestatis in primo capite pervenientis, tunc demùm exercatur, si seditio effectum sortiat; qui tentavit namque tumultum commovere, dura plectitur ultione, sed non morte. *l. 1. Cod. de seditios.* Spectaculis ei interdicitur, nisi relapsus, & monitus antea iterum incidere in crimen, quo casu fustibus cœsus, vel exilio pu-

niendus, vel animadvertendus capite. *l. Capitalium 28. §. solent ff. de pœnis.* Petrus Greg. *syntagm. iur. p. 3. lib. 35. cap. 6. num. 16.* videndus Larrea *alleg. fisc. 65. n. 65.* Per nostrum R. Senatam 25. Octobris 1689. Iosephus N. Iuratus Loci de *Valldenèu Comitatus de Centellas*, homo levis armaturæ, delatus, & inculpatus de crimine læsæ Maiestatis in primo capite per eum commissio diebus quarta, & quinta Octobris anni 1689. vti caput seditionis, attentando populos cõcitare adversus statum, falso evulgando in Loco de *Ayguafreda*, quod sua Excellentia intendebat comburi iubere Villam de *Centellas*, monendo incolas prædicti Loci, quod præparari existerent ad illam iuvandam, & alias voces tumultuosas, & falsas prorumpendo, qui referente R. S. Hyacintho Bertran fuit condemnatus ad servitium Regiarum tremens remigando per decennium, Aduario Famada. Nota verba *homo levis armaturæ*, propter quam causam fuit temperata pœna, pro vti *decis. 21. n. 71.* & observa ad confirmandum ibi tradita, quod *insipiens non potest esse iustus.* Lactant. *in verbo divinar. assistit.* Carnead. *disput. 5. Et maius damnum dat factuus,*

tuus, quam sceleratus homo.
Cicer. in 3. quest. Tuscul.

43 Amplius lenitas, atque benignitas nostri Regii Criminalis Concilii porrigitur; nam postquam contra authores tumultus vindictas supra expressas indixit, mitius iudicavit contra illos, qui alia gesserunt valdè gravia, non provocati, neque causa aliqua præcedenti permoti, qui indubiè mortis pœnam summo iure merebantur, ex his quæ firmavimus *decis. 35.* Atverò spectata circumstantia, quod pugna illa exarsit magis animo tumultu confovendi, quam milites debellandi, & aliis considerationibus perpensis traditis *decis. 22.* placuit Senatui ab autoribus ultionem exemplarè sumere, cæteros verò extra ordinem punire, ut sequentes ad aperiunt decisiones. Altera sub die 10. Martii 1690. contra Iosephum N. agricolam Loci *de Monseny* Dioeces. Barcin. delatum, & inculpatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite per eum commisso de mense Novembris 1689. tunc proximè elapsi in Villa Granullariorum, incedendo cum armis, incitando Ioannem N. Consulem in ordine primum dictæ Villæ, ut omnes ad seditionem commoverentur contra exer-

citū D.N. Regis, associando se cum seditiosis, qui fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum. Similis dicto die contra Ioannem N. agricolam Loci *de Sarrià*, Dioeces. Barcin. delatum, & inculpatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite per eum commisso de mense Novemb. anni 1689. cooperando in seditione facta per diversos incolas præsentis Principatus, associando se cum seditiosis, qui fuit condemnatus quod banniretur à toto præsentis Principatu Cathalonix per triennium. Similis eodem die contra Ioannem N. agricolam Loci *de Sant Just Desvern* Dioeces. Barcin. delatum de crimine læsæ Maiestatis in primo capite per eum commisso de mense Novemb. dicti anni 1689. cooperando in seditione facta per diversos incolas huius Principatus, & hostiliter se gerendo cum armis die 24. prædictorum mensis, & anni, exonerando scelopum contra milites Domini nostri Regis: qui fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremiū remigando per decenniū. Relator istarum causarū fuit R.S. de Sotomayor, Scriba Maurici; notes tamen iuxta mensuras criminum fuisse pœna-

rum modum, & plenè nō con- stituisse de omnibus sceleribus.

EPIGRAPHE.

De memoria defuncti damnanda, & cadavere puniendo praxis, necnon de probationibus ad hæc requisitis. Abolitio generalis criminum quanto multitudo in illis comprehensa venit, sit ne concedenda? & in tractatu pacis inter Coronas Hispaniæ, & Franciæ qualiter fuerit elargita. De virtute, & efficacia intercessionis. De Regiis gratiis Civitati Barcinonæ, Illustribus, & Fidelissimo Consistorio Deputatorum Generalis Cathalonæ impensis. Deque approbatione inelyti, ac beneficentissimi nostri Monarchæ circa gesta per Civitates, Villas, ac Loca istiusce Principatus

NUCLEVS.

- | | |
|---|---|
| 1 Mors omnia solvit. | n.10. ubi quare domus rei in hoc scelere sale conspergatur. |
| 2 Limita in delictis atrocissimis, quæ post mortem etiam puniuntur. | 11 A crimine lesæ Maiestatis divina ad crimem lesæ Maiestatis humane valet argumentum. |
| 3 Institutum decisionis. | 12 Ratio eruitur, quare hic prætermisse aliqua fuerint solemnitates. |
| 4 Evanescentis tumultus exitus. | 13 Demolitiones domorum quoties apud nos præticentur, ubi quando Civitas inaudita suis possit privari privilegiis, & de sceleribus Universitatum. |
| 5 Petitio qua memoriam defuncti damnari postulatur, & provisio num.6. | 14 Exemplaria dirutarum domorum adducuntur. |
| 6 Facta demolitione ob crimen nō cōceditur amplius reedificatio. | 15 Domini directi consensus præcedere debet ut ades evertantur. |
| 7 Stylus Sancti Officii Inquisitionis in defuncti memoria damnanda à quibus tractetur, & num.9. | |
| 8 Quibus casibus mortui fama improbari potest. | |
| 9 Amplius de processu contra defunctum construendo, & | |

- 16 In cadavera non seviendum; sed fallit quando delicta sunt atrocissima, nam tunc ad aliorum exemplum, & terrorē cadavera suspendi possunt, & signanter in crimine lese Maiestatis, & num. 17.
- 18 Exempla cadaverum punitorum erubescantur, & num. 19.
- 20 In civilibus contra defunctū non proceditur, sed limita ut ibidem, & num. 21.
- 22 Ad defuncti exprobandam memoriam, & ut suspendatur cadaver, requiritur, quod defunctus fuerit condemnatus, vel confessus, vel convictus, sive in notorio, & flagranti crimine deprehensus, ita ut nulla competat ei defensio.
- 23 Mortuus possit ne excommunicari, vel absolvi. Interpretatur Cap. sanè 24. quest. 2. Cap. Neque 88. distincta. cum concordantibus.
- 24 Cadaver ereptum à patibulo an gaudeat Ecclesia immunitate remissivè.
- 25 Gloriosum indultum latino idiomate transcribitur.
- 26 Formatum ad instar alterius memorabilis annotatur.
- 27 Multitudini quando parcendum ne strages sequantur.
- 28 Ecclesiastici à iudice seculari remitti, & aggratiari nō possunt. Sed limita ut num. 29.
- Clerici non sunt exempti à legibus Principū quatenus spectant ad pacem, & favorem Republice.
- 30 Cap. 73. Curiar. anni 1599. decretum refertur.
- 31 Verba hortamur, monemus, & similia regulariter preceptum non inducunt, sed consilium.
- 32 Sacerdotes tumultus concitatores puniti, & num. 33.
- 34 Abolitio generalis in tractatu pacis inter Coronas Hispania, & Francia celebrata adducitur, cum dubiis ex eo resultantibus.
- 35 Intercedere non dedignantur viri integri, & rectis ubi de vi, ac efficacia intercessionis, & num. 36.
- 37 Regia rescripta ad Consistorium Deputatorum emissa.
- 38 Alia Civitati Barcinone directa.
- 39 Regia epistola magna veneratione digna clausula intexuntur.
- 40 Mereri proprii Regis approbationem omnem superat laudem, & pramium.

- 41 Tituli Deputatorum Confistorio concessi recitantur.
- 42 Illustris ritulus magni est decoris.
- 43 Fidelissimi cognomentum inestimabile.
- 44 Brachio Militari directa Regia epistola, & quam commendabile sit nu. 45.
Alia epistola eidem Brachio vndequaue laudabili directa, & de fidelissimi titulo ei dignè attributo.
- 46 Largiflua amplitudo in Consiliarios Civitatis Barcinonæ impensa.
Civitatum prerogativa quales remissivè, & ibidem quomodo probentur honores Magnatū, aliaque gratia.
- 47 Se cooperiendi prerogativa coram Domino Rege ex maioribus est, quæ vassallis impertiri possunt.
- 48 Ea gaudent Magnates Hispania, ubi de eorum preeminentiis.
- 49 Epistola Regia Civitati Minorissæ transmissa subnectitur, & de eius in casu summo zelo numer. 50. & ibidem de elogiis Ausonensis fidelitatis, aliaque similes laudes deducuntur.
- 51 Non numerantur singularim populi, qui affectus suos singulariter profuserūt, & quare.

- 52 De commendabili, egregia fidelitate Catalana in suos Reges, ac Principes remissivè.
- 53 Ortus Domini nostri Regis sub die S. Severi letissima facinora auspiciantis, & num. 54.



DECISIO XXXIX.

MORS omnia solvit (finis sit ergo nostro volumini) vulgatum quidem statutū mortalibus proloquium, de quo citati per Barboſa axiomaticè 154. à nu. 1. Senec. in Excerpt. Ricc. part. 1. collect. 173. Gonzal. in reg. 8. Cancell. glos. 11. à numer. 3. Solorzan. lib. 5. politic. cap. 11. fol. 849. vers. Digo, latè Velasco de differ. inter temporale, & æternum, cap. 8. per varios SS.

Sed nonnulla sunt delicta, quæ etiam post mortem puniri expedit. Nos decis. 8. num. 5. 65. & seq. vbi limitationes adduximus, si lis sit contestata contra defunctū, vel si agatur ad rei malè ablatae restitutionem, vide infraſcribenda n. 17. addendi Simanc. de Cathol. instit. tit. 18. Torreblanc. de iure spirit. cap. 16. & 17. Barboſ.

bof. in l. 15. num. 107. & 157. de iudic. Caball. cas. 298. Gregor. in l. 7. glos. 3. & 4. tit. 1. part. 7.

3 Gloria, & infamia nonnunquam mortis iurisdictioni non subsunt, propterea posthumam famam celebramus, scilicet post funera non intermoriuram virtutem. De hac gloriosa fama plenè disseruimus in opusculo perfunctoriè à nobis ad laborato *de mortuo nobilitando*, quod quia libri nomine Bibliotheca Hispana accuratissimi Don Nicolai Antonii eondecoravit, & de eo postea meminit perdoctissimus Iesuita Emanuel Marcillo *en la Crisfi de Catalunya tom. 1. p. 2. cap. 7. §. 3. num. 604.* typis noviter edemus luculentius; nunc autem agendum erit de memoria defuncti ob immanitatem criminis damnanda, & de perennanda fama ob antecellentia facinora ita promerente.

4 Emoriente tumultu præcedentibus decisionibus recitato, simul quoque ad pedes Excellentissimi Proregis devenit caput principalissimi capitis, & authoris seditionis, per quemdam hominem interfecti spe præmii promissi cum præconiis antea publicatis. Heu miser reus, qui fortunis pro tui status conditione non modicis gaudebas, voluisti vitæ, honorisq;

proprii proditor esse infœlix, quid lamentabilius!

Petitione speciali explicui 5 prædicti fontis caput, ac cadaver in posse Regiæ Curiæ extare, delictaque perpetrata per reum horrifona, & immania esse, quæ nec morte aboleri, neq; oblivioni derelinqui poterant, irregulareque exigebat supplicium; & quia processibus efformatis apparebat, propter tam execrabilia scelera fuisse reum criminis læsæ Maiestatis in primo capite declaratū adiecta honorū confiscatione, supplicavi propterea illius consanguineos (in suis criminibus pariter implicatos) voce præconia citari cum termino sex horarum, memoriamq; defuncti damnari, domumq; eiusdem dirui, ut præsentis ætatis terror, & futuro ævo perpetuæ infamiae monumenta manerent.

Et conclusione facta die 2. 6 Decembris 1689. referente R. Sen. Francisco de Sotomayor, Actuario Maurici, post provisam, publicatam, & reproductam petitionem memoratam præconia, provisum extitit ut sequitur: *In facto supplicationis oblata pro parte Fisco. Procur. R. C. die præsentis in, & cum qua supplicat in partes, seu frustra scindi cadaver Antonii N. rei criminis læsæ Maiestatis in primo capi-*

te, reiteratis pessimis actibus
prædictum crimen prosequenti
post Regiam sententiam contra
eum latam conspirando à die 21.
Novembris 1689. contra milites
equestres Regii exercitus, eos
inermes relinquendo, equos de-
tinendo, aliquos ex illis cū suis
asseculis occidendo, & similiter
ipsius caput in loco eminenti po-
ni, domum eius demoliri, ac sale
conspergi, & dicti rei defuncti
memoriam damnariis attentam
manitate dictorum criminum,
prout hæc, & alia in dicta sup-
plicatione continentur, cui re-
fertur. Viso processu, ex quo li-
quet de narratis in supplicatio-
ne. Visi præconis citatoris cum
eorum publicatione. Visi vi-
dendis, facta relatione &c. me-
ritis processus attentis, & aliis,
fuit conclusum, quod declare-
tur, quod caput dicti Antonii
N. ponatur in loco eminenti, in-
tus caveam ferream, & quod
illius cadaver in frustra, seu
partes scindatur, & quod eius-
dem domus demoliat, & solo
æquetur sine spe reedificationis
in futurum, & area diruta do-
mus sale conspergatur, & in præ-
dicta area columnella erigatur
totam rem gestam indicans, &
quod amplius declaretur omnes
lapides, rudera, & cimenta in-
de amota ad Fiscum nostrum per-
tinere, ut vindicta scelerum

per dictum Antonium N. com-
missorum cedat aliis in exem-
plum, & terrorem.

Nota verba sine spe reedifi-
cationis, quæ ideo sunt posita,
quia facta demolitione ob cri-
men non conceditur amplius
reedificatio. Cyn. in l. feruus in
fin. Cod. de penis. Bartol. in l.
si quis adulterium §. de adul-
ter. & alii apud Gratian. de
cept. forens. cap. 179. num. 12.

Stylus hic procedendi de-
sumptus fuit ab eo, qui obser-
vatur in Tribunali Sancti Offi-
cii Inquisitionis, prout tradit
Carena de offic. Sanctæ Inquisi-
tionis part. 2. tit. 19. §. 6. à nu. 11.
Repertorium Inquisitorum ver-
bo libellus vers. forma libelli.
Aretin. in §. interdum Inst. de
heredit. quæ ab intestato defe-
runtur. Zanard. in summa di-
vin. præcept. part. 2. cap. 142.
vers. 6. post venè. Caldas in l.
unica Cod. ex delict. defuncti
Decian. in tract. crimin. lib. 5.
cap. 57. num. 16. Sanchez in sum-
ma lib. 7. cap. 27. & seqq. Fran-
ciscus Pegna in commentariis
ad F. Nicolaum Eymericum,
Gerundensem Ordinis Præ-
dicatorum, (olim Inquisitorẽ
generalem Coronæ Aragonum
intrepidum, Doctoremq; egre-
gium, ut testantur, quæ ultra
vndecim sacra volumina com-
pilavit, & retulit F. Franciscus

Diago in *histor. Provinciae Aragoniae eiusdem ordinis lib. 1. cap. 26. & seq.*) in *director. Inquisitorum part. 3. commentar. 92. litt. B. pag. 571.* qui primum supponunt processum hunc non esse instituendum contra defunctum, qui non extat, sed contra illius memoriam.

8 Memoriam damnari debere statuunt Farin. *de heretic. q. 197. num. 89. & seq. & q. 185. num. 200.* Molina *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 43. num. 6.* Cened. *in collectan. cap. 2.* Nogueroles *alleg. 12. num. 156.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 19.* itidem Farin. *q. 10. num. 42. & seqq.* & iterum Petrus Cened. *q. 161.* & alii plures citati per Ayllon ad Gomez *tom. 3. cap. 1. à num. 79.* addo Camill. *de Curte resol. feudal. cap. 5. nu. 55. post primam part. Marinis.*

9 Libellum igitur esse proponendum, scribentes adnotant, per Fiscus procuratorem, petendo instanter contra memoriam defuncti procedi; intimari debet libellus, seu verius Iudicis provisio hæredibus, vel aliis quorum interest defuncti memoriam non condemnari, illos personaliter citando ad defuncti famam defendendam; proponendum quoque edictum, quo quis admittatur ad defuncti defensionem; si in termino præfi-

xo nullus comparuerit defensor ex officio, & Advocatus constituendi; deinde si defuncti memoria nullo modo poterit defendi, devenitur ad sententiam contra eam, sed antequam proferatur, statua, seu imago eius in publicum producenda est, in qua maioribus caracteribus descriptum sit nomen illius rei, & coram illa, quasi viveret delinquens, eius crimina sunt legenda, & promulganda sententia, & relaxatur (in Tribunali loquimur Inquisitionis) brachio seculari, ut in cineres redigatur. Exhumantur ossa, ut à fidelibus discernantur, bona confiscantur, & rei filii inhabiles declarantur.

Quandoque etiam domus 10 rei defuncti diruitur, area everse domus sale conspergitur, in qua columnella erigitur, totam rem gestam indicans. Nos *decis. 22. num. 5.* ubi remissivè de ratione quare sal seminetur in domo pro hoc facinore: vide quæ attigimus *d. decis. 22. nu. 6. in fin.* & ratio quidē exprimitur à Gratian. *discept. forens. d. cap. 179. num. 36.* quia sal reddit terram sterilem, ex Gomez *de sale lib. 4.* sicque everfis edificiis, super seminatio salis fit, ut prædia reddantur perpetuo sterilia, & ut huiusmodi impii,

& sacrilegi homines, eorumq; conatus in sterilitatem, idest in nihilum redigantur, vel vt alii abstineant à loco, & nova ibidem ædificatione, timentes simile, ac ærumnosum prioris ædificii omen, vel ne herbę, aut arundines ibi enascantur, quę memoriam excitent tam execrabilis criminis; sed hæc vltima ratio displicet, quia imò memoriam diuturnam esse debere in asperrimi maleficii detestabilitatem propugnatur.

11 Hæc in crimine læsæ Maiestatis divinæ militant, à quo scelere ad crimen læsæ Maiestatis humanæ valet argumētum, vt cōstituta in vno, in alio quoque procedāt, laudati per Barbosa *in locis communibus loco* 30. & sunt aperti text. *in Cap. vrgentis de heretic. Authent. Gazaros Cod. de heretic.* & ex prædictis iurib⁹ decerpūt DD. cum Hostiensi, Carrerio, Afflicto, Rollando, Tiberio Deciano. Farin. *de heretic. q. 197. n. 6.* Jul. Clar. *in pract. §. fin. q. 49. n. 3* sequitur Larrea *alleg. fiscal. 65. num. 38.*

12 Non omnia fuerunt practicata, quę per Inquisitores observantur, nam cadaver in posse Regiæ Curia extabat, ideoque solemnitate statua opus nō erat, neque apud nos corā reis feruntur sententiæ in casibus

Regaliarum, proximiores consanguinei fontis eiusdem criminis rei, aut participes erant, illiusque facinora tam notoria, tam publica agnoscebantur, vt nulla prorsus defensio competere ipsi videretur, quam obrem enumeratę formalitates sufficientes iudicatæ extiterunt.

Idem quod ab Inquisitori- 13 bus à nobis servatur, vt nō semper in hoc crimine domus demoliat, veluti prælibavimus *de iur. 22.* sed si aliquis sit improbus hæresiarcha, vt expediat eius infamiam diruta domo columna exscriptam perdurare, non minus nos, nisi in maximo seditionum acerbarum contra statum authore, in hoc casu executioni deducta nullatenus practicamus. Vide quę latè congeffit Reg. Don Raphael de Vilosa *disertat. 1. à num. 10. & serè per totam,* & ibidem perduellem Civitatem, armis expugnatam, & victoris arbitrio, vulgò à merced deditam inauditam, Civitatis titulo, cæterisque privilegiis privari posse enixè defendit ex multis, & præcipuè Farin. *de delict. & pæn. q. 23. numer. 131.* Cacheran. *decis. 138. nu. 10.* vbi quod quando delictum læsæ Maiestatis habuit tractum successivum per multos dies pugnando cōtra verum dominum, ob-

obsidionem sustinendo, arma, seu milites proprii Regis destruendo, & in illius vexilla continuo conspirando, tunc non est necessaria probatio aliqua, nec quod præcesserit congregatio, seu deliberatio Consilii Universitatis. Celebre quoque affert *Concilium Tiberii Deciani* 19. *vol. 3.* qui tenet ex tali rebellionem notoria etiam facti permanentis posse Imperatorem absque alio processu, & declaratione armata manu punire, nulla citatione, aut monitione præcedente. De criminum autem Universitatis punitione luculenter *Canc. part. 3. cap. 4. var. ex num. 115.* post *Farinac. in prax. q. 24. ex nu. 108.* *Larrea alleg. fiscal. 13. num. 16.* *Molin. de iust. tom. 4. disp. 35.* *Riccus part. 5. collect. 1812.* *Lara de vita homin. cap. 31.* *Bovadill. in Politic. lib. 3. cap. 8. à num. 92.*

14 Demolitio domus Henrici N. agricolæ Sancti Quirici Çafaya, æquè principalis authoris, & capitis scandalorum, de quibus in his decisionibus, fuit deliberata Regia sententia lata 10. Ianuarii 1690. referente Magnifico Francisco de Sotomayor Iud. Regiæ Curia. Vide similiter conclusionem sub die 6. Aprilis 1690. Relator causæ erat R.S. Hyacinthus Bertran.

Scias tamen, quod cunctæ 15 prædictæ demolitiones non aliter effectum habuerunt, quam præviis consensibus dominorum directorum ædium, instrumentis publicis præstitis, quæ in memoratis processibus reperiuntur; & hæc practicata fuerunt in observantia *Constit. Com. algun 21. tit. de pau, y tre-gua*, qua cavetur, ne possint demoliri domus, fortalicia, & mansa, quæ sunt sub alterius dominio directo, aut feudo, nisi consentientibus dominis allodialibus, vel si isti fautores existerent eiektorum à pace, tametsi moniti, & requisiti essent. Prosequitur *Calderò decif. 60. num. 29.* post *Fontan. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. part. 2. nu. 15.* *Peguer. in prax. crimin. cap. 20.* qui notant præcedere debere informationem, & non esse ignem immittendum.

Prædictis solemnitatibus non 16 custoditis mortuorum cadavera aliquando suspenduntur; nam licet regulariter in ea non sit sciendum *l. 3. & l. defuncto de pub. iudic. l. crimen de pæn.* *Menoch. cas. 285. n. 1. & seq.* *Vazq. contr. illust. cap. 96. nu. 7. & seq.* *Lup. in l. imperium num. 7.* ubi *Curt. iun. nu. 35. ff. de iurisdic. omnium iudic.* ad eò ut Iudices aliter facientes teneantur in Syndicatu. *Farin. in prax. q. 10.*

nu. 77. Suarez *communium opin.*
vers. Mors num. 231. Carpan.
super nov. Constit. Cap. homici-
da num. 130. & ex his Guazzin.
defens. reor. 38. cap. 6. num. 1. ad-
dendi Barbofa *in l. 2. ff. solut.*
matrim. ex numer. 124. latissimè
Gutierrez *lib. 2. canon. cap. 18. ex*
num. 47. & cap. 3. num. 22. Her-
mosilla *in l. 5. tit. 3. part. 5. glos. 1.*
Don Iosephus Vela *disert. 14.*
ex num. 22. Amaya *in l. 10. Cod.*
de iure Fisci lib. 10.

17 Attamen DD. isti in delictis
atrocissimis practicam receptā
esse referunt, quod in aliorum
exemplum, & terrorem cada-
vera suspendi possint, vt in fa-
mosis assassinis, in criminibus
publicis, in crimine læsæ Ma-
iestatis, & similibus tenuerunt
Ign. *in l. 1. §. si tibi manus nu. 21.*
& 42. ff. ad Syllanian. Clar.
q. 51. vers. Sed hic incidenter,
Anton. Gomez *tit. de delictis*
cap. 1. num. 79. Menoch. *cas. 183.*
num. 7. & cas. 284. num. 15. Se-
bastian Med. *in tract. mors om-*
nia solvit part. 2. conclus. 32. nu.
86. Bovadilla *in Politic. tom. 2.*
lib. 3. cap. 15. num. 143. vers. T por
razon.

18 Exempla refert Farinae. *in*
prax. q. 10. nu. 78. de delinquen-
tibus, qui in actu capturæ à sa-
tellitibus occisi fuerunt, & sus-
pensi postea manserunt. In Ci-
vitate Venetiarum quidā reus,

qui materteram cum duobus fi-
liis parvulis interfecerat furti-
faciendi causa, captus, & cri-
men confessus, ad mortemque
damnatus, se veneno necavit,
sed postea publicè dilaniatus
fuit; & Romæ vidisse restatur
plura capita bannitorum, latro-
num, & assassinatorum capitali-
ter damnatorum, qui vel à sa-
tellitibus, vel ab aliis occisi
fuerunt, ad urbem convecta, in
loco publico iustitiæ effixa, in
longa hasta, in conspectu po-
puli per diem mansisse; & die
26. Martii 1583. assassinus qui
occiderat in vrbe Petronium
Nobilem Romanum, insequu-
tus, & occisus à populo cum
resisteret, fuit de mandato Gu-
bernatoris Vincentii Portici
statim furca suspensus, & dein-
de in quatuor frustra scisus.

De mense Martii 1669. qui-
dam valdè facinorosus, de plu-
ribus enormibus necibus, ac
latrociniis convictus, in Co-
mitatu de Capraria iustitiæ Of-
ficialibus resistens, fuit pariter
enecatus, & per Regium Cri-
minale Concilium iussus sus-
pendi; & de mense Iunii 1676.
sacrilegus famosus latro, qui ab
Ecclesia Villæ de Villassar cri-
puerat res valoris non exigui,
fuit similiter occisus, & postea
suspensus.

Si adversus mortuum, vel 20
pro

pro mortuo sententiam civilem proferri contingat, eam nullam esse docuerunt plures laudati per Regentem Cortiada *decis. 9. n. 57. p. 1. & part. 2. in addit.* vbi limitat, si iudici non constet in processu, vti iudici de morte, & tres Senatus decisiones suggerit pro limitatione, cui standum, licet ipsam noviter impugnaverit Manfrella ad Capyc. *Latro decis. 83. num. 11.* defendens ornate veritatem se ipsam propugnare, premi, non opprimi, & præterea concludens satis esse litigantem obiisse, etsi apud acta patefactum non fuerit, ad finem vt prolata sententia executionem non obtineat, probans ex Franchis *decis. 145. Ripa observat. 22. Alin. in prax. §. 31. ampliat. 21. à num. 3. Vant. de nullitat. ex defect. iurisdic. numer. 106. Golin. de procurat. part. 3. cap. 4. num. 45. sectati fuimus opinionem nostri Regentis in addit. ad Peguer. rubr. 24. num. 36.*

21 Limitant amplius prædictam regulam Doctores, volentes tenere sententiam declaratoriam contra defunctum prolatam, quippè qui declarat nihil novi agit. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 51. num. 36. Marin. ad Revert. tom. 1. observ. 94. numer. 3. & in pœna pecuniaria potissimum

obtinere, in eamque mortuum incidisse per iudicem declarari defendunt Afflict. *resol. 48. numer. 42. vers. Imò quando.* Prato in *respons. criminal. 48.* & idem dicendum venire libertatis, aut Ecclesiæ favore, scribunt Caputaquen. *decis. 140. part. 3.* & nonnulli cumulati per Manfrella *ad dict. decis. 83.* vbi alias limitationes doctè congesit.

22 Transcamus nunc ad examinandum, quæ probationes requirantur contra defunctum ad eius memoriam damnandam; de hac re Carena *de offic. Sanct. Inquisit. part. 2. tit. 19. §. 5. nu. 9.* qui regulam certam firmat, ad defuncti memoriam damnandam plenam requiri probationem, nec solas sufficere suspiciones, longè Farin. *de heresi q. 197. num. 103. Pegna d. commentar. 92. vers. In hac causa,* vbi tunc requiri plenior, & clariorem probationem quam contra viventem. Simanch. *tit. 62. num. 5. Farin. d. q. 197. n. 120. Roxas de heret. part. 2. nu. 107. & Guazzin. defens. 38. cap. 6. numer. 2.* cum Doctoribus laudatis supra notat, vt defuncti cadaver suspendatur, requiri, quod delinquens fuerit condemnatus, vel saltem legitime confessus, aut convictus, sive in notorio, & in flagranti cri-

mi-

mine repertus, ita ut si viveret, nulla posset defensione iuvare, nam sicut vivus non potuisset suspendi, multò minus eius cadaver.

23 Nec mireris ita procedi cōtra memoriā defuncti per Tribunal Inquisitionis, Regiumque Concilium, cum controversum pariter inter Theologos, & Canonistas sit, an mortuus possit excommunicari, vel absolvi, & licet affirmant aliqui, & in *Cap. sanè 24. quæst. 2.* dicatur, hæreticos post mortem esse anathematizandos, & *Cap. neque 88. distinct. referatur, D. Cyprianum* propter speciale crimen quendam mortuū anathematizasse, & certum sit excommunicatum, qui decessit absq; absolutione manere excommunicatum. Avila *de censur. part. 2. cap. 4. disp. vnic. dub. 8.* quapropter mortui multoties absolventur. *Cap. à nobis 2. Cap. lucris de sentent. excommunicationis*, & denique Ecclesia potest indulgentias applicare defunctis.

Attamen negativa sententia communior est, quia Christus solum dedit iurisdictionē Ecclesiæ in eos, qui degunt super terram. Matthæi 18. & mortui, nec ratione corporis exanimis sunt capaces censuræ, nec ratione animæ purè spiritualis.

Ex his, & aliis rationibus Paulus in *1. cand. dub. 7.* Suarez *de censuris disp. 5. sect. 1. num. 3.* & si aliquando excommunicatur mortui, id fit indirectè impediendo fideles, ne eos sepeliant in loco sacro, ne pro eis suffragia, vel sacrificia offerant: & hoc modo sunt intelligendi præallegati textus cum concordatibus iuxta Cursū Theologiæ Collegii Salmaticēs. FF. *Discalceator. tom. 4. tract. 10. cap. 1. punct. 3.* & quatenus ad absolutionē doctissimus Franciscus Suarez. *de censur. disp. 5. sect. 1. num. 11. Cand. disquis. 22. art. 9. dub. 10. Coninch. disp. 13. dub. 6. num. 43.* asserunt concedi indirectè, sed Salmanticenses tenent revera excommunicationem durare, & morte non dissolvi, nisi per absolutionē; quo verò ad indulgentias, docent, in eis nullam exercere iurisdictionē Ecclesiā erga mortuos, sed per modum suffragii applicare ipsis partem thesauri Ecclesiæ, vnde fiat Deo solutio pro eorum pœna, sicque iurisdictione exercetur respectu thesauri, & non respectu mortuorum, exornat Barbosa *dict. axiom. 154. num. 7.* eos refellens, qui voluerunt excommunicatos illos esse, qui clerici cadaver percutiunt.

De quæstione verò, num 24

cadaver puniti ereptum à patibulo, ad Ecclesiam delatum, gaudeat eius immunitate, effusè Regens Cortiada decis. 90. part. 2.

25 Diximus de pœnis contra vivos, & mortuos irrogatis propter scandalosum tumultû; videamus amodò qualiter reliqui in eo culpabiles Regiam experti fuerint clementiam, de qua per sequens indultum apparebit.

INDULTUM.

Nunc audiatis omnes generaliter, quod vobis notificant, & notum faciunt ex parte Excellentissimi Dñi Don Caroli de Gurrea, Aragon, & Borja, Ducis de Villahermosa, Comitis de Luna, Sastago, & Ficallo, Marchionis de Aguilar, Militis insignis Ordinis Velleris aurei, de Camera sue Maiestatis, & Concilio status, Locumtenentis, & Capitanei Generalis in presenti Principatu Cathalonie, & Comitatus Rosilionis, & Ceritania, nec non Capitanei Generalis Regii Exercitus dicti Principatus: Quod quia nonnulla persona maligne, ac prave intentionis diversas habuerunt conventiculas, in illisq; conspirarunt contra statum, & quietem publicam huius Principatus,

determinando exarmare milites equestres Regii exercitus, qui hospitati reperiebantur in aliquibus Villis, & Locis presentis Principatus, tractando, & designando diem pro executione tam atrocis delicti, & cum effectu nisi fuerunt fraudulentis suasionibus ad perturbandos animos aliorum, ut cooperarent in eadē conspiratione, & ut utrique commoti vagarentur per diversa Loca huius Principatus, infundendo in animis incolarū illius hoc perversum intentum, effingendo dolo, & machinatione nonnulla motiva falsa, & sua turpia procedimenta prosequendo commoverunt aliquos populos ad sonum tympanorum, & cornuum clamando, & vociferando vilca la terra, y muyran traydors, qui commoti, & concitati nedum singulares, sed etiā Universitates delictum populare constituendo, assistentib⁹ in nonnullis ex eis Officialibus iustitie ordinariis dictorum Locorum, de mense Novembris proximè elapsi ad executionem perduxerunt tam execrabilem tractatū, exarmando Officiales, & milites equestres, qui inveniebantur hospitati per diversa Loca istius Principatus, inhumanè occidendo aliquos, qui se exarmari renuebant, auferendo arma, & equos, curando ut separarentur

- Mors omnium terribilium maximum, decif. 17. num. 8. pag. 447. & omnia solvit, decif. 39. num. 1. pag. 814. Limita in delictis atrocissimis, quæ etiam post mortem puniri expedit, ibid. num. 2.
- Si mortis naturalis supplicium ex causa mitigetur confiscationis pœna non imponitur, decif. 22 num. 129. pag. 560.
- Quibus casibus mortui fama improbari potest, decif. 39. num. 8. pag. 817. & decif. 22. num. 6. pag. 527.
- Mortuus, an possit excommunicari, vel absolvi, ibid. num. 23. pag. 822.
- In civilibus contra defunctum non proceditur, decif. 39. nu. 20. pag. 821. sed limita vt ibidem, & num. 21.
- Mulctæ.*
- Quando non possit exigi propter spreum mandatum, decif. 10. num. 36. pag. 323.
- Sub ea præcipi nõ potest, vt quis se in carceribus tradat, nisi iusta suadente causa, decif. 29. num. 2.
- Exigi an possit absque citatione contumacis, negativa proponitur sententia, ibid. num. 4. pag. 662.
- Quando ea respicit processum, eiusque est accessoria, citatio non est necessaria, præcipuè quo ad testes, ibid. num. 5. cum Senatu.
- Mulier.*
- Prægnans non potest torqueri propter partus periculum, imò nec realiter terri, decif. 17. n. 14. pag. 448.
- Multitudo.*
- Curandum ne inefrenata multitudo congregetur, decif. 5. nu. 22. pag. 190.
- Multitudini quando est parcendum ne strages sequantur, decif. 39. num. 17. pag. 827.
- Semel adunata modum non servat, decif. 37. num. 4. pag. 778. & decif. 5. num. 22. pag. 190.
- Muri.*
- Violans muros Civitatis Romanæ capitali pœna punitur, si autem transcendat muros alterius urbis extraordinem animadvertitur, decif. 36. num. 12. pag. 761. & quando acrius puniri possit propter maiorem, vel minorem dolum.
- Mutuum.*
- Cur lucrum non admittat, decif. 4. num. 56. pag. 153.
- Est contractus tantum gratia mutuatarii celebratus, ibid. num. 60. pag. 154.
- Certum interesse ab initio pacifici permittitur, ibid. num. 62. atverò contrariam opinionem tenent citati ibid. nu. 65. pag. 155.
- Quantitas tamen dicti interesse debet regulari secundum interesse verosimile, ibid. num. 62.
- Debet tamen concurrere stipulatio à principio cum mutuatario, & postea damni probatio, ibid. num. 63.
- In lucro cessanti sufficit, quod mutuator sit mercator solitus lucrari, & quod pecunia mutuata esset exposita certæ negotiationi, ibid. nu. 64.
- In mutuo velato vsura latet propter inæqualitatem compendii cum onere, ibid. num. 72. pag. 157.

INDEX.

N

Necessitas.

Publica suos habet gradus, veluti utilitas, decis. 22. num. 33. pag. 538.

Negativa.

An ea probetur testibus, & instrumentis, decis. 11. num. 9. pag. 339.

Mera probatur per assertionem testis de facto proprio, etsi non coarctetur loco, & tempore, & cum deponit de eo, quod verisimile est ei esse notum, decis. 33. num. 28. pag. 715. & vide decis. 32. num. 48. pag. 705.

Vaga est improbabilis, ibid. num. 31. pag. 716.

Testes de negativa loco, & tempore coarctata recipiendi sunt in carceribus, decis. 1. num. 35. pag. 18. & decis. 30. num. 27. pag. 668.

Negligentia.

Culpabilis, & damnosa aliquando delictum includit, decis. 18. num. 41. pag. 469.

Negotium, negotiator.

Quomodo differat ab artifice, & mercatore, decis. 6. nu. 32. pag. 207.

Negotiatio aliquando oblivione facta censetur, ibid. num. 38. pag. 208.

In proprio negotio obsecratio, decis. 4. num. 138. pag. 176.

Nimium.

Omne malum, decis. 5. num. 20. pag. 189.

Nobilis.

Quibus casibus pœnis ignobiliũ plectatur ob grave crimen, decis. 1. num. 44. pag. 20.

Causæ eorum evocantur ad Regiam Audientiam, quia sua na-

tura sunt consistoriales, ibid. num. 65. pag. 26.

Proceditur contra eos sine partis instantia per processum Regaliæ, ibid. num. 100. pag. 36.

Non potest incarcerationi pro debito civili, decis. 6. n. 83. pag. 221.

Perduelles degradantur, torquentur, & stragulantur, decis. 22. n. 11. pag. 529.

Durius puniuntur, si delinquunt in officio, vel in dedecus nobilitatis, ibid. num. 29. pag. 537.

Nobilitas dormit per exercitia sordida, decis. 25. num. 3. pag. 581. nativa sanguinis, & congenita, non acquisita ibid. nu. 15. 16. 17. 18. 19. pag. 585.

Ei agricultura non derogat, ibid. nu. 4. pag. 582.

Sanguinis quæ sit, ibid. n. 5. & 15.

Quot modis probetur nobilitas, ibid. num. 7. 8. 9. pag. 583. & num. 10. pag. 584.

Si de ipsa tractetur principaliter, eius desideratur exacta probatio, si incidenter minor sufficit, ibid. num. 11. & 12. pag. 584.

Si quæstio eius tendit ad perimendum iudiciũ, ea est plenè examinanda, ibid. nu. 14. pag. 585.

Forensibus nobilibus prodest privilegium nostris Equitibus concessum, ibid. num. 13. pag. 584.

In Cathalonia cessante partis instantia cessat processus contra Equitem, decis. 1. num. 38. pag. 18. num. 102. pag. 36. & quid in delicto infami, ibid. num. 43. 44. pag. 20. excipe á regula concubinatum, quia habet tractũ successivum, decis. 2. num. 11. pag. 138.

Nobiles tenentur ire ad bellum, decis. 2. num. 134. pag. 90.

Non possunt in Cathalonia renunciare foro Domini Regis, decis.

INDEX.

- r. num. 63. & seq. pag. 24. & 25.
- Vide Milites.*
- Notarius.*
- Non potest conficere instrumentum visitationis absque iudicis mandato, decis. 2. num. 111. pag. 84.
- Requisitus tenetur presentare quaecumque instrumenta, & quascumque scripturas, & requisitiones, ibid. num. 112.
- Limita tamen in casibus tangentibus interesse Generalis Cathalonix, & in contractibus illicitis, ibid.
- De iure communi non recipiens instrumenta, quæ postulantur, punitur, & peccat mortaliter, decis. 11. nu. 17. pag. 341. limitatur, si sint usuraria, vel illicita, ibid. num. 20. pag. 342.
- Nisi rogatus instrumenta conficere nequit, ibid. num. 18. pag. 341.
- Si fraude, vel dolo instrumentum stipulatur illicitum, coercetur pœna privationis officii, infamix, & amputationis manus, ibid. num. 21. pag. 342.
- Si tamen absque dolo, & fraude verberetur, qua pœna puniatur, non satis concorditer est decisum, ibid. num. 22.
- Securior tamen habetur opinio pœnam esse arbitrariam spectata qualitate scripturæ, & notarii stipulantis, ibid. nu. 24. pag. 343.
- Minimè verò excusatur deducens se ignorare instrumentum per eum stipulatum esse illicitum ibid. num. 30. pag. 345.
- Absque iurisdictione, & imperio iuramenta extrajudicialiter recipiunt contrahentium, & testium, decis. 2. nu. 120. pag. 85.
- Tenet instrumentum visitationis confectum per solum notarium de mādato iudicis, ibid. num. 121. pag. 86.
- In instrumentis debent adhibere testes notos, ibid. num. 137. pag. 92.
- Casus refertur de notario, qui requisitus recepit instrumenta testium revocantiū depositiones in Regia Curia emissas, decis. 11. num. 12. cum Senatu.
- Iuramentum ab his est præstandum de instrumentis illicitis non recipiendis, ibid. num. 15. pag. 343.
- Legaliter obstringuntur officium suum exercere, & de artis excellentia, ibid. num. 26.
- Probi magno honore habendis scelerati autem pœnam nunquam launt condignam, ibid. num. 28. pag. 344. de eorum erroribus, ibid.
- Cui constat in negotio apposuisse manum superiorem, debet se abstinere, ibid. num. 39. pag. 347.
- Rogari non potest ad referendū notario causæ, ibid. num. 42.
- Recusatus in aliquibus Regnis post captum negotium, non removeretur in totum, sed adiunctus ei datur, ibid. num. 43.
- Semel electus absque causa revocari non potest usque ad finem negotii, ibid. num. 44.
- In incidenti interesse civili reo mortuo idem notarius debet adhiberi qui interveniebat vivente reo, ibid. nu. 45.
- An debeat cognoscere contrahentes est controversum, ibid. nu. 52. pag. 350. & est hoc stabilitum in aliquibus Regnis, nu. 53. pag. 350.
- In Regno Castellæ tabelliones tenen-

INDEX.

tenentur illos cognoscere, vel adhibere duos testes de eorū notitia, decis. 2. n. 138. pag. 92.
Iuxta Constit. 43. Curiar. anni 1599. aliter stipulari instrumentum non potest nisi securus sit per approbatas personas de certitudine nominis requirētis, ibid. n. 54. pag. 351.

Quid tenendū in terminis Pragmat. 15. sub tit. *De actuar.* Regni Neapol. ibid. num. 55.

In violatione præmissæ Consti. 43. convincitur delictum notarij. ibid. num. 56.

In præmissō casu conficiens instrumentum nomine personæ non cognitæ, dolo, & culpa carens, puniendus veniebat, saltē pœna extraordinaria, ibid. nu. 57. pag. 352. sed vide infra.

Ex officio æquè proceditur contra notarios propter eorū imperitiam, sicut propter pravos mores, ibid. num. 62. pag. 353.

Conclusio refertur, qua prohibitum fuit notariis criminalis Cōcilii accedere ad cauponas, & quamlibet pravatam domū comessandi causa, decis. 11. nu. 29. pag. 344.

Qui recipiunt offensam debent continuare, & scribere omnia quæ testes dicunt, tã in offensam, quam in deffensam verbo ad verbum sub pœna privationis officii, decis. 31. n. 32. pag. 681.

Si aliter scribantur depositiones, nequeunt testes compelli ad se subscribendum, nec subscribi faciendum, ibid.

Puniri non potest absque omni dolo, nec sine culpa cuiusque doli egena, decis. 35. num. 57. pag. 749.

Tabelliones nullam penitūs ha-

bent iurisdictionem, decis. 2. num. 120. pag. 85.

Notarii magistri militia.

Non gaudent privilegio fori militaris, nisi reperiantur in loco hostili, vel in procinctu, vel si essent stipendiati, decis. 33. n. 38. pag. 718.

Notorietas, notorium.

Judicialis solum datur respectu facti permanentis, decis. 2. nu. 153. pag. 97.

Quando notorium ex actis resultat in Cathalonia potest Iudex supplere, decis. 29. nu. 10. pag. 654.

Novitas.

Expromitur mala, & damnosa, decis. 13. nu. 30. pag. 399.

Nisi ex vrgenti causa sunt regulariter odiosæ, & suspectæ novitates, ibid. num. 31.

Nox.

De generali consuetudine tempore noctis profertur sententia, decis. 25. num. 76. pag. 637.

Numerus, seu cifra.

Difficile potest comprobari per comparationem numerorum, & per testes de nota manu, decis. 7. num. 95. pag. 757.

O.

Obedientia, obediens.

BOnum obedientiæ, & malum inobediētæ subinfertur, decis. 14. num. 28. pag. 579.

Nihil infelicius, aut enormius, quã dominū, aut imperare debentem, iussa à subdito suo capere, decis. 37. num. 41. & seq. pag. 791.

Vide *Iudex, mandatum, præceptum, superior.*

Obli-

INDEX:

Oblivio.

Præsumitur in homine pluribus negotiis implicato, decis. 6. nu. 36. pag. 208. fallit tamen si negat administrator paritas, quæ verè debebantur, ibid. num. 37.

Aliquando cum ea censetur facta negotiatio, ibid. num. 38.

A quibus excuset oblivio remissivè, ibid. num. 39. pag. 209.

Obloquutio.

Supposita prava qualitate iniuriarum regulis circumscribitur, decis. 21. num. 55. pag. 514.

Obsequia.

Quæ sunt præstanda à vassallis domino, decis. 21. nu. 28. pag. 506.

Obligatio.

Restituendi ob læsionem accidit ex sola culpa levi, vel levissima iuridica, decis. 35. num. 54. pag. 514.

Observantia.

Baronum Aragoniæ, qui stryges ad mortem damnant ob infanticidia, reprobatur, decis. 2. nu. 38. pag. 61.

Deferendi arma contra prohibitionem, an valeat, decis. 5. n. 14. pag. 186 non suffragatur si non sit restricta ad certum genus personarum, decis. 12. num. 23. pag. 365.

Prava excusat à pœna temporali, decis. 7. num. 99. pag. 258.

Primi inductores consuetudinis contra legem delinquent, non posterii, intellige dum non sit contra ius divinum, aut naturale, vel non à lege, aut Principe improbata; nam tunc illæ sequentes nō excusantur, ibid. num. 100.

Excusat à pœna legali semiplenè

probata per cursum decem annorum, & a prohibitis à iure positivo, ibid. num. 101.

Dolo manifesto extante, non prodest observantia, neque consuetudo, ibid. num. 102. pag. 259.

Observantia recipiendi testes pœdente contentione super immunitate, est contra ius, decis. 13. num. 37. pag. 402.

Iuri contraria non est extendenda, ibid.

Observantia interpretativa probatur ex his, quæ sunt practicata ultimis & proximis, & nō quæ primis exemplaribus, decis. 20. num. 21. pag. 489.

Obsessi.

Inimici eos aliquando abire permittunt, & quandoque armis non spoliant, decis. 38. num. 40. pag. 809.

Occultatio.

Facit indicium, ibid. num. 19. pag. 665.

Et de turpitudine occultationis, decis. 35. num. 20. pag. 742.

Odium.

Odium sociorum publicum, & non ex causa privata, nō obest testibus, decis. 26. num. 59. pag. 611.

Indicium facit, pluraque damna parit decis. 27. num. 33. pag. 626.

Officialis.

Officialis cum iurisdictione necesse debet intervenire in cadavere recognoscendo, & ratio decis. 2. num. 116. pag. 85.

Officialis, officio officiaudo, & eius familia potest deferre arma prohibita; etiam contra Regium edictum, decis. 5. nu. 10. pag. 184.

In edictis Regiis, non prohibetur offi-

I N D E X.

- officialibus officiantibus armorum delatio, ibid. num. 11.
- Officiali creditur in spectantibus ad suum officium, & quid de birrariis, & Alguacellis, decis. 28. num. 27. pag. 648.
- Officialis non præsumitur in officio delinquere, ibid. num. 32. pag. 650.
- Officialis si recedat à loco ubi officium administrat absque licentia superioris, punitur, decis. 29. num. 24. pag. 658.
- Regiū solus Princeps potest punire, decis. 1. num. 66. pag. 25. & decis. 3. num. 60. pag. 122. & decis. 5. num. 17. pag. 187.
- Eum alius capiens committit crimen usurpate jurisdictionis, ibid.
- Officiales Regii quale iuramentum præstent antequam admittantur ad suum exercitiū, ibid. num. 48.
- Eis per Regium Concilium iubetur, ut intus carceres se detruant, ibid. num. 51. pag. 328.
- Regius officialis semper est captus, & ligatus vinculo homagii, ibid. num. 52.
- De Officialis Regii captura, ibid. n. 56. p. 329.
- Quando excusetur officialis ex facto prædecessorum, vide verbo *observantia*, & decis. 7. num. 99. cum duobus sequentibus, pag. 259.
- Officium.*
- Eius definitio, decis. 14. nu. 7. pag. 410.
- Absque causæ cognitione, non potest quis exbursari, nec deponi ab officio, quod possidet, decis. 9. num. 55. pag. 120.
- Si sorte fuerit extractus, repellitur quandoq; interim ab exercitio, ibid. num. 61. pag. 122.
- Officium sordidum quale sit respectu nobilium, decis. 25. nu. 4. pag. 582.
- Officium iudicis ad quæ extendatur, decis. 1. num. 35. pag. 18.
- Opinio.*
- Ex dissidio opinionum, nulla reprobanda, si fulciantur rationibus urgentibus, decis. 4. nu. 95. pag. 163.
- In earum conflictu sequenda est recepta usu, in Tribunalibus, decis. 12. num. 63. pag. 380.
- Oppositio dotalis.*
- Est articulus civilis dependens à causa criminali, decis. 8. n. 54. pag. 283.
- Cognitio eius spectat ad Iudicem causæ criminalis, si in ipsa incidat, decis. 8. num. 54. & ratio, num. 55. & 57. pag. 284.
- Ea an retardet demolitionem domus mariti atrocissimè delinquentis, quæ fuit criminum receptaculum, decis. 38. num. 35. pag. 807.
- Quomodo mulieri consulatur, & Fisco, ibid. num. 37. pag. 809.
- Oppressus.*
- Oppressus dicitur qui habet Iudicem suspectum, decis. 1. num. 71. pag. 26.
- Princeps ob oppressionem quas-cunque causas advocat, ibid. num. 94. & 95. pag. 31. & 35.
- Ordo.*
- Ordo est non servare ordinē contra affectantes dilationes, decis. 29. num. 9. pag. 654.
- Inter qualitates probandas in assumptione ordinum militariū, illa enumeratur, quod nō descendat promovendi à punitis quoquo modo per sanctæ Fidei Tribunal, decis. 3. nu. 76. pag. 126.

INDEX.

Originarius.

Contra originarios ditionis vnius Regis, qui sub alio Rege inimico domicilium fovent licet tēpore pacis se transfulerint proceditur vti rebeldes, si hostiliter se gerant contra suum Regem originis, decif. 29. num. 19. pag. 656.

In delictis in quibus absentia nō facit delinquentē, si alibi sine patrata, non agitur criminaliter contra originarium non præsentem, secus si is hostibus opem ferat, & citatus nolit redire ad locum originis, ibid. num. 25. pag. 658.

Originarius Regis bellum gerentis cum Rege sui domicilii, cōtra vtrumque potest rebellionem committere, ibid. nu. 26.

Tenetur tamē potius servire Regi originis, quam domicilii incolatum suum mutando, ibid. num. 27.

Os.

Loquitur ex abundantia cordis, decif. 22. num. 63. pag. 544.

P

Pactum.

AN adiici possit in societate, quod maneat salvum capitale focii, negativa opinio, decif. 4. nu. 46. pag. 149. affirmativa, ibid. num. 46.

Palatium.

Aufugiens ad Principis, seu ad Principis personam liberandus iuxta aliquorum sensum, decif. 16. num. 6. pag. 435.

Parcia.

Non approbatur simpliciter constituens delicta innominata, &

concludens dolum in eis esse probandū coniecturis ad corpus sceleris, sed cum maiori explicatione, decif. 2. num. 73. pag. 71. vsque ad num. 78.

Patens, Pater.

Si alieno nomine solverit, non intrat conditio, idem erit si proprio nomine solvit errore iuris, decif. 7. num. 25. pag. 237.

De eo erga filium lex semper cōfidit, & magis diligere intelligitur filium, quam seipsum, ibid. num. 31. pag. 239. decif. 18. num. 17. pag. 463.

De iure antiquo habebāt ius vitæ, & necis in filios, ibid. nu. 5. pag. 460.

Magis torquetur in persona filii, quam in se, ibid. num. 18. pag. 463. diligit summē filium, ibid. num. 17.

Iuramentum ipsius, quod in filios profertur firmiter censetur, ibi. num. 18.

Parentes, qui sciverunt in suam progeniem, ibid. num. 19. pag. 464.

Multa eis in filios permittuntur, quæ sunt prohibita erga extraneos, ibid. num. 23.

In sua domo legem facit, ibid. nu. 24. pag. 466.

Non tenetur ex delictis filii, decif. 19. num. 7. pag. 473.

Ei causatur maximum præiudicium ex carceratione filii, ibi. num. 21. pag. 477.

Vide *Index.*

Parochus.

Tempore pestis non tenetur residere, debet tamen inservire Ecclesiæ per substitutum, decif. 20. num. 7. pag. 484.

Parricida.

Huius pœna, decif. 18. n. 30. pag. 464.

INDEX.

- Pœna parricidæ ebrri, *ibid.* num. 27. pag. 466.
- Pastor.*
- An contra Pastorem pro venditione ovium in scio domino possit criminaliter inquiri, *decif.* 4. num. 92. pag. 162.
- Peccata.*
- De inobedienciæ peccato, & eius pœna, *decif.* 21. num. 43. & 45. pag. 511.
- In iniuria verbali, tot sunt peccata, quot persona læsæ, *decif.* 22. num. 50. pag. 540.
- Ex ignorantia, vel inadvertentia supponit advertentiæ quo ad obligationem in causa, *decif.* 35. num. 49. pag. 747.
- Dolus iuridicus potest contingere cum peccato mortali, & aliquando cum veniali, illud verò non committitur, nisi cum plena advertentia, *ibid.* num. 52. pag. 748.
- Cum advertentia tantum semiplena, etsi materia gravissima sit, solum venialiter peccatur, *ibid.* num. 55.
- Peculatus.*
- Pro eo crimine officiales morte plectuntur, *ibid.* num. 107. pag. 200. & præcipue si cum eo concurrat falsitas, *ibid.* num. 114. pag. 262.
- Furtum cum peculatu verè committitur, *ibid.* num. 109. pag. 260.
- Turpius est flagitium furto, & furtum gravius simplici, *ibid.* num. 112. pag. 261.
- Qui pecuniam sacram Religiosâ publicam, vel fiscalem aufert, & in rem suam vertit, tenetur crimine peculatus, *ibid.* num. 113.
- Peculium.*
- Ad capacitandam personam filii in contrahendo requiritur consensus patris etiam in castrensi, & quasi castrensi peculio, *decif.* 19. num. 19. pag. 476.
- Percussio.*
- Eadem sunt percutere, & delinquere in percussione, *ibid.* num. 94. pag. 383.
- Perduellis.*
- Vide Crimen læsæ Mæstatis.
- Periculum.*
- Prævidens periculum, & securitatem pallians, ac promittens, detegit pravum, & prævium consilium, *decif.* 35. num. 26. pag. 744.
- Periti.*
- Regulariter non vocantur ad recognitionem cadaveris, *decif.* 2. num. 129. pag. 88.
- Vocantur tamen ad corpus delicti, quando casus id postulat, *ibid.* num. 131. pag. 89. & quomodo eis credendum, *ibid.* debent esse duo ad minus, ut relationi eorum fides tribuatur, *ibid.* num. 150. pag. 96.
- Non sunt proprie testes, eorumque depositio potius est iudicium, quam testificatio, *decif.* 7. num. 63. pag. 249.
- Si ex utraque parte postulentur, qui sint præferendi, *ibid.* num. 78.
- Per peritiores retractatur eorum iudicium, *ibid.* num. 79. & admittuntur quando parti nihil imputari potest, *ibid.* num. 80.
- Eorum iudicium attenditur, qui meliores rationes proferunt, *ibid.* num. 81. 82. etsi pauciores sint, *ibid.* num. 83. pag. 254.
- Imperiti testibus peritis postponendi, *ibid.* num. 84. pag. 255.
- Aliud est testibus peritis plus credi, quam imperitiis habentibus, & aliud credi plus

INDEX.

- peritis, quam testibus, *ibid.* nu. 85. 86.
- In Regia Curia quomodo eligantur ex officio, *ibid.* nu. 88. pag. 256.
- Qui ut testes in defensionem deponant contra dicta peritorum offensæ, præferuntur reddentes rationem præstantiorem, *ibid.* num. 89.
- Sive ut tales, sive ut testes, si deponant extra peritiam, non sūt maioris, nec minoris efficacix, *ibid.* num. 90.
- Examinantur in simul, *decis.* 34. num. 2. pag. 727.
- Peritus in arte non debet mori, nec torqueri, dum non sit seditiosus, aut damnosus Reipublicæ, *decis.* 37. num. 4. pag. 778.
- Vide *Juramentum.*
- Pestis.*
- Calamitas magna, *decis.* 20. num. 1. pag. 484.
- Eius tēpore transgrediuntur præcepta legis, *ibid.*
- Vide *Parochus, Civitas Barchinone.*
- Petitio.*
- Directa ad procrastinandum iudicium est malitiosa, & repellenda, *decis.* 27. num. 65. pag. 634.
- Importunæ petitiones damnosæ, *decis.* 37. nu. 26. pag. 785.
- Piltores.*
- Horum audacia vindicanda, *decis.* 24. num. 5. pag. 572.
- Vide *pena.*
- Pigritia.*
- De ea, & aecidia, *decis.* 14. num. 8. pag. 410.
- Foculum.*
- Amatorium, *decis.* 2. num. 50. pag. 66.
- Pena.*
- Tunc intelligitur tollere aliam, si delictum per eam sit sufficienter punitum; secus si per alium ludicem illata non sit concedens, *decis.* 1. num. 86. pag. 29.
- Vide infra verbo *Ex duabus penis.*
- Talionis in dissuetudinem abiit, tametsi accusator sub ea velit se subscribere, *ibid.* num. 114. pag. 39.
- Quando ex causa augetur, aut minuitur, censetur de infamia dispensatum; secus si absque causa, *decis.* 3. nu. 43. pag. 117.
- Applicatur contra auxiliantes, & receptantes bannitos Regios, *ibid.* num. 67. pag. 124.
- Ab honoribus deponuntur, qui pœnam ignominiosam patiuntur, ut fustigationis, quæ perpetuam inducit infamiam, *ibid.* num. 71. & *decis.* 7. num. 118. pag. 262. & *ibid.* num. 120. pag. 263.
- Fustigationis pœnam, & similes ignominiosas non subeunt interdum personæ honestiores, & populares divites, *ibid.* nu. 121. pag. 263. & dispensantur aliquoties propter dignitatem parentum, vel consanguineorum, *ibi.* n. 122. cum decisione Senatus nu. 123. *ibid.* pag. 264.
- Nunquam imponitur nisi expressa lege caveatur, *decis.* 4. n. 31. pag. 144.
- Sed legi contraveniens punitur pœna arbitraria, *ibid.* num. 32. 33. & 34. pag. 145. si adsit dolus, *ibid.* num. 35. & semper præsumi dolum, & malum animum in faciente rem prohibitam à lege, *decis.* 36. nu. 3. pag. 762.
- Licet à lege, statuto, seu consuetu-

INDEX.

- tudine statuta pœna non sit, sed arbitraria, aliquoties ordinaria dicitur, decif. 8. num. 15. pag. 171.
- In commentariense illa applicatur, vbi aufugiens erat plectendus pœna capitali, si ex lata culpa, & nimia negligentia aufugit, ibid. num. 16.
- Omnes pœnæ corporales, & pecuniariæ morte extinguuntur ibid. num. 65. pag. 286. Sed vide latius decif. 39.
- Contumaciæ sunt in Cathalonia sublata, tam in civilibus, quam in criminalibus, ibid. num. 66. pag. 331.
- Fit minoris ætatis mentio, quando minuitur pœna, non verò si ordinaria applicatur, decif. 12. nu. 108. pag. 388.
- Si incidenter agitur de crimine per viam exceptionis, pœna extraordinaria regulariter imponitur, sed verus iudex ordinariam irrogat, decif. 13. num. 29. pag. 399.
- Ex duabus pœnis una correspondens delicto integratur, ibid. num. 15.
- Princeps, & Supremi Magistratus possunt augere, vel minuere ex causa, ibid. num. 20. pag. 413.
- Duplici pœna vtraque condigna nemo est puniendus, decif. 28. num. 11. pag. 646.
- Pœna minor cum maiori confunditur, & ista illam absorbet, decif. 28. num. 20. pag. 646.
- Pœnæ augentur ob frequentiam, ibid. num. 57. pag. 515.
- In delicto æquali pares debent esse pœnæ. decif. 22. num. 18. pag. 534. & num. 46. pag. 540.
- Augentur, si delictum committatur dum celebrantur Officia Divina, ibid. num. 36. pag. 538.
- Qualitas pœnæ demonstrat speciem delicti, ibi. n. 46. pag. 540.
- Omnes sunt Principi arbitrariæ secundum circumstantias, & qualitates, ibid. num. 58. pag. 543. num. 73. pag. 547.
- In eis servat infernus ordinẽ, ibi. num. 72. pag. 546.
- Sunt arbitrariæ omnibus iudicibus, vt ibid. num. 73. Declara vt num. 102. pag. 554 & num. 130. pag. 560.
- In gravibus criminibus præsertim in Senatu, potest pœna arbitraria extendi vsque ad mortem naturalem, ibid. num. 117. pag. 557. amplia in inferioribus magistratibus consulto Principe, & non aliter, ibid. num. 118.
- Magna est authoritas Senatus in pœnis ex causa augendis, decif. 38. num. 32. pag. 806.
- Pœna indignationis Principis eius arbitrio reservatur, decif. 12. num. 74. pag. 547.
- Arbitrium regulatum in his conceditur, ibid. nu. 108. pag. 556.
- Pœnæ extraordinariæ diffinitio, ibid. num. 112.
- De pœnis falsantium, aut de honestantiũ statuas Principum, decif. 24. num. 11. pag. 574.
- In his, & probationibus cunctatè agendum, decif. 29. num. 11. pag. 654. & num. 12. ibid. tradit Senatus observantiam.
- Pœna trirerium.*
- Apud nos solis plebeis infligitur, decif. 25. num. 20. pag. 587.
- Pœnitentia.*
- In delictis nondum perfectis locus est, non verò in consummatis, decif. 6. num. 73. pag. 118.
- Pœna.*
- Huius audacia vindicanda, decif. 22. num. 18. pag. 534.

INDEX.

- cil. 14. num. 5. pag. 572. & num. 6. pag. 573.
Politica.
- Vita agi nequit, nisi quis obediat, & quis imperet lecernatur, decif. 37. num. 42. pag. 791.
Populus.
- Vide *Vox.*
Possessio
- Est admodum proficua, & enixè defendenda, decif. 5. nu. 2. pag. 180.
- Defectus tituli producti, inficit possessionem ei inhaerentem, decif. 20. num. 40. pag. 495.
Præceptum.
- Pœnali præcepto, quando quis vocari possit, ut compareat, & examinetur, decif. 9. nu. 6. pag. 294. & decif. 29. nu. 3. pag. 661.
- Si reus compareret præcepto transmissio proceditur via ordinaria, ibid. num. 25. pag. 298.
- Vide *Multa.*
Præcipitatio.
- Dolum, & fraudem facit præsumere, decif. 27. num. 42. pag. 628.
- Longiorem exitum causarum reddit, decif. 15. num. 1. pag. 425.
Præconium.
- Aliud est ea emittere, aliud exequi, decif. 20. num. 33. pag. 789.
Prædicatio.
- Est abominabile seminare in ea errores, & scandala, decif. 23. num. 12. pag. 567.
Præiudicialitas.
- Multoties locum habet, quo ad tertium, decif. 15. num. 11. pag. 428.
- Vide *Causa,*
Præparans, præparatorium.
- Præparans, & præparatum dicuntur connexa, decif. 9. num. 39. pag. 302.
- Idem est iuris in præparatis, ac in præparatoriis, ibid. num. 40.
Præsentia.
- In loco originis requiritur, ut quis possit conveniri, decif. 39. num. 22. pag. 657.
- At vero speciale est in crimine læsæ Maiestatis, ut forus originis sufficiens sit pro eo maleficio incurriendo, ibid. nu. 23.
Præsumptio.
- Exclusiva delicti est præferenda, decif. 6. num. 17. pag. 205.
Præventio inquisitionis.
- Ex proposito de ipsa, & eius clausulis, decif. 3. rota, vide *Inquisitio.*
Præventio iudicii.
- Facit, quod causa incidens simul cum principali tractetur, decif. 8. num. 22. pag. 274.
- Non est considerabilis in causis, & iudiciis separatis, ibid. num. 23.
Præces.
- Humiles, & rationabiles esse debent, decif. 21. nu. 43. pag. 511.
Præbyter.
- In furto, aut aliis delictis deprehensus deponendus est, decif. 1. num. 47. pag. 21.
Princeps.
- Solus propriè habet Consistorium, Parlamentum, Tribunal, Senatium, Concilium, decif. 1. nu. 65. pag. 25.
- Est iudex in causa propria, ibid. num. 78. pag. 27.
- Habet fundatam intentionem in omnibus Regnis, & ditionibus suis quo ad iurisdictionem activam, ibid. num. 87. pag. 28.
- Vide *Evocatio.*
- Solus potest punire Regium Officiale, decif. 3. n. 60. pag. 122.
- Habet æconomicam potestatem in regimine Vniuersitatum, decif. 3. ru. 62. pag. 122.

INDEX.

Si eligat inhabilem, sciendo eius inhabilitatē, censetur dispensare, ibid. num. 79. pag. 126.
An possit innocentem morti tradere, decis. 4. num. 14. pag. 139.
Eius curę est providere, ne privati ad arma prosiliant, decis. 5. num. 11. pag. 189.
Potest dispensare circa modum, & circumstantias defensionis, decis. 10. num. 69. pag. 333.
Potest minuere, & augere, pœnas ex causa, decis. 14. num. 20. pag. 413. & decis. 36. num. 26. & decis. 21. num. 102. pag. 554.
Non est solutus suis legibus, cum ratio, & honestas suadent, decis. 19. num. 16. pag. 476.
Sine causa non potest auferre ius partis, ibid. num. 21. pag. 477.
Piorum Principum exempla, decis. 21. num. 13. pag. 502.
Vassalli debent ei amorē, & adorantem venerationem, ibid. num. 15. pag. 502.
Est Templum Dei, ibid.
Per eum Deus regnat in terris, ibid. num. 16. pag. 503.
Cur ponat in titulo Dei gratia Regnum possidere, ibid.
Ei sunt revelanda Reipublicę exitiosa, ibid. num. 38. pag. 509.
Eius imagines deturpantes puniendi, decis. 24. num. 11. pag. 574.
Ipsi licet ex non delicto delictū facere, decis. 36. num. 26. pag. 766.
Eum offendere sub prætextu tyrannidis, erroneum, & damnatum, decis. 21. num. 134. pag. 561.
Tertio præiudicare nõ præsumitur sine iusta causa, decis. 23. num. 11. pag. 711.
Cum is non potest facere aliquid sine iusta causa, non statuitur

eius assertioni, ibid. num. 12.
Sux assertioni creditur, decis. 33. num. 6. pag. 710. num. 12. pag. 711. intellige si attestetur de fidelitate Civitatis, non verò si de rebellionē alicuius, imò præsumitur esse deceptus, ibi. num. 13. assertenti esse aliquem puniendum, & sibi constare de delicto in dubio creditur, & ei non obeditur si constet de iniustitię notorietate, ibid. num. 7. pag. 710 & num. 14. pag. 712.
Principis assertioni standum est in concernentibus publicum gubernium, non constituto de contrario, & verosimilia asserendo, ibid. num. 16.

Privatio.

Cui competit facultas eligendi ex privilegio, non ex eo censetur concessa privandi, decis. 3. num. 57. pag. 121. cum Senatu.

Ius privandi officialē est de regalibus, ibid. num. 59. pag. 122.

Privationis officii pœna, quæ secum inducat, quando infligatur, pro quibus sceleribus, & qualiter sit criminalis, decis. 6. num. 94. cum tribus sequentibus, pag. 223.

Privilegium.

Si duo privilegia emanant ab eodem fonte, censentur conformia, decis. 20. num. 28. pag. 491
Strictè sunt interpretanda, & quò minus lædant ius commune, ibid. num. 31. pag. 493.

Probationes.

In criminalibus debent esse luce meridiana clariores, decis. 6. n. 91. pag. 222. decis. 9. num. 34. pag. 301. & decis. 33. num. 27. pag. 715.

Quæ respiciunt personā delinquentis non sunt instrumentis, decis.

INDEX.

- ciſ. 2. num. 99. pag. 80. cum limitatione, ibid. num. 100.
- Ex duabus ſemiplenis eiufdem ſpeciei, non integratur plena, decif. 7. n. 73. pag. 252.
- Inter imperfectam, & plenam differentia eſt quo ad pœnam criminalem, & intereſſe civile æqualiter, decif. 8. num. 13. pag. 271.
- Incidenter probationes non admittuntur, niſi iudex poſſit cognoſcere de negotio acceſſorie, aut indigeat præciſè illis ad fundandam ſuam intentionē, decif. 13. num. 45. pag. 405.
- Qualiter probationes harmoni- cè componantur, decif. 22. nu. 71. & 78. pag. 548. & num. 97. pag. 551.
- Ex præcedentibus, cohærentibus, ſeu inſitis, & ſubſequentibus probatur delictum, ibid. num. 88. pag. 551.
- Probationum vnitas diſquiritur ad examen aggregati reſultantis ex indiſiis, ibid. num. 79.
- Probationes comparantur horologio, ibid. num. 86. pag. 550.
- Ad eundem finem tendentes plurimum arctant, ibid. num. 87. & 90.
- Plena non eſt ex teſtibus ſingularibus ad pœnam ordinariam benè ad extraordinariam, & quandoque ad indiſia probanda, decif. 27. num. 22. pag. 623.
- Ad penam extraordinariam leviores ſufficiunt, ibid.
- Non admittitur quæ facta non prodeſſet, ibid. num. 67. pag. 635.
- Vera percipitur ſenſu corporeo immediatè, coniecturalis, per diſcurſum, & ex hac oſtenditur res, ac ex prima, ibid. num. 75. pag. 636.
- Gundandum eſt in probationibus, decif. 19. num. 11. pag. 654.
- Semiplena probatio delicti ſufficit ad perdendum privilegium fori, decif. 2. nu. 9. pag. 55. cum declaratione, & ſubdeclaratione, ibid. num. 10.
- Vide *Inſtrumentum, teſtis.*
Proceſſus.
- Hodie ex generali conſuetudine nemine accuſate, poteſt ex officio, procedi, decif. 1. n. 6. p. 11.
- In Cathalonia non dicitur partis, ſed fiſci, & qualiter ſit accipiendum, ibid. num. 7. & 10. pag. 14. & 25.
- Et non inchoatur, donec Fiſcus petat idem, quod pars, vel præcedat præventio fiſcalis, ibid. n. 58. pag. 23.
- Via ordinaria fieri quomodo dicitur, ibid. num. 8. pag. 12.
- Inſpicitur proceſſus fabricatus via ordinaria, ſi non proceditur in eo per regaliam, ibid. nu. 9. 19. pag. 10.
- Ordinaria proceditur ſi non tenditur ad probationem criminis commiſſi extra locum in quo reſidet Locumtenens Generalis ſuæ Maiestatis cū Regio Concilio, vel inquiritur cōtra perſonam qui alibi deliquit, domicilium tamen ante ſcelus contraxit in Curia, vel eius ſit originaria, ibid. nu. 10. & 13. pag. 12.
- Inter proceſſum evocationis, & per ſimplicem inquisitionem leves ſunt differentie, & in ſolo ritu, ibid. num. 18. pag. 14. & 103. pag. 37.
- Iudex non poteſt pro accuſatione inducere probationes ante publicationem proceſſus, ibid. num. 36. pag. 18.
- Antiquius non erat neceſſaria pu-

I N D E X.

publicatio processus, quia presentibus reo, & accusatore coram populo fiebant, & interrogabantur testes, ibid. num. 115. pag. 40.

Hodie est sublata differentia inter processus per accusationem, inquisitionem, & denuntiationem, ibid. num. 116.

Legitimandus est processus, etiam si sint recepti testes citato reo verbaliter, decis. 9. nu. 24. pag. 297.

In processu censurarum criminaliter proceditur, decis. 14. num. 36. pag. 418.

Quomodo fiat contra laicos adferendum contra eos sententiam excommunicationis, ibi. num. 46. pag. 420.

Ex indicijs quomodo fabricatur, decis. 27. n. 30. pag. 525.

Nulliter fabricato, non legitur testibus prima depositio, decis. 31. num. 46. pag. 688.

De processu contra defunctum construendo, decis. 39. num. 9. pag. 817.

Quomodo adstruatur processus contra reos in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, decis. 10. nu. 57. pag. 330. & qualiter distet nostra praxis in hoc ab alijs Regnis, ibid.

Informationis non est proprietas, decis. 9. nu. 4. pag. 293.

Procurator.

In iudicijs publicis, & pœnis capitalibus, & corporalibus, à relegatione supra, non admittitur pro reo, decis. 9. n. 51. p. 305.

Eum valet relinquere inquisitus in syndicato ad aliam audientiam permotus, ibid. num. 23. pag. 297.

An admittatur pro contumace, decis. 10. num. 42. pag. 325.

Prodigus.

An possit puniri sicut quilibet homo sagax, decis. 18. nu. 29. pag. 466.

Nequit testari quia non sanæ mentis, ibid. num. 30. pag. 467.

Eius contractus iuramento non firmatur, ibid. nu. 32. pag. 467.

Ei curator datur, ibid.

Non potest instituere maiorum absque curatoris auctoritate, ibid. num. 33. pag. 467.

A testimonio repellitur utri infamis, ibid. num. 37. pag. 468.

Ei non est prohibita alienatio, quæ fit delinquendo, ibid. num. 39. pag. 468.

Punitur si delinquit in committendo, non verò si crimine in omittendo consistat, ibi. n. 41. pag. 469.

Illius confessio absque curatore, etiam circa delictum in committendo ipsi non nocet, postquam declaratus fuit eo vitio affectus, ibid. num. 42.

Proemium.

Declarat dispositionem, decis. 4. num. 78. pag. 159. & legem, decis. 32. num. 33. pag. 702.

Protestatio.

Eius effectus explicantur decis. 5. num. 18. & 19. pag. 188.

Quæ tendit ad tollendum factum non iuvat, decis. 9. nu. 15. pag. 296. vbi facta à contrario quædam dicatur, & decis. 26. nu. 36. pag. 605.

An requirat scripturam, & numquid teneatur respondere protestatus, ne sibi præiudicet, decis. 11. num. 15. pag. 340.

A Clerico facta in causa sanguinis deponente, non sufficit per se sola ad evadendam irregularitatem, decis. 26. nu. 35. pag. 604.

INDEX.

Provocatio.

Verbis iniuriolis provocans aliū
præmeditatum animam ostē-
dit, decif. 35. num. 25. pag. 743.

Prudentia.

Sal omnium virtutum, decif. 21.
num. 41. pag. 510. Servanda in
gubernio, num. 41.

Verfatur in recta ratione rerum
agendarum circumstantiis præ-
visis, decif. 21. nu. 71. pag. 546.

Publicatio.

Vide *Baronum.*

Publicatio processus.

Vide *Processus.*

Publicatio testium.

Vide *Testium publicatio.*

Puella.

Vide *Sequestrum.*

Q

Qualitas.

Qualitates, seu prætextus ad
evocandas causas.

Vide *Evocatio.*

Ex qua præiudicialitas resultat,
sufficit, quod allegetur, decif.
4. num. 123. pag. 172.

Ad qualitatem animi deliberati
sufficit semiplena probatio, ut
immunitate Ecclesiæ reus pri-
vetur, decif. 11. nu. 39. pag. 370.

Prava in eodem genere criminis
præsumptionem arguit, decif.
21. num. 52. pag. 514. & quali-
tercumque quis sit malæ qua-
litaris ex ea indicium tractatus
promitur, decif. 12. num. 3.
pag. 362. etiam in diverso ge-
nere mali officit, decif. 30. nu.
15. pag. 664.

Spectanda qualitas personæ, ibid.
num. 68. pag. 517. & decif. 21.
num. 28. pag. 537. & 61. pag.
543.

Quæcumque aggravans per Fis-
cum est probanda, aliter præ-
sumitur minus delictum, de-
cif. 30. nu. 16. pag. 665.

R

Rapta.

Elus dictum iudicium facit ad
torturam, quia voluntas mu-
lieris iuris præsumptione co-
acta præsumitur, decif. 26. num.
43. pag. 807.

Rationes.

Vide *Computa, administrator.*

Reddi possunt sine libris, si per
documenta legitima de eis cō-
stet, decif. 6. num. 22. pag. 106.

Ratio status.

Vide *Status ratio.*

Ratihabitio.

Ex ea promitur tractatus post
commisum crimen, præmedi-
tationis indicium facit, & mā-
dato comparatur etiam in de-
lictis, decif. 12. nu. 10. pag. 363.

Reacusatio.

Vide *Accusatio.*

Rebellis, rebellio.

Est rebellis, qui vassallum subtra-
here tentat, & quærens alii do-
mino adherere, decif. 21. num.
62. & 63. pag. 516.

Amplia, ut rebellis etiam dica-
tur ex simplici consilio, seu
persuasionem cum aliquo, nullo
sequuto effectu, ibid. num. 64.

Vide *Originarius.*

Receptans Bannitos.

Prohibitio receptandi bannitos
in citatione ad fines banni im-
ponitur, decif. 3. num. 68. pag.
124.

Bannitis quæ sint interdicta re-
missivè, decif. 14. num. 41. pag.
419.

INDEX.

Deportatō comparatur, patiturque omnes capitis diminutiones, *ibid.* nu. 43.

Nō potest bannitus evocare causam ad Reg. Aud. *ibid.* num. 44. pag. 420.

Recessus à domo solita habitationis.
Si sit vna hora ante delictum, vel aliud simile spatium intercedat indicium præbet, præsertim si postea reus non redit, ubi de inditio fugæ ex antecedentibus scelus, *decis.* 27. nu. 34. pag. 626.

Recognitio cadaveris.

Vide *Corpus delicti.*

Recognitio Rei.

Nocte facta cum solemnitate triū luminum, ut testes possint reū designare fuit observata in Regio Concilio, non tamen quia necessaria sit talis solemnitas, *decis.* 27. num. 76. pag. 637.

Recomendatio.

Reus detentus pro debito civili, quando sit recomēdandus, *decis.* 1. num. 76. pag. 27.

Resti.

Ac iusti Magistratus non raro populo exosiores sunt, *decis.* 37. num. 21. pag. 784.

Regalia.

Eius casum nulla constitutio cōprehendit, nisi de ipsa sit facta expressa, & specifica mentio, *decis.* 1. num. 101. pag. 36. & latè in eadem *decis.* de variis ea sibus Regalia.

In casibus cōprehensis sub Regalia ordinarius procedit via ordinaria, secus in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, *decis.* 1. num. 99. pag. 35.

Pro illis in Cathalonia proceditur contra Equites absque partis instantia, *ibid.* num. 100. pag. 36.

Effectus eius in evocatione causarum, *ibid.* num. 101.

Scriptura ei præiudicans deletur de mandato Regii Concilii, *decis.* 13. num. 36. pag. 402.

In ipsis tantum præscriptum quantum possessum, *decis.* 20. num. 39. pag. 495.

Regium servitium.

Illud diiudicare Principis est, & suorum Senatorum non aliorum, *decis.* 22. num. 74. pag. 547.

Spontaneum servitium Regi suo præstari velle impedire, detestabile, *decis.* 38. num. 29. pag. 805.

Regnum.

Non tam ad Regis, quam ad vassallorum utilitatē est introductum, *decis.* 21. num. 29. pag. 506.

Regula qui per alium facit, &c.

Vide *Facta.*

Singula quæ non præsent multa collecta iuvant, *decis.* 22. num. 98. pag. 553.

Quæ tibi non nocent, & alteri profunt facere debes, *decis.* 38. nu. 37. pag. 809.

Non esse, & inutiliter esse æquiparantur, *decis.* 15. num. 12. pag. 426.

Qui nō habet in ære luat in corpore, *decis.* 36. nu. 10. pag. 760.

Regularis.

Abiurans de levi, & non pœnitentiatus potest eligi ad dignitates suæ Religionis, *decis.* 1. nu. 55. pag. 66. sed non ex decreto Urbani VIII. *decis.* 3. num. 75. pag. 125.

De horum circumspectione, *decis.* 23. num. 13. pag. 568.

Regularis, qui falsitate tentabat subtrahere vassallorum fidelitatem, comparatur hæreticis,

Aaaaa

ibid.

INDEX.

- ibid.num, 16. pag. 568.
Relegatio.
Relegatus infamis fit pro certo tempore, & interim non assumitur ad honores; licet delictum non sit famosum, decif. 3. num. 72. pag. 124.
Remissio.
Princeps post sententiam potest remittere absque pace partis privatae, decif. 1. num. 40. pag. 19.
Ad eius substantiam non requiritur scriptura, secus ad probationem decif. 2. nu. 110. pag. 83.
Quando ab vno ex complicibus est obtenta alios non iuvat, nisi ut poena temperetur, sed nec est locus mitigationi si dispar ratio militet, decif. 4. num. 102. pag. 165.
Renuntiatio.
Vide *Contentio, Nobilis.*
Replicatio.
Multa per eam allegare licet, quae alias non admitterentur ad eandem rem consequendam, decif. 9. n. 56 p. 307. cū Senatu.
Res.
Inter alios acta, an noceat in criminalibus, decif. 10. nu. 7. pag. 315.
Prius quaerendum est de praesentia rei, quam de eius qualitatibus, decif. 2. num. 75. pag. 71.
Res integra quando dicatur, decif. 31. num. 7. pag. 678.
Rescribere.
Rescribere subdito quando liceat non impletis iussionibus superioris, decif. 21. nu. 43. pag. 511.
Reservatio.
Ad concedendas gratias tempore pestis cessat, decif. 20. num. 4. pag. 484.
In reservatis à superiore cessat Iudicis inferioris iurisdicchio, decif. 1. num. 86. pag. 29.
Resistentia.
Iudici procedenti de facto licet resistere, decif. 4. num. 13. pag. 138. limita, num. 17. pag. 140. si inde sequatur scandalum, & num. 20. si Iudex in cortice, & figura iudicii procedat num. 21. duo requiri firmatur, ut impuni sit resistentia; primum quod constet de notoria iniustitia, secundum, quod factum sit praesudicii irreparabilis.
Huius criminis poena est arbitraria, decif. 22. num. 113. pag. 557.
Responsio, respondere.
Rei facta Iudici interroganti dicendo inter ipsum, & occisum nulla fuisse verba, aut rixam, quae eos ad odium valerēt accendere, quodnam damnum producat, decif. 27. n. 57. p. 632.
Super iure reus respondere non tenetur, decif. 27. num. 3. pag. 618.
Respublica.
Ei exitiosa sunt revelanda Principi, decif. 21. num. 38. pag. 509.
Gubernantes ipsam debent subditis esse placidi, sed ad aras vsque, decif. 37. nu. 24. & seq. pag. 785. & ibi, quod seditiosi quandoque contra Magistratus clamant, & populo non raro sunt exosiores recti, & iusti.
Restitutio.
An concedatur minori adversus suam confessionem, etiam non docto de errore, decif. 26. num. 5. pag. 594. vsque ad num. 8. concluditur negativè si confessionem praecedunt indicia, non constituto de latione cum Sen.

INDEX.

- Restitutio minoris damnum, & minoritatem probari postulat, ibid. nu. 8. pag. 595.
- Restitutio in integrum calumniosè, & malitiosè petita ad procraftinandum iudicium repellitur, decif. 27. n. 65. pag. 634.
Revelans secreta.
- Si ea nunciat hostibus Principis crimen læsæ Maiestatis in primo capite committit, decif. 22. nu. 40. & 41. pag. 593. vbi pœna horum revelantium.
- Vide *Delictum.*
Reus criminis læsæ Maiestatis.
Vide *Crimen læsæ Maiestatis.*
Reus.
- Captus per Iudicem secularem, si ex causa fidei petatur, statim liberandus, seu tradendus est Inquisitoribus, decif. 2. nu. 39. & 40. pag. 62. & seq.
- Respectu delicti non mere spiritualis reus relaxatur Curia seculari, ibid. n. 32. pag. 60.
- Si non sit confessus, nec convictus, & pœna ordinaria coerceatur, tunc condemnatur ad interesse, & damnum partis, decif. 8. n. 8. pag. 270.
- Admittitur ad probandum suam innocentiam, etiam post sententiam, decif. 8. num. 44. pag. 303. & hoc fit ex indulgentia Principis, ibid. nu. 53. pag. 306.
- Quoties permittitur reo in criminalibus nova deducere, & probare, idem Fisco conceditur replicando, ibid. num. 58. pag. 307.
- Quis dicatur inter reos cõstitutus, decif. 28. n. 16. pag. 645.
- Actor, & reus nemo esse potest, decif. 34. n. 18. pag. 725.
- Reis in Cathalonia non desertur iuramentum in facto proprio, & an legitimè interrogati re-
neatur dicere veritatem contra ipsos, ibid. n. 27. pag. 726.
- Non admittitur in Cathalonia ad defensam, nisi constitutus in carceribus, quando imputatur de delicto gravi, decif. 10. num. 24. pag. 329.
- Rex.*
- Potentissimi nostri Reges Catholici gratiam habent à Deo specialem expellendi Dæmonia ab obsessis, signo Crucis, decif. 17. n. 18. pag. 449.
- Regi nihil gloriosius, quam propriam iniuriam impunitam relinquere, decif. 27. nu. 12. pag. 502. & num. 13. sed vide n. 56. pag. 574.
- Regis munus, & gravissimum pœdus, ibidem num. 30. pag. 506.
- Est protector, defensor, & Pater vassallorum, ibid. n. 37.
- Perfarum Rex stultiloquo stigmata, & verbera infligi iussit, decif. 22. nu. 119. pag. 558.
- Rex, quantumvis hæreticus, non subiicitur vassallorum iudicio, sed summi Pontificis, decif. 22. nu. 135. pag. 562.
- Regum delicta qualiter coercenda, ibid. n. 136.
- Humiliter apprecati Reges vassallorum, & vectigalium levamen intuentur, decif. 37. n. 27. pag. 786.
- Vassallis oppressis Reges subveniunt, ibid. nu. 28.
- Mereri proprii Regis approbationem, omnem superat laudem, & præmium, decif. 39. nu. 40. pag. 837.
- Ortus Domini nostri Regis sub die S. Severi lætissima facinora auspiciant, decif. 39. nu. 53. & 54. pag. 849.
- Iniuriam Regi gravem infert, qui tacita natalium macula, eorum

INDEX.

descendentes ad officia publica patrocinator, decif. 22. nu. 62. pag. 544.

Prærogativa se cooperiendi coram domino Rege, ex maioribus est, quæ vassallis concedi possunt, decif. 39. num. 47. pag. 846.

Rixa.

Deficientia rixæ non leve conficit argumentum tractatus habiti, & de differentia inter cessationem rixæ, & insultationem nullis prolatis verbis, decif. 12. num. 3. pag. 362. Vide decif. 35. nu. 28. pag. 744.

Rixa inimicitiam evincit, decif. 27. n. 58. pag. 632.

Rixa intervenisse censetur propter contentionem ortam inter aggressum, & aggressores, decif. 35. num. 7. pag. 738.

Rixa procurata, seu affectata, conjecturam inducit animi deliberati, ibid. num. 29. pag. 744.

Vide *Homicidium rixosum.*

S

Sacerdos.

HOs maximè decet honestas in vita, & sermone, decif. 23. num. 5. pag. 565.

Si sunt concitatores tumultus, puniuntur, decif. 39. num. 32. & 33. pag. 829. & 830.

Sacrilegium.

De ipsius pœna, & gradibus malitiæ in eo scelere considerandis, decif. 22. à num. 26. pag. 536.

Saga.

Vide *Lamia.*

Sanguis.

Repertus in digito rei indicium aperit, decif. 27. num. 49. pag. 629.

Scandalum.

Pro eo evitando à iuris regulis receditur, decif. 4. nu. 12. pag. 138.

Ratione illius sit peccaminosum quod aliter non esset, ibid.

Ea seminare in prædicatione, abominabile, decif. 23. num. 12. pag. 567.

Citatio non requiritur in notoriis si sequeretur scandalum, decif. 29. num. 8. pag. 654.

Scientia.

Infertur extante mala fide, decif. 7. num. 51. pag. 245.

Patrandi criminis ex verbis colligitur, decif. 12. num. 38. pag. 370.

Scriptura.

